Digitized by Google

BIBL. NAZ.
Vitt. Emanuele III
RACCOLTA
...LAROSA
...POLI

Digitized by Google

105853

COMMENTARIORVM AD CONSVETVDINES NEAPOLITANAS PER QVÆSTIONES DISTRIBVTORVM

TOMVS TERTIVS POSTHVMVS:

AVCTORE

ADM. R. P. D. ANDREA MOLFESIO

Clerico Regulari Theologo, ac Iuriſconſulto inſigni.

Opus Sacræ Theologiæ, Legumque præſertim cultoribus omnibus, non ſolum alma in Ciuitate Neapolitana, eiuſque magno in Regno apprime neceſſarium, verum etiam vbique locorum degentibus valde proficuum, vaſtam Contractuum præcipue, & quotidianam materiam continens, recentioribus grauiſſimis ſupremorum Orbis Senatuum Deciſionibus mirifice refertum.

ELENCHO ADDITO GEMINO STVDIOSISSIMO;

[illegible]

CVM PRI-



VILEGIO.

NEAP. Hectoris Cicconij Typis. M D C LIII. Superiorum Licentia.

Io: Dominici Montanari Bibliopolæ Neap. Expenſis.

Bibliothecae de Rosa
Cas. 50

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE III NAPOLI

Digitized by Google

Digitized by Google

BEATISSIMO

CAIETANO

THIENAEO VICENTINO

Clericorum Regularium

PATRIARCHAE.

CVm legalia ſint Orbis terrarum beatitudo, idque adeo vſque,vt,ſine Legum munimine, non modo beatitate Mundus, ſed ipſa ſua forma eſſet cariturus;non mirum, ſi Perq. Reuer. P. D.ANDREÆ MOLFESII Theologi, I.C. conſultiſſimi, tot voluminibus celeberrimi, Clerici Regularis religioſiſſimi Opera legalia meis ipſe prælis editurus Beato nuncupem. Tibi ergo, CAIETANE Beatiſſime,nō fluxo viro legalis dicatur Liber, pientiſſimo per me cōſecrat volumē pius,duci miles Patriarchæ alumnus,patri filius. Nō mortalē degens vitam immortali digna nomine ſcripta tuiturus erat; nō Solis huiuſce cadentis radio perfruens illuſtriſſima,& Sole ipſo clariora rerum legalium monimenta defenſurus erat, ſed caeleſtis ſpiritus, qui vitam degeret immortalem, lucemque inacceſſibilē habitaret. Excipe igitur laeta fronte, CAIETANE glorioſiſſime, inclytae Religionis eccleſiaſtici cultus reparatricis Parens, excipe religioſum hoc munus meum, ſidus tuum,meque protege Sol, diuinis Legibus patrocinare diuus. Te ſiquidem auſpice, & patrono Momos non timeat Codex, & tua ſub Helice tuto lapſu typorum Oceanum percurrat. Neap. Calend.Septemb. MDCLIII.

Beatitudinis excelſae tuae

Humillimus Seruulus

Io: Dominicus Montanarus.

DE OPERIS
LECTORE
AD AVCTOREM
FLAVIVS VENTRILIVS.

QVI Leges legere, & Legum penetrare meatus
Incalet, ANDREA, te duce carpat iter.
Quae prodis COMMENTA, viae cõpendia prodũt;
Inuia Lex fuerat: nunc habet illa viam.



GLORIOSISSIMO

CAIETANO

THIENAEO.

DOminicae Crucis Vexillario,
ſiue mauis
Atlanti,
Orbis triumphatori, Orci debellatori,
profanarum diuitiarum contemptori,
ſacrarum inſularum alieno maxime,
dilapſæ pietatis inſtauratori,
Euangelicæ paupertatis culmini,
Angelicæ puritatis lumini,
Apoſtolicæ Legis ſeruantiſſimo,
altiſſimae contemplationis ſimulacro,
profundiſſimae humilitatis columini,
ſolidiſſimae patientiae munimini,
caritatis zelatori,
diuini amoris propagatori, diuini honoris propugnatori,
haereſeos iaculo,
Orthodoxae Fidei defenſori,
prouidentiae aſſertori,
vtriuſque vitae ſectatorum magiſtro,
ſacri cultus exemplari unico,
labantis eccleſiaſticae dignitatis reſtitutori,
nullius voluntatis, totius ſanctitatis,
miraculis celeberrimo,
cella magis, quam regia
claro,
obedientia, quam imperio,
Italæ gentis iubari fulgentiſſimo,
Vicentinæ Patriæ decori ſempiterno,
Borbonicæ cladis Vrbi ſingulari quondam leuamini,
malorum omnium Parthenopæ præcipuo ſemper iuuamini,
inclyto cunctorum ſoſpitatori,
Illuſtriſsimae Theatinae Familiae
inſtitutori,
Regulariumque Clericorum
Patriarchae Beatiſſimo.

FLAVIVS VENTRILIVS

Patrono ſuo præſentiſſimo

D. D.

AD

BEATISSIMVM

CAIETANVM

THIENAEVM

Beatus Pater Caietanus Thienaeus Clericorum Regularium Sanctiſſimus Fundator.

Anagramma Purum.

Fulgens arca prouidentiae, et mirus ſacri cultus inſtaurator, amas vnice Sebethum.

Beatus Pater Caietanus Thienaeus Clericorum Regularium Sanctiſſimus Fundator.

Anagramma Purum.

Hic eſt terrae ſal, ſacrum iubar, viſu mirandum, luce nitet ſua, ac fauens nos protegit.

FLAVIVS VENTRILLIVS.

D. IO: PETRI MASSARII S. SEDIS APOST. PROTONOT. I. V. D. & Sac. Theol. Profeſſi Oratinen. & Neap.

Encomium.

ANDREAS MOLFESIVS, ex quo Orbi Terrarum ſe dicauit,
Sibi eripuit, & ſiderum modo,
Quæ irrequieta curſus ſuos explicant,
Nunquam illi licuit, nec ſubſiſtere,
nec quidquàm ſuum facere,
Solis æmulus irrequieto curſu ſcriptis illuſ-
ſtrans Tribunalia, Aulicis fauens, Iuriſperitos fouens,
ſcriptorum opportuna luce, ac beneuolo influxu,
Ebibit penè ab vberibus leges, atramento, non lacte
nutritus, ſemel natus,
Diem gemino laturus Orbi forenſi, & ſacro.
Scriptor cupiebat volitare per ora virûm famoſus.
Cruciabatur Famæ cupiditate, Famæ ſtudium non reijciens
ne obijceret doctas Lauros, quæ perpetuo virore
eruditas frontes inumbrant, & cultoribus
immortalitatem elargiuntur.
Plauſere iura ad eius nomen. ANDREAM Eruditi venerabantur,
Clientum Turba comitabatur.
Nudus tamen aufugit, vt Chriſti familiam,
ac Theatinam Religionem ingrederetur.
Quæ reliquas Religiones veris opibus præſtat
Ideo ditior nullam hæreditatem exoptat, niſi Deum O. M.
fortunatior, quia ſine fortunis, nec quærit hominum opes;
ſed Cælitum opem.
In hac familia cooptatus in anguſta cella religioſè
Vixit, doctè ſcripſit;
Vt hæc teſtantur monumenta, quæ DOMINICVS
MONTANARVS iterum emittit in lucem,
Hic ANDREAE compoſitis ſcriptis propagat memoriam;
Vt ex vitali tumulo veluti ex animato Phænicis
cinere fauillæ in violas, in virentia, & viuentia
Lilia Mors ipſa refloreſceret.
Et homines, lectis ſcriptis, repetant;
Num non è tumulo, fortunatoq; fauilla
Naſcuntur violæ?
Mortuus ANDREAS videtur reſurgere per Te, DOMINICE,
& ſemel mortuus ter meret viuere in Olympo,
in Theatinæ Religionis Patribus, in ore virorum.
Ipſe Pater, dum tibi deuoto tantos aſſiſtere cætu
Patres aſpiciet, dignas rependet gratias,
Efficietque vt tibi DOMINICO Superi digna
referant præmia.

Reuerendiſſime Domine

COmmentaria poſthuma ad Conſuetudines Neapolitanas quondam A.R.P. Andreæ Molfeſij Clerici Reg. mihi reuidenda commiſſa attente perlegi, & cum in illis nihil, quod Fidei Catholicæ, aut bonis moribus aduerſetur inuenerim, quinimmo ſummæ iuſtitiæ ſpecimen habetur, Typis mandari poſſe cenſeo, ſi ita Dominationi tuæ Reuerendiſſimæ videbitur. Neap. Die 26. Nouemb. 1653.

Dominationis tuæ Reuerendiſs.

Seruus addictiſſimus

D. Angelus Phaſanus Can. & Reuiſor Dep.

IMPRIMATVR.

Gregorius Peccerillus Vicarius Generalis Neap.

D. Angelus Phaſanus Canonicus, & Reuiſor Deputatus.

Fr. Ioſeph de Rub. Ord. Min. Conu. S.T.D. Eminent. Reuer. D. Card. Phil. Theol. & Conſult. S. Off. & a Secret.

Illuſtriſs. & Excellentiſs. Domine.

TErtiam Partem doctiſſimorum Commentariorum Legatum ſuper Conſuet. Neapol. ab admodum Reuerendo, & peritiſſimo Iurium, Sacreq; Theologiæ Profeſſore D. Andrea Morfeſe ex ſanctiſſima, & nobiliſſima Theatinorũ Religione alumno, mihi perſcrutãdã ab Excellentia tua mandatam alacri animo, & libenter perlegi, & conſideraui, &, vt verum fatear, neceſſitas ſuadet, vt pro Reipublicæ vtilitate, ac Iurium Profeſſorum commodo quã primum typis dari poſſit, cum nil contineat, quod Iuri publico deroget, quantum etiam vt memoria tanti viri in poſterum conſeruetur incolumis, accedente quoque Regio beneplacito Excellentiæ veſtræ, cui èx debito poſt manuum oſcula precor Neſtoreos annos pro huius noſtræ Reipublicæ ſubleuamine, & protectione. Datum Neapol. ex Aedibus noſtr. Die vltimo Menſis Iunij 1648.

Veſtræ Excellentiæ

Humillimus, & Deditiſſimus Seruulus
Ioannes Baptiſta de Thoro I.C. Neapolitanus, & Almi Collegij Neapolitani Conſenator.

Vidit Reg. Conſil. & Præſes Reg. Cam. Io. Baptiſta Amendola ſuper Reuiſione Librorum Commiſſarius ſpecialiter Delegatus per S.E.

Io. Baptiſta Amendola

Viſa ſupradicta Relatione. IMPRIMATVR.

Zufia Reg. Caſanat. Reg. Caracciolus Reg. Capyc. Latro Reg. Garçia Reg.

Prouiſum per ſuam Excellent. Neap. Die 13. Iulij 1648.

Digitized by Google

INDEX MATERIARVM

Par. Vndecim. Titul. Prim. fol. 1.

In quibus caſibus liceat auctoritate propria pignorare.

Conſuet. Prima fol. 1. *&* 2. cum *ſeq.*

DOMINVS pro penſione domus, vel fundi, & rei feudalis poteſt auctoritate propria bona prædicta pignorare in caſibus ibi enumeratis, *fol.* 1. & 2. cum *ſeq.*

Conſuet. Secunda fol. 1. *&* 3. cum *ſeq.*

Pro debito animalium datorum ad menandum poteſt quis pro ſe, & eius familia propria auctoritate, & animalia, & alia bona mobilia tenentis ad menandum pignorare, *fol.* 3. cum *ſeq.*

Conſuet. Tertia fol. 1. *&* 4. cum *ſeq.*

Pignoratio animalium datorum ad menandum pro medietate pretij dictorum animalium fit auctoritate propria, ſi viuant animalia, & non aliter, *fol.* 4. & *ſeq.*

Conſuet. Quarta fol. 1. *&* 5. cum *ſeq.*

Baiulus ſine licentia Iudicis non poteſt aliquem pignorare, *fol.* 5. & *ſeq.*

Conſuet. Quinta fol. 1. *&* 6. cum *ſeq.*

Non creditur ſeruienti Neapolis, dicenti aliquem denegaſſe ſibi pignus, niſi id probet, fol. 6. cum *ſeq.*

De Iure Congrui. Titul. *Secundus fol.* 15. *Par. Duodecim. fol. eod.* cum *ſeq.*

Conſuet. Prima fol. 15. *&* 16. cum *ſeq.*

Emens rem immobilem vicinam prædio alterius, tenetur infra annum, ſi poſſidet, reſtituere illam rem vicino ſine intereſſe, prout fuerit appretiata, & ſi plures fuerint collaterales, cuilibet reſtituit pro medietate, nulla habita diſtinctione magnitudinis prædiorũ, quæ poſſident, fol. 15. & 16.

Conſuet. Secunda fol. 15. *&* 18. cum *ſeq.*

Ius Congrui primo competit lateribus, deinde capitibus, & ab hac petitione excluduntur ruſtici, & homines non liberæ conditionis, ſic etiam Eccleſiaſtici, *fol.* 15. & 18. cum *ſeq.*

Conſuet. Tertia fol. 15. *& fol.* 18. *&* 19 *cum ſeq.*

Eccleſia non conuenit, nec conuenitur Iure Congrui, *fol.* 15. & *fol.* 18. & *fol.* 19. cum *ſeq.*

Conſuet. Quarta fol. 15. *& f.* 19. cum *ſeq.*

Pluribus exiſtentibus ex vno latere datur medietas rei emptæ, & altera medietas datur etiam vni exiſtenti ex alio latere. Quod, ſi vnus ex pluribus velit Ius Congrui exercere, cogitur recipere totam rem appretiatam, *fol.* 15 & *fol.* 19. cum *ſeq.*

Conſuet. Quinta fol. 16. *a terg. & fol.* 21. cum *ſeq.*

Si domus vna ſit ſupra aliam, vel communis, Ius Congrui datur ſocio ante omnes. Et idem eſt in alijs immobilibus rebus, *fol.* 16. *a ter.* & *fol.* 21. cum *ſeq.*

Conſuet. Sexta fol. 16. *& fol.* 21. cum *ſeq.*

Domus habens tria ſolaria, ſi vendatur membrũ ſuperius, datur Ius Congrui proximo inferiori, ſi vendatur infimũ, datur proximo ſuperiori, ſi vendatur medium, datur poſſidenti membrum inferius iuxta ſolum, *fol.* 16. & *fol.* 21. cum *ſeq.*

De Seruitutibus. Titulus Tertius fol. 78. *Par.* XIII. *fol. eod.* cum *ſeq.*

Conſuet. Prima fol. 78. *& fol.* 83. cum *ſeq.*

Vicini propinquiores ad viam publicam tenentur præſtare viã publicam alijs vicinis non habentibus viam ad eorum fundum, *fol.* 78. *fol.* 83. cum ſeq.

Conſuet. Secunda fol. 78. *& fol.* 87. cum *ſeq.*

Aedificans contra parietẽ, in quo apertura ſit, debet per palmos duodecim cannæ ſe elongare a dicto pariete vicini,

Digitized by Google

cini,*fol*.78.& 87.cum *ſeq*.
Conſuet.Tertia fol.78.*&* *fol*.89.cum *ſeq*.
Aedificans ex latere parietis vicini, in quo aperturæ ſint, tenetur elongare ædificium a dicto latere parietis per palmos duos, & duas partes vnius palmi. Si apertura non adſit, poteſt tignum immittere in vicini parietem, ſi velit tectum facere ſub apertura, quæ ſit ad lumen modice ingrediendum, per palmum vnum prolonget ædificium. Si vero aſtricū facere velit, debet ſe elongare per ſpatium cannæ vnius, ſoluto pretio medietatis parietis eius domino, niſi probetur eſſe communem,*fol*.78.& *fol*.89. cum *ſeq*.
Cōſuet.Quarta fol.79. *&* *fol*.91.cum *ſeq*.
Vicinus non immittens tignum, ſed ſolūm capita tegularum, vel aſtraci, lacertum ſoluit quartam partem ſoli,& parietis eius domino,*fol*.79.& *fol*.91. cum ſeq.
Conſuet.Quinta fol.79. *&* *f* 93.cum *ſeq*.
Apertura intelligitur, ſi facta ſit cum cantonibus, æſtimatio parietis ſoluitur a loco, in quo immittitur ædificiū vſque ad ſolum,*fol*.79.& *fol*.93. cum *ſeq*.
De Aperturis nō faciendis. Tit.Vigeſim. prim. fol.79. Par. XIII.
Conſuet. Prima fol.79.
Aedificans iuxta ſolum vicini, non poteſt ſuper ſolo vicini facere aperturas, niſi per palmos duodecim ſe elonget a ſolo vicini, *fol*.79.
Conſuet.Secunda fol.79.*&* *fol*.80.
Aedificans nouum ſolarium ſuper ſolario antiquo, poteſt tot feneſtras ſimiles, & directas facere, quot habebat in antiquo ſolario,*fol*.79.& *fol*.80.
Conſuet.Tertia fol.80.cum *ſeq*.
Vicinus immittendo, vel aliud faciendo in domum deſtructam vicini, etiam longiſſimi temporis ſpatio non præſcribit,*fol*.80.cum *ſeq*.
Conſuet.Quarta fol 80.cum *ſeq*.
Aedificans in curti, vel horto iuxta parietem, in quo non eſt apertura, ſed adeſt tecti penna, per quam ſtillicidium pluit,& velit vltra tecti pennam ædificare,tenetur elongare ædificium per palmum vnum a vicini pariete, & taliter ædificet, vt in eius pariete apertura non fiat,vel aliud, quo aſpectus habeatur ſupra vicini domum, *fol*.80.cum *ſeq*.
Conſuet.Quinta fol.80.cum *ſeq*.
Aedificans infra cannam vnam ſubtus tecti pennā vicini, ſi aſtricum faciat, tenetur parietem erigere ad minus cannæ vnius ſine apertura, *fol*. 80. cum *ſeq*.
Conſuet.Sexta fol.80.cum *ſeq*.
Aedificans ſub penna aſtrici vicini,ſi facit tectum per palmum, ſi vero aſtricum, tenetur diſtare per ſpatium cannæ vnius,fol.80.cum *ſeq*.
Conſuet.Septima fol.81.cum *ſeq*.
Præſcriptio inter conſortes,eorumque ſucceſſores, etiam ſingulares, non inducitur cōtra ſeruitutes contentas in inſtrumēto diuiſionis,*fol*.81.cum *ſeq*.
Conſuet.Octaua fol.81.cum *ſeq*.
Seruitus, ſi non fuerit expreſſa in diuiſionis inſtrumento, licet conſors, vel ipſius hæres poſſideret, nūquam præſcriberet,*fol*.81.cum *ſeq*.
De faciendo Centimulo, & Paleis non tenendis in domo.Titul.Vigeſ.ſecund. fol.81.cum *ſeq*.
Conſuet.Prima fol.81. cum *ſeq*.
Centimulum facere volens non poteſt immittere trabes centimuli in parietem communem,*fol*.81. cum *ſeq*.
Conſuet.Secunda fol.82.cum *ſeq*.
Vicinus in domo coniuncta domui alterius nō poteſt tenere paleas, fœnū,& ligna,niſi pro eius vſu.Idem de lino in fuſte non diſcuſſo, niſi de eo, quod prouenit ex terris proprijs, *fol*. 82. cum *ſeq*.
Conſuet.Tertia fol.82.cum *ſeq*.
Conductor non poteſt in domo conducta habere paleas, vel fœnū vltra eius vſum. Maxime, ſi non inhabitet, niſi in crypta, vel lamia. Vel extra Ciuitatis mœnia hoſpitetur,fol.82. cum *ſeq*.
De Collatione Expenſarum in domo communi facienda,
Tit.Vigeſ.tert. fol.82. cum *ſeq*.
Conſuet.Vnica fol.eod. cum *ſeq*.

Ha-

Habentes in vna domo plura ſolaria, ſi ſupremum ſit reparandum, omnes contribuant, ſi aliud reparetur, ſolus ſuppeditans reficiat, *fol.* 82.cum *ſeq.*

De Locato, & Conducto.

Par. X I V. *fol.* 127.cum *ſeq.*

Conſuet.Prima fol.eod. cum *ſeq.*

Conductor non poteſt durante tempore repetere expenſas factas in prædio conducto, niſi locatorē requiſierit. Et ille, ſi infra quindecim dies nō reparauerit, tunc pro rata computet in penſione, quod expendit in refectione neceſſaria, *fol.* 127.& *fol.* 129. cum *ſeq.*

Conſuet.Secunda fol. 127. & *fol.* 130. cum *ſeq.*

Terræ dominus non poteſt, niſi de menſe Auguſti terram tollere partiario, qui ſublata vindemia, diſcedit, *fol.* 129 & *fol.* 130. cum *ſeq.*

Conſuet. Tertia fol. 127.& *fol.* 133. cum *ſeq.*

Partiarius in menſe Auguſti renuntiet Domino terram, dummodo infra eūdem menſem ſoluat illi penſionem debitam, *fol.* 127. & *fol.* 133. cum *ſeq.*

Conſuet.Quarta fol. 127.& *fol* 134. cum *ſeq.*

Partiarius, ſi non aſſignet terram domino, & penſionem ſoluat infra Auguſti menſem, tenetur domino volente, etiam pro anno ſequenti, *fol.* 127.& *fol.* 134 cum *ſeq.*

Conſuet.Quinta fol. 128.& *fol.* 137. cum *ſeq.*

Partiarius collecta vltima vindemia tenetur terrā arare, vt Neapoli dicitur, *Imporcare*, & ſic illam domino relinquere, *fol.* 128 & *fol.* 137. cum *ſeq.*

Conſuet.Sexta fol. 128. & *fol.* 140. cum *ſeq.*

Fundo conceſſo pro annua penſione, debent ad inuicem contrahentes ſibi denuntiare de menſe Maij, an ſtandū locationi pro anno ſequenti. Conductor vero penſionem ſoluere tenetur in fine Auguſti menſis, qua non ſoluta tenetur pro anno ſequenti ad mercedem ſolitam, ſi domino velit, *fol.* 128.& *fol.* 140. cum *ſeq.*

Conſuet.Septima fol. 128 & *fol.* 143.

Partiarius dimittens fundum in menſe Auguſti percipit, & fructus maturos enumeratos hic. Caules vero percipere poteſt vſque ad decimum nonum Septembris, *fol.* 128. & *fol.* 143.

Conſuet.Octaua fol. 128. & *fol.* 144.

Conductor non poteſt rem conductam alteri locare inuito domino, *fol.* 128. & *fol.* 144.

Qui hæredes in locatione ſuccedant.

Tit. 15. *Par.* XIV. *fol.* 128.

Conſuet. Vnica fol. 128.

Locatio facta pro ſe, & hæredibus, intelligitur de deſcendentibus, qui bona locata diuidere nequeant, & in ipſis bonis coloni vxor quartam non habet, *fol.* 128.

De Pignoribus, & Hypothecis.

Par. X V. *fol.* 283.

Conſuet. Prima fol. 283.

Creditoris iuramento ſtandum de valore pignoris, ſi de quantitate dubitetur, pro qua pignus mobile detinetur, *fol.* 283.

Conſuet. Secunda fol. 283.& *fol.* 239. cum *ſeq.*

Pignore amiſſo, in defectum probationis, creditoris iuramento ſtandum circa pignoris valorem. Et illum valorem reſtituit, niſi caſu fortuito amiſerit. Si tamen pignus poſtea inueniatur, debitori reſtituitur, eiuſque hæredibus.

De Operis noui Nunciatione.

Par. X V I. *fol.* 334.

Conſuet. Prima fol. 334.& *fol.* 335.cum *ſeq.*

Nuntians contra aliquem nouum Opus, ſi victam cauſam probationis non probauerit, & infra a Iudice ſtatutum terminum, ædificium non impeditur, *fol.* 134.& *fol.* 135.cum *ſeq.*

Conſuet. Secunda fol. 334. & *fol.* 336. cum *ſeq.*

Prohibens trāſitum per fundum alicui, ſi vocatus in iudicio iuſtam prohibitionis cauſam non probauerit, prohibitio ſine proprietatis præiudicio annullatur, *fol.* 334.& *fol.* 336. cum *ſeq.*

Com-

Digitized by Google

De Communi Diuidundo Par. X V I I. *fol.*343.

Conſuet. Prima, fol. 343. cum *ſeq.*

Si res communes aliter diuidi non poſſint, vnus diuidit. Et qui licitando vincit, eligit, fol.343. cum *ſeq.*

Conſuet. Secunda fol. 343. *& fol.* 346.

Mulier habens quartam pleno iure in bonis mariti præmortui, diuidit primo bona in duas partes. Quarum alteram partem virj hæredes diuidunt, & mulier eligit. Idem ſeruatur in ſimilibus diuiſionibus, *fol.*343. *& fol.*346.

De Glande legenda, ſeu de Fructibus legendis. Par. X V I I I. *fol.*362. *& fol.*363. cum *ſeq.*

Conſuet. Vnica fol. 362. cum *ſeq.*

Arbor vicini, ſi ſupra prædium ruſticum, vel vrbanum alterius pendet, totum, quod pendet, incidi poteſt, alias fructus communes erũt, *fol.*362. *& fol.*363. cum ſeq.pluribus.

De Contrahenda Emptione;
Et de Arrhis dandis.
Part. X I X. *fol.*383. cum *ſeq.*

Conſuet. Vnic. fol. 383. cum *ſequ.*

Venditionis contractus ſuper ſtabilibus bonis eſt ipſo iure nullus. Niſi arrha data fuerit ab emptore, vel rei venditæ poſſeſſio tradita. Etiam, ſi ſtipulatio interuenerit, *fol.* 383. & *fol.* 384. cum *ſeq.*

De Ripa, vel Efrico fol. 383. cum *ſeq.*
Conſuet. Vnic. fol. eod.

Ripa terrarum confinium pertinet ad locum ſuperiorem. Idem de Efrico, niſi ex termino finali, vel publico Inſtrumento contrarium conſtet. Sed dominus inferioris loci poteſt prope ripam arare quantum cum iunctis bobus appropinquare poteſt, *fol.*383. cum *ſeq.*

*De In Integrum Reſtitutione Minorum. Par. Vltima fol.*451. cum *ſeq.*

Conſuet. Vnica fol. eodem cum *ſeq.*

Pupillus contrahens cum Tutoris auctoritate non habet recurſum contra alium, niſi Tutore diſcuſſo. Pupillus, ruſticus, ſiue burgenſis abocatorem petit a, platea quam malit, *fol.* 451. cum *ſeq.*

LAVS DEO!

Mariæ ſemper Virgini,

Beatiſſimo Caietano Thienaeno, Beatiſſimo Andreæ Auellino!

COMMENTARIORVM MOLFESII AD CONSVETVD. NEAPOLITANAS TOMVS TERTIVS.

In quibus caſibus liceat auctoritate propria pignorare.

PARS VNDECIMA.

Dominus pro penſione domus, vel fundi, & feudalis poteſt auctoritate propria bona prædicta pignorare in caſibus, hic enumeratis. h.d. Molfeſ.

CONSVET. PRIMA.

PRo penſione domus, terræ, terratici, feudi, vel alterius poſſeſſionis, & alijs proinde debitis. Item pro benè laborandis,& colendis terris; & vt competenti tempore laborationis diſcutiat, & alia quæ ſunt neceſſaria ad agriculturam faciant,& fructuum recollectionem,& pro damnis illatis in terris ipſis per laboratores ipſos, & alios de ipſorum familijs, ſiue eorum animalibus, licitum, & permiſſum eſt domino ipſarum terrarum,& domorum, vel poſſeſſori auctoritate propria per ſe, & alios pignorare colonos, & inquilinos, laboratores, & partionarios colonos eorum.

Pro debito animalium, datorum ad menandum, poteſt quis per ſe, & eius familiam propria auctoritate, & animalia, & alia bona mobilia tenentis ad menandum pignorare. h. d. Molfeſ.

CONSVET. II.

SI aliquis dederit animalia alicui ad menandum, poteſt pro menando pro ipſo animali debito auctoritate propria per ſe,& familiam ſuam, tenentem animalia ad menãdum, pignorare, capiendo ipſa animalia, vel de alijs rebus mobilibus tenentis ipſa animalia ad menandum.

Pignoratio animalium datorum ad menandum pro medietate pretij dictorum animalium fit auctoritate propria, ſi viuant animalia, & non aliter. h.d. Molfeſ.

CONSVET. III.

PRo debito autem, quod tenens animalia debet domino animalium pro medietate ipſorum animalium, animalia ipſa tantum poteſt Dominus animalium auctoritate propria per ſe, & per alium capere, ſiue pignorare, & tàm in caſu præſenti, quàm ſuperiori proximo demenando, viuentibus ipſis animalibus, pignoratio ipſa auctoritate propria fit, non poſt mortem animalium prædictorum.

Baiulus ſine licentia Iudicis non poteſt aliquem pignorare.

CONSVET. IV.

BAiulis Neapoli non eſt licitum, ſecundum conſuetudinem Neapolis, abſque licentia Iudicum aliquem pignorare, vel facere pignorari.

Non ſummatur, quia breuis.

CONSVET. V.

NOn creditur ſeruienti Neapolis, dicenti aliquem denegaſſe ſibi pignus, niſi id probet.

SVM-

SVMMARIVM.

PEnſio ſignificat omnem redditum, qui ex re percipitur, etiam ſi eſſet cenſus emphyteoticus, vel cenſuarius; ſic etiam ſtipendia hominum, & quod debetur ratione beneficij, quod explicatur num. 1. cum ſequentibus.
Debita ratione beneficij, an excedat medietatẽ fructuũ, & quid, ſi quod remanet, non ſufficiat pro alimentis beneficiati, traditur n. 4.
Laici an ſint capaces penſionis in beneficijs eccleſiaſticis, traditur n. 5.
Vectigalis exactio an dicatur penſio n. 5.
Penſio ſtrictè ſumpta, refertur ad prædia vrbana, & etiam ad naues; merces verò refertur ad prædia ruſtica, quamuis ad inuicem multoties, confundantur, quod explicatur n. 7. & ſeqq. Si debetur ex fructibus, an ſolui debeat, ſi fructus non percipiantur, explicatur. n. 11.

QVÆSTIO PRIMA.

1 PRimò quæro, quidnã veniat appellatione penſionis? Hãc quæſtionem inſinuat hic Napod. *num. 2.* & ideò breuiter explicanda eſt. Penſio igitur dupliciter ſumitur, videlicèt, generaliter, ac latè sũpto vocabulo, & ſpecialiter, & ſic in eius propria ſignificatione. Primo modo penſio ſignificat omnẽ redditũ, qui ex qualibet re, & quauis occaſione percipitur, ſiue ſit res ruſtica, ſiue vrbana, vt ad literam habetur hic in conſuet. *Pro penſione domus.* Vbi Napod. *n. 1.* Itaque etiam ſi eſſet redditus emphyteoticarius, vocatur
2 penſio. *l fin. C. de locat. præd. ciuil. lib. 12.* Sic etiam cenſus, qui ex re aliqua ſoluitur, dicitur penſio. *c. conſtitutus de religioſ. domib. c. extirpanda de præbend.* Qualiter autem differat contractus cenſualis ab emphyteotico, dixi *tom. 1. par. 2. tit. de bon. q. 9 n. 2. & 3.*
3 Tertiò, ſtipendia hominum, quæ regulariter vocantur mercedes, quia pro labore debetur dicuntur etiam penſiones. *c. charitatem, & c. eccleſiaſticum 12. q.* Sic etiam annuus redditus, qui debeatur alicui ratione alicuius beneficij, nuncupatur penſio, quæ eſt onus beneficij, & de hac penſione agit
4 particularem tractatum. Gigas, & regulariter non excedit medietatem fructuum beneficij, quamuis poſſit etiam excedere: de qua materia agit Gigas *d. tract. de penſion. eccleſiaſt. q 9. & q. 35.* Azor. *par. 2. moral. lib. 8 c. 9. cum ſeqq.* Paris *de reſignat. beneſic. pluribus in locis,* & in ſpecie *lib. 9. q. 2. n. 144. lib. 1. q. 3. n. 81. & alibi.* Ricc. *loco citando decis. 416.* & dixi *in ſumma tract. 6. cap. 3.* Et dum excedit medietatem fructuum, vel remittitur de penſione, ſi reliqua medietas non ſufficiat in aliquo anno beneficiato, pro alimentis, vel reducitur ad iuſtam ſummam. Licèt Nauarr. *conſ. 53. de præbend.* quem ſequitur *Paris d. lib. 6. q. 2. n. 129.* dicat, quod in tali remiſſione, & reductione ad iuſtam ſummam ſit neceſſaria licentia, & ſi reſpiciat commodum ſolius penſionarij, poteſt ille etiam in totum renunciare penſionem, vt poſt alios probat Azor. *d. lib. 8. cap. 10. q. 6. in fin.* & dixi
5 *cit. c. 3.* & iſtæ penſiones ratione beneficiorum dantur multoties laicis, & vocantur varijs nominibus, videlicèt, præſtimonia, commendæ, & ſic de alijs, de qua materia poſt varios Theologos, & Canoniſtas, latiſſimè tractat Suar. *tom. 1. de reliq. lib. 4. de ſimon. cap. 24. cum plurib. ſeqq.* ſic etiam Ricc. *in praxi deciſionum Rotalium decis. 428. cum pluribus ſequentibus,* Valenzuola *conſ. 38. nu. 22. & ſeqq. conſ. 48. & 51.* & ſic de alijs, quæ omitto, quia non concernunt hanc noſtrã
6 materiam, & dixi *toto illo c. 3.* Dicitur etiam penſio exactio vectigalium. *l. vectigalia ff. de publican. & vectigal.* & ſic de alijs, quæ omitto, nam videri poſſunt citati Auctores, ſic etiam Tuſch. *in ſuis concluſ. in verbo penſio. d. concl. 363, ad concluſ. 274.* vbi plura infert, ſic
7 Ricc. *vbi ſuprà.* Penſio ſtrictè ſumpta, & in ſua propria ſignificatione, ad prædia vrbana refertur; fructus verò, ſiuè merces refertur ad prædia ruſtica. *l. diuortio §. non ſolum ff. ſolut. matrim.* Napodan. *d. n. 1.* & faciũt quę dicã *infra de locat. & conduct. q. 1. & alibi.*
8 Igitur penſiones propriè ſumptæ ad domos referuntur, & ad naues; ſed propriè penſiones ſunt reſpectu domorum; merces reſpectu nauium; fructus, ſiuè merces in pecunia numerata, reſpectu prædiorum ruſticorum, quamuis multoties ad inuicem confundantur, vt dixi, & penſiones domorum, merces nauium, redditus vectigaliũ, & ſic de aliis, veniunt appellatione fructuum. *l. item ſi fundi. ff. de vſufruct. l. cùm in plures, ff. locat.* cũ aliis cumulatis per Surd.
9 *decis. 270. n. 5.* & dixi *in ſumma par. 12.* & fructus veniunt appellatione intereſſe, vt probauit gloſ. *per illum tex. in l. loci corpus, § in confeſſoria in verbo non prohiberi ff. ſi ſeruit. vendic.* poſt alios Natt. *conſ. 510. toto. & conſ. 536. n. 5.* Surd. *deciſ. 252. n. 37. de Franch. decis. 254. n. 14.* Milanenſ. *in decis. Siciliæ par. 1. de-*
10 *cis. 8. n. 354. & alij.* Et ideò condemnatus ad intereſſe, vel ad fructus, dicitur etiã condẽnatus ad penſiones domorũ, merces nauiũ, redditus prædiorũ, & ſic de aliis, quoniã pro vno, & eodẽ reputantur, vt dictum
11 eſt; & ideò dum penſio debetur ex fructibus, ſi fructus eo anno non percipiãtur, non debetur penſio Felin. *in cap. ad audientiam. n. 7. verſ. extat concluſio de reſcript.* Caſtrenſ.

&

& alii, quos probat Ricclus *vbi ſup. deciſ.* 434. Thul. *d. verbo Penſio. conc.* 273. & dixi *d. c.* 3. ſed de hac remiſſ. mercedis ac penſionis dicetur infrà de locato, & conducto.

SVMMARIVM.

Coloni dicuntur in prædio ruſtico, inquilini verò in prædio vrbano, n. 1. vterque pro penſione, siuè affictu prædij poteſt auctoritate propria pignorari ſecundum noſtras cõſuetudines, quòd declaratur n. 2. & ſeqq.

Pignorari auctoritate propria poſſunt coloni, & inquilini ſecundum noſtras conſuetudines n. 2. ſic etiam conductores nauium, gabellæ, & ſic de alijs, quod explicatur n. 3. Procedit tã ſi eſſet penſio certa, quàm ſi eſſet incerta, & etiam in partiariis, quod declaratur n. 4. & 5. quid ſi negent poſſidere traditur n. 6.

Partiarius colonus quiſnam ſit, & an poſſit pignorari, traditur n. 5.

Pignoratio contra quos detur, & ex quibus cauſis ſecundum noſtras conſuetudines, traditur num. 7.

Penſio quo tempore ſolui debeat traditur n. 8.

QVÆST. II.

Secundò quæro, cùm penſio tot modis ſumatur, de quanam penſione loquatur hic titulus? Hanc quæſtionem reſoluit Napod. *hic n. 1. &* 2. Pro cuius
1 ſolutione notandum eſt. Primò in iure varias eſſe colonorum ſeries, de quibus dicetur *infrà de locat. & conduct. q. 24.* propriè tamen quòad hanc reſolutionem, duæ ſunt eorum ſpecies: quidam enim dicuntur coloni, & quidam inquilini: Colonus eſt in prædio ruſtico, & huius ſunt variæ ſpecies, vt *d. q.* 24. explicabitur: Inquilinus eſt in prædio vrbano, vt ex. tex. ex *l. ſi in lege §. ſi domus ff. locat.* Napod. *hic not. n. 13.* & dixi *loco citato.*

2 Dico ſecundò. Teſtum in *conſuet.* 1. huius tituli loqui de penſione tàm coloni, quàm inquilini, ſiue ſit penſio certa in pecunia numerata, ſiue quouis alio modo; patet hoc dictum quòad omnes eius partes. Et quod attinet ad colonos, & inquilinos expreſsè determinat dicta conſuetudo, dicens, *pro penſione domus, terræ, terratici, feudi, vel alterius poſſeſsionis*, & hæc alterius rei poſſeſsio, vt hic notat Napodan. *n. 4. in fin.*
3 *& n. 5.* intelligitur, vel de locatione nauis, vt etiam in ea locum habeat hæc conſuetudo; vel in vſufructuario, ius fruendi domus, terræ, vel fundi locati, & cuiuslibet alterius habente, qui bona aliqua locat, quorum non habet proprietatem, ſed tantum poſſeſſionem, vt ſi locet ius percipiendi dirictus gabellæ, vel ex annua prouiſione, vel ex annona, ſi priuatus hæc iura habeat, & priuato locet, quoniam hæc iura dicuntur quaſi poſsideri exemplo ſeruitutum. *l. ſi ædes. §. libertas ff de ſeruit. Vrban. prædior. l. 3. ff. de acquir. poſſ. cum alijs cumulatis* per Napod. *his num. 6.* & dicã *infrà de loc. & conduc.* Ideò etiam in locatione talium diricтuum, habet locum hæc conſuetudo, vt docet Napod. *locis citat.* Muta *ad conſuet. Panorm. cap. 34. per totum*, vbi hæc omnia, & alia diſcuſſa in hoc titulo examinat.

4 Probatur ſecunda pars; Nam licèt Napod. *num. 1. in fin.* videatur concludere, quòd hæc conſuetudo ſolum habeat locũ, quando eſt penſio certa in pecunia numerata, quoniam tunc datur actio ex locato, ſecus verò, quando eſſet penſio incerta; quia tunc datur actio præſcriptis verbis; vel ſi nulla ſit penſio conſtituta; quoniam tunc datur actio mandati: Nihilominus loquitur Napodanus per aduerbium *fortè*, & ſic non affirmat, & conſuetudinis verba ſunt generalia, & mandant, vt hoc locum habeat etiã
5 in colonis, & partiarijs; Nam licèt partiarius colat pro penſione incerta, quia ad partem fructuum colit, & ſic eſt potius ſocius, vt etiam aduertit Napod. *n. 2. & 3. & n.* 14. attamen poſſunt pignorari; Et idem dici debet de illo, qui habet terrã ad terraticũ: Nã licèt Napod. *n. 3.* de illo dubitet, vt non cõprehẽdatur in hac conſuetudine; quoniã datur contra eũ actio pro ſocio, vel præſcriptis verbis, ex gloſ. *in leg. adſ.* in verb. *penſione C. locat.* & Iacob Butricar. *in l. 2. C. locat.* nihilominus contra partiarium, & tales actiones dantur, & tamen contra eum habet locum conſuetudo, vt dictum eſt. Secundò quoniam ipſa conſuetudo etiam loquitur de ipſo, qui terram colit ad terraticum, vt ex eius verbis cernitur, & in ſimili notat poſt alios Muta *d. cap. 34. n. 1. & 3.* & ſic pro ſolita mercede intelligitur, vt in titulo *de locatione* dicã *q. 5.* lariſſimè Mut. *d. c. 34. n. 48.*

Notat tamen Nauccer. *in d. conſuet. in 2. &*
6 *3. addit.* Has conſuetudines procedere, quãdo conſtaret, aliquem teneri ad penſionẽ; quia ſi negaret, vel ſuper tali negotio adeſſet lis aliqua, tunc non habent locum tales conſuetudines, cùm lite pendente, nihil ſit innouandum; & ideò eſt neceſſarium iudicis decretum. Sed an hæc hodie ſeruentur, dicetur *infra ſuo loco.*

7 Dicit ergo conſuetudo, quòd locator poſſit per ſe, aut ꝑ alios pignorare colonos, inquilinos, laboratores, & partionarios, colonos eorũ pro penſione domus, terræ, terratici, feudi, vel alterius poſſeſsionis, & alijs proinde debitis. Item prò benè laborandis, & colendis terris, & ſic de alijs, vt cernitur ex verbis dictæ conſuetudinis, deſuper relatis;

 & ſic

& ſic etiam eſt in ſublocationibus, & ſic de alijs, quod eſt etiam de iure communi, vt poſt Bart.Neguſ.Carot.& alios plures probat Muta *d.conſuet.34.n.5. cum ſeqq.* vbi examinat hanc materiam,& circa pignorationem rerum inuentarium in prædiis vrbanis; Sed de hac materia dicetur *infrà de locat.& conduc.* quatenus concernit diſcuſsionem tacitè hypothecæ, ne bis idem repetamus in praxi circà prædicta dicetur in ſo-
8 quentibus, hoc ſolum annotaro, quod in ſolutione penſionis, vel affictus, nempè, quo tempore ſolui debeat, ſtatur conuentioni Bald.*conſ.314.ad euidentiam lib.3.*Gambar.& alii, quos probat Tuſch.*d.verb.penſio, conclnſ.173.n.4.* Si verò non adeſſet conuētio, tunc in prędiis ruſticis ſoluetur in fine anni, collectis omnibus fructibus. In prædiis verò vrbanis ſoluitur, vt quiſque habitat, niſi conſuetudo eſſet in contrarium, vt notant præfati DD. & dicentur aliqua *infra de locato, & conducto;* ibi vim opportunius eadet hæc tractatio.

SVMMARIVM.

QVid ſit auctoritate propria pignorare. n. 1. qnando locum habeat n.2. An in legato n.3. An in debitore fugitiuo, n.4. An in vxore contra virum, vel alium poſſeſſorem bonorum dotalium n.5. & 6. An in tutore n. 7. An in executore teſtamenti n.8.

Debitor fugitiuus vna cum pecunia, & alijs bonis, quòd ſecum aſportat, capi poteſt à creditore n.4.

Vxor an poſſit bona dotalia ab omni poſſeſſore vendicare, n.5. & 6.

Tutor an poſſit auctoritate propria ſibi ſoluere ſi conſequi aliquid debeat à pupillo, n.7. An præſumatur remiſiſſe tertias, quas ſibi non ſoluit n.9.

Exequutor teſtamentarius, an poſsit ſibi ſoluere legatum, & creditum de bonis defuncti, n.8.

Dominus inueniens equum ſibi furatum an poſſit auctoritate propria pignorare. num.10. Quid in bobus, & alijs bonis mobilibus n.11.

Debitor an poſſit pignus vendicare auctoritate propria.n.12.

Locator an poſſit auctoritate propria, expellere conductorem, finita locatione, n.13. Quid ſecundum has conſuetudines, n.17. & 18. An Admittatur quæſtio dominij, quod locator nō ſit dominus, n.14.

Auctoritatē habens pignorandi iure proprio an melius ſit adire iudicē, vt auctoritate id faciat, n.15. & 21. An in hoc caſu ſit pars citanda, n.16.

Mandatum ad reluendum bona exequuta pro penſione, quando, & qualiter fiat, n.19.

Cōmiſſarius quando deſtinetur pro annotandis, & ſequeſtrandis fructibus prædij conducti, num.20.

QVÆST. III.

TErtiò quæro, Quid ſit *auctoritate propria pignorare?* Hanc quæſtionē
1 reſoluit *hic* Napod.*n.11. & 12.* vt nihil aliud ſit auctoritate propria colonos, & inquilinos pignorare, quàm eos cogere ad penſionem ſoluendam, & pro ea pignus accipere, & habetur etiam in *conſuetudine 2. & 3. huius tituli*, & idem diſponitur per *conſuetudines Panorm. cap.34.*
2 Sed quia noſtra conſuetudo loquitur tàm de penſione, quàm etiam pro benè colendo prædia, & fructuum recollectione, ideò de ſingulis breuiter dicendum eſt, explicatis prius aliquibus caſibus, in quibus de iure communi licitum ſit auctoritate propria pignorare, quorum multos recolligit caſus. Muta *ad dictas conſuetud. vt d.cap.34 n.27. cum ſeqq.* quorum aliquos ſolum recenſeā.
3 Primò igitur procedit in legato, ſi teſtator dediſſet poteſtatem legatario, ſiuè expreſsè, ſiuè tacitè, vt auctoritate propria capiat rem legatam.gloſ..*in §.de cætero.in* verb. *licentiam damus. Authen. vt de cætero commut. non fiat.* Roman. Bald. *& alii*, quos probat Mut. *loca cit. n.43.* Sed de hoc caſu dixi *ſup. tom.2.conſ.32.*
4 Secundò procedit contrà debitorem fugitiuum, qui poteſt à creditore capi, & ipſe creditor poteſt auctoritate propria capere pecuniam, quam debitor fugitiuus ſecum aſportabat gloſ. *in l. ait Prætor. § ſi debitorem. ff. quæ in fraud. creditor,* vbi omnes Mut. *vbi ſup. num. 27.* & hoc omnes ſciunt, quia tunc alio modo non eſt conſulium creditori.
5 Tertiò procedit in vxore, quæ auctoritate propria poteſt res dotales capere, quāuis ab alio poſsiderentur, dūmodo habeat clauſulam conſtituti in inſtrumento dotali, vt ex *gloſ. in l. cùm creditor, ff. de furt.* Cumia *ſuper Rit. Siciliæ cap.40.n.130.& 303.* & notat
6 Muta *d.cap.34.n.30.* Sed hoc non eſt verum, quia tunc vxor petit aſsiſtentiam, & ſolum habet ius retinendi bona viri, & bona dotalia, vt dixi *ſud.p.6.*
7 Quartò procedit in tutore, qui auctoritate propria ſibi ſatisfacit de expenſis, legitimè factis in bonis pupilli, vt poſt Cartor. notat Mut. *vbi ſup. n.31.* & in hoc ſunt iura
8 manifeſta, prout etiam eſt in executore teſtamenti, qui poteſt accipere, ſiuè retinere ſibi rem legatam, vt ex multis probat. Dec. *conſ.418. n.2.dub. & conſ.476. in fin. Mut. vbi ſup.n.39,* Ex quo, dum bona adminiſtrant,

Digitized by Google

& alijs ſoluunt, poſſunt etiam ſibi ipſis ſa-
tisfacere, de Frāch. *deciſ.* 349. & alij, quos, idē
9 Muta probat *cap.* 51. *n.* 26. & multi dicunt, vt
ſibi non ſoluendo tertias, præſumatur eas
remittere, de cuius articuli veritate dixi *p.*
6. *q.* 10. *ſub n.* 9.
10 Quintò procedit ſi quis inueniret equum
ſibi raptum, nàm poſſet illum auctoritate
propria capere, etiam ſi ſuper eo aliquis
equitaret, & idem eſſet de aliis animalibus,
& de ſeruis. Bald. *in Authen. ad hoc. C. de latina
libert. tollen.* Alex. *conſ.* 64. *lib.* 3. Boer. *dec.* 218.
& alibi. quos probat Mut. *vbi ſupra, n.* 40. &
11 idem eſſet in bobus aratorijs, ſi creditor
expignoraſſet, quia poſſet dominus eos au-
ctoritate propria recuperare, ex quo expi-
gnorari non poſſunt, vt ex multis proba-
uit Cartot. *in tract. de locat. & cond. in tit. de
innectis, q.* 20. quem probat *Mut. ad dictas cō-
ſuetud. Panormit. cap.* 73. *n.* 7.
12 Seſto idem procedit, quando adeſſet pa-
ctum, vt auctoritate propria poſsit aliquis
vendere pignus, iuxtà tradita per Bart. *in l.
alio harede. n.* 18 *ff. de aliment. & cibar. legat. &
alios*, quos probat Mut. *d cap.* 34. *n.* 36.
13 Septimò procedit in domino, qui bona
ſua alicui locaſſet, nā finita locatione, poſ-
ſet propria auctoritate expellere cōductorē,
& aperire oſtia, etiam contrà voluntatem
14 conductoris, nec admittitur quæſtio do-
minij. *l. ſi quis conductionis. C. locat. cum alijs
cumulat. per* Mut. *vbi ſupra cap.* 34. *num.* 41.
& ſequentibus, ſed de hoc dicam infrà *de loc.
& conduct.*
15 Verum in his, & alijs ſimilibus caſibus,
melius eſt adire iudicem, & eius auctorita-
te prædicta exequi, vt euitentur rixæ, ac tu-
16 multus; & tunc etiam pars citanda eſt, vt
poſt Afflic. *deciſ.* 316. Alex. Part. *& alios pro-
bat.* Mut. *d ca.* 34. *n.* 45. vbi alios enumerat ca-
ſus, in quibus licitum eſt de iure commu-
ni auctoritate propria pignorare, quos
omitto, & redeo ad quæſtionem propoſitā
ſecundum terminos noſtrarum conſuetu-
dinum.
17 Dico igitur primò. Dominus rei locatæ
poteſt virtute huius conſuetudinis aucto-
ritate propria compellere conductorem
ad portionem rei conductæ, ei ſoluendam
pro toto tempore, quo conduxit, & aucto-
ritate propria pignorare colonos, ac inqui-
linos, vt habetur *in dicta conſuetudine in*
18 *princ. vbi* Napodan. *n.* 11. Verùm hoc hodiè
non ſeruatur, vt *in ead. conſuet in vltim. addit.*
notat Naucler *fol.* 21. *à ter.* quia pars vadit ad
iudicem, qui dat parti Alguſerium qui exe-
cutionem facit ſine alterius partis citatio-
ne, & facta executione, citatur pars illa ad
reluendum, vel fiunt executoria in forma,
& pars ſumit ſecum Alguſerium, qui exe-
quitur in bonis conductoris; & quando ſūt
19 bona mobilia, aſportantur penes Tubit-
tam: fit deinde mandatum ad reluendum
& ſi pars non reluat, fit licentia de venden-
do, & ſub haſta venduntur, vt eſt praxis no-
toria in hac ciuitate Neap. Quando autem
exequuntur fructus, tunc accedit commiſ-
ſarius ad annotandos fructus, & deſtinan-
tur Alguſerij pro cuſtodia, & collectis po-
ſtea venduntur, vel conſignantur locatori
pro ſatisfactione ſuæ penſionis, pro ea ta-
men parte, pro qua eſt creditor, vt eſt pra-
xis notoria, & in penſionibus ſunt ſancita
tempora ad exigendum, vt dicetur *infra de*
21 *locato, & conducto*, vt etiam in ſua conſuet.
hoc procedere affirmat, vt hæc fiant iudi-
cis auctoritate probat Muta *in conſuet. Pa-
nor. cap.* 33. *n.* 23. *& ſeqq.* non obſtante pacto
in contrarium, & hoc contrà diſcuſſa per
Afflict. *deciſ.* 173. *n.* 6. *& alibi*, quia ſemper de
vrbanitate requiritur iudicis decretum;
quamuis detur et ius reticendi, vt dixi *de le-
gato ſup. conſil.* 32.

Dico ſecundò. Hæc pignoratio fieri etiā
poteſt pro benè colendo terras, & fundos,
& etiam pro collectione fructuum, vt in
ead. conſuetudine habetur, vbi Napod. *num.*
11. *in fin.* vbi dicit, quod tunc non fit ſtatim,
ſed pro temporum congruitate dilationē
capit.

Sed hoc nec etiam ſeruatur, quia pro cul
tura, adiri etiam ſolet iudex, vt iuris ordine
ſeruato, omnia fiant, & multoties etiam
propria auctoritate illum expellit, vt dicā
infra de locato, & conducto q 34. vbi quando
ſi abutitur re conducta, expelli poſſit, & ad
quæ damna teneatur. Quòd vero ad colle-
ctionem fructuum, idem ſeruatur, vt pro
exactione penſionis dictum eſt.

S V M M A R I V M.

*Conductor quando teneatur de damno il-
lato ab eius familia. n.* 1. 5. *&* 6.

*Familiæ appellatione venit omnis domeſticus,
n.* 2. *ſic omnis alteri ſeruiens, n.* 3. *tam ſi eſſet
ſeruus, quàm ſi liber familiaris quiſnam di-
catur, n.* 7. *remiſſiuè.*

*Dominus domus, quando præſumatur ſcire fa-
cta ſuæ familiæ, n.* 8.

Q V Æ S T. I V.

1 Quartò quærò. An conductor te-
neatur de damno, & debito ſuæ
familiæ? Et affirmat *d. conſuetu-
do pro locatione.* De qua mate-
ria latiſſimè diſcutiam infrà. *de
locato, & conducto, q.* 29. ad ibi dicēda me refe
2 ro. Notat tamen hic Napod *n.* 7. *&* 8. quòd
licèt quilibet domeſticus veniat appellatio-
ne familiæ. *cap. qualiter in tit. qualit. Vaſall.
iurar.*

Digitized by Google

3 *Iurar.deb.fidelit.*Sic etiam veniunt omnes il-
li,qui ſunt in ſeruiendi miniſterio illius,de
cuius familia agitur *l. ædiles.§. famil.ff. de vi
bonor.raptor.*cum alijs cumulatis per Napo-
4 dan.*d.n.7.* ſiuè eſſent liberi, ſiuè ſerui, ſiuè
eſſemus in familia ruſtica, ſiuè in fami-
lia vrbana, de qua materia latiſſimè tra-
ctat Maſcardus *de probationib. concluſ.756.
& Tuſch. in verb.familia concluſ.76. & in ver*
5 *bo Dominus concluſ.* 715. Teneretur etiam
de culpa illorum, quos ſecum induxit in
rem conductam, vt ex tex.*in l.videamus ff.*
6 *locat.*Napodan.*n.*8. Idem procedit in fami-
liari, ſi enim iuſſu Domini remaneat obli-
gatus, vt poſt alios firmat Gamm.*decif.*190.
vbi ſic deciſum refert, & de familiaribus
multas recolligit deciſiones Riec.*in ſua col-*
7 *lech.par.1.cap.*131.Quiſnam dicatur verus fa
miliaris, & quæ requiſita habere debeat,
præcipuè ad effectum, vt ei poſſit per Car-
dinalem conferri benefitiũ vti eius familia-
ris, latiſſimè tractat Cardinal Tuſch. *in ver-
bo familiaris,conc.*72. *& ſeqq.* Pariſ. *de reſigna-
tion.benefic.lib.2.q.16.num.36.lib.5.q.* 195.*lib.
10.q.3.n* 18.*& ſeqq.*quod omitto, quia non
concernunt hunc titulum noſtrum,& eſſet
illatio extrà materiam, ſufficit indicaſſe au-
ctores.
8 Quando autem præſumatur ſcientia do-
mini de eo, quod eius familia gerit, & ſic
de alijs, latiſſimè reaſſumit idem *Tuſc. in
verb.ſcientia in quibus conc.64.per totam.*

SVMMARIVM.

C*Onſuet.* ſi aliquis dederit. *& conſuet.*pro debito.*de quibuſnam contractibus loquã-tur, num.1. & 2.ſunt contrà diſpoſitionem iuris communis.n.12. Talis contractus, vel eſt ſocietatis,vel aſſecurationis, vel innominatus n.3. Quomodo cognoſcatur eius ſpecies. recenſetur n.9.*

Animal quodnam dicatur. n.4. ſimpliciter prolatum de quo intelligatur n.5. Quænam dicantur animalia manſueta,& quæ ſyluestria n.6. De quibus animalibus loquantur prædictæ conſuetudines,n.7.

Contractus ad menandum quidnam ſit, & vndè dicatur, n.8.10.11.

Animalia data ad menandum, an poſſit dominus retinere pro eius pretion.10.

Ius ſibi dicere cur nemo poſsit auctoritate propria,n.13. Cur in cauſis conſanguineorum, & amicorum,n.14. Quid in Imperatore, n.16.Teſtis nemo eſſe poteſt in cauſa propria, & ratio traditur n.16. Iudex quando peccet,ſi faciat litem ſuam,n.17.Quando teneatur dare Aduocatũ litigantibus, n.18. Quid ſi vna pars omnes famoſos Aduocatos pro ſe conduxiſſet, n.19. Quando dicatur ducere vitam ſimilem Religioſis,n.21.& 22.

Aduocatum bonum habere cur melius ſit, quàm habere bonum iudicem n.20. Debet Aduocatus plures habere conditiones,vt licitè munus ſuum exerceat,quę recenſentur à n.23.ad 28. quando teneatur ad reſtitutionem, n.27. Si dedit conſilium pro vna parte, an poſſit pro alia parte conſulere, & quid ſi factum eſſet diuerſum, n.28. An licitè fieri poſſit in cauſa appellationis,n.29.

Aduocatus bonus dicitur vitam ducere ſimilem Religioſis,n.21.& 22.

Procurator in vna cauſa an poſſet eſſe procurator pro parte contraria in cauſa appellationis,n.30.& 31. Quid ſi varietur iudicium, n.32.Quid ſi ceſſet ſuſpitio auaritiæ, vel ſit procurator bonę famę, quod id non faciat fraudulenter,n.34. & 35. Quid ſi interueniſſet obliuio,quod fuerit procurator pro contraria parte,n.36. Qualiter exequutum fuerit Panorm.dum caſus euenit, n.38.

Non omne quod licet honeſtum eſt. n.33.

Fama bona tollit omnem ſuſpitionem auaritiæ, & peruerſitatis,ac præuaricationis etiam in cauſidicis,n.35.

Obliuio alicuius facti pręſumitur ex curſu decennij,n.36.

Ceſſionarius vti poteſt iure ceſſo contrà quaſcunque perſonas,n.37.

QVÆST. V.

QVintò quæro. An hæc pignoratio
detur etiam pro debito animaliũ?
Et quoniam de hac quæſtione agi-
1 tur.*Hic* in cõſuet.*ſi aliquis dederit.*
& in cõſuet.*Pro debito autem.* Ideò
aliqua notanda ſunt pro eius declaratione.
2 Primò aduerti debet has duas conſuetu-
dines loqui de contractu ſocietatis anima-
3 lium, vt ex earum lectura cernitur: Qui
quidem contractus multoties eſt locatio-
nis, aliquando ſocietatis, aliquando verò
aſſecurationis, aliquando eſt contractus in-
nominatus, prout latiſsimè explicabo *infrà
de locato,& conducto q.*18. Vbi plures reſolui
quæſtiones, hanc materiam concernentes:
ideò ad ibidem mitto lectorem.
4 Dico ſecundò quòd, licèt animal dica-
tur omne id, quòd per ſe mouetur, & ſic
etiam hominem complectatur *l.mouentium*
5 *ff.de verb. & rer. ſignif.* ſimpliciter tamen
enunciatum *animal* in iure intelligitur de
animali irrationali *l.1. & toto tit.ff ſi quadr.
pauper. feciſ.dic.* vt notat hic Napod. *n.*15.
& 16.

Digitized by Google

& 16. & probant communiter *DD. in tit. de rer. diuiſ. §. gallinarum.* & ſępè aliàs latiſsimè *Leſſe. lib. 2. de iuſt. & iur. cap. 5. dub. 6. cum ſeqq.*
6 Vbi alios citat. Et hæc animalia vel ſunt
domeſtica, & manſueta, vt ſunt oues, bo-
ues, equi, & ſic de alijs; vel ſunt ſyluestria,
vt leones, capreæ, & ſic de ſingulis, vt ha-
betur in locis citatis, & dixi *in ſumma tract.*
7 *12. cap. 3. num. 90. & ſeqq.* Attamen iſtæ con-
ſuetudines loquuntur de animalibus do-
meſticis, & manſuetis; hæc enim dantur ad
menandum, ſiue ad ſoccidam, vt eſt notiſ-
ſimum.
8 Dico tertiò. Contractum ad animalia me-
nandum eſſe contractum ſocietatis, vel in-
nominatum, do, vt des. ita Napod. *hic n. 17.*
& 18. Nam menandum dicitur à mene, &
do, das; quaſi hæc animalia dentur ad pe-
riculum, & defectum animalium in dam-
num, qui dat, ſi animalia ſunt in totum,
vel in damnum vtriuſque, ſi animalia ſunt
communia, vt notat Napod. *d. n. 18.* & cla-
9 rius *n. 20.* Qualiter autem cognoſcatur eſſe
contractum ſocietatis, vel præſcriptis ver-
bis. Napodan. non declarat, ſed dicam *d. q.*
18. de locato, & conducto, ideò ad ibidem di-
ſcuſſa me remitto, multa cumulat etiam
Tuſc. 5. *tom. ſuarum concluſ. in verb. locatio ani-*
malium concluſ. 409.
10 Dico quartò, pro debito, ſiuè pretio ani-
malium, datorum ad menandũ, poteſt do-
minus animalium, viuentibus tamen ani-
malibus, vel ipſa animalia, vt alia bona mo
bilia tenentis animalia, auctoritate propria
pignorare: Hoc dictum probant ad literã
dictæ duæ conſuetudines, eſtque exemplũ,
ſi Petrus dederit alicui ruſtico aliqua ani-
malia ad menadum, quia pro certo prætio
vendidit ruſtico illi medietatem anima-
lium, & pro medietate promiſit ruſticus
dare Petro certam quantitatem frumenti,
ſi ruſticus non ſoluit in tempore promiſſo;
poteſt Petrus vel per ſe, vel per alium ſine
licentia iudicis, & ſic auctoritate propria
capere illa animalia pro debito, vel alia bo-
na mobilia dicti ruſtici pro ſatisfactione ſui
crediti, vt diſponitur in dictis conſuetudi-
12 nibus, quæ ſunt etiam contrà diſpoſitio-
nem iuris communis, quoniam de eo ne-
13 mo poteſt auctoritate propria ius ſibi di-
cere, ſed iudicem adire tenetur, *toto tit. C. vt*
nemo in ſua cauſa iudic. & hoc omnes ſciunt,
quoniam homines obcęcati ſuis poſſeſ-
ſionibus, non iudicarent, quæ recta ſunt, ſed
ſemper commodum proprium procura-
14 rent, & hac ratione attenta, & vt penes iu-
dices non ſit perſonarum acceptio, non
poſſunt iudices conſanguinei cauſas iudi-
care, & tamquam ſuſpecti à iudicando re-
mouentur tàm de iure ciuili, & canonico,
quàm etiam ſecundum municipale huius
15 Regni, vt omnes ſciunt. Et ob eandem
cauſam nec Imperator poteſt ſibi ius dice-
re in cauſa propria, etiam de conſenſu par-
tium, vt ex tex. *in l. pen ff. de arbitr. ac alijs*
probat. Andr. *in in cap. Imperialem. § præterea ſi*
inter duos n. 83. de prohib feud. alienat. per Fe-
deric. Capyc. *deciſ. 197.* Vrſil. *ad Afflict. deciſ.*
366. n. 2. Aquilin. *in l. naturaliter. §. nihil com-*
mune par. 2. n. 33 ff. de acquir. poſſ. & hoc eſt
16 clarum, vt etiam teſtes remoueantur à
perhibendo teſtimonium in cauſa propria
vel ſuorum conſanguineorum *l. nemo. C de*
teſtib. cum alijs vulgat. de qua materia latiſ-
ſimè tractat Maſcard. *de probat. concluſ. 1357.*
& ſeqq. Surd. conſ. 452 n. 50. vol. 3. & alij: Sunt
enim de hac materia particulares tractatus,
præcipuè penes Farinac. *in tract. de teſtib.*
17 Hinc Iudex admonetur, vt benè perpẽ-
dat iura partium, & quod iuſtum eſt, iudi-
cèt; aliter enim facit litem ſuam, & ad emẽ-
dationem damnorum pati læſę tenetur, vt
ſuo loco dictum eſt *in ſumma tract. 8. c. 13. n.*
18 *15. & ſeqq.* Sic etiam ſi videat aliquam ex
partibus, coram ſe litigantibus, non habere
aduocatum, tenetur iudex illi parti proui-
dere de aduocato. *l. 1. §. ait prætor ff. de poſtul.*
cum alijs cumulatis per Marant. *in 6. par. ſui*
ſpecul. verſ. & perueniatur. aliquando per viam
inquiſitionis. n. 392. Carauit. *in rit. 99. & alij*, &
19 hoc in tantum eſt verum, quòd, ſi in illo
loco duo tantùm adeſſent aduocati famo-
ſi, & vna pars ambos ſibi ſumpſiſſet pro ſe,
nec adeſſènt alij idonei, qui alteram partẽ
adiuuarent, tunç iudex ex officio ad hoc,
ne alia pars remaneat indefenſa, diuidit di-
ctos aduocatos inter illas partes *l. prouiden-*
20 *dum. C. de poſtul.* Quoniam bonum aduo-
catum habere melius eſt, quàm habere bo-
num iudicem, cùm aduocatus ſit totus in
beneficium clientis, iudex verò eſt com-
munis inter partes. Fulgoſ. *in l. quod ſi nolit. §.*
ſi mancipium ff. de ædilit. Vbi Cępoll. *nu. 14.* Si-
mon de Præt. *de interpretat. vltim. volunt lib.*
5. interpret. 2. dub. 2. nu. 29. Quamuis ſi boni
ſint, & rectè officium ſuum exerceant, di-
cantur tàm iudex, quàm aduocatus ducere
vitam ſimilem religioſis viris. Arnon. *ſingul.*
23. cum alijs cumulatis per Borgnin. *pauæ. dec.*
33. nu. 25. deciſ. 2. n. 6. par. 4. Simon de Pręt. *lib.*
1. de interpretat. vltim. vol. interpret. 1. ſub dub.
22 *5. & alij*, quoniam iuſtitiam defendunt, pa-
cem in repub. conſeruant, & alia bona ope-
ra exercent, & poſt alios notat etiam Sayr.
lib. 12. clauis Regiæ cap. 22. n. 1. & ſeqq. vt dixi
tom. 2. in proœmio q. 4. n. 39. cum ſeqq. q. 7. num.
16. & ſeqq. q. 8. num. 10. & ſeqq. Faxit Deus, vt
ſemper, quod bonum eſt faciant.
23 Et quia ſermo accidit de aduocatis; eſt
aduertendum, quòd debet eſſe cautus in
conſulendo, vt factum prius benè perpen-
dat ad hoc, ne det reſponſiones fugitiuas, &
24 dubias, ſed veras. Secundò debet eſſe in
patrocinando fidelis, ne parti aduerſæ ſe-
creta

Digitized by Google

25 creta ſui clientuli manifeſtet. Tertiò ſit iu-
ſtus iureconſultus, vt ſecundum veras in-
terpretationes legum, & veras doctrinas ſui
clientuli cauſas defendat. Archidiac. *in c. non
licet* 11. *q.* 1. *cum alijs cumulatis per* Simon. *de*
Pręt. *lib.* 1. *de interpret. vltim. volunt. interpr.* 1.
dub. 5 *ſolut.* 8. *num.* 7. *cum ſeqq.* Sayrus. *qui alios
Theologos, & Canoniſtas lib.* 1. *citat lib.* 1. cla-
uis Regię *c.* 11. *n.* 17. *cum ſeqq.* & latiſſimè *lib.*
12. *cap.* 22. *toto*, vbi ponit quinque conditio-
26 nes aduocati. Primò vt habeat ſcientiam
conuenientem ſuo muneri. Secuudò fide-
litatem, ne ſecreta ſui clientuli alteri parti
directę, vel indirectè manifeſtet. Tertiò vt
cauſam iuſtam defendat, & iniuſtas deſerat.
Quartò vt patrocinium pauperum liben-
ter ſuſcipiat. Et quintò vt iuſta merces ei
detur. Sed tres primæ veræ ſunt: vltimum
enim reſpicit eius ſalarium, & ſic conſe-
quitur poſt officium, & patrocinium: Mul-
ta etiam tractat Leſsius *lib.* 2. *de iuſt. & iur. c.*
27 31. *dub.* 7. *cum. ſeqq.* qui etiā tractat, quan-
do aduocatus teneatur ad reſtitutionem;
ſed non attinet hoc loco de hoc negotio
pertractare, aliqua diximus *in ſumma tract.*
8. *cap.* 13. *num ſeqq.*
38 Inſuper ſi dederit conſilium pro vna par-
te, ſi punctus facti variaretur poſſet pro alia
parte conſulere; quia quælibet minima
mutatio facti totam iuris deciſionem mu-
tare facit, vt probauit Speculat *in tit. de aduo-
cat.* § *nunc tractemus col.* 1. Sequuntur Albe-
ric. Dec. *& alij, quos* probat Simon de Pręt. *d.
ſolut* 8. *n.* 13. *cum ſeqq. & alij plures*, quamuis
in facto melius eſſet, ſi à prædictis ſe abſti-
neret, vt omnis auaritiæ ſuſpitio tolleretur.
Ex hoc euenit, vt aduocatus in cauſa prin-
cipali pro me, non ſit meus aduocatus in
cauſa appellationis, quoniam ſunt cauſæ
diuerſæ contra me in dicta cauſa, nec di-
ceretur in puncto iuris tergiuerſator. *gloſ. in
l. fin. de poſtul.* Bart. *in l.* 1. § *aduocatus. ff. de ap-
pellat.* Ariſmin. *Tepat. to.* 1. *variar. iur. ſentent.
in tit. de poſtulando.* § *aduocatus in cauſa prin-
cipali.*

Ex his cùm anno 1614. eſſem Panormi,
fuit penes illius Regni Excellentiſſ. Prore-
30 gem accuſatus quidam procurator, quòd
nunc prò, nunc contrà certam perſonam
procurationis officium exercuiſſet, in di-
uerſis tamen iudicijs, & coram diuerſis iu-
dicibus, in eadem tamen cauſa, ſeù pro eiſ-
dem bonis. Et quia dictus procurator eius
conſanguineus erat homo valdè prudens,
& in ſuo officio benè verſatus, obtinuit, ex
quo pars aduerſa neſciuit ſe defendere.
Hæc mulier tranſactionem inijt cum ſuo
aduerſario, & ſoluta illi certa pecuniarum
quantitate, ceſſionem obtinuit ſuper eiſdē
bonis, pro quibus antea litigabantur; Elap-
ſis poſtea nonnullis annis, mulier illa litem
fuit proſecuta contra quoſdam alios, & ille,
procurator, ſuus conſanguineus, ſiue agna-
tus, illam defendit. Fuit inquam hic procu-
rator accuſatus penes Proregem, vti præua-
ricator, & commiſſa cauſa cuidam integer-
rimo iudici criminali Mag. Reg. Cur. ego
ſcripſi in dicta cauſa, quia multum debe-
bam dicto procuratori, & fundaui illum in
nullum incidiſſe crimen, ſed licito iure
proceſsiſſe.
31 Primò quia eramus in diuerſo iudicio, &
ideò procurator in primà inſtantia pro me:
poteſt eſſe contra me in ſecunda inſtantia,
vt dictum eſt.
32 Secundò quia modico facto variato, hęc
mutatio facit etiam mutare iuris articulū,
& poteſt quis in puncto iuris dare conſen-
ſum, vt dictum eſt, & ne mihi diceretur,
33 quòd, licèt hoc ſit licitum, non tamen vi-
detur ex parte honeſtum, ad vitandum ſu-
ſpitionem auaritiæ, ac malum nomen, &
ſic non omne, quod licet, honeſtum eſt,
l. non omne ff de regul. iur. cum vulgat. alijs di-
34 cebam in hoc caſu ceſſare omnem ſuſpi-
tionem auaritiæ; tùm quia conſanguineā
defendebat, & ſic abſque ſalario; tum, &
hoc magis vrgebat, ſtante bona fama dicti
procoratoris, nota in illa fælici Ciuitate, &
35 in toto illo Regno, & ideò bona fama tol-
lit omnem malam præſumptionem pur-
gat iudicia contraria, & liquefacit omnes
malas ſuſpitiones, vt ex multis probat Parſ.
conſ. 123. *n.* 15. *vol.* 4. eſtq. communis opinio,
vt firmat Iul. Clar. *in* § *fin. q* 60. *n.* 23. *verſ qui-
nimo.* & poſt alios *Tuſc in verb. fama bona con-
cluſ.* 69. *num.* 2. *& ſeqq. & alij paſſim*: Quæ qui-
dem bona fama in hoc caſu non ſolū erat,
quoniam hic talis nunquam fuit ſolitus ſi-
milia facere, ſed erat homo maximè pro-
bitatis, & ſpatio quadraginta annorum, qui-
bus tale officium exercuit, nunquam de
eo verbum ſiniſtrum fuit auditum, & ab
omnibus pro bono, & timorato viro habê-
batur, & maximas, & varias cauſas etiā illius
vrbis, & ſic communitatis, cum omni inte-
gritate exercuit, quod maximum eſt, de
cauſidicis, & eo magis in illo Regno.
36 Addebatur etiam, quòd iam erant elapſi
decem anni à primo iudicio, & ſic ex cur-
ſu tanti temporis, nempè, decennij, præſu-
mitur obliuio. Caſtrēſ. *conſ.* 285. *col.* 2. *in prin-
cip. vol.* 1. Tuſc. *vbi ſup in verb. obliuio. concluſ.*
48. *n. & ſeq.* & hoc eò magis locum habebat
in illo viro, qui tàm varia, & multa negotia
habebat, itaque ſublata erat omnis ſiniſtra
ſuſpitio.

Poſtremò addebatur, quòd inanis erat
prætenſio partis, non ſolum ex prædictis; ſed
etiam quia ille cauſidicus ſemper defen-
dit, eandem perſonam, ex diuerſis tamen
medijs, & nouum quiddam eſt, & inaudi-
37 tum, vt ceſsionarius non poſsit vti iure
ceſſo contra alios, contra quos cedens vti

pote;

poterat: Iura enim ſolùm mandant, ne
ceſſio afficiat cedentem, vt ſciunt omnes;
non autem vt ea vti non poſſit ceſſiona-
rius contra alios *l.2.Cod. de fideiuſſ.vbi omnes.*
Et hoc ſciunt etiam pueri. Igitur, ſi ego
vti poſſum tali ceſſione, poteſt etiam pro-
curator meus me defendere.
38 Auditis, ac lectis prædictis, quæ fuerunt
ſubſcripta à multis Doctoribus dictæ Vr-
bis, & attenta pręcipuè bona fama dicti cu-
rialis, negotium vltra non proceſsit, & pars
aduerſa magnam ſuſtinuit confuſionem;
quæ dixi, quaſi tranſeundo, eſto materia
huius tituli id non expoſceret, ſed aliquan-
do licitæ ſunt digreſsiones bonæ, & hone-
ſtæ, ſicuti hæc mihi eſſe videtur.

S V M M A R I V M.

BOues aratorij, & inſtrumenta ſpectantia ad culturam agrorum an expignorari poſſint ſecundum has cõſuetudines, n.1. Quid de iure Regni, n.2. & 4. Quid ſeruetur in praxi, n.3. Quid de iure communi, num.4. & 5. Quid ſeruetur Panormi, n.6.

Segetes ex dono cœleſti conceduntur, n.5.

Boues aratorij quando poſſunt occidi, & quanto tempore ſint apti ad laborem, n.7. Cur poſſunt macellari, & non expignorari, n.8.

Boues aratorij an in defectu aliorum bonorum expignorari poſſint, n.9. Quid pro debito fiſcali, num.10.

QVÆST. VI.

1 SExtò quæro, An hæc pignoratio fie-
ri poſsit etiam ſuper bobus arato-
rijs, ligonibus, & aratris? Reſponde-
tur negatiuè. Ita Napodan. *hic n.12.*
ex tex. in l.executores, & Authent.agricultores
C.quæ res pignor. obligar. poſſ. Ligones enim,
& aratra de iure nemo pignorare poteſt, &
ideò dum iſtæ conſuetudines expreſsè non
mandant contrarium, ideò declarantur
ex iure communi, vt optimè docet Napo-
2 dan. *vt dixi par.1.cap.3.n.27. & ſeqq.* Inſuper
in hoc Regno eſt ſpecialiter prouiſum per
regias pragmaticas, vt exequi non poſsint
boues aratorij, nec inſtrumenta ad culturã
agri ſpectantia, *vt in pragmat.38 de offic. ſacr.*
conſil. Marant. *in 6.par. in 3.actu n.31.* eſtque
3 notoria praxis, adeout debeat interuenire
licentia collateralis, & licentia conceditur,
vt exequantur, præſtita tamen cautione de
illis bobus non macellandis, & de conſer-
uando talia inſtrumenta, vt eſt praxis no-
toria, ideò omitto probationes.
4 Hoc idem diſponebatur per *Conſtitutiones*
Regni, ſeù per *capitula huius Regni Regis Ca-*
roli incip.conſtitutioni ſub tit de bob.arator. non
expignorand. vbi Iſern. Sic etiam eſt confor-
5 me iuri communi, & hoc ne ſegetes, quę
cœleſti prouiſione conceduntur, perirent.
l.2.C.de fruct.& lit.expenſ.§. agricultores. Au-
then.de ſtatut.& conſuet.quæ contr. libertat. ec-
cleſ.collat.9. cum aliis cumulatis per Marium
Mut.ad conſuetud.Panorm.cap.73.n.7. & ſeqq.
6 & in dicta conſuetudine Panormitana hoc
idem diſponitur. Et licèt ipſe Muta hoc li-
mitet duobus modis. Primò quando boues
iam laboraſſent per decennium, quia tunc
occidi poſſunt, quoniam non poſſunt am-
plius durare, vt tradit Crauett. *conſ.: 46.n.*8.
Bergnin. *decif 44.n.123 p.1.* hoc tamen fieri
nequit in hoc regno, quia nec etiam exe-
qui poſſunt tales boues, quamuis poſsint
8 occidi; Alia eſt enim ratio macellationis,
& alia expignorationis, nàm macellationis
eſt ratio, quia dum boues ſenes, & inutiles
ſunt, amplius pro cultura non deſeruiunt,
& ſic meritò iure macellantur, & volunta-
riè dominus bouum id facit: ſed in expi-
gnoratione, licèt ceſſet ratio culturæ; nam
ſemper inutiles ſunt ad cultiuandum, atta-
men ſemper creditor cauſam excuſationis
huiuſmodi allegaret, quòd boues inutiles
erant, & proinde nec dictus auctor hoc po-
nit pro limitatione. Igitur duas limitationes
9 ponit. Prima eſt in defectu aliorũ bonorũ
ex gloſ. *l.executores.C.quę res pignor.oblig poſſ.*
Andr. *in d.c. cſtitutiõni.* Petr. Gerard. & Rip.
quos probat Viu. *in ſuis communib. opinion. in*
verb.executio rei iudicatæ, & alij, quos ipſe Mut.
10 *probat d. cap 73. n.*8. Et ſecundò in debito
fiſcali, dummodo alia bona non adſint, ex
tex.in cap. Regni pridem.ſub tit.de pœn.violent.
Vbi Iſern. Ruin. Nicola de Neap. *& alij, quos*
ipſe Muta *probat n.9.* Sed nec in hoc regno
dictæ limitationes admittuntur; quia ex di-
ſpoſitione dictarum pragmaticarum, adeſt
generalis prohibitio, & neceſſaria eſt licen-
tia Collateralis Conſilij, vt dictum eſt, &
dum alia bona non adſunt, de facili licen-
tiam concedit.

S V M M A R I V M.

BAiulus Neapoli nequit expignorare ſinè licentia iudicis n.1. & 8. An hoc procedat de iure Regni, n.14. Quando poſſit exigere pęnam, & diſſidam à dominis animalium pro damno dato, n.15. Quid ſi damnum dediſſent in terris ſaldis, n.16.

Baiulus quiſnam dicatur, & an ſit idem quod defenſor Ciuitatis, n.2. & 4. An habeat determinatum officium, n.7. Dicitur à baiulando, & idem eſt quod baiulans onera, vt victum quęrat, n.17. & 18.

Baiuli regulariter sũt viles perſonæ, n.14. & 24.

Defenſores Ciuitatis, quinam dicantur, quod of-

ſicium gerant, & de quibus cauſis cognoſcant, n. 3. 5. & 6. Cur ſint inuenti, & qualiter Iuſtinianus Imperator renouauit hoc officiū, n. 10. & 11. Quinam ad hoc munus ſint eligendi, n. 12.

Antiquitas dedit quædam nomina rebus, n. 9. Cur adinuenit officium baiuli, & defenſoris Ciuitatis, num. 10.

Baiuli Neapoli ſemper electi fuerunt ex perſonis nobilibus, n. 13. 30. & ſeqq. Quando cepit in hoc Regno Neap. refertur n. 29. & ſeqq.

Prædicatores cur vocentur baiuli, n. 19. Qualiter debeant prędicare, vt licitè adimpleant officium ſuum, n. 20. 21. & 27. Cur debeant eſſe prędıti charitate, n. 22. Si benè alios doceant, & ipſi malè viuant, ſeipſos condemnāt, n. 23. Illorum doctrina bona audienda eſt, quamuis ipſi malè viuant, n 34. Debent ſe accomodare capacitati audientium, n. 26.

Orator bonus quiſnam dicatur, & quas habere debeat qualitates, ſub n. 22.

Doctrina bona cur æquiparetur lixiuio, traditur num. 25. Michael Chislerius Clericus regularis laudatur, n. 28.

Curia baiulationis Neapoli cur vocetur curia S. Pauli, n. 32. Quis eam regat, n. 33. Quis eligat eius iudices, n. 34. Eius iuriſdictio ad quas perſonas ſe extendat, & cauſas, n. 35. & ſeqq. Ad quem iudicem appelletur ab eius ſententia, n. 36. An magna curia ſe intromittat in cauſis ipſius, vel Sacrum Conſilium, n. 37. & 38. An ſententię huius curię habeant exequutionem paratam, n. 39 An cognoſcat de cauſis mixti imperij, det tutores, & curatores, vel reſtitutionem in integrum minoribus, n. 40. & 41.

Iuriſdictio quando dicatur conceſſa cumulatiuè, vel priuatiuè, n. 42.

Curia baiulationis Neapolis in quibus habet iuriſdictionem priuatiuè quòad alios, & in quibus cumulatiuè, n. 43.

Trigeſima ſeù ius ſportularū, in quibus curijs exigantur, n. 44.

QVÆST. VII.

1 SEptimò quæro, An Baiulus ſine licentia iudicis poſsit aliquem pignorare? Reſpōdetur negatiuè, ſic enim ſunt verba conſtitutionis, videlicèt, *Baiulis Neapoli non eſt licitum ſecundum conſuetudinem Neapolis abſque licentia iudicum aliquem pignorare, vel facere pignorari.* Hæc ibi. Sed inferius magis explicabitur.
2 Sed quærit Napod. n. 21. Quiſnam dica-
tur baiulus. Et reſpondet, quòd quidam
dicunt, quòd baiulus dicitur defenſor Ciui-
3 tatis, & moti ſunt, quoniam defenſores Ci-
uitatis cognoſcunt de cauſis ciuilibus *l. 3. &*
4. C. de defenſorib. Ciuitat. & baiuli etiam de
cauſis ciuilibus cognoſcunt, vt infrà dice-
4 tur. Sed hanc comparationem reprobat
Napodan. ex quo diuerſa ſunt officia, quo-
5 niam officium defenſoris Ciuitatis certum
eſt in iure, vt cognoſcat de minoribus cau-
ſis vſque ad ſummā quinquaginta ſolidorū
de iure codicis, vt habetur in iuribus cita-
6 tis, & in *l. 1. eod tit.* De iure tamen Authen-
ticorū, vt habetur in *Authen. de defenſoribus*
Ciuit. cognoſcunt de cauſis pecuniarijs vſq.
ad ſummam aureorum tercentorū, vt in *§.*
vt iudicare eod. tit. & cognoſcunt de inſi-
nuationibus donationum, & de quibuſdā
7 alijs rebus, vt in *§. iuſiurandum eod. tit.* Sed
baiulus de iure non habet certum deter-
minatum officium, quia de illis non caue-
tur expreſſum in iure, ſed ſolùm cognitus
eſt de iure Regni, in *tit. de officio baiulor.* &
de iure baiulus dicitur, qui baiulat, ideſt,
gerit, & portat vicem, vt in *c. niſi cum pri-*
dem de renunciat. & ſic ponitur pro prædica-
tore; hæc Napodan.
8 Verùm ſalua eius pace, non benè repre-
hendit dictam comparationem; nam aliud
eſt, an hoc nomen officii, nempè, baiulus,
non inueniatur expreſſum de iure com-
muni, & aliud eſt, an in locum defenſorum
Ciuitatum ſucceſſerit, & proinde explican-
dum duxi baiuli officium in hac Ciuitate,
Qualiter hodiè vigeat, Quis ſit, De quibus
cauſis cognoſcat, & An ſolus, vel cum iudi-
cibus ei aſsignatis, & ideò tractāda ſunt ali-
qua prius de defenſoribus ciuitatum. An-
9 tiquitas (hoc eſt, antiqui ſapientes) quædā
adinuenit, & dedit nomina rebus, ac offi-
cijs, vt eſſent conuenientia ipſis rebus, ac
officijs. *§. eſt & aliud inſtit. de donat* & in *d. §. 1*
10 *Authen de defenſorib. Ciuit.* & ideò excogita-
uit in ciuitate hoc officium defenſorum,
quos in repub. præfecit, vt omnes res libe-
ras ab omni iniuſtitia vendicarent, & ideò
vocati ſunt defenſores ciuitatum, vt eripiāt
ab omnibus malis homines, qui patiuntur
11 iniuſtitiam], vt habetur in *d. §. 1.* Cùm hoc
officium conculcatum eſſet ob varios ho-
minum abuſus, quos recenſet Imperator
12 loco citato, illud renouauit, & iuſsit, vt eli-
gerentur ad hoc officium viri honeſti, fide
digni ciuitatum nobiliores, & per circulū,
qui ex quauis cauſa non poſſent ab hoc of-
ficio ſe excuſare infrà tempus, pro quo de
alijs, vt habetur in *toto d. tit de defenſoribus ci-*
13 *uitatum*, & vt infra dicetur. Hoc etiam ob-
ſeruatur quòad baiulos huius ciuitatis, quia
de nobilioribus eliguntur, ſic etiam iudices
eiuſdem tribunalis eliguntur. Igitur quò
ad baiulos, omiſsis eis, quæ ſecundùm ius

regni

regni ſeruantur, quoniam in hoc attendi-
14 tur loci conſuetudo: baiuli enim ordi-
nariè ſunt perſonæ viles, quoniam ſunt af-
ſictatores introituum baronalium, & eorũ
officium eſt non iam iudicare, ſed ſolùm
exigere introitus baronales, cuſtodire ter-
ritoria, exigere fidas, & disfidas ab exteris,
ſi cum eorum animalibus inueniantur in
15 dictis territorijs, vt eſt notiſsimum. Sic
etiam ſi inueniant animalia ſubditorum
in aliorum ſeminatis, ac bonis appatrona-
tis, ſiue defenſis, poſſunt dicta animalia pi-
gnorare, & ducere ad ciuitatem, vt damnũ
ſatisfaciant, & certam pœnã ratione damni
exigant, vt etiam habetur in *pragmaticis de*
16 *officio baiuli*, vbi nouiſſimè Rouit. quamuis
ſi animalia inueniant in terris ſanis, ſaldis,
apertis, & non ſeminatis, non poſſunt illam
pęnam exigere, vt notat Frecc *lib.3.ſubfeud.*
auct.42. & ita fuiſſe deciſum in collaterali
Conſilio refert Lanar. *conſ 98.n.8.* quæ exa-
minare omitto, nam examinantur per Af-
flict. *in d.conſt.* & etiam in *conſtit. regn. incip.*
Cùm per partes Apuleæ. Rouit. *in d.tit. de offic.*
baiul. ad quos mitto lectorem: aperiam ſo-
lummodo de officio baiuli, ſecundum no-
ſtras conſuetudines.

17 Vt à nomine igitur incipiamus, Baiulus,
ſi eius propriam ſignificationem attenda-
mus, eſt operarius, & propriè eſt ille, qui
mercedis gratia, vt victum quærat, onera
corpore ſuo ferre ſolet; quos vulgus facchi-
nos vocare ſolet; & dicitur à verbo *Baiulo,*
18 *baiulas*, quod onus portare humeris ſigni-
ficat, & ideò Cic. *in Paradox.* dixit, vtrum po-
tius de bonis eſt quærendum quid baiuli,
atque operarij, an quid homines doctiſsimi
ſenſerint.

19 Hinc etiam, quòd Prædicatores baiuli
vocantur, quoniam operarij ſunt in vinea
Domini Dei exercituum, vt in *d.c. niſi cùm*
20 *pridem. de Renunciat.* & taliter operare de-
bent, vt dum fratres, & ſorores Domini fa-
cti ſunt, credendo; eius efficiantur mater,
pręedicando, Dominum enim parit, quem
cordi audientis prædicatione infundit; ma-
ter Domini efficitur, ſi per eius vocẽ amor
Domini in proximi mentem infundatur,
vt habetur Marc.3. vbi Beda, & alii Patres.
21 Prædicatione Deo prius placere procu-
rant, quem ſciunt ſibi eſſe pręſentem, & ſic
facto prius in ſe impleant, quod verbis al-
teri pręedicant, præcipuè, vt prædici ſint cha-
ritate, ſi enim ſecundùm Fabium *lib.6.c.5.*
22 ſumma artis benè dicendi conſiſtit, vt in-
tra ſe ipſum ſit motus, qui alios ſua oratio-
ne mouere cupit, ibi, (*vt à tali animo profici-*
ſcatur oratio, qualem facere iudicem volet. An
ille dolebit, qui audiet me, cùm hoc dicam, non
dolentem? iraſcetur, ſi nihil ipſe, qui iram conci-
tat, idque exigit, ſimile patiatur? Siccis agenti
oculis, iudex lacrymas dabit? Fieri non poteſt,
Nec incendit niſi ignis, nec madeſcimut niſi hu-
more, nec res vlla dat alteri calorem, quem ipſa
non habet.) hæc ille. Sed charitas eſt do-
num Dei, nec hominum induſtria, quæri
poteſt, & ideo à Deo impetrari debet ora-
tionibus, ieiuniis, & optima vita, nec vtilis
oratio, ſeù prædicatio concinnis verbis, &
verborum fucis ornata, ſi boni mores eam
non comitentur, vt magis vitæ exemplo,
23 quàm doctrina doceat; prædicator enim
benè docendo, & malè viuendo, Deum in-
ſtruit, qualiter illum condemnare debeat.
Can. multi. diſt.40. quamuis auditores de-
beant ſolùm doctrinam attendere, vt Do-
24 minus docuit Matth.23. *quæcunque dixerint*
vobis ſeruate, & facite, ſecundum opera eorum
25 *nolite facere.* quoniam ſicut lixiuium, per
cinerem humidum fluens, lauat, & non la-
uatur, ſic bona doctrina per malum prædi-
catorem credentes à peccatis lauat, vt ha-
26 betur in §. *vltimo diſt.83.* Inſuper debent
capacitati audientium ſe accomodare, ac
formare ſermonem accomodatum illorũ
vtilitati. *Can. oportet 8. q.1.* quoniam ad po-
puli vtilitatem, non autem ad propriam
oſtentationem prædicare debent, *can. reuer-*
timini 18.q.1. Et ne hic prædicator efficiat
27 contra malè prædicatores, iam tales eſſe
debent, vt reuera ſint operarii fideles, vt de
talento prædicationis duplicatum talentũ
reportent, & à Deo præmium retributio-
nis accipere mereantur, non autem ſenten-
tiam condemnationis pro mala cuſtodia,
& operatione audire mereantur in eorum
morte: ſic enim non Dei, ſed demonum eſ-
ſent baiuli, & onus æternæ damnationis in
eorum confuſione pro condigna pęna, &
prœmio eorum malæ vitæ ſuſtinerent;
quod Dominus auertat: multa enim de
prædicatoribus ponit Rodriq *tom.3. q.32.*
28 *p.5.* Michael Ghiſlerius noſter pluribus in
locis *in ſuis doctiſſimis commentarijs in explica-*
tione Canticorum, vbi varijs encomijs bonos
prædicatores exaltat, vt penes eum videri
poteſt. Sed omnia omitto: nam plura de
eis dixi in *ſumma tract.8. c.12. n.52. & ſeqq.*
Redeundo igitur ad officium baiuli in hac
ciuitate, ex cuius officij declaratione appa-
rebit veram eſſe comparationem, quam
Napodan. improbat.

29 Quod attinet ad eius antiquitatem, iam
eſt antiquiſsimum. & de illo mentionem
faciunt Conſtit. Regni *de officio baiul.* Sic
etiam de illis fit mentio in *regiſtr. Im-*
per. Federic. 2. in anno 1239. Sic etiam in
regiſtr. Reg. Robert. anno 1301. vbi etiam ha-
bentur hæc verba, vel ſimilia, vt refert
Ioan. Anton. Summentius *lib.1. hiſtor. Neap.*
30 *fol.* 131. Videlicèt *Bartholomæus Ianuar.*
Miles Baiulus Ciuitatis Neapolis. Robertus
Caracciolus, Petrus Brancatus milites, &
Philippus Carminianus Iudices eiuſdem,

B 2 *& iſti*

31 *& iſti aſtiſtebant in domo Vniuerſitatis Neapo-
*lis,quæ erat iuxta gradus Eccleſiæ Sancti Pauli
*Maioris de Neapoli, vbi curia prædicta conſue-
uit Regi. Hæc ibi. Et ſic vulgariter curia hęc
baiulationis, ex eo dicitur curia S. Pauli,
quia in dicto loco propè Eccleſiam Sancti
Pauli eius Tribunal ſituatum fuit, & cur-
riculo multorum ſæculorum ibi reſedit vſ-
que in annum 1543. Quo tempore transla-
tum fuit Tribunal ad Caſtrum Capuanæ
ſubtus Tribunal M.C.V. vbi ad præſens
extat vt notat prædictus auctor, & omnes
ſciunt.
33 Baiulus huius curiæ ſemper fuit de no-
bilibus huius Ciuitatis, & ad præſens eſt de
nobiliſſima familia Conſtantiorum, & eſt
baiulus Marchio Corolcti, Fuluius Con-
ſtantius Regens meritiſsimus, & ſic baiu-
latio prædicta conceditur in affictum pro
magna pecuniarum quantitate quolibet
anno.
34 Inſuper iudices eiuſdem Tribunalis eli-
guntur ab eadem ciuitate, ſiue ab eius ſedi-
bus, non autem à populo, qui quidem iudi-
ces eligunt ſibi Conſultorem. Habent enã
alios officiales, actuarios, & miniſtros, ac
carceres particulares, vt notat prædictus
auctor, & omnes ſciunt; hoc enim eſt no-
tiſsimum in hac ciuitate.
35 Iuriſdictio ipſorum circumſcribitur ter-
ritorio huius ciuitatis, & ſic ſe extendit per
ciuitatem Neapolis, & eius caſalia, vt eſt
36 etiam notiſsimum, & à ſententiis dicti
Tribunalis appellatur ad Tribunal Regiæ
Siclæ, non autem ad Magnam Cur. Vica-
riæ, & à Magna Cur. Reg. Siclæ appellatur
ad Sacrum Reg. Conſ. & ideò licèt alii iu-
dices regni, etiam gubernatores prouin-
ciarum non iudicent, dum adeſt præſens
magna curia, quia tacent alij iudices infe-
37 riores, vbi adeſt præſens M.C.V. Hoc ta-
men non procedit in hac curia baiulatio-
nis, quia magna curia non ſe intromittit in
cauſis ipſius curiæ baiulationis, vt dictũ eſt.
38 Quod ad cognitionem verò cauſarum,
& alia circà tribunal Bagliui audiui aliqua
videlicèt quòd à ſumma carolenorum tri-
ginta infrà habet iuriſdictionem priuatiuè
ad alios iudices, & ſic à carolenis triginta
infra nec ſacum Conſilium, nec magna cu-
ria cognoſcit, & hoc ex priuilegio Princi-
39 pis, vt eſt notoria praxis, adeout à decreto
carolenorum triginta infra, quamuis detur
appellatio, non tamen retardatur executio;
& quando tractatur de ſumma carolenorũ
quindecim, proceditur ſummariè, & abſq.
termino, & in defectum probationum con-
ceditur parti iuramentum ſuppletorium,
ſeruata forma iuris, & executiones ſenten-
tiarum, & decretorum eiuſdem tribunalis
fiunt vigore ordinis iudicum eiuſdem tri-
bunalis, vt eſt praxis notoria, vt dixi, eiuſ-
dem curię.

40 Inſuper cognoſcit de alijs cauſis ciuili-
bus, quando non excedunt certam ſummã,
nam partes poſſunt in dicto tribunali litiga-
re, imò cognoſcit etiam de cauſis mixti im-
perij, quia poteſt decernere bonorum poſ-
41 ſeſſionem, ſic etiam poteſt dare tutores, &
curatores, ſic etiam concedit reſtitutionem
in integrum fauore minorum, ſic etiam ac-
cipit cautionem de damno infecto, & ex
eadem cauſa facit miſsionem, ſeù in poſſeſ-
ſionem mittit, quando pars non cauet de
damno infecto, & ſic de alijs, dummodo, vt
dixi, cauſa nõ excedat ſummã quingentorũ
aureorum, nec tractetur de cauſis feudali-
bus, quia in ipſis non poteſt ſe intromittere.
42 Et ex his ceſſat diſputatio Doctorũ, quali-
ter iuriſdictio cenſeatur conceſſa, ſi cumu-
latiuè, vel priuatiuè; nã regulariter præſu-
mitur facta cumulatiuè, vt non abdicatur
iuriſdictio aliis, niſi tamen facta fuerit con-
ceſsio ad certum genus perſonarum, quia
tunc pręſumitur facta priuatiuè quòad alios
iudices, vt de dictis cauſis non poſſint co-
gnoſcere, vt, relatis antiquis, & modernis,
probant Grammat. *deciſ.* 36. Lanar *conſ.* 66. *de*
Franch. *deciſ.* 417. *n.* 6. *Ann. conſ.* 107. *vol.* 2. Fa-
43 rinac. *conſ.* 52. *n.* 30. Sed in hoc tribunali iu-
dices à ſumma carolenorum triginta, & in-
fra ſoli cognoſcere ſolent ob minorẽ ſum-
mam; à carolenis triginta vſque ad ſum-
mam ducatorum quingentorum incluſiuè
habent iuriſdictionem cumulatiuè cum
alijs tribunalibus. Cùm verò cauſa excedit
ſummam quingentorum aureorum, vel
tractatur de cauſa feudali, tunc nullam ha-
bet iuriſdictionem, & hoc iure vtuntur in
dicto tribunali, quod eſt notiſſimum omni-
bus cauſidicis huius ciuitatis.
44 Poſtremò, licèt per regias pragmaticas
ſint ſublatæ trigeſimæ, non tamen procedit
in hoc tribunali, nam in illo ſoluuntur tri-
geſimæ iudicibus, prout iuris, & in taxatio-
ne ſeruatur pandetta Regiæ Cameræ Sum-
mariæ, & hoc iure vtuntur, vt eſt etiam no-
toria obſeruantia eiuſdem tribunalis, prout
etiam ſoluuntur in Regno Siciliæ, vbi ra-
tione ſportularum prædictarum citius cau-
ſæ expediuntur; Quæ omnia mihi retule-
runt quidam iudices eiuſdem tribunalis,
ego autem vt ea audiui ſic retuli pro co-
gnitione huius tribunalis, remitto me ta-
men veritati, & eorum priuilegiis, quæ mi-
hi videre non licuit.

SVMMARIVM.

*ANimalia inuenta damnum dantia alicui
an poſsit propria authoritate dominus
prædij expignorare, num. 1. & 2. ſunt tacitè
obligata pro damno, n. 3. Dominus illorum an
teneatur ſoluere pœnam diſfida, n. 4. ſi eſſent*

exca-

Digitized by Google

excadentialia, vt quia neſciretur eorum dominus, qualiter praecedentibus bannis vendi debeant, & quid faciendum ſit illorum pretio, n.5.

Forum quis ſortitur, ſi animalia ſua inueniantur damnum dantia in alieno territorio, & ſic deciſum refertur, n.6. An procedat in locatis Regię Dohanæ menæ pecudum Apuleæ num.7.

Clerici tenentur ſoluere damnum datum alijs ab eorum animalibus, n.8.

QVÆST. VIII.

1 OCtauò quæro, An quilibet poſſit auctoritate propria capere, ſiuè pignorare animalia, ſibi damnũ dantia? Hæc quæſtio paret reſoluta affirmatiuè ex dictis *ſuperius q.3.* per rationes ibidem diſcuſſas, & habetur expreſsè *in pragm. vnic. de offic.baiul. in princ.* vbi Ronit. de qua materia latiſsimè tractat Afflict. *in conſtit.Regn cùm per partes Apuleæ.* Et quia pars affirmatiua eſt certior, ideò omitto di-
2 ſputationem; nàm dominus prædii prædicta animalia pignorat, non vt ea penes ſe retineat, ſed vt illa iudici præſentet, vt ei ſatisfiat de damno per dominum animalium, vt ſunt plura iura *in tit.ff.ad leg. Aquil. & ff. ſi quadrup. pauper.feciſſ.dicat.* Quæ, vt notiſsi-
3 ma, omitto; Imò talia animalia, damnum dantia in alienis bonis, ex diſpoſitione iuris ſunt tacitè obligata damnum paſſo, qui poteſt illa retinere penes iudicem, vel baiulos loci, donec ei reſarciatur damnũ, vt ex pluribus probat Viui. *deciſ.454.* vbi ſic etiam deciſum refert, & ſeruatur hoc paſsim in
4 Regno. Vbi plus etiam ſeruatur, quòd, ſi territoria ſint bannita, vt quia ad illa non poſsint animalia ſub certa pæna accedere, tunc dominus animalium primò, & principaliter, tenetur damnum ſoluere domino territorii, nempè, damnum paſſo, & hoc eſt principale; deinde tenetur ſoluere pænam Baroni, ſiuè eius baiulis, qui conduxerunt introitus baronales, vt probat Anna pater *ſingul. 138. & 139* & hoc pluries ſeruatum
5 vidi in Regno. & habetur in *d.pragm. vnic. de offic.baiul.* qui quidem ordo ſeruatur etiã quando factis bannis à magiſtro Portulano loci per loca conuicinia, non inueniretur dominus dictorum animalium; Quo caſu animalia venduntur, & tunc de illorum prætio ſatisfit primò cuſtodibus dictorum animalium de illorum mercede; Secundò fit ſatisfactio damnum paſſo, & tertiò ſoluitur dicta pœna, faciunt dicenda *infra de pignor.& hypothec.*
6 Plus obſeruatur, quòd quis ſortitur forũ illius iudicis, in cuius territorio ſua animalia damnum fecerunt; vt probat Anna *in ſingul.137.* vbi ſic deciſum affirmat, & meminit de prædictis Ricc. *in ſua collect.deciſ.c.*
7 103. Sed quando ſunt locati Regiæ dohanæ menæ pecudum Apuleę, de facto ſaltem obtinent prouiſiones, & cogunt Capitaneos locorum ad dimittendum animalia illa
8 locata; Et pro damno dato ab eorum animalibus, tenentur etiam eccleſiaſtici, vt latiſsimè fundat Viui. *deciſ.280.* vbi ſic à ſe ipſo deciſum refert, ſic etiam pro paſtura eorundem animaliũ, vt latiſsimè probat etiã Maſtrill. *deciſ.49. par.1.* de quibus meminit Ricc. *in ſua collect.deciſ.cap.165.*

SVMMARIVM.

NVntio ſeruienti, ſiue birruario an credatur, ſi dicat, ſibi fuiſſe impeditam, vel denegatam exequutionem? n.1. & 2. varijs nuncupatur nominibus, n.4. Sunt perſonæ viliſſimæ huiuſmodi birruarij, & ſeruientes, nu.5. Qualiter eligendi ſint, n.6. An faciant fidem in eorum depoſitionibus, n.7.8.& 9.

Denuntiator, qui ex officio debet aliquos criminoſos denuntiare, tenetur probare crimina, aliàs punitur, vt calumniator, n.3.

Credaturne potius nuntio, quòd pars denegauit ei executionem vel parti aſſerenti contrarium? num.10.

Birruarius ſi dicat, ſe inueniſſe arma penès aliquem, quam faciat fidem, n.11.

Nuntio dicenti ſe citaſſe aliquem ad comparendum datur fides, n.12. In dubio potius præſumitur citaſſe domi, quàm perſonaliter, nu.13. Creditur ei, ſi dicat, citaſſe aliquem in loco ſolitæ habitationis, n.14.

Citatum ſi aliquis ſe fuiſſe affirmat, creditur eius confeſsioni, num.15.

Citatio an eſſe debeat perſonalis, vel ſatis ſit, quòd fiet domi n.16. remiſſiuè.

QVÆST. IX.

1 NOnò quæro. An credatur nuncio ſiue ſeruienti curiæ, dicenti fuiſſe ſibi denegatum pignus? Reſpondet conſuetudo per hæc verba, *Non creditur ſeruienti Neapolitano, dicenti aliquem denegaſſe ſibi pignus, niſi id probet,* hæc ibi. & Napod. *n.27.* rationem aſſignat, cur ei
2 non credatur, quia denegatio pignoris eſt delictum, & ideò, etiam officiali, qui debet id referre, non creditur, niſi aliundè id pro-
3 bet, prout dicimus in illo, qui debet criminoſos inquirere, & denunciare ratione eius officij, quòd, ſi non probet, punitur tanquã calumniator, *l.1.C.de curioſ.lib.12.* cum aliis cumu-

Digitized by Google

cumulatis hic per Napod. *d.n.27.* Sic etiam
dum dicit eſſe ſibi factam violentiam; nec
enim in hoc ei crederetur, vt probat Rot.
Lucenſ.*deciſ.21.* de quo meminit Ricc. *in 1.*
par.collectan cap.149.§.limita, vt ei minimè cre-
datur. & idem Ricc. *p 2. deciſ. curiæ Archiep.*
Neap.deciſ.59. alios citat. Et quoniam hæc
materia eſt valdè frequens, ideo ſubijciam
aliquas quæſtiones per modum concluſio-
num; nam plura infert Afflict. in *dicta con-*
ſtit.non creditur, in addit.incip. An illa licentia.
Et mittit lectorem ad dicta per Iaſon. *in §.*
quadrupli.inſtit.de action. & ad Marian. Socc.
in c.1.de iudic tradit plura Marãt.*in ſuo ſpecul.*
par.6.mẽbro 1. Rouit. *in prag 3. de citationib.*
4 Dico igitur primò hunc ſeruientem va-
riis in iure nuncupari nominibus. Primò
dicitur *Seruiens*, quia curiæ ſeruit, dicitur
etiam *Miniſter*, quoniam miniſtet eſt eiuſ-
dem curiæ circa ea, quæ illi mandantur.
Dicitur etiam *Executor*, quia exequitur,
quòd ei à curia iniungitur. Dicitur etiam
Nuncius, Apparitor, Cęſuarius, ſeù *Catolitarius,*
Officialis, Expector, & Viator, vt ex *tex.in §.au*
dienti; verſ.de vnoquoq authent.de iudic.& aliis
notat hic Napodan.*n.24.& 25.* vacatur etiã
Birruarius, Curſor, & ſic de aliis.
5 Dico ſecundò, iſtos nuntios, ac ſeruien-
tes, ſeù birruarios eſſe perſonas viliſſimas,
vt poſt Iaſon. *in d.§.quadrupli.* notat *hic* Sa-
lern.*in vltim.addit. ad hunc titulum*, latiſſimè
Farinac. *in tract.de teſtib. q.56.n 571.* Tuſch.
verb.*Nuntius.concluſ.154.n.3.* Riccius *d.deciſ.*
6 *59.n.1.* vbi alios cumulat. Idcircò procura-
re debet iudex, ſiue ad quos eorum ſpectat
electio, vt eligat fideles, ac legales mini-
ſtros, qui fideliter eorum officium exer-
ceant. *§. maximè autem. Authen. de quæſtor.*
Napod.*hic n.25.*& ideò periculo iudicis eli-
gitur, vt poſt Bart.*not.* Tuſch.*d.cõcluſ 154 n.1*
7 Dico tertiò, regulariter tales ſeruientes
non facere fidem in eorum depoſitioni-
bus, etiam circa eorum officium, niſi in le-
uibus. Bald.*in l etiam* vbi Salycet. *C.de teſtib.*
Iul.Clar.*§ fin.q.7.n 3.* cũ aliis cumulatis per
Farinac.*d n.371.* Ioſeph. Ludouic.*in deciſ.lu-*
cenſ dec.1. de quibus meminerint Nouiſſimi
in *prax.Archiep.Neap.c.40.* latiſſimè Tuſch.
in verbo nuntio.& birrarijs conſ 155. Bald. *de-*
ciſ 227.& alii penès Tepat.*tit.128.de nuntijs*
executoribus cap.2. Ricc. *d.deciſ.59 n.2. & 3.*
8 Aduertunt tamen prædicti DD. vt hoc
ſit arbitrarium iudici, ſecundum qualitatẽ
talium ſeruientium, quia aliqui ſolent eſſe
tam maligni, vt etiam ſi ſint curſores eccle-
ſiaſtici, nullo modo eis credatur, vt præci-
puè aduertit Auctor *d prax. d. cap.40. in fin.*
Napodan.*hic n.26.* Itaque in hoc caſu habe-
9 tur ratio qualitatis perſonarum. Si igitur
nuncius ille eſſet vir bonus, qui nempè ſo-
litus ſit exercere fideliter officium ſuum,
& relationem faceret, quòd mandauerit,
v.g. Petro, vt daret ſibi pignora, & obedire
10 Petrus noluerit, creditur nuntio, niſi ta-
men Petrus cum iuramento affirmet, hoc
non fuiſſe ſibi mandatum; quia tunc magis
ei crederetur, quam nuncio, vt poſt Specu-
lat. Hoſtienſ.& Archidiac. notat Napodan.
hic ſub *n.26.* & ſic nuntius regulariter facit
fidem, transfert tamen onus probandi con-
trarium parti. Guid. Pap.*deciſ.628.* poſt alios
Tepat.*d.tit. de nuntijs executorib.c.2.§ 4.* Ric-
cius *d.deciſ.59.n 4.* vbi ſic pluries deciſum re-
fert, vt ſaltem faciant inditium ad inquirẽ-
11 dum. Ideò ſi dicant inueniſſe arma in per-
ſona alicuius, non faciunt fidem, ſed tamen
inditiũ ad torturã, vt ex multis probat Vinc.
de Franch. *deciſ.339.* vbi ſic deciſũ refert, de
quo meminit Ricc. *d. c.149.& d.dec.59.n.4.*
12. Dico quartò regulariter dari fidem nun-
tio, dicenti ſe citaſſe aliquem ad comparẽ-
dum coram tali iudice, quia hoc eſt eius
officium, ſibi commiſſum, in quo regula-
riter adhibetur ei fides, vt poſt Berar *in cap.*
ſicut.de election. notat Napodan.*ſub d.num.26.*
Andr.*in cap.1.col.2. verſ.& creditur. de milit.*
vaſſall. qui contumax eſt. de quo meminit
Naucler.*in addit.ad dictam conſuetud.non cre-*
ditur. Franc.Marc.*deciſ.529.p.2.* alios citat, &
probat Tuſch.*d.concluſ.155.* Rouit. *in prag.3.*
de citat num.15. & ſi Neap. fiat citatio, non
debet exprimi, quod facta ſit coram te-
ſtibus, ſed ſolum hoc eſt neceſſarium dum
extra Neapolim citatio fit, vt ſaltem coram
duobus teſtibus fiat, aliter non valet. In du-
13 bio tamen præſumitur potius citaſſe do-
mi, quàm perſonaliter, vt euitaret laborẽ,
vt poſt Bald.*in l.1.n.2.C. mand. & in l.prope-*
randum. §. ſin autem reus. C. de iudic. & no-
tat Salern.*loco citato.* Dec. & Cotta, de qui-
bus meminit de Franch *deciſ.322.ſub n.4.* la-
tè Menoch.*de præſumpt.lib.2. præſumpt.22.* Si
tamen dicat citaſſe modo, & forma, ſibi cõ-
miſsis, & non referat citaſſe in loco ſolitæ
14 habitationis, in dubio creditur nuntio ci-
taſſe in domo ſolitæ habitationis, de qua
materia latiſſimè tractat de Franch. *d.deciſ.*
15 322.qui videndus eſt. Si tamen in ſcriptu-
ra dicat pars aduerſa ſe fuiſſe citatam, cre-
ditur eius confeſſioni, ex quo confitetur,
illam citationem ad eius notitiam perue-
niſſe, vt poſt Creſcent. *deciſ. vnic. de confeſſ.*
Ludouic.*in dec.Peruſ 9.&* Putc.*in deciſ.11.&*
52.lib.2. notat Ricc.*in ſua collect.c.193.in fin.*
16 Quando autẽ ſufficiat citatio ad domũ
vel ſit neceſſaria citatio perſonalis, reaſſu-
mit aliquas deciſiones. Ricc.*in ſua collectan.*,
c.213. quẽ vide, videndus eſt etiam Tuſch.
d.conſ.155. qui multas declarationes ad hãc
materiã ponit, ſic etiã Tepat *var.iur.ſent.tit.*
128.de nuncijs executoribus, & tit.129, de in ius
vocand. & plures relati per Rouit. *d.prag.3.*
de citationibus. qui videri poſſunt, nam hæc
pauca tantum colligere volui pro ornatu
huius conſuetudinis.

DE

Digitized by Google

DE IVRE CONGRVI PARS DVODECIMA.

Emens rem immobilem vicinam prędio alterius, tenetur infra annum, ſi poſſidet, reſtituere rem illam vicino ſine intereſſe, prout fuerit appretiata, & ſi plures fuerint collaterales, cuilibet reſtituiſ pro medietate, nulla habita diſtinctione magnitudinis prædiorum, quæ poſſident. h.d. Molſ.

CONSVET. PRIMA.

SI quis emit domum, fundum, vel terram, vel aliam rem immobilem, collateralem domui fundo, vel terræ alicuius, emptor tenetur infra annum vnũ, numerandum à die ſcientiæ illius, habentis domum, fundum, vel terram collateralem ex lateribus ipſi rei emptæ, rem ipſam emptam, ſi eam poſſidet, præciſè abſque alterius præſtatione intereſſe dare, prout appretiata fuerit per appretiatores Neapolitanos ipſi habenti domum, fundum, vel terram collateralem, ipſamque infrà annum petenti prædictum. Verum ſi duo ſunt collaterales, vnus ex latere vno, alius ex latere altero, ambo poſſunt iure prædicto petere ab emptore, eodemque poſſeſſore, eiuſq. tantùm vniuerſali ſucceſſore domum, fundum, vel terram ipſam, quilibet, videlicèt, pro medietate, non habita diſtinctione magnitudinis poſſeſſionum alterutrius ex ipſis habentibus domos, fundos, vel terras collaterales rei emptæ.

Ius congrui primò competit lateribus, deinde capitibus, & ab hac petitione excluduntur ruſtici, & homines non liberæ conditionis; ſic etiam eccleſiaſtici. h. d. Molfeſ.

CONSVET. II.

VBi domus, fundus, & terra, quæ venduntur, habent latera, iuxtà quæ eſt via publica, terra Eccleſiæ, vel terra alicuius ruſtici, ſiuè habitatoris Neapolis, qui non ſit liberæ conditionis, ſicut communiter alij ciues Neapolis; tunc habentes domos, terras, vel fundos à capitibus ipſius rei emptæ, poſſunt petere rem ipſam emptã iure congrui ab emptore, eodemque poſſeſſore, eiuſque vniuerſali ſucceſſore, cum ruſtici, & alij non liberæ conditionis homines, & Eccleſiæ prædictum ius congrui contra ciues Neapolitanos pro terris, fundis, & domibus emptis vbicunque in Neapoli, & territorijs eius ſitis contra ciuem, & habitatorem Ciuitatis Neapolis exercere non poſſunt. Ciues autem contra ipſos ruſticos ius ipſum poſſunt liberè exercere.

Eccleſia nec agit, nec conuenitur iure congrui. h. d. Molfeſ.

CONSVET. III.

SI Eccleſia emat domum, fundum, vel terram, non poteſt aliquis ratione congrui aliquid iuris petere in re ipſa empta: & è conuerſo Eccleſia non poteſt petere, ſiuè impetere aliquem ratione congrui pro domo, fundo, vel terra empta ab aliquo habente domum, vel terram collateralem domui, fundo, vel terrę Eccleſiæ.

Pluribus exiſtentibus ex vno latere datur medietas rei emptæ, & altera medietas datur etiam vni, exiſtenti ex latere, quòd ſi vnus ex pluribus velit ius cõgrui exercere, cogitur recipere totam rem appretiatam. h. d. Molfeſ.

CONSVET. IV.

SI ex vno latere fundi, terræ, vel domus emptæ ſint poſſeſſiones diuerſarum perſonarũ, & ex alio latere rei emptæ ſit vnus tantùm, qui domum, fundum, vel terram collateralem poſſidet, ille vnus, qui ſolus poſſidet ex vno latere integram medietatem totius ipſius

rei

Digitized by Google

rei emptæ, petere poteſt iure congrui prædicti, & alij diuerſi poſſeſſores, qui ſunt ex alio latere, petere poſſunt iure prædicto reliquam medietatem rei emptæ, quilibet, videlicèt, pro ea parte, quæ eſt iuxtà domum, fundum, vel terram ſuam: Verùm ſi vnus tantùm de collateralibus pro parte ſua velit ius congrui exercere, alijs coniunctis, & collateralibus ſubſiſtentibus, & nolentibus, emptor poteſt ipſum exercentem ius congrui excludere, niſi totam domum, fundum, vel terram emptam velit iure prædicto habere appretiatam per appretiatores, vt ſuperius dictum eſt.

Si domus vna ſit ſuprà aliam, vel communis, Ius congrui datur ſocio ante omnes, & idem eſt in alijs immobilibus rebus.

CONSVET. V.

SI quis habet domum inferiorem ſolo immediatè coniunctam, & alius habet domum ſuperiorem ſuprà ipſam domum inferiorem, conſtitutam, & eorum aliquis domum ſuam vendat, ſiue habens inferiorem, ſiue habens ſuperiorem, alius, qui non vendit domũ ſuam, poteſt iure congrui ab emptore ipſam petere, excluſis habentibus domos coniunctas ex lateribus, & capitibus. Inſuper ſi quis habet domum communem pro indiuiſo cum aliquo, & partem ſuam vendat, tunc alius, qui partem ſuam non vendit, poteſt iure congrui ab emptore alterius partis partem ipſam petere, excluſis omnibus alijs, & idem in fundis, terris, & alijs rebus immobilibus.

Domus habens tria ſolaria, ſi vendatur membrum ſuperius, datur ius congrui proximo inferiori; ſi vendatur infimum, datur proximo ſuperiori; ſi vendatur medium, datur poſſidenti membrum inferius iuxtà ſolum. h. d. Molfeſ.

CONSVET. VI.

SI domus habet tria membra, ſiue ſolaria, ſiue plura, vnum ſupra aliud, & ſit diuerſorum dominorũ, & vnus ipſorum dominorum vendat ſuum ſolarium, emptor tenetur ipſum ſolarium emptum iure congrui dare habenti ſolarium proximum ex parte inferiori ipſi ſolario vendito, vt ſi ſint tria ſolaria, & vendatur ſolarium medium, habens domum inferiorẽ, & ſolo contiguam, ius congrui pro ſolario medio, vendito exercere poteſt, excluſo habente extremum ſolarium, quod ſuperius conſtitutum eſt. Et ſimiliter ſi vendatur ſolarium extremum, ſuprà quod ſolarium aliud ſolarium non eſt, habens medium ſolarium, ius congrui poterit tantùm exercere, cùm ipum ſolarium medium ſit immediatè proximum dicto ſolario vendito, & ſi vendatur ſolarium infimum, ille, qui habet ſolarium ſupra ipſum immediatè poſſit illud iure congrui petere.

SVMMARIVM.

IVris congrui materia examinatur à diuerſis Authoribus, qui recenſentur n. 1. ſumitur quatuor modis, qui recenſentur n. 4.

Proſper Rendella refertur, & qualiter tractet materiã iuris Prothomiſeos, n. 2.

Materia ita debent examinari, vt neſcientibus fiant cognita, & ſcientibns nõ ſit oneroſa tractatio, num. 3.

Ius conſanguinitatis quidnam ſit, n. 5. Qualiter locum habuit in populo Iſrael, n. 6. An & in quibus bonis vigeat in hoc Regno Neapolis, num. 7.

Ius propinquitatis cur vocetur ius congrui, n. 8. & 9. & an ius congrui differat à iure Prothomiſeos, & qualiter, n. 12. 13. & 14.

Ius communionis, quod locum habet inter ſocios alienantes bona communia, refertur n. 10.

Ius cohabitationis, quod locum habet inter milites in alienatione bonorum, quando locum habeat, nnm. 11.

QVÆST. I.

1 PRimò quæro. Quid ſit Ius Congrui, & ius Prothomiſeos, & qualirer ad inuicem diſtinguantur? De hac quæſtione plura tractat *hic* Napodan. *in rubrica*, ſic etiam tractant Tiraquell. & alij, quos citant Coſim. Nepit. *ad conſuet. Ciuitatis Cathaniæ tit. 40. conſuet. 1. n. 3. & ſeqq.* Marius Mura *ad cõſuet. Panormit. cap. 26. cum duobus ſeqq.* ibi totam materiam explicat, ſic etiam Ludouic. Mo-

Molin. in *tract. de contract. diſp.* 370. *cum*
duab. ſeqq. Ariſmin. Topat. *lib.* 2. *variar. iur.*
ſententiar. in tit. de iure congru. Cardinal.
Tuſch. *in ſua pract. concluſ. iur. in verb. Ius*
congrui concluſ. 583. Cardinal. Mantic. *de ta-*
citis, & ambig. conuentionib. Afflict. Iacob.
2 Nouell. & quidem alij infracitandi, & pręcipuè Proſper Rendell. qui nouiſsimè particularem tractarum fecit *de iur. prothomiſ.* qui tractatus ad meas manus peruenit de anno 1614. in Ciuitate Panormi completũ hunc meum tractatum de iure congrui: qui quidem auctor multa tractat ſcitu digna, quamuis inuolutè: ſed id egit, explicãdo ſenſum conſtitutionis. Ego igitur præcipuas ſelegi quæſtiones ab omnibus prædictis auctoribus, Diui Gregorij præceptum
3 ſecutus, vt explicatio ipſarum ita neſcientibus fieret cognita, vt ſcientibus non eſſet onerosa; Quòd etiam peregi in ſeqq. tractatibus, quod dictum ſit pro annotatione omnium dicendorum.

4 Ad propoſitam igitur quæſtionem redeundo, ius congrui quatuor modis ſumitur, ſiuè denominatur, videlicèt, ius conſanguinitatis, ius propinquitatis, ſeu vicinitatis, ius communionis, & ius cohabitationis, vt docet *hic* Napodan. *n.* 1. *cum ſeqq.* quam deciſionem poſt alios ſequitur Iacob Nouell. *in tract. de iur. prothomiſ. in princip. n.* 13. *& n.* 26. *in fin.* vbi meminit Napodan. *loco cit.*

5 Ius conſanguinitatis (quod vocari ſolet
ius prothomiſeos ſanguinis, præcipuè in
regno Siciliæ) eſt illud, quo mediante, ven-
ditor cogitur bona ſua vendere potius ſuis
6 conſanguineis, quàm extraneis; & ius hoc
obſeruabatur antiquitus, etiam in populo
Iſrael, vt habetur in Leuitic. *cap.* 25. Ruth.
7 *cap.* 4. & alibi. Et hoc ius conſanguinitatis
ſeruatur in quibuſdam locis, & præcipuè in
ciuitate Iſclæ, vt notat Napod. *d. n.* 1. Et de
hoc non loquitur hic titulus harum conſuetudinum, ſed loquitur *conſtit. Regn. ſancimus.* quam varijs, & doctis exornarunt commentarijs Afflict. Iacob. Nouell Regens Tapia, & Proſper Rendell. & de hoc iure incidenter aliqua dicam *in hoc tractatu*, & quando locum habet, attenditur diſpoſitio iuris communis, ſi ad feuda, & conſtitutionis regni, ſi ad burgenſatica bona detur, & ſic non tantum æſtimationem rei ſoluat prætium, ſed prætium ab alio oblatum.

8 Ius propinquitatis, ſeu vicinitatis loci eſt, quod propriè vocatur ius congrui, & hoc nomen eſt ſortitum à congruentia, quia congruit, vt conſanguinei, & vicini in res per vicinos, vel conſanguineos vendita, præferantur alijs perſonis extraneis *l. congruit. C. de locat. prædior. ciuil. lib.* 11. Napod. *hic n.* 33. §. *iſta congruitas.* probant etiã Bart. Afflict. & alij, quos ſequuntur Vinc. de Franch. *deciſ.* 406. Nepit. *d. tit.* 40. *n.* 4. §. *ſecundo modo.* Muta *d. cap.* 26. *n.* 6. *cum ſeqq.* Rendell. *in d. ſuo tract. in rubric. n.* 3. *cum ſeqq.*
9 vt alios omittam, quia ex ſe patet, nõ enim erat congruum, & conueniens, vt ſi vicinus bona ſua ſtabilia venderet, pręferrentur extranei: tùm ob loci vicinitatem, per quã habet potiora iura, vt præferetur; tùm etiã pro conſeruatione pacis, & quietis Reipub. nam multoties iſti noui emptores ſolent eſſe rixoſi, & alijs malis affecti, & varijs modis vicinos conturbant: quæ vt euitentur, datur talis pręlatio vicino, vt pro eodẽmet prætio præferatur extraneis, vt optimè annotant pręnarrati Doctores.

10 Ius communionis coincidit cum iure propinquitatis, ſeu vicinitatis, quia exercetur, quando ſocij vendunt bona ſua; quo caſu ex tali iure communionis, ſiuè congrui ſi ſocius illa bona vellet, omnibus alijs præferretur, vt dicetur *infra q.* 21. *cum ſeqq.*

11 Ius cohabitationis eſt, quod habet locũ in villa, aſsignata militibus translatis, quæ dicitur Metrocomia, vt ſi vnus ex illis militibus vellet loca ſui iuris alienare, id facere nequeat, nec poſſeſsionem transferre ad alium, quam ad eius commilitones, ſimul ſecum habitantes, & ſi ſecus fieret, eſſet nulla alienatio. *l. vnic. C. non licere habitator. Metrocom. loca ſua ad extran. transfer. lib.* 11. *DD. locis citatis.*

12 Ius congrui, & ius prothomiſeos ſecundũ Napod. *hic num.* 2. ex doctrin. Andr. de Barulo *in l. curiales. C. de præd. curial. lib.* 10. tenet, vt ad inuicem non diſtinguantur, ſed ſint vnum, & idem, & hoc etiam ſequuntur Afflict. *de iur. prothomiſ. n.* 1. & alij quaſi communiter: Alij tamen tenent oppoſitũ vt ius congrui ſit propriè ius vicinitatis, & locum habeat, quando vicinus vendit bona ſtabilia, vt ex congruentia præferatur vicinus extraneis, vt patet *ex dictis n.* 5. *& ſequentib.* Ius verò prothomiſeos ſit ius prælationis, quo conſanguinei præferantur extraneis in bonis, venditis per conſanguineos, vt dixi *n.* 8. *& ſeq.* Et magis explicabitur *infra q.* 13. *cum. ſeqq.* prout poſt alios explicat Andr. Tiraq. *in præfat. de vtroque retract. n.* 2. quem probat Nepit. *d. tit.* 4. *n.* 4.

14 Et ſic in effectu conueniunt, quia tàm vicinis, quàm conſanguineis datur quædam prælatio, vt præferantur aliis extraneis; in cauſa tamen differunt, quia vnum datur ratione vicinitatis, alterum verò conceditur ratione conſanguinitatis, quod omitto, quia nihil ad rem pertinet.

SVMMARIVM.

IVs congrui originem ducit à iure Diuino, & dicitur ſecundum ius Diuinum non contra

ipſum, num.1. & ſequentibus.

Napodanus, tenens ius congrui eſſe ſecundum ius Diuinum, defenditur contra Rendellam, & alios, n.2. & ſeqq.

Ius congrui an duxerit originem à Græcis, n.5.

Non dicitur eſſe contra naturalem æquitatē ſed ſecundum ipſam, n.6.

Ius congrui qualiter det normam venditoribus, dum bona ſua tenetur vicinis vendere, nu.7.

Q V Æ S T. I I.

1 SEcundò quæro, An ius congrui ſit contrà ius Diuinum? Reſpondeo negatiuè; nàm licèt Tiraquell. *in præfat. de vtroque retract. n.7. cum ſequentib.* conetur probare, quòd lex vetus teſtamenti qua cauebatur, vt vicinus, & cōſanguineus, volens bona ſua vendere, teneretur potius vicino, & conſanguineo, quàm extraneis vendere, non eſſet ius diuinum, & Iacob. Nouell. *in d. tract. de iur. prothomiſ. in præfat. n.18. & ſeqq.* teneat, quòd ſit ius
2 diuinum, & idem teneat *Rendell. in d. rubr. num.9.* Vbi reprehendit Napodan. aliter ſentientem, & alii alia dicant; nihilominus veritas eſt, quod non ſit contra ius diuinum, nec ſit de iure diuino, vt conſtitutum ſit ius congrui inuiolabiliter de iure diuino; quia hoc modo vigeret in omni loco, & eſſet immutabile, & hoc tantum vo-
3 luit Tiraquell. Sed dicitur potius ſecundū ius diuinum, ſeù conforme iuri diuino, ſiue legi Moſaycæ, qua præferebantur vicini, & conſanguinei extraneis, & optimis rationibus propter congruentias, & cauſas explicatas *q. præced.* prout etiam poſt alios probat Rouit. *in conſ. edito pro hac materia,* vt habetur poſt *deciſ.11.* Noſtri de Ponte *ſub num.6.* & conſequenter hoc modo defen-
4 ditur, quòd ſit de iure diuino, & ſic malè Rendell. reprehendit Napodanum, qui dixit, quòd ius congrui ſit contrà ius diuinū, nam potius induit Napodanus, quòd ſit cōforme iuri diuino, & approbatum *per ſacros Canones,* vt in *cap. conſtitutus extr. de in integr. reſtit.*

5 Ex hoc etiam cernitur, non eſſe veram opinionem illorum, qui tenent conſuetudinem iuris congrui duxiſſe originem à Græcis, vt etiam probat Muta *ad conſuet. Panormit. cap.26. num.11.* & poſt Afflict. notat noſter Megal. *2.2 inſtit. confeſſar. lib.2. c. 6. num.241.* nam ſatis ante originem duxit nempè tempore Moyſis, vt dictum eſt, & notat Iacob. Nouell. *in d. præfat. n.14. cum ſequentib.*

6 Nec vrget, quòd videatur Dominus priuari libertate vendendi bona ſua ad libitū, dum per ius congrui arctatur vendere certis perſonis, quod videtur contra naturalē æquitatem, & regul. tex. *in l.1. C. de Sacroſancta Eccleſ.* & ſic eſſet contra ius diuinū. Nam reſpondetur prout etiam poſt alios aduertit Rouit. *loco cit. num.105.* quòd ius congrui, ſiue retractus nullum affert impedimentum venditoribus alienandi bona ſua, ſed ſolum dat normam, & regulam, vt pro bono publico, & naturali conuenientia, dum volunt vendere, teneantur ſuis vicinis, & conſanguineis potius, quàm extraneis vendere, & eiſdem venditoribus ſatis eſt habere veram æſtimationem, & prætiū ſuorum bonorum, & hæc publica vtilitas præfertur ſuæ priuatę, vt eſt vulgatum axioma; & tantò magis, quia leges dant normā, & formam, qualiter quis licitè poſsit bona ſua alienare, vt ſciunt omnes.

S V M M A R I V M.

D*Omus ſecundum aliquos dicitur à* domo domas, *vel à* dominando, *vel à* domate, *& vtrumque explicatur, n.1. & 3.*

Domus ex quibus conſtet, n.4. Quid veniat eius appellatione n.5. Quænā ſit domus vrbana, & quę ruſtica, & qualiter vtraque cognoſcatur num.6. & 7.

Domus quid ſub ſe contineat an fundū adiacentem balnea, & quicquid deſtinatione patrisfamilias ad eius vſum deputatum eſt, n. 8. & ſeqq.

Vitreatæ quando veniant appellatione domus, & quid de columnis marmoreis, n.11. & 12.

Prædium vrbanum trahit ad ſe ruſticum, non è contra, n.10.

Domus licèt regulariter denotet habitationem; nihilominus quandoque ſignificat familiam, & agnationem, n.13. & 14.

Q V Æ S T. V I I I.

1 TErtiò quæro, Domus vndè dicatur & quid eius appellatione veniat? Reſpondeo, domus dicitur, vel à *domo domas*, quia in illa debet paterfam. eius familiā domare, & bonis moribus inſtruere, vt portet iugum ab adole-
2 ſcentia ſua, vt habetur Thren. *cap.3.* vel dicitur *à dominando*, quia, nempè, quilibet dominus in eius dominatur domo, quamuis non ſemper id prudenter fiat iuxtà illud Ciceron. *1. offic. O domus antiqua quàm diſpa-*
3 *ri domino dominaris*, vel tertiò dicitur à *domate*, quod ſignificat tectum, & ita ſumitur *hic*, prout docet Napodan. *in conſuet. ſi quis emit n.14. & ſeqq.* vbi varias acceptiones domus exponit, quas omitto; clarum eſt enim
4 vt domus materialis in ſua propria ſignificatione ſit illa, quæ conſtat ex ſolo, ſiue lu-

por-

perficie, parietibus, & tecto *l. eum, qui ædes.*
vbi gloſ. & alij ff. de vſucapion. Napodan. *lo-*
co cit. & poſt alios probant Nouell. *de iur.*
protbomiſ. §. 1. n. 87. cum ſeqq. & Borgnin. de-
ciſ. 19. n. 74. lib. 2. vt reliquos ſileam.
3 Appellatione domus non ſolum venit
domus magna, ſed etiam domuncula, quæ
in iure vocatur caſula, ſiue parua do-
mus. *l. ſimili. Mauia in princ. ff. de legat. 3.*
Napodan. *vbi ſup. n. 15.* & poſt alios Nouell.
6 *d. §. 1. num. 93.* Et eſt duplicis qualitatis, ſeu
duplex eſt materia domus, nam alia eſt vr-
bana, & alia ruſtica. Vrbana domus conſtat,
vt dixi, ex ſolo, parietibus, qui facti ſunt ex
lapidibus, calce, & puteolana, & ex tecto.
7 Ruſtica verò continet ligna, & ſtucca, &
conſequenter ſi domus ſit ruſtica, vel vrba-
na, non iudicatur ex loco, nempe, ex ciuita-
te, vel villa, ſed ex materia, & conſequen-
ter ſi fiat ex materia vrbana, licèt ædificiũ
fiat in loco ruſtico, & ſic in villa, dicitur ta-
men domus vrbana, ſic etiam è contra, ſi in
loco vrbano, & ſic in ciuitate fiat domus ex
materia ruſtica, dicitur domus ruſtica. *l. ſi*
vrbana prædia. & l. ædificia ff. de verbor. &
rer. ſignif. Napodan. *loco cit. n. 16.* & omnes
alij deſuper citati, Tuſch. *in verb. domus cõ-*
cluſ. 619. per tot.
8 Continet autem domus quicquid eſt in-
tra ſe, ſeu ea omnia, quæ ita cõparata ſunt,
vt ibi perpetuò ſint, ſiuè ſint affixa domui,
ſiue compara a ſint animo affigendi, ſiue
vſui domus deſeruiant *l. prædijs. §. qui domũ*
ff. de legat. 3. l. fundi. §. labeo. ff. de actionib.
empt. cum alijs cumulatis *hic* per Napod. *n.*
18. & per Iacob. Nouell. *d. §. 1. n. 100.* latiſ-
9 ſimè Surd. *deciſ. 134.* Itaque domus conti-
net fundum ſibi adiacentem, ſiue ruſticũ,
ſiue vrbanum, vt eſt terra, portus, balneum,
& ſic de alijs, dummodo per ipſam domũ
10 habeatur aditus ad prædicta loca, non au-
tem è contra, quia prædium vrbanum tra-
hit ad ſe ruſticum, non è contra *l. prædijs. §.*
balneas. ff. de legat. 3. Napod. *d. n. 18.* & conſe-
11 quenter continet domus quicquid deſtina
tione patrisfam. deſtinatum eſt, vel ad com-
plementum, vel ad ornatum domus, &
proinde vitriatæ affixæ domui, vel actæ
animo affigendi quamuis à feneſtris auelli
poſſint, veniunt appellatione domus, & in
domo vendita continentur, quia ſatis eſt, vt
deſtinatæ ſint ad perpetuũ vsũ domus. *l. ca-*
tera. §. hoc ſenatuſconſulto lo ſecondo ff. de le-
gat. 1. cũ alijs cumulatis per Surd. *d. dec. 134.*
12 *num. 13. cum ſeqq.* & idem met de colum-
nis marmoreis, ſic etiam de clauibus, & de
oſtijs, quibus domus clauditur, & de alijs
inſtrumentis perpetuò deſtinatis ad vſum
domus *l. fundi. ff. de action. empt.* latiſſimè
DD. in loco cit. de qua etiam materia latiſsi-
mè tractat poſt alios Tuſch. *in verb. domus,*
13 *concluſ. 619.* & in hac acceptione domus
ſumitur pro habitatione ſiue pro loco apto
14 ad habitandum. Quandoque tamen do-
mus ſumitur pro agnatione, & parentela, &
eſt quoties teſtator vocaret proximiores
de domo ſua, quia intelligitur vocaſſe pro-
ximiores de familia, parentela, vel agnatio-
ne, vt latiſſimè fundat Alex. *conſ. 213.* pon-
deratis *n. 3. & ſeqq. vol. 6.* vbi Addentes alios
cumulant Tuſch. *in dicto verbo domus con-*
cluſ. 618.

SVMMARIVM.

Terra aliquando ſignificat vniuerſam mundi ſuperficiem, n. 1. 2. & 6. aliquando ſignificat oppidum, & contra diſtinguitur à ciuitate n. 8. & 11. & ſic dicitur Terra ciuilis, in qua ciues habitant n. 14. Propriè tamen dicitur prædium ruſticum, n. 15. & 17. & dicitur à teto teris, *quia bobus teritur, & confringitur, n. 18.*

Deus propter ſuperbiam confundit linguas Gigantium, & ædificantium turrim Babel, n. 3.

Gens beata dicitur, quæ eſt labij vnius, nempè, vnius loquutionis, & voluntatis, n. 4.

Regnum in ſe ipſum diuiſum deſolabitur, n. 5.

Imperator an ſit dominus totius mundi, n. 7.

Ciuitas qualiter differt à Caſtro, & Terra, n. 8. & 11. An poſſit eſſe ſine Epiſcopo, n. 13.

Priuilegium conceſſum ciuitati an oppido intelligatur conceſſum, & è contra, n. 12.

Fortalitiæ quænam dicantur, n. 9.

Caſtrum an habeat iuriſditionem diſtinctam à ciuitate, n. 10.

Iugatio terrena quænam ſit, & qualiter differat à tributo, n. 16.

Fundus licèt aliquando ſignificet prædium vrbanum, propriè tamen ſignificat prædium ruſticum, n. 19. & 20. Quid veniat eius appellatione, & an contineat ædificium n. 21. & 22. Agro legato, an veniat vinea, & ædificium, num. 23.

QVÆST. IV.

QVartò quæro, quid veniat appel
latione Terræ, vel fundi? Vt col-
1 ligatur reſponſio, ſciendum eſt,
terrã varias habere acceptiones:
nam aliquando ponitur pro vni-
uerſa mundi ſuperficie; vt ſumitur Geneſ.
c. 1. ibi *Terra autẽ erat inanis, & vacua,* ſic
etiã Geneſ. 11. *Erat autem terra labij vnius,*
2 *& ſermonum eorundem.* Omnes enim gen-
tes vniuerſæ terræ vnam habebant vocem,
3 ſiue pronunciationem: Sed dum gigantes
contra Deum ſe erexerunt, & turrim ædifi-
care voluerunt, volens Deus illorum con-

Digitized by Google

fundere ſuperbiam, illorum linguam con-
fudit, vt non audires vnuſquiſq. vocē pro-
ximi ſui, vt in *eod. cap.* 11. habetur, & ſic po-
puli diuiſi ſunt ſecundùm ſermonē vniuſ-
cuiuſque populi, & vt hoc annotemus cum
4 diuerſis auctoribus *d. c.* 11. Beata eſt gens,
quæ vnius eſt labij, vt ſemper benè loqua-
tur de proximo ſuo tàm in præſentia, quàm
in abſentia; ſit vnius voluntatis, & ſermo-
num eorundem: ſi enim diuerſis loquan-
5 tur linguis, diuidentur, *& regnum in ſe ip-
ſum diuiſum deſolabitur.* Sed ad rem redeun-
6 do, quandoque terra ſumitur pro illa parte
orbis, nobis nota, vt explicatum eſt in *proœ-
mio q.* 3. In quæſtione illa: *An Imperator
7 ſit Dominus totius mundi, & an aliquis ſubie-
8 cerit ſibi vniuerſum orbem.* Tertiò terra ſu-
mitur pro oppido, & ſic differt à caſtro, &
etiam à ciuitate: Caſtrum enim eſt illud,
quod ædificatur pro cuſtodia terræ, vel ci-
uitatis, & foſſa, valloque quaſi muro cir-
9 cundari ſolet, vt ſciunt omnes, & vocan-
tur fortallitiæ, ſeu arces, & ſic loca, in
quibus milites tentoria figere ſolent,
ſeu ipſa tentoria, in quibus milites di-
uerſantur, vocantur caſtra, iuxta illud *Vt
caſtrorum acies ordinata,* ſic etiam Cicer. ad
Attic. *Cùm Cæſar ad oppidum caſtra haberet,*
10 & de iure communi nō habet iuriſdictio-
nem, ſed eſt ſicut vicus, & ſubditur iudici
eiuſdem ciuitatis, ſeu loci. Bart. *in extrau.
qui ſint rebelles in verb. Lombardia lib.* 4.
Boer. *deciſ.* 202. *n.* 28. & alij penes Tuſch. *in
ſua pract. concluſ. iur. in verb. Caſtrum. con-
cluſ.* 115. *Cum nouem ſeqq.* vbi plura reaſſu-
mit de ſignificatione, & nuncupatione ca-
11 ſtri, terra autem eſt, vbi non reſidet Epi-
ſcopus, Ciuitas verò eſt, quæ habet Epiſco-
pum, vt latiſsimè poſt alios probat Iacob.
Nouell. *in tract. de iur. protbom.* §. 1. *ſub nu.*
80. Bart. Bald. & alij, quos probat noſter de
Ponte *conſ.* 56. *col.* 1. poſt alios Tuſch. *in d.
12 verbo Caſtrum. concluſ.* 113. *n.* 8. Adeò vt,
cùm ſint adinuicem diuerſa, & inter ſe dif-
ferant, ideò priuilegium, conceſſum vni,
non prodeſt alteri, vt latius habetur *d. conſ.*
56. & dixi aliqua *tom.* 1. *p.* 2. *tit. de perſon. q.* 1.
13 *& tom.* 2. *in addition.* quamuis ex priuilegio
poteſt etiam eſſe ciuitas ſine Epiſcopo, vt
eſt in pluribus locis Regni Siciliæ. tradit
etiam Tuſch. *d. concluſ.* 115. *p.* 8. multoties
enim Doctores ſumunt etiam caſtrum prò
ciuitate, vt notat Luc. de Penn. *in l. poſſeſſo-
res. C. de fund. patrim. c. cū in partibus de ver-
bor. ſignif. c.* 1. *de pac. tenend. & eius violator.*
Tuſch. *verb. caſtrum, concluſ.* 116. *cum ſe-
14 quentibus,* & hoc modo dicitur terra à ter-
ritorio, & eſt terra ciuilis, ideſt, in qua ci-
ues habitant vt notat hic Napod. *num.* 20.
& nullo de prædictis modis *hic* ſumitur
terra.
15 Quartò terra accipitur pro certo prædio
ruſtico, vt in *l. cùm ſatis C. de agricol. & cen-
ſit. lib.* 11. cū aliis cumulatis *hic* per Napod.
num. 23. & ſic terra eſt, quæ ſub iugo coli-
16 tur, & conſequenter redditus, qui pro ter-
ra ſoluitur, ſiue debetur, dicitur iugatio
terrena, non autem tributum, ſiue capita-
tio *l.* 1. *C. de colon. tranſfeunt. lib.* 11. cum aliis
cumulatis per Napod *loc. cit.* Qui ſubdit, vt
17 hoc modo *hic* accipiatur terra, & patet ex
conſuet. *ſi quis emit.* Quę terram, & fundum
pluries repetit pro eodem, & conſequenter
explicatio, quæ ſpectat ad fundum, etiam
terrę accomodatur, & ſic *terra* hoc quarto,
18 ſic etiam primo, & ſecundo modis dicitur
à *tero, teris,* quia bobus teritur, & contrigi-
tur, & ſub iugo colitur, vt poſt alios expli-
cat Nopod. *d. n.* 20. *cum ſeqq.* qui ponit alias
acceptiones terræ, vide per eum.
19 Fundus ſumitur dupliciter, nempè, in ge-
nere, & in ſpecie: fundus in genere comple-
ctitur quicquid ſolo cōtinetur; ſiue ſit præ-
dium ruſticum, ſiue vrbanum, & hoc modo
non ſumitur *hic*, ex quo contrà diſtingui-
tur à domo; & ſic à prædio vrbano, vt ha-
20 betur in *conſuet. ſi quis emit.* Fundus in ſpe-
cie, & ſic in ſua propria ſignificatione ſigni-
ficat prędium ruſticum, quamuis ædificiū
habeat *l. fundum in fin. ff de verb. & rer. ſi-
gnific.* & ſic ſumitur infrà *de teſtim. ruſtic.
conſuet. ult.* vbi Napod. *n.* 26. ibi *hic* ſumitur
fundus ſecundùm vulgum Neap. videlicet
pro domibus cū terra poſitis extra ciuitatē.
quia fundus continet quicquid intra ſe am-
plectitur, & ad eius culturam deſtinata
ſunt, vt ſunt inſtrumenta, ſic etiā quicquid
ſibi affixum eſt. *l. cum fundus, & l. quæſitum.
ff. de fund. inſtruct. & inſtrum. legat. l. fundi.
ff. de action. empt.* cum aliis cumulatis per
Napod. *hic num.* 19. & per Iacob. Nouell.
d. §. 1. *n.* 80. qui varias fundi acceptiones po-
22 nunt, quas omitto; quia *hic* ſumitur fun-
dus pro prædio ruſtico, & ſic pro proprie-
tate, vel pro terra etiam cum domo ibi ſita,
& poſita, vt notat Napod. *d. n.* 19. *in fin.* & dū
non adeſt ędificium in prædio ruſtico, non
dicitur fundus, ſed ager. *l. ager. & l. fundum
23 ff. de verbor. & rer. ſignific.* & ſic legato
agro, non venit vinea cum ędificio, ibi po-
ſito, vt probant Iaſ. & alii in *l. ſi quis in fun-
di vocabulo. ff. de legat.* 1. Angel. in *l. ſi nulla
C. de acquir. poſſeſſ.* poſt alios Nouell. *d.* §. 1.
n. 71. *& ſeqq.* quia inter ſe ſunt admodum
diuerſa, nec vnum venit appellatione alte-
rius, de qua materia latiſsimè diſputat Mā-
tica *de coniecturis vltimar. volunt.*

S V M M A R I V M.

*Vicini dicuntur tàm ſi habitent circumcir-
cà, vel diſtent per vnum miliare, aut
quorū voces exaudiuntur ad inuicem, quàm
ha-*

habentes prædia vicina, num. 1. 2. & 3.
Iſtæ conſuetudines loquantur de vicinis habentibus prædia communia, n. 4.
Quinam vicini habeant ius congrui, n. 5. remiſſiuè.

QVÆST. V.

1 QVintò quæro, Quinam dicantur vicini? Hæc quæſtio varias illationes habere poſſet; quia vicini alii dicuntur, qui circumcirca habitant, & ſic dicuntur populi conuicini, etiã
2 ſi multum inter ſe diſtent. Secundò dicuntur vicini, qui diſtant per vnum milliare. Tertiò dicuntur vicini, quorum voces ad
3 inuicem exaudiuntur. Quartò dicuntur vicini, qui habent prædia ſiuè vrbana ſint, ſiuè ruſtica, contigua, ſiuè vicina, etiam ſi inter dicta prædia mediaret via, *l. 2. §. fin. ff. fin. regun.* Alex. *conſ. 22. conſideratis. vol. 4.* Signorol. *conſ. 32.* Tuſc. *in ſua pract. concluſ. in verb. vicinus concluſ. 200.* qui ponunt varias
4 acceptiones vicinorum, quas omitto, quia hic titulus loquitur de quarta acceptione, & ſic de vicinis, qui habent prædia vicina,
5 vt ex dicendis patebit. Qualiter autem vicini ratione prædii tàm ruſtici, quàm vrbani habeant ius congrui, patebit ex dicendis, *quæſt. ſequenti.*

SVMMARIVM.

VIcini habentes prædia proximiora prædio vendito qualiter admittantur ad ius cõgrui, & quid ſi omnes æqualiter diſtent, vel vnus magis confrontet cum ſuo prædio quàm alter, explicatur n. 1. 9. & ſeqq.
Proximior in gradu excludit remotiorem tàm ex iuris diſpoſitione, quàm ex voluntate teſtatoris, qui ordine ſucceſſiuo cenſetur vocare proximiores in gradu, n. 2. 3. & 5.
Teſtator præferens in legato, vel fideicommiſſo eos de familia, qui ſtudent, illis, qui nubent, qualiter cenſeatur feciſſe diſpoſitionem, n. 4. cenſetur ſe conformare eum diſpoſitione iuris communis, & conſuetudinum, vt maſculi præferantur fœminis, n. 6. præſumitur magis diligere, & ad fideicommiſſum vocare eos, qui nati ſunt ſe viuente, n. 7.
Qualitas requiſita ad ſuccedendum eſt verificanda tempore ſucceſſionis, n. 8.
Diſtantia, ſeu vicinitas prædiorum qualiter cõſideretur in iure congrui, n. 11. & 12. Quid ſeruetur Florentiæ, n. 13. Quid de iure Regni, num. 14.
Florentiæ qualiter obſeruetur datio iuris cõgrui, traditur, n. 13. Ius congrui Neapoli non cõpetit Eccleſiæ, nec ruſtico contra ciuem, n. 11. & 15. Qualiter detur, dum res eſt indiuiſibilis, n. 16. Quid ſi plures eodem tempore concurrant, n. 17.
Sortis iudicium an locum habeat in iure congrui, n. 17. Quid in electione officialium, vel tutoris, num. 18.
Andreas Tiraquellus impugnatur, quòd malè pro ſe Napodanum citet in materia iuris congrui, n. 19.
Napodani locus in conſuet. ſi ex vno latere, *concordatur cũ alijs locis eiuſdem, n. 19. & ſeqq.*
Vigilantibus, & non dormientibus iura ſubueniunt, num. 22.
Ius congrui qualiter deſcendat de proximo in proximum, & quando vadat ad collaterales, vel ad capita, explicatur num. 24. cum pluribus ſeqq.
Solum totam ſuſtinet domum, n. 26.
Ius accreſcendi quando detur in iure congrui, n. 11. & ſeqq.
Solaria ſi reparentur, vel aſtrica, quinam debeant contribuere, n. 31. & ſeqq.
Domus, vel fons ſi reficiatur quinam debeant contribuere, n. 32. & ſeqq.
Tectum ſi mutetur in aſtricum, an vicini debeant contribuere, n. 34.
Damnum dans tenetur illud reficere, & reſarcire, num. 36.

QVÆST. VI.

1 SExtò quæro, Vt ius congrui locum habeat, qualiter quis debeat habere domum, vel fundum vicinum? Quæſtio hæc explicabitur ſequentibus dictis. Dico primò, non omnes vicinos eſſe admittendos ad ius congrui, ſed eos tantũ, qui ſunt proximiores, ſeu qui immediatè ſunt vicini, & propinquiores rei, quæ alienatur, nam iſti præferuntur remotioribus. ita Bald. in *l. non ſolum. ff. de nou. oper. nunciat.* vbi Caſtrenſ. & Iaſ. & probant alii, quos ſequuntur Andreas Tiraquell. *de retract. lignag. §. 1. gloſ. 9. n. 26.* Matius Mut. *ad conſuet. Panorm. cap. 26. num. 21. & ſeqq.* Borgnin. *deciſ. 20. n. 2. & 3. par. 2.* quod eſt clarũ:
2 Nam quoties ius noſtrum vocat aliquem ad ſucceſsionem, vel ad alium actum, ſemper intelligit de proximioribus, & quem nemo præcedat in gradu: vt fundant præcitati Doctores, & faciunt diſcuſſa ſuperius *tract. 1. p. 4. q. 35. & q. 56. & tom. 2. in additiõ.*
3 Quo fit, quod ſi teſtator vocaſſet eos de ſua familia ad ſucceſſionẽ, intelligeretur eos vocaſſe ordine ſucceſsiuo, nempè, vt proximiores excludant remotiores, & do-

Digitized by Google

nec adſunt de linea ſemel admiſſa, non ſuc-
cedant alij, vt dixi *d.q.35. in addition. n.52.
& ſeqq. & d.q.56. in addit. n.7.*
4 Hinc eſt, quòd, ſi vellet teſtator, quod ali-
quis de ipſius familia præferretur cæteris,
vt v.g. qui ſtudet, præferatur illis, qui nu-
bunt, ſeu maritagia fœminarum non impe-
dirent eos, qui ſtudent, intelligeretur, ſi eſ-
ſent in pari gradu; nam ſi mulieres, quæ de-
bent conſequi matrimonium, eſſent proxi-
miores in gradu, illę excluderent ſtudentes
remotiores; quia verba teſtatoris regulan-
5 tur ſecundum diſpoſitionem iuris, quòd
ſemper præfert proximiores remotioribus,
vt dictum eſt *n.3.* cùm ita ſucceſsiuè cen-
ſeatur vocaſſe ſuos deſcendentes ad ſuc-
ceſsionem, *l. cùm ita §. in fideicommiſſo ff. de
legat. 2.* vbi omnes. Mantic. *lib. 8 de coniectur.
vltim. volunt. tit. 12. nu. 11. & ſeqq.* & latius
probatum eſt *tom. 1. par. 4. q. 35.* & ſępè aliàs;
6 Adeò vt dum ſtatutum vel conſuetudines
excludunt fœminas per exiſtentiam ma-
ſculorum, ſic etiam interpretatur diſpoſi-
tio teſtatoris, vt *locis citatis* habetur. Sic
etiam quia dùm vnà ſemel eſt acquiſitum
ius fęminabus in paragio non poteſt ab ip-
ſis auelli contra illorum voluntatem, vt eſt
vulgata iuris regula. Et ſucceſsiuè maſculi,
volentes ſtudio vacare, pręferuntur fœmi-
nis, exiſtentibus in eodem gradu, & eodem
7 tempore concurrentibus. Confirmatur alia
ratione, quia in fideicommiſſo primò vo-
cantur filii, qui concepti ſunt, & nati viuo
teſtatore, quia præſumuntur magis dilecti,
& deindè vocantur nati, & concepti poſt
mortē teſtatoris, vt in *l. qui filiabus in princ.
ff. de legat. 1. vbi omnes*, Curt. Crot. & alii,
quos ſequitur Mantic. *d. tit. 12. n. 14. & ſeqq.*
8 cum vulgaris aliis, & dum requiritur aliqua
qualitas in volente ſuccedere, eſt verifican-
da tempore delatę ſucceſsionis, vt poſt alios
probaui *tom. 2. par. 4. q. 35. n 27. & 28.* Pe-
regrin. *de fideicommiſſ. ar. 29. n. 7. & alii.*

Dico ſecundò, vt ad noſtram quæſtionē
9 redeamus, quòd, ſi plures eſſent vicini pro-
pinquiores pro æquali diſtantia, omnes
æqualiter admitterentur ad ius congrui:
hoc dictum latiſſimè probant Afflict. *de iur.
prothomiſ. §. 7.* Iacob. Nouell. in *eod. tract. §.
3. per tot.* & ex dicendis magis patebit. Dixi
pro æquali diſtantia, nam hęc requiritur,
nulla habita conſideratione magnitudinis
10 poſſeſsionum, adeò vt, ſi venditor habeat
vnum vicinū ex vno latere, & plures alios
vicinos ex altero latere, & omnes ſunt pro
æquali diſtantia, tunc ius congrui pro me-
dietate prædii venditi competit illi vni vi-
cino, & pro alia medietate datur omnibus
aliis vicinis, ſi omnes ſint habiles ad ius cō-
11 grui: nam ſi aliquis excluderetur, vt ruſti-
cus, Eccleſia, & ſic de aliis, vt dicetur *infrà
q. 31. cum ſeqq.* Tunc ius congrui accreſcit
alijs pro æquali portione, vel prout eorum
prædia ſunt viciniora prædio vendito, vt ad
literam habetur *hic* in conſuet. *ſi ex vno la-
tere.* vbi Napod. *n. 80. cum ſeqq.* Vincent. de
Franch. *deciſ. 550. in princ.* Anna *conſ. 47.*
Rendell. *de iure prothom. in §. per emphyteu-
12 ſim. n 62. & ſeqq. fol. 64.* & dum vicinitas
prædiorum eſt æqualis, non habetur ratio,
quòd vnus magis confrontet pro parte in
latitudine, quàm alius, nam adhuc vnuſ-
quiſque admittitur ad ius congrui pro me-
dietate prædij venditi, quia vicinitas præ-
diorum, & longitudo attenditur, & ita fuiſ-
ſe deciſum in Collaterali Conſilio de anno
1526. refert *hic* Mariconda in conſuet. *Vbi
domus ſub n. 56. fol. 327. in addit. incipient.
Quid ſi duo vicini.* Et quamuis nihil alleget,
hoc probat Napod. in conſuet. *ſi ex vno la-
tere. n. 81. in fin.* Et eſt in conſuet. *Si quis emit
13 in fin. hoc eod. tit.* Florentię tamen dicitur
adeſſe ſtatutum *in rubr. 109. lib. 2.* de quo
meminit Alex. Raudenſ. *in ſuo tract. variar.
reſolut. cap. 21. num. 5.* quòd habens do-
mum coniunctam ex pluribus lateribus,
ille præferatur alijs tanquam proximior
14 ex pluribus partibus, & idem ſeruatur
per conſtit. regn. *Sancimus.* vt ibid. legitur
in §. fin. vbi omnes. Sed per noſtras conſue-
tudines eſt determinatum contrarium, vt
dictum eſt.
15 Hoc tamen limitatur pluribus modis.
Primò quando non omnes vicini eſſent ha-
biles ad ius congrui, vt patet ex dictis *n. 11.*
16 Limitatur ſecundò quoties res vendita eſ-
ſet indiuiſibilis, vel ex alia iuſta cauſa non
pateretur commodam diuiſionem: tunc
enim ille præferretur, qui primò ad iudiciū
17 prouocauit, & ſi omnes ſimul eodem tem-
pore concurrerent, nec appareat de priori-
tate temporis, tunc ſorte dirimitur quæſtio,
& qui per fortunam, & fælicitatem ſortis
obtinuit, ille præferendus eſt, vt ex tex. *in l.
in his tribus. ff. de iudic.* & aliis pluribus pro-
bat Napodan. in d. conſuet. *Si ex vno latere
n. 87.* ad quam ſe remittit Vinc. de Franch.
d. deciſ. 550. n. 8. cum ſeqq. Iacob. Nouell. *loco
§. 1. n. 120. cū ſeqq.* Afflict. Tiraquell. Maxill.
& alii, quos probat Ann. *d. conſ. 47. n. 15. cum
18 ſeqq.* Nam in his caſibus habet locum iu-
dicium ſortis, dummodo ceſſet fraus, quod
iudicium multoties locum non habet, vt in
electione tutoris, curatoris, officialis, & ſic
de aliis, vt habetur in locis citatis; de qua
materia latiſſimè tractant Franciſ. Sua-
rez *tom. 1. de religione lib. 2. de ſuperſti-
tion. cap. 12. per totum*, & alii plures, quod
omitto; quia non pertinet ad hunc locum;
hoc enim explicauimus *in ſumma tract. 6.
cap. 16.*

Hinc patet, quòd non benè loquitur Ti-
raquell. *in tract. de retract. lignag. §. 11. gloſ.
19 10. n 3.* quatenus dicit, quòd dum ius con-
grui

grui competit plutibus, feſtinantia vnius,
comparentis in iudicio, non debeat alteri
nocere. *l. cùm ſolus. ff. de acquir. hared.* & pro
ſua ſententia citat Napodan. hic in conſuet.
ſi ex vno latere. in verb. vnus tantum, & Af-
flict. *de iure prothom § 1. in vlt. notab.* Quia
nec Afflictus hoc dicit, nec Napodan. Imo
Napodan. docet totum oppoſitum in con-
ſuet. *Si quis emit. ſub n. 18. ibi (Sed ſi Collate-
rales alij coniuncti ad ipſam domum, vel hor-
tum, noluerunt exercere ius congrui, tunc to-
tum ius congrui, illi competens, accreſcit vo-
lenti exercere ius congrui, ſi vult, emptore etiã
inuito, & ſic quod non habet iure coniuncti o-
nis, habet iure accreſcendi, vt infra in conſuet.*
21 *Si ex vno in fin.* & *n. 52.* idem probat, ſic
etiam in dicta conſuet. *Si ex vno latere, ſub
num. 89.* & ſępè aliàs: & idem probant Bart.
Bald. Caſtrẽſ. Alexan. Igneus, Ioann. Andr.
& alij penes Tiraquell. *d. gloſ. 10. n. 2.* Tum
quia partes non petentium ex iuris diſpoſi-
tione accreſcunt petentibus iuxta *Tex. in l.
1. C. quand. non petent. par. peten. accreſc. l. ſi ex
pluribus. ff. de hered. inſtituend.* & ſępe aliàs.
22 Tum etiam, quia vigilantibus, & non dor-
mientibus iura ſubueniunt, vt eſt vulgatũ
axioma, & ideo diligentia, ſiue ſollicitudo
vnius pręiudicat alteri, prout eſt in aliis plu-
ribus rebus, vt dixi *conſ. 13.* & ſępè aliàs: &
23 opinio Tiraquelli, vt ipſemet affirmat, pro
cedit, quia conſuetudo illius loci mandat
contrarium, nempè, vt omnes vicini intra
certum tempus poſſint petere ius congrui,
& infra dictum tempus non habeatur ra-
tio, quod vnus ex vicinis prius petat, quàm
alter, quia omnes habent terminum con-
ſtitutum per illud ius municipale.
24 Dico tertiò, aliquando ius congrui de-
ſcendit de proximo in proximum; aliquan-
do aſcendit de proximo in proximum. Ter-
tiò vadit ad collaterales, & quartò ad capi-
ta: Hoc dictum, ſiuè graduatio eſt Napoda-
ni per illum *tex.* in conſuet. *Si domus num.*
105. vbi omnes alii Addentes: ſequitur etiã
poſt alios hanc graduationem Iacobus No-
uelius *de iure prothomiſ. §. 2. n 181. cum ſeqq.*
faciunt latiſsimè diſcuſſa per Borgnin. *deciſ.*
25 19. pręcipuè *n. 74. cum ſeqq. par. 2.* Primò
igitur ius congrui deſcendit de proximo
in proximum, & eſt, ſi aliqua domus habe-
ret tria ſolaria poſſeſſa per tres dominos di-
uerſos; & tunc ſi dominus poſsidens ſolariũ
medium, venderet; tunc pręferretur in iu-
re congrui, poſsidens ſolarium infimum
ſupra ſolum, ex ratione iam dicta; quia ius
congrui deſcendit de proximo in proxi-
26 mum, & eo magis, quia ſolum totam do-
mum ſuſtentat, & ideò dum in vno graua-
rur, debet in alio releuari, ex regul. vulg. &
Napod. *hic num. 104. in fin.* addit. aliam ra-
tionem, ne ſuppeditaretur ab alio domino,
quia licèt nouus emptor ſuccederet in lo-
cum prioris, tamen, quia emit contra vo-
luntatem inferioris, idcircò moleſtius ſup-
peditaretur; ex quo poſſent ſcandala perueni-
re, quæ ſunt euitanda, quamuis magis vige-
rent duæ priores rationes, prout habetur in
dicta conſuet. *Si domus* Iacob. Nouell. *loco
citato.*
27 Secundò aſcendit ius congrui de proxi-
mo in proximum, & eſt, ſi poſſidens ſolariũ
ſupremum, illud venderet, tunc ius con-
grui totum competeret domino, poſsiden-
ti ſolarium medium; ipſe enim proximior
eſt, & in eo magis militat ratio, ne ſuppedi-
taretur à nouo domino: & ideò dum ille
vendit eius ſolarium debet ipſe pręferri
pro eodem prętio, vt liberetur à dicto one-
28 re ſeruitutis. Tertiò vadit ius congrui ad
collaterales, nempe ad vicinos, qui ex late-
ribus prædii venditi poſsident, ſiue habent
prędia contigua, prout explicatum eſt *in 1.
& 2. dicto.* Quartò denique vadit ius con-
grui ad capita, nempè, ad dominos prædio-
rum, qui à capitibus rei emptæ poſsident
prædia, & eſt, quando via eſſet in medio,
prout explicabitur infra *q. 10.*
30 Illud obſeruandum eſt circa ius accre-
ſcendi in iure congrui, vt, dum ius congrui
deſcendit de proximo in proximum, & in-
telligitur, ſi velit, & ſi nollet, tunc compe-
teret poſsidenti ſolarium infimum ſuprà
ſolum; quia poſsidens ſolarium medium,
habetur, ac ſi non eſſet poſſeſſor, & ſic de-
ſcendit ius congrui ad infimum ſolarium:
quo caſu, ſi nec iſte vellet ius congrui exer
cere, tunc vadit ad collaterales modis deſu-
per explicatis *in 1. & 2. dicto*, & habetur in
conſuet. *ſi quis habet domum in hoc tit.*
31 Ex hoc declaratur conſuet. *Si domus.* in-
fra *de collat. expenſ.* quatenus diſponit, quòd,
ſi vna domus habeat plura ſolaria diuer-
ſorum dominorum, ſi eſſet reparandũ te-
ctum, vel aſtricum ſupremum, tunc omnes
domini tenentur contribuere pro rata ſo-
lariorũ, quę poſsident, ex quo omnes ſocii
prædicti ſentiunt vtilitatem prædictę repa-
rationis, quia dum tectum ſuperius manet
ſanum, prębet vtilitatem omnibus, nã aliàs
aqua caderet paulatim vſque ad vltimum
32 ſolarium. Ex his ſumitur regula, quod ad
refectionem rei teneantur conferre pro ra-
ta omnes, qui habent vtilitatem ex dicta re-
fectione, vt docet Bartholom. de Capua per
*illum tex. in l. vſufructu legato. in fin. ff. de
vſufruct.* & ex *tex. in l. apud Iulianum. §. ſi
33 hares rogatur. ff. de legat. 1.* inferens, quòd
ciues Capuani fuerunt compulſi ad refectio-
nem cuiuſdam fontis, quia habebant publi-
cam vtilitatem, de quo meminit Piſanell.
*in d. conſuet. ſi domus. fol. 370. in addition. in-
cip. Sed pone*, vbi omnia prædicta confor-
mat, & ibi Napodan. *n. 2.* docet, quòd, ſi do-
minus ſolarii ſuperioris vellet mutare te-
ctum

ctum domus in aſtricnm,tenerentur domi-
ni inferiores contribuere in dicta noua cõ-
ſtrutione aſtrici, pro illa tamen rata, pro
qua teneretur reficere tectum, vt in effectu
tantundem ſoluat, quod eſt admodum ra-
tionabile, vt ad ſenſum patet.
35 Si verò eſſet reparandum aliquod ex aliis
aſtricis aliorum ſolariorũ, tunc eſſet repa-
randũ expenſis propriis ſuppeditantis aſtri-
cum,& idem eſſet, ſi aſtricum ſuperius fuiſ-
ſet fractum ſuppeditatione, & culpa alicu-
ius ex dictis dominis, vt habetur in dicta
conſuet. *ſi domus in fin.* vbi Napod. *in verbo*
36 *ſuppeditantis.* quod eſt clarum; vt ille, cu-
ius culpa venit damnum, illud reficiat, &
dominus ſolatij inferioris poteſt cogere
dominũ ſolarij ſuperioris, vt illud reficiat,
vt ex *tex. in l. cum debere columnam. ff. de ſer-
uitut. vrbanor. prædior. & in l. & ſi forte. §.
etiã. ff ſi ſeruitus vendicetur.* Socin. Iun. *conſ.
139. lib. 1.* notat Salern. *in d. conſuet. ſi domus
in addit incip. quoad inſtantiam.* de qua ma-
teria dicam infra. *de ſeruitutib.* & infra *de
nou. oper. nuntiat.* notat etiam aliqua Reuer-
ter. *in d. conſuet. ſi domus. in addit. quid ſi im-
mittam. & hic in conſuet. ſi domus. fol. 346. in
addit. incip. quandoque ſunt*

S V M M A R I V M.

*VIcinus vt habeat ius congrui debet habe-
re prędium eiuſdem qualitatis cum ven-
dito, nempè, domum, ſi vendatur domus, n. 1.
& 2. Et ſic deciſum refertur n. 3. Quid ſi ha-
beat domum, & vendatur fundus, vel è con-
trà, n. 4. & 5.*
*Ius congrui an detur alicui ratione hortus n. 6.
remiſſiuè.*

QVÆST. VII.

SEptimò quęro, An ratione domus vi-
cinus habeat ius congrui ad fundũ
1 venditum per alium vicinum, & è
contrà? Reſpondetur quòd, licèt re-
gulariter ad ius congrui exercendum re-
quiratur, vt vicinus habeat prædium eiuſ-
dem qualitatis, nempè ſi alienetur domus,
domum habeat, ſi fundus, fundum: & ideo,
2 ſi eſſent tres vicini, quorũ vnus alienaret do-
mũ, & reliquorũ duorũ vnus haberet domũ,
& alius haberet fundũ; tunc habens domũ
præferretur in iure cõgrui, quia habet præ-
diũ eiuſdẽ qualitatis cũ prædio vendito. ita
poſt Napodan. probat Afflict. *deciſ. 223.* vbi
3 ſic bis refert deciſum in ſacro Conſ. & aliàs
in regia camera, vbi Vrſill. citat etiã Ioann.
de Amic. *conſ. 1.* Tiraquell. & alios: probat
etiam Mut. *ad conſuet. Panormit. cap. 28. nu.
38.* vbi pro eadem opinione citat Cumiam
rit. 205. & Ioann. de Paternion. & dicit ipſe
Mut. ſe penes alios non inueniſſe hunc ca-
ſum, niſi penes Afflict. ſed inuenitur penes
plures alios, vt patet ex auctoribus citatis:
4 nihilominus ſi quis habeat domum vici-
nam prędio ruſtico alienato, poteſt ratione
domus petere ius congrui ſuper dictum
prædium ruſticum, quia prædium vrbanũ,
vt eſt domus, trahit ad ſe prædium ruſticũ,
vt docet Napodan. *hic in conſuet. ſi quis emit.
ſub num. 18. verb. item continet fundum ru-
ſticum, & num. 25.* vbi in fin. etiam docet,
5 quòd ſi venditur domus, vicinus, poſsidens
prædium ruſticum, non habet ius congrui
ad domum venditam, quia prædium ruſti-
cum non trahit ad ſe prædium vrbanum.
Quod autem dicatur prædium ruſticum, &
quod vrbanum, & quando domus ſit præ-
dium ruſticum patet ex dictis ſuprà. *quæſt. 3.
& ſequentibus.*
An autem ratione hortus, & aliarum re-
rum, quę appellatione domus continentur,
quis habeat ius congrui, & qualiter, dicetur
infrà quæſt. 9.

S V M M A R I V M.

*VIcinus incipiens eſſe poſt factam aliena-
tionem, an & quando habeat ius con-
grui, num. 1.*
*Ius congrui an detur ſingulari ſucceſſori, vel cõ-
muni ſingularem ſucceſſorem, & qualiter,
explicatur num. 2. & 3.*
*Nemo dat quod non habet, nec ius maius in aliũ
poteſt transferre, quàm ipſe habet, n. 4.*
*Ius congrui datur nato, vel ſaltem concepto tem-
pore alienationis, non autem ſi poſt alienatio-
nem concipiatur, n. 5. & 6.*
*Tempus retractus an currat nondum nato, ſed
exiſtenti in vtero matris, num. 7.*
*Agnatus quantum tempus habeat ad reuocandã
alienationem factam ab agnato de feudo, vel
bonis antiquis, num. 8.*

QVÆST. VIII.

OCtauò quæro, An quis habeat ius
congrui, ſi poſt factam alienatio-
1 nem incipiat eſſe vicinus? Dico
breuiter, quòd ſi incepit eſſe vici-
nus, quia habuit prædium poſt alienationẽ
prædii vicini, & ſuum prædium habuit ab
eo, cui competebat ius congrui, poteſt ius
congrui habere, aliàs ſecus. Probatur vtraq.
pars huius aſſertionis ex hac vnica ratione,
quia ex regula ſubrogationis iam ſucceſſit
in locum illius, à quo habuit prædium, &
proinde ſi auctor ipſius habebat ius con-
grui, iam hic nouus poſſeſſor vtitur iure
ſui

ſui auctoris, & ex illius perſona exercere
2 poteſt ius congrui, quia, licèt ius congrui nõ detur contra ſingularem ſucceſſorem, datur tamen ſingulari ſucceſſori, ex quo ius congrui eſt reale, & tranſit ad ſucceſſorem, vt docet *hic* Napod. in conſuet. *ubi domus*
3 *n.*64. & dicetur *infra q.*39. Si verò auctor ipſius non habebat ius congrui, vt quia erat Eccleſia, vel ruſticus, vel alia perſona, quæ excluditur a iure congrui, vt dicetur *infra q.*33. *cum ſeqq.* tunc non poteſt ius congrui habere ex perſona auctoris, ex regul. iuris,
4 *nemo dat, quod non habet*, ſeu nemo in aliũ transferre poteſt, quod ipſe non habet. *l. filius fam. ff. de donat.* Nec etiam illud habet ex perſona propria quia tempore alienationis (quod inſpicitur, & attenditur in iure congrui) non habebat prædium, cuius occaſione datur illi ius congrui. Sic probat Napod. *d.n.*64. latiſſimè poſt alios Borgnin. *deciſ.*19. præcipuè *n.*87. *par.*1.

5 Confirmatur hoc, quia, ſi quis non eſſet natus, nec conceptus in vtero tempore alienationis, ſi poſtea concipiatur, vel naſcatur, non poteſt exercere ius congrui, quia tempore alienationis, illud ei non competebat, ex quo non erat in rerum natura; & dum poſtea naſcitur, & ſic fit habilis, eſt habilis in futurum, non autem in præteritum ex regul. *tex. in §. cum autem, verſ. planè. inſtit. de hæred. qualit. & differẽt.* & ita poſt Roman. Gomet. & alios probat Borgnin. *d. deciſ.*19. *ſub num.*87. *&* 88. *& deciſ.*20. *n.*1. *ead. p.*2.

6 Si verò agnati eſſent concepti antè alienationem, & nati ſint poſt ipſam alienationem, iam admittũtur ad hoc ius retractus. Si verò concepti ſint poſt factam alienationem, non admitterentur ad huiuſmodi ius prothomiſeos, quia iam perfecta erat contractus alienationis antequam ipſi eſſent in rerum natura, vt poſt alios probant Boer. *deciſ.*12. *num.*3. Andr. Tiraquell. *§.*1. *de retractu lignag. gloſ.*9. *n.*30. *&* 37. Decian. *conſ.* 32. *n.*6. *vol.*4. Peregrin. *deciſ.*24. *n.*9. Carpan. & alij penes Marium Giurba *in deciſionib.*
7 *Rota Siciliæ, deciſ.*36. vbi probat, quòd dum in ciuitate Meſſanę adeſt ſtatutum, vt non currat tempus agnatis, antequam inſtrumentum venditionis fuerit ſollennizatum, & completum, & hoc medio tempore cõcipiatur aliquis agnatus, admittitur ad hoc ius prothomiſeos, quod eſt verum, quia eſt contractum ſub conditione, & faciunt quæ dicã *inferius de contractu ſub cõditione q.*41.

8 Eſt etiam incidenter notandum, quòd datur etiam agnato ius retractus ad reuocandam alienationem feudi, vt dicetur *infrà q.*13. Et ſi alienatio facta fuerit in agnatum remotiorem, datur agnato proximiori tempus vnius anni; At ſi in extraneũ fuerit facta alienatio, datur ei tempus triginta annorum, gloſa *in cap.*1. *§. Titius in verb. per annum ſi de feud. defunct. milit. fuer. controuerſ.* vbi Andreas *in verb. quid ſi conſenſeris.* Bald. *in fin.* Cardinal. *n.*1. *verſ. vbi verò alienatio.* Affiict. *in fine*, Dec. qui teſtatur de communi *conſ.*328. *n.*4. Alexandr. Ruin. & Riminald. Iunior, & Maniic. *lib.*22. *de tacit. & ambig. conuent. tit.*32. *in fin.*

SVMMARIVM.

*Hortus quidnam ſit, & an differat à pomario, n.*1. *&* 2.

*Ius congrui an detur alicui ratione hortus, ciſternæque, & ſic de alijs annexis domi, n.*3. 4. 5. 13. *& ſeqq.*

*Quid ſi concurret dominus habens domum magis remotè, & ex alia Parte concurreret dominus habens hortum, quis debeat præferri, n.*6. *&* 7. *Quid ſecundum ius Regni, & Neapolitanas conſuetudines, n.*10. *&* 11.

*Domo vendita venit etiam hortus coniunctus domi, num.*8.

*Hortus habet ius congrui ad alium hortum venditum, num.*14.

QVÆST. IX.

1 Nonò quæro, An ratione horti, ſiue iardini, putei, ſiue ciſternæ, & aliarum rerum, quæ domus appellatione continentur, quis habeat ius congrui? Hortus idẽ eſt, quod pomarium, ſumitur enim ſecundum vulgarẽ acceptionem pro eodem, quamuis grammaticè non propriè, vt indicat *hic* Napod.
2 *in conſuet. ſi quis emit. ſub n.*23. ibi *quadam eſt pomarium, qua habet nuces, ficus. at vuas, duracinas, & purpurinas, non vineam. ff. de verb. ſignif. l. qui fundum. hanc ſecundum vulgarem, vocamus hortum, & non propriè, vt ſtatim dicam.* Et ſub n.25. *quadã dicitur hortus, vbi naſcuntur olera, & alia herba; dicitur enim ab orior, oriris, ex eo, quòd ibi aliquid, oritur, & attendendo communem vſum loquendi ſiue in vrbe, ſiue in agro ſint talia loca, vocantur hortus, in quo arbores, & olera oriuntur.*

3 Redeundo ad quæſitum, licèt hortus, & alia parua immobilia annexa domui, vt ſunt ciſterna, vel puteus, ſic etiam ſtagnum, cloaca, flumen, mare, columna, ſtatuæ, Capella, & huiuſmodi petantur iure congrui ab illo, qui habet domum, fundum, ſiue rerram coniunctam illis rebus, vt per illum *tex. in conſuet. ſi quis emit.* probat Napodan. *ibid. n.*26. tener etiã Afflict. *de iure prothom. §.*1. *n.*14. Iacob Nouell. *in rubr. de iure prothom. n.*122. *& ſeqq.* & alii, quos probat Tiraq. *in §.*1. *de retract. lignag. gloſ.*7. *n.*72. *cum*
4 *ſeqq.* & alii paſſim: quamuis ſi eſſent res ſe-

paratę à domo, non haberent locum in illis
ius congrui, vt dicetur *infra.* & patet *ex di-*
ctis ſup.q.3. Nihilominus ratione ipſorum
paruorum immobilium non poteſt quis
5 petere ius congrui, quia non videtur con-
gruum, vt habens iſta parua immobilia, pe-
tat iure congrui domum, fundum, vel ter-
ram, vt probat Napod. *in d. conſuet. ſi quis*
emit. num.26.& n.38. Verſ. & ſic vicinus. vbi
Anton. de Alex. *in addit. incip. per hanc glo*
ſam.fol.329. ſic bis deciſum refert in Sacro
Conſ. & ter deciſum refert Afflict. *deciſ.*
221. ad quem ſe remittit Tepat. *lib.2.variar.*
ſenten.iur.tit.de iur.congr.in princ. Borgnin.
deciſ.20.n.12. & 35.par.2. alios citat Ioann.
Bapt. de Thor. *in comp.deciſ.Neapol.in verb.*
ius congrui an competat vicino habenti hortũ.
& rationē reddunt reſpectu horti, quia hor-
tus eſt prædium ruſticum, & ſic per illum
non poteſt peti prædium vrbanum,
6 Verùm contrariam ſententiam videtur
probare Afflict. *in d.§.1. de iur. prothomiſ. n.*
415. Sic etiam Mut. *ad conſuet. Panormit. c.*
28.num.38.in fin. Iacob. Nouell. *de iur. Pro-*
thomiſ.§.1.n.100. & ſeqq. Ioannes de Ami-
cis & alii, quos probat Vrſill. *ad Afflict. d. de-*
ciſ.223. Vbi hoc modo concordat opinio-
7 nes; nam ſi ad ius congrui concurrant cō-
iunctus vicinus, mediante domo, & con-
iunctus, mediante horto, præfertur coniun-
ctus, mediante domo: & ita procedat prima
opinio. Sed ſi non adeſſet vicinus coniun-
ctus rei venditæ, mediante domo, ſed ſolus
adeſſet coniunctus, mediantę horto, tunc
hic admitteretur ad ius congrui, & ad hoc
citat Ioan. de Amic. *d. conſ.1.* & Tiraquell.
de primogenit.q.71. & 73. quia hortus; ſer-
uiens domui (& idem eſſet de prædictis
aliis paruis immobilibus) habetur vt pars
8 domus, & regulariter, vendita domo, venit
hortus. *l. ex prædijs §. balnea ff. de legat. 3.*
Alex. Dec. & alii, quos ibi citat *n.2.* & *deciſ.*
9 *298.n.5. & ſeqq.* & idem procedit ſecundùm
terminos conſtit. Regn. *Sancimus* vt poſt
alios tenet ibid. Rendell. *in verb. agrum, vel*
domum num.2. & ſeqq fol 22. & ſequentibus,
& in terminis noſtrarum conſuetudinum
etiam hoc admittitur, vt notat Anton. de
Alex. in addit. cit. ibi. *Per hanc gloſ. dicunt*
quidam malè intelligentes, quòd domus tra-
dita, vicina horto domus mea, non poteſt per
me peti iure congrui. Sed certè hoc non dicit
gloſa, quòd hortus non petat domum vicinam
iure congrui, imò contrà hoc eſt text. in princ.
huius conſuet. vbi pariter conceditur ius con-
grui habenti fundum, domum, vel terram vi-
cinam rei venditæ. Non obſtat iſta gloſa, quia
loquitur è cõtrà ſcilicèt, an vicinus horto poſ-
ſit petere non ſolum hortum, ſed domum adia-
centem horto: & certè non, quia non poteſt pe-
tere, niſi hortũ vicinũ, & quicquid venit horti
appellatione, ergò non domum, ei adiacentem,
quia non venit appellatione horti; cùm ruſti-
cus ad ſe vrbanum non trahat, ſed continet ſo-
lum, quòd intrà ſe eſt: & hic eſt verus intelle-
ctus gloſæ, & audio, quòd ita fuit determina-
tum pro Comite Broccardo, & pro Thomaſio
Barono, cum Domino Pyrro Tomacello, &
Ioannello Montanario. Antonius de Alexan-
11 *dro.* Duo dicit hæc additio. Primò, vt ra-
tione horti coniuncti domui meę, poſſim
petere ius congrui nō ſolum reſpectu horti
venditi à vicino meo, ſed etiam domũ ven-
ditam, & adiacentem horto, & ſic idem eſ-
ſet reſpectu aliorum paruorum immobi-
lium, deſuper expreſſorum, ſi ſint coniun-
cta domui meæ, quod debet intelligi iuxtà
ſuperius expreſſa, dummodo non concur-
rat vicinus coniunctus domui venditæ me-
12 diante domo. Secundùm eſt, ſi ego abſque
domo poſſiderem hortum: & tunc ratione
ſolius horti, non haberem ius congrui
ad domum vicinam venditam, quia hor-
tus in hoc caſu non ſeruit domui, nec
eſt pars domus, & ſic habetur pro prædio
ruſtico, & non trahit ad ſe prædium vrba-
num. Benè tamen ratione horti contigui,
ſiue annexi fundo, & ſic prædio ruſtico
poſſem ego habere ius congrui ad aliud
prædiũ ruſticum venditum à meo vicino.
Reaſſumendo prædicta, infraſcripti caſus
13 conſiderantur. Primus eſt, vt ratione hor-
ti poſſit vicinus petere hortum ei congruũ
venditum à vicino, quia eſt prædium ęqua-
14 le prædio vendito. Secundus caſus eſt, ſi
vicinus domui venditæ habeat in eius do-
mo hortum contiguum domui venditę, &
ad domum venditam non concurrat vici-
nus proximus, mediante domo; & tunc ille
vicinus ratione horti habet ius congrui ad
domum venditam: ſed vicinus mediante
15 domo præferretur illi. Tertius denique
eſt caſus, ſi vicinus habeat prędium ruſticũ,
& illi coniunctum haberet hortum (& ſic
de aliis paruis immobilibus) & tunc ratio-
ne horti haberet ius congrui ad prædium
ruſticum venditum, dummodo non cōcur-
rat alius vicinus coniunctus, mediante alio
prædio ruſtico, & ſic patet reſoluta tota
quæſtio.

SVMMARIVM.

Via media an impediat petitionem iuris congrui, recenſentur varij auctores n.1. Publica impedit ius congrui de iure communi, n.20.21.34. & 35. Quid ſeruetur in regno Siciliæ, & Cataniæ, n.22. & 23. Quid in hac ciuitate, n.25.34. & 35.

Via eſt triplex, videlicèt, publica, priuata, & vicinalis, & ſingulæ explicãtur n.2. & ſeqq.

Via publica cõſideratur ratione nominis, n.3.

ſic

Digitized by Google

ſit etiam ratione materiæ, ex qua conſtat, n. 5. & 7. ſic etiam ratione formæ quanta ſit, & qualis, n. 6. 11. & 12. & tandem ratione vſus, n. 13. & ſeqq. An conſtitui poſſit in prædio priuato, n. 7. & 15.

Enſis, mucro, & gladius ſunt vnum, & idẽ, n. 4.

Fundi proprietas poteſt eſſe hominis priuati, & & vſus uiæ publicum. 8. & ſeqq.

Vſus riparum, & fontium eſt communis, quamuis ripa fluminis, & fons ſint in dominio Prælatorum, n. 9. & 10.

Forma viæ, vel eſt voluntaria, vel neceſſaria, & vtraque explicatur num. 11. & 12.

Vſus viæ publicæ an amittatur per non vſum populi, n. 14.

Via priuata quænam dicatur, n. 16. Cur non impediat ius congrui, n. 30. & 32. Idem ſeruatur Catanæ, n. 31. Quid ſi vnus haberet introitum per illam viam vicinalem, an iſte præferatur alijs non habentibus tale introitum, num. 36.

Vicum quidnam ſit, & quot modis ſumatur, & an obligetur legibus, & conſuetudinibus Ciuitatis, n. 18.

Ius congrui an ceſſet, ſi via ſit in medio inter fundum venditum, & fundum vicini, n. 20. & ſeqq. Quid ſi flumen diuideret ipſa prædia n. 24. Quid ſi in medio adeſſet prædium alicuius ruſtici, vel Eccleſiæ non habentis ius congrui, u. 25. & ſeqq.

Caput varias habet acceptiones, n. 26. & ſeqq. Qualiter ſumantur capita in prædijs, vt ex capitibus prædij quis habeat ius congrui, n. 27. & 29.

QVÆST. X.

1 DEcimò quæro. An via intermedia
impediat petitionem iuris congrui?
De hac queſtione latiſſimè
tractant Napod. *bie in conſuet. vbi
domus. n. 56 & ſeqq.* Afflict. *de iur. protbomiſ.
§. 9.* Iacob. Nouell. *in eod. tract* § 8. *n. 2. cum
ſeqq.* Tiraq. & alii, quos recenſent, & probant
Nepit. *ad conſuet. Catan. tit. 47. conſuet.
vnic.* Rendell. *in tract. de iure protbomiſ. §.
eſt autem. verſ. via publica. fol. 337. cum ſeqq.*
& alii, infrà cumulandi. Ex quibus ſequentia
dicta ſubiicio.
2 Dico primò. Viam eſſe triplicem, nempè
publicam, priuatam, & vicinalem. *l. 1. §. viarũ.
ff. ne quid in loc. publ.* Napodan & Afflict.
3 *in locis citatis.* In via publica conſiderantur
quatuor, nempè, nomen, materia, forma, &
vſus. Quòad nomen vocatur triplici nomine,
primò dicitur Publica, ſecundò Prętoria,
tertiò Conſularis, & ſic ſunt ſynonima,
4 quia idem ſignificant, ſicut enſis, mucro, &
gladius; nam Conſularis, & Prætoria hic
Rempub. ſignificant.
5 Materia, ſiue ſolum viæ publicæ eſt duplex,
nẽpe, publica, & priuata. Publica eſt,
quæ in loco publico fuit deſignata; quæ deſignatio
fit à Rege, Senatu, vel Ciuitate;
qui ſi non explicaſſent latitudinem viæ,
6 tunc ex iuris diſpoſitione in porrectum,
ſeu directum ſunt octo pedes; in anfractũ
verò, hoc eſt, vbi via obliquatur, ſunt ſexdecim
pedes, ſed poſſent, ad quos ſpectat,
maiorem magnitudinem viæ conſtituere.
ita gloſa *in d. § viarum.* Napodan. & Afflict.
locis citatis. Materia priuata in via publica
eſt, quando via eſſet publica, ſolum verò
ipſius viæ eſſet priuatum; & eſt ſi per locũ
priuatum homines tranſierunt tanto temporis
ſpatio, cuius initij non extaret memoria
hominum in contrarium *d. l. 1. §. priuata
via. ff. nequid loco publ.* Napod. & alij in
8 *locis citatis*, vbi ſubdit rationem, non eſſe
inconueniens proprietatem ſoli eſſe priuatam;
9 & vſum viæ eſſe publicum, quia riparum
vſus eſt etiam publicus, licèt earum
proprietas ſit priuatorum. *l. riparum. ff. de
10 rer. diuiſ.* Sic etiam vſus fontis publicus
eſt, quamuis eius proprietas ſit priuata. *l.
11 diligenter. C. de aqueduct. lib. 11.* Forma huiuſmodi
viæ eſt etiam duplex, nempè, voluntaria,
& neceſſaria: Voluntaria eſt, quæ
pendet à voluntate conſtituentis viam, vt
eſt latitudo, & longitudo, vt dictum eſt,
poſſet enim conſtituens, qui habet ius faciendi
viam publicam deſignare, vel facere
latitudinem, quam vellet, ex regula tex.
12 *in l. in re mandata. C. mandat.* Materia eſt,
vt extet quodlibet caput ipſius viæ, & reſpondeat
ad viam, vel locum publicum, vt
puta flumen, lacum, vel alueum, & conſequenter,
quod ex via, vel loco publico ingrediatur
ad ipſam viam, & ab ea exeatur
ad locum publicum; nam aliter non diceretur
via publica. *l. 2. ff. de itiner. actuq: priuat.*
Napod. *bie ſub n. 57.*
13 Vſus denique in via publica, vt prædicti
auctores notant, attenditur ſecundùm naturam
ſoli: Si enim via eſſet publica, & ſolum
etiam publicum eſſet, tunc ſatis eſſet
vſus aptitudine tantùm, nempè ſatis eſt, vt
illa via fuerit ordinata, ac deſtinata ad vſũ
publicum, & quod omnes tranſeuntes, vel
tranſire volentes habeant facultatem eun-
14 di per illam, & ſic non amittitur per non
vſũ populi *l. fin. ff. de vſucapion.* & alibi. Quãdo
vero ſolum eſſet priuatum, & tunc vſus
requiritur in actu, & à tanto tempore, cuius
initij non extet memoria hominum in cõtrarium,
vt *d. l. 1. §. priuata via ff. nequid in
loco publ.* Napod. *d. n. 57.* Afflict. *d. §. 9. n. 6. cũ
ſeqq.* latiſſimè Tuſch. *in fuiſ coucluſion. in
verb. via. concl. 176. cum plurib. ſeqq.* Tepat.

lib.2.variar.iur.ſentent. in tit.de vijs, & iti-
nerib.publicis, & priuat.cũ tit.ſeq.qui plura
tractãt de via publica, & ad plura inferunt,
vt per eos.
16 Via priuata eſt,quæ debetur ab vno agro
alteri agro.l.2.vbi gloſ.in verb.agrarias ff. ne
quid in loc.publ. Afflict.d.§.9.n.12.& eſt du-
plex,vt habetur in d.§.priuata.
17 Via vicinalis eſt illa,quæ eſt in vicis, vel
ad vicos deducit, d.l.2.§. vicinales. Napod.
18 loco cit.n.58. vbi varias expoſitiones ponit
de vico;vt quia ſit locus, qui nulla ciuitatis
dignitate honoratur,ſed quia vice ciuitatis
regitur, & eiuſdem legibus gubernatur, ſi
proprias leges,& cõſuetudines non habeat,
vt dixi ſup. tom.1. par.2. tit. de perſon. q 9.
ideò vicus dicitur.l.ſi hæres.§.vicus.ff.de le-
gat.1. cum alijs cumulatis per Napod. locis
citatis,ad quem mitto lectorem; nam cla-
19 rum eſt,vt via vicinalis, de qua loquimur,
ſit illa per quam vicinis, & non alijs datur
acceſſus,& ſic exit ad prædia vicinorum, &
non ad viam publicam, vt poſt alios fundat
etiam Tuſch. in verb. via vicinalis con-
cluſ.179.
20 Dico ſecundò ſi inter prædium venditũ,
& prædium vicinorum adſit via publica in
medio.non habet locum ius congrui ea ra-
tione, quia talis via ſeparat prædia adinui-
cem,nec facit illa eſſe contigua l.4.in fin. ff.
fini regund. & ſic ceſſat ius congrui, ita
Bald. qui loquitur iuxtà terminos conſtit.
Regn.ſancimus in tract. de iur.prothomiſ. n.
2.vbi Afflict.§.9.ſub n.12. Rendell.d verſ.
21 via publica.n.4. Lanar. conſ.39. & in ſimili
ſtatuto probant Ioann. de Amic. conſ.1.n.
17.Cæpoll.in tract.de ſeruit.ruſtic. prædior.
tit.de ſeruitute via n.34. Boer.deciſ.322.Car-
pan. ad ſtatuta Mediolan. par. 1.cap.417.n.
22 n.481. Borrell. conſ.26.Procedit in regno
Siciliæ ex diſpoſitione rituum, vt habetur
in illo rit. cap.199. aliàs 104. vbi Cumius:
23 idem procedit in Ciuitate Cataniæ, vt ha
betur expreſsè titul. 47. conſuet. vnic. ubi
latiſsimè Nepita, & ſic de alijs, quod omit-
to; nam in prædictis ſtatur conſuetudini,
quamuis ſecundùm terminos iuris com-
munis veriſſima ſit opinio negatiua, quod
24 ceſſat ius congrui; & idem eſſet,ſi flumen
publicum diuideret prædia,quia tunc deti-
nerent eſſe contigua, ſecus tamen ſi eſſet
flumen priuatum,vt notant Afflict. Lanar.
& Rendella in locis citatis.probant etiã Bart.
in l.ſi prius.§ fin.ff.de aqu pluu. arcend. Ne-
pit.loco cit. Blaſc.lanc.& Cumias d.c.104.n.3
Milanenſ. deciſ.14. n.45.& ſeqq. lib.1. Ma-
gon.deciſ. florent.29. & cernitur etiã penes
alios auctores citatos. Vrſill.ad Afflict deciſ.
62. cũ aliis cumulatis per Rendell. loco cit.
25 In Ciuitate tamen Neapolis ceſſat ius
congrui in via publica, ſic etiam ſi prædia
vendita haberent latera iuxtà prædia Ec-
cleſiæ,vel ruſtici,ſiue alterius, qui non po-
teſt exercere ius congrui in hac ciuitate,
quia ceſſat ratio contiguitatis, cùm latera
domus,vel fundi non ſint contigua;ſed tũc
habentes domos,fundos,vel terras à capiti-
bus rei venditæ poſſunt petere illam rem
venditam, iure congrui tam ab emptore,
quàm ab eius ſucceſſore vniuerſali,qui rem
illam poſsidet,vt ad literam probat tex. per
ſupradicta ferè verba in conſuet. vbi domus.
& ibid Napodan. n.64.cum ſeqq. Et ibi etiã
alii Addẽtes, de Franch.deciſ.337.& alij,&
26 quamuis caput habeat varias ſignificatio-
nes,quas recenſet Napod. vbi ſup. n.65. In
27 propoſito tamen noſtro capita ſumuntur
pro angulis prædii,oppoſitis per longitudi-
nem,nempè pro principio, & fine longitu-
28 dinis, nam ſicut caput dicitur, quia capit
omnes ſenſus, ſic in propoſito dicuntur ca-
pita,quoniam capiunt totum prædium per
longitudinem,vt optimè Napod.d.n 65.vbi
ſubdit, vt primo loco conſideretur lonci-
tudo prædiorum, quæ ſi non appareat, in-
ſpicitur altitudo, quæ ſi nec etiam appare-
ret,vt quia latera, vel terra vndiq. ſit æqua-
lis,caput dicitur ille angulus, vndè habetur
ingreſſus ad prædium, vel vbi plurimum
ſtatuitur, quia caput hominis dicitur eius
ſtatus: Si verò nec etiam hoc appareat, &
tunc latera dicuntur illi anguli, qui reſpi-
ciunt ad meridiem, & ſeptentrionem: hæc
ſunt ferè verba Napodan. d.n.65.
30 Dico tertiò. Viam vicinalem non impe-
dire petitionem iuris congrui, ſic probat
Afflict.de iur.protbom.§.9.ſub num.12. pro-
bat etiam in deciſ.62. ex doctrina Napod.
hic in conſuet. vbi domus. & ſic bis deciſum
refert in Sacro Conſilio,vbi Vrſill. citat Ti-
raquell. & alios probat etiam Scip. Bucin.
hic in conſuet.ſi quis emit ſub n.4. fol.325. in
addit.incip.De validitate.verſ.Via vicinalis,
vbi meminit de Afflict d.deciſ.62.tenet etiã
Salern.ſub d.n.4.fol.326.in addit.incip. vltra
præfata.verſ.Iſtud ius congrui. Viui.deciſ.488
n.7.& in opin 830. Rendell. in d. verb. via
publica n.3.Nepit. ad conſuet. Catan. tit.43.
conſuet. vnic. n. 7. & conſuetudo prædicta
hoc expræſsè mandat, & ſic intelligitur
etiam noſtra conſuetudo,dum ſolum exci-
pit viam publicam, probat etiam Marant.
Ricc.& Hieronym.Marilian.quos ſequitur
Ioann.Bapt. de Thor. in verb. Ius congrui,
an petere poſſit vicinus, & ratio communis,
32 & vera eſt, quia vicinalis via eſt commu-
nis inter ipſos vicinos, & quilibet in ea di-
citur habere partem illius,& conſequenter
illa non tollit contiguitatem prædiorum,
ratione cuius contiguitatis datur ius con-
grui, vt dictum eſt, & probant prænarrati
Doctores.
33 Hoc idem procedit in via priuata, illa
enim ad inſtar viæ vicinalis non tollit con-
tigui-

Digitized by Google

tiguitatem prædiorum, & conſequenter
nec impedit petitionem iuris congrui, vt
eſt videre penes citatos auctores, quos citaui
in 2. dicto de via publica: nam concedunt
de via priuata, & negant de via publica, vt
34 penes illos cernitur. Imò via publica aliquando
non impedit petitionem iuris cōgrui, vt ſi repetitur
aliquis coniunctus domui vicini per pontem, ſiue ſuperficiem
ſuprà viam publicam, quia dictus pons, ſeu
ſuperficies tollunt diſcontinuitatem, & faciunt
domos eſſe contiguas, ita poſt Napod.
35 *in d. conſuet. vbi domus.* notat Vrſill. *d. dec.*
82. n. ſed Nap. *d. conſuet. vbi domus. n. 58.* dicit
hoc eſſe verũ quòad mẽbra ſuperiora domorũ,
quia illa mẽbra remanent coniuncta
per dictum pontem, porticũ, ſiue ſuperficiẽ;
ſed non procedit quòad cellaria, ſeù membra
inferiora ipſarum domorum, inter quę
cellaria eſt via publica; quia via publica
diſcontinuat dicta cellaria, & ſic facit ceſſare
ius congrui, & conſequenter coniunctio
membrorum ſuperiorum facit, vt habeat
locum ius cõgrui in illis membris ſuperioribus;
ſed non iuuat, vt habeat locum
in membris inferioribus ipſarum domorũ,
itaque coniunctio ſuperiorum membrorũ
domorum non fauet, nec præiudicat iuri
inferiorum membrorum ipſarum domorum,
nec è contrà, vt ex *text. in l. hoc iure. §.*
1. ff. de aqua quotidian. & aſtiui. & l. ſuprà
iter alienum. in princ. ff. de aqu. pluu. arcend.
notat Napod. *d. n. 58.* Quæ ſunt notanda.

36 Poſtremò eſt notandum circa viam vicinalem,
quòd, ſi vnus ex vicinis haberet
introitum vicinalem in illa via, hic eſſet
præferendus illis, qui haberent bona contigua,
quia, habens introitum vicinalem, eſt
vicinus ex parte inferiori, & nobiliori, &
ſic aliis præfertur, vt poſt alios probat Nepit.
ad conſuet. Catin. in conſuet. omnes n. 4. &
7. tit. de habentib. ius prothom. ratione loci, &
tit. 47. quibus caſib. prad. non dicant eſſe contig.
in conſuet. pradia. n. 3.

SVMMARIVM.

IVs congrui nõ habet locum in bonis mobilibus, & rationes traduntur, n. 1. 2. & 3. Nõ procedit, dum mobilia ſimul cum immobilibus alienantur, nec dum ſunt bonis immobilibus vnita, n. 4. & 5. Nec procedit in pecunia antiqua, & ratione probatur, n. 10.

Machina belli an peti poſſint iure congrui, dum alienantur, n. 6.

Molendinum tam ad aquam, quàm ad ventum, quando peti poſſit iure congrui, n. 7. Quid dũ alienantur eius ſtilia, n. 9.

Centimulum ſi alienetur, an à vicino peti poſſit iure congrui, n. 8.

QVÆST. XI.

1 VNdecimò quæro, An ius congrui
locũ habeat in bonis mobilibus?
Reſpõdeo negatiuè. Sic poſt alios
probat Afflict. *de iure prothomis. §.*
1. n. 11. Andreas Tiraquell. *§. 1. de retract.*
lignag. gloſ. 7. n. 90. cum plurib. ſeqq. Mut. *ad*
conſuet. panorm. cap. 26. n. 17. & n. 197. Nepit.
ad cõſuet. Catanen. tit. 41. conſuet. vnic. n. 4. &
2 *ſeqq.* vt alios omittam, quia ceſſat ratio cõtiguitatis,
& aliæ rationes, quæ conſiderantur,
vt detur ius congrui, quamuis talia bona
mobilia eſſent quouis modo prætioſa,
vt latiſſimè proſequuntur prædicti auctores,
precipuè Tiraquell. *d. gloſ. 7. n. 100. cum*
3 *ſeqq.* & eſt clarum ſecundùm noſtras conſuetudines,
quæ loquuntur de bonis immobilibus,
& ideò, eum ſint ſtricti iuris, non
extenduntur ad bona mobilia.

4 Limitatur primò, quando bona mobilia
alienarentur ſimul cum bonis immobilibus,
vt ſi alienaretur hæreditas, & ratio eſt,
quia immobilia vti digniora trahunt ad ſe
bona mobilia, & conſequenter licèt mobilia
ex propria natura peti nequeant per ius
congrui, poſſunt tamen peti ratione adiuncti,
nempè, ratione bonorum immobiliũ,
vt poſt alios probant Iacobus Nouell. *in d.*
rubr. n. 113. Tiraquell. *d. gloſ. 7. n. 82. & ſeqq.*
vbi *n. 87.* hoc ſublimitat, ſi in hereditate nõ
adeſſent bona immobilia, quia tunc ceſſat
ratio talis dignitatis, vt maius dignum trahat
minus dignum.

5 Secundò, ex eadem ratione limitatur,
quando bona mobilia ſunt affixa rebus immobilibus,
vt ibi perpetuò ſint, vt de colũnis
marmoreis ſcripſi *ſup. q. 3.* quia tunc habentur
pro bonis immobilibus, quod eſt
clarum: & hinc eſt, quòd dum venditur caſtrum,
& in eo adſint machinæ bellicæ, vt
ſunt bombardæ, baliſtæ, & aliæ munitiones
deputatæ pro defenſione, & cuſtodia caſtri,
ſi enim ſint in caſtro, etiam in illis habet
locum ius congrui; ſecus ſi eſſent ſeparatæ
à caſtro, vt ex receptiori ſententia,
cumulatis hinc indè auctoribus, probat Ti-
7 raquellus *d. gloſ. 7. n. 96. cum trib. ſeqq.* Et ex
hoc reſoluitur quæſtio de molendino; ut in
illo locum habeat ius congrui: nam aut eſt
molendinum factum in ſolo, quod molit
cum aqua, & ſine dubio, cùm ſimul cum
terra alienatur, habet locum ius congrui, &
8 idem eſſet dum ſimul cum domo alienatur
centimulum, vel ſimul cum ſolo alienatur
molendinum, quod molit ad motum
venti: ſecùs verò ſi alienarretur ſine
domo, & ſolo, quia ſiceſſet alienatio
ſtiliorum, pertinentium ad vſum
molendini; & ſic eſſent bona mobilia,
& ceſſaret in illis ius congrui, vt poſt
Iacob. Nouell. *loco cit. §. 2. n. 211. verſ. quid*
modo

Digitized by Google

modo dicendum ſit in molendino. Tiraquell. *d.gloſ.7.à n.92.ad num.96.& n.113.cum ſeqq.*

10 Tertiò limitatur in pecunia antiqua,quã vellet aliquis conſeruare in memoriam ſuorum maiorum, tunc ratione affectionis ad rem maiorum probabile eſt, vt habeat locum ius congrui, vt latiſſimè proſequitur Tiraquell. *d.gloſ.7.n.103.cum ſeqq.* qui videri poteſt pro reliquis; nam ad plures infert illationes, concernentes materiam huius quæſtionis.

SVMMARIVM.

VSufructuarius, ſecundum Iacobum Nouellum, habet ius congrui, n.1. Sed verior eſt opinio negatiua, n.2. & 4. & ſolum nomine domini poteſt habere ius congrui, n.7. Si emat proprietatem, datur vicinis ius cõgrui, & amittit vſumfructũ expreſsè non reſeruatum, n.11. & 12.

Ius in corpore, quod habet vſufructuarius in prædio, ad quid ei proſit, traditur n.3. & 5.

Ius congrui datur ratione proprietatis, non autem ob commoditatem percipiendi fructus ex prædio, n.6.

Vſusfructus, tam ſi venditur domino, quàm extraneo, non datur vicino ius congrui, & rationes traduntur, n.8.9. & 10.

QVÆST. XII.

DVodecimò quæro, An ius congrui locum habeat in vſufructu? Hæc quæſtio poteſt varijs modis examinari. Primò an vſufructuarius habeat ius congrui ad rem contiguam. Secundò ſi vendat vſumfructum, an in illius venditione habeat locum ius congrui. Et tertiò ſi ipſe emat proprietatem prædij, in quo habet vſumfructum, an contrà illam
1 detur ius congrui vicinis. In primo caſu Nouell. *in tract. de iur. prothomiſ. §.2. n.134. & ſeqq.* conatur probare vſumfructuarium habere ius congrui ad prædia vicina alienata, quia in illis prædijs habet ius coniunctionis ratione commoditatis vſusfructus, prout vtitur etiã interdicto *titul. ff. ne quid in loc. publ.* vt ibid. habetur *l.2. §. habere.* Sic etiam habet alia iuris remedia, vt vti, ac frui poſſit vſufructu.

2 Sed contraria opinio eſt verior, quam probat Napod. *hic in conſuet. ſi quis emit n.30.* quia res fructuaria eſt aliena, non autem ipſius vſufructuarij *l.1. & 2. ff. de vſufruct.*
3 *cum vulgat. aliis.* Et licèt vſufructuarius habeat ius in corpore, ſcilicèt, vtendi, fruendi rebus alienis *d.l.2. & §.1. inſtit. de vſufruct.* illud tamen ius facit, vt licitè vti poſſit, ac frui alienis bonis, ſalua rerum ſubſtantia, ſed tale ius fruendi, ac ſe tuendi in vſufructu, non facit, vt res aliena ſit in bonis vſufructuarij, vt optimè notat Napod. *loco cit.* & etiam *n.19. verſ. item fundus ſimpliciter prolatus.* Et eandem ſententiam in ſimili ſtatuto probant Alexand. *conſ.52. viſo themate. verſ. tertiò moueor. vol.1. & alij,* quos latiſsimè congerit, & ſequitur Tiraq. §.1. *de retract. lignag. gloſ.7. n.58. cum plurib. ſeqq.* Afflict. *in §.1. de iur. prothomiſ. n.37. & alij,* quos probant Molin. *in tract. de contract. diſput.371. ſub n.4.* Rendell. *de iur. prothomiſ. in verb. per emphyteuſim n.68. & ſeqq.*
4 *fol.651* & eandem ſententiam ipſemet Iacob. Nouell. parum ſibi conſtans defendit *in rubr. de iur. prothomiſ. n.138. & ſeqq.* quia
5 licèt vſufructuarius habeat ius in corpore rei alienæ, eſt vt illa vtatur, & in ea ſe defendat, non autem vt per commoditatem fructuum habeat ius congrui, quod datur
6 ratione proprietatis rerum propter vicinitatem, & propinquitatem prædiorum, & ſic datur domino proprietatis; Daretur ta-
7 men vſufructuario ex perſona domini proprietatis, & ſi illud peteret ex perſona domini proprietatis, deberet admitti, quia faceret conditionem domini meliorem ad euitandum malum vicinum, & diciiur habere mandatum à domino ad petendum tale ius congrui, & ſic procedit opinio Iacobi Nouell. *d. §.2. n.134. & ſeqq.* notat etiã Rendell. *loco cit. cit. n.70.*

8 In ſecundo caſu, ſiue vſusfructus vendatur domino proprietatis, ſiue extraneo, non habet locum ius congrui, vt notat Napod. *ſub d. n.19.* ibi (*& ſi venditur vſusfructus, nõ habet* (ſubde locum) *ius congrui ſiue vendatur à proprietario, & quod fieri poteſt ff. de vſufruct. l.3. §.2. ſiuè à fructuario eod. tit. l. qui pretio.*) & eãdẽ ſententiã poſt alios probãt Tiraq. *d. gloſ.7. n.60. cũ ſeqq* Maſtrill *dec.*
9 *15. n.9.* Redell. *loco cit. n.65. cũ ſeqq. fol.64.* Et ratio eſt, qñ venditur domino proprietaris, quia tunc vſusfructus cõſolidatur cũ dominio, & efficitur idẽ corpus cum proprietate; nec debet proprietarius contra eius voluntatem habere aliam ſeruitutem, etiã quia, dum venditur res communis, ſemper præfertur ſocius, vt dicetur *q 21. cum ſeqq.*
11 Quando venditur extraneo, videtur ratio, quia vſusfructus eſt quodã ius incorporale, cũ nõ ſit nec res mobilis, nec immobilis, & ſic ceſſat in eo ius cõgrui, vt notant auctores citati *in l. dicto,* & Rẽdell. *d. n.65. & ſeqq.*
11 In tertiò caſu, quando vſufructuarius emit proprietatem prædii, in quo habet vſũfructum, tunc vicinis datur ius congrui; quia, dum venditur proprietas prædii, cuius ratione exercetur ius congrui, vt ſæpius replicatum eſt; tunc vicini ratione prædiorũ
12 contiguorum habent ius congrui, & vſufru-

fructuarius amittit vſumfructum, niſi expreſsè ſit proteſtatus in contrarium, ſe nolle remittere vſumfructum, ſi prędium auocetur ab eo per ius congrui, vel niſi ignorabat adeſſe conſuetudinem iuris congrui, vt latiſsimè probant Tiraquell. *d. gloſ. 7.* vbi *à num. 55. vſque ad n. 73.* diſputat hunc articulum, qui tandem *n. 72.* ſic concludit, & plures rationes cumulat, ad quem ſe remittit Nepit. *d. tit. 41. conſuet. vnic. n. 8.* Gomet. & Couarr. quos probat Molin. *d. diſp. 371. n. 9.* Surd. *deciſ. 51. n. 23. & 24.* Bimius *conſ. 175. n. 23.* vt alios omittam. Et licèt plures ſimpliciter dicant, quòd vſusfructus remaneat penes vſumfructuarium, debent intelligi iuxtà diſtinctionē deſuper traditā.

SVMMARIVM.

Feudatarius habet ius congrui ratione vicinitatis, qualiter explicatur, n. 1. 3. 4. & 7. Feudum eſt in bonis feudatarii. n. 2. An poſſit à pluribus poſſideri. n. 28. ſi vnus ex feudatarijs vendat partem feudi, alius habet prælationem in parte vendita, n. 29.

Argumentum à contrario ſenſu quando ſit validum, traditur, num. 5.

Propoſitio conuerſa an ſemper ſit valida, explicatur, n. 6. & 8.

Feudo vendito, non datur ius congrui vicinis, & ratione probatur n. 8. & ſeqq. vbi ſic etiā pluries deciſum refertur, ſed limitationes traduntur, n. 14 & ſeqq.

Dominus debet habere notam perſonam vaßalli n. 10. cenſetur feudum concedere ſecundùm formam iuris, n. 27.

Feudum conceſſum alicui, ſed non perſonali ſeruitio, qualiter dicatur feudum, n. 14. Quid ſi conceſſum ſit cum facultate alienandi, num. 15. & 16.

Conſanguinei alienantis feudum cur admittuntur ad ius prothomiſeos, & vicinis non datur ius congrui. n. 19. & 20.

An procedat talis prælatio in feudo hæreditario, num. 21.

Quid viuente agnato alienante feudum, n. 22. & 23. an pretium ſit ſoluendum, n. 24. & 25. vbi etiam deciſiones referuntur.

Ius congrui an locum habeat in alienatione bonorum fiſcalium, traditur n. 30.

QVÆST. XIII.

Decimotertiò quæro, An ius congrui habeat locum in feudis? Hæc quæſtio dupliciter agitari ſolet. Primò ſi poſsidens feudum, habeat ius congrui ad bona burgenſatica alienata. Et ſecundò ſi vendantur feuda, an habens prædia vicina, vel ad minus conſanguinei admittantur iure vicinitatis, vel iure prothomiſeos conſanguinitatis: vtroque modo
1 reſoluetur quæſtio. In primo caſu datur ius congrui feudatario ratione feudi ad prædia
2 burgenſatica alienata; quia feudum eſt in bonis feudatarij, prout eſt prædium vectigale. *gloſ. in l. bonorum. ff. de verbor. & rer. ſignific. & alij infra cumulandi*; & conſequē-
3 ter, dum eſt res immobilis, & concurrunt requiſita contiguitati, iuxtà explicata ſuperius *q. 1. & 2.* ſine dubio locum habet ius congrui, ita poſt Andr. *in cap. 1. in princ. per quos fiat inueſt.* notat *hic* Napod. *in conſuet. ſi quis emit. n. 38.* Vbi Additio, quæ incip. *Vide omninò*, citat etiam Alex. *conſ. 27. in 2. dub. vol. 6.* Ferron. *in conſuet. Burdigal. in tit. de retract.* §. 28 *fol. 87. cum ſeqq.* vbi latè materiam iſtam examinat: probat etiam Ioan. Papon. *lib. 11. arreſt. 6. tit. 10.* Quem ſequitur Tepat. *lib. 2. variar. iur. ſentent. in tit. de retract. in antiquis fol. 113. col. 1. §. in feudis.* & poſt alios probat Borgnin. *deciſ. 19. n. 5. p. 2.* vt alios omittam.

4 Nec vrget, quòd in feudis alienatis regulariter non habet locum retractus, vt *infrà* dicetur, ergò nec ratione illius debet dari feudatario ius congrui, vt ſeruetur æquali-
5 tas: nam reſpondetur, argumentum à contrario ſenſu non ſemper eſſe validum, vt ſę-
6 pius replicatum eſt *in 1. & 2. volumine.* Nec etiam ſemper valet conuerſa propoſitio, vt eſt notiſsimum in logica; & dixi etiā *tom. 1. p. 2 tit. de perſon. q. 7.* etiā in addition. prout
7 eſt in propoſito ob rationē diuerſitatis; nā feudatarius ideircò habet ius cōgrui ad bona burgenſatica alienata, quia adeſt contiguitas, ſiue vicinitas prædiorum; adeſt etiā ratio, ne malum habeat vicinum, & adſunt
8 aliæ rationes cumulatæ *q. 1. & 2.* Conuerſa igitur non valet, quia idcircò non datur vicino ius congrui in feudis, ex quo adeſt intereſſe domini directi, ne contra eius voluntatem incipiat habere alium vaſſallum: quæ ratio ceſſat, dum feudatarius admittitur ad ius congrui ad bona burgenſatica alienata.

In ſecūdo caſu eſt tota cōtrouerſia, & poteſt dupliciter examinari. Primò in vicino, ſi admittatur iure congrui ad feudum alienatum. Et ſecundò in conſanguineis feu-
9 datarij alienātis. Quod attinet ad vicinum, receptior eſt ſententia, vt non admittatur iure congrui ad feudum alienatum; quia feuda non ſunt libera penes vaſſallos; ſed neceſſarius eſt aſſenſus domini, vt validè
10 alienentur: qui quidem dominus, conſentiens in vno, in quem vaſſallus intendit alienare, non conſenſit in alio, ſibi non cognito, quamuis præſumatur eſſe melioris con-

Digitized by Google

conditionis, & ſatis eſt intereſſe voluntatis
domini directi: & ita in propoſito ex mul-
tis probat Afflict. *de iur. prothomiſ.* §. 1. *ſub
n. 7. verſ. item quaro, an iſtud ius prothomiſeos
habeat locum in feudis*. probat etiam Nouell.
11 *in eod. tract. in rub. n.* 129. vbi ſic refert de-
ciſum in Senatu Veneto de anno 1444. de
quibus meminit Rendell. *in eod. tract.* § *in
primis verſ. ſub eod. ſeruitio. n.* 10. *fol.* 118. *&
n.* 27. *cum ſeqq. fol.* 121. Et tenent plures alij
penes Tiraquell. *in* §. *de retract. lignag. gloſ.*
3. *n.* 4. *cum ſeqq.* Sic etiam vterque Anna,
Surd. Camill. de Curt & alij, quos ſequitur
noſter de Pont. *in tract. de poteſt. Proreg.
tit. de diuerſ. prouiſionib. in rubricell. de do-
nis, & expenſis vniuerſitatis.* §. 1. *num.* 9. *cum*
12 *ſeqq.* & ita pluries fuiſſe iudicatum in re-
gno Siciliæ audiui in ciuitate Panormi, vt
nec etiam inter agnatos locum habeat ius
congrui in feudis, quia ibi non ſeruatur di-
ſpoſitio tex. *in cap. Titius, ſi de feud. defunct.
milit. fuer. controuer.* prout etiam affirmat
Cannet. ita ſeruari in d. Regno, *in extrau.
volentes. verſ. & quia ſtat firma regula. fol.*
13 106. Et fuit deciſum per magnam Ragiã
Curiam in eod. regno in cauſa Petri Polli-
cino contrà D. Chriſtophorum della Roc-
ca, vt notat Maſtrill. *deciſ.* 8. *n.* 14. *cum ſeqq.*
Vbi citat Ioann. Aloy. de Septimo, Pern. &
alios, vt per eum.

14 Solet hoc limitari pluribus modis, &
primò quando feudum non conceditur
ſub perſonali ſeruitio, ſed ſub annuo cen-
ſu, vel redditu; quia feudum in hoc caſu
retinet naturam contractus cenſualis, & ha
bet locum in eo ius congrui: ita Ioann.
Vinc. de Anna *in conſtit. Regn. conſtitutio-
nem diuina memoria. n.* 197. Grammat. *deciſ.*
77. *& alij*, quos recenſet, & probat Proſp.
Rendell. *in d. eius tract. in d. verb. ſub eod.
ſeruitio. n.* 13. *& in verb. per emphyteuſim. n.*
75. *in fin. fol.* 66. & faciunt quæ dixi *tom.* 1. *p.*
2. *tit. de bon. q.* 10. vbi probatum eſt huiuſmo-
di feudum eſſe ſubiectum conſuetudini-
bus noſtris; quia cenſus eſt feudalis, bona
verò ſunt burgenſatica.

15 Secundò limitatur, quando feudum
eſſet conceſſum cum clauſula alienandi ad
libibitũ, vt quia verba inueſtituræ ſic dicta-
rent, vt dixi *in alleg. tit. de bon. q.* 8. *n.* 17. *& in
addition.* & tunc quia feudum iudicatur tã-
quam allodium, ideò dum alienatur, datur
ius congrui; vt poſt alios notat Rendell. *in*
16 *d. verb. ſub eod. ſeruitio. n.* 16. *fol.* 119. quod
non ſeruatur in dicto regno Siciliæ: licèt
enim ibi alienentur feuda ad libitum, & ſi-
ne aſſenſu domini, vt *in extrauag. volentes.*
non tamen habet locum ius congrui etiam
in beneficium conſanguineorum, ut patet
ex dictis ſup.

17 Tertiò denique Rendell. *in d. verb. ſub
eodẽ ſeruitio n.* 35. *fol.* 122. hoc limitat, quã-
do uaſſallus uenderet feudum, nec domi-
nus illud uelit, nec etiam agnati ipſius uen-
dentis, tunc in ſubſidium admittuntur ui-
cini, & citat Alex. *conſ.* 27. Grammat. *deciſ.*
77. *verſ. nec ſuffragatur n.* 6. Napodan. *in con-
ſuet. in bonis. in verb. Sed in bonis*: Sed nemo
18 ex dictis auctoribus, ut ego uidi, hoc dicit
non Napodan. nec Grammat. quia loquun-
tur iuxtà primam limitationem, quando
pro feudo ſolueretur annuus cenſus; & ſic
malè citantur pro hac tertia limitatione,
nec Alex. perquiſiui enim omnia ſeptem
uolumina, & inueni, quod in *conſ.* 27. *n.* 4.
vol. 7. loquitur de conſanguineis, vt admit-
tantur ad ius congrui conſanguinitatis, ſi
dominus directus feudi nollet feudum; &
19 in conſanguineis eſt diuerſa ratio, ut ex di-
cendis patebit; quia in illis adeſt conſenſus
domini, ex iuris diſpoſitione, qui non adeſt
in uicinis, & ſic ex diuerſis non fit illatio,
ut ex uulgata iuris regula. Itaque ſtat firma
regula, ut uicini non habeant ius congrui
ad feudum uenditum, niſi in duabus expli-
catis limitationibus iuxta tradita in illis.

20 Poſtremò quod attinet ad cõſanguineos
pono hanc unicam concluſionem, ius præ-
lationis (quod uocant ius prothomiſeos
ſanguinis) competit agnato, ut præferatur
extraneo emptori in feudo uendito per aliũ
agnatum. Concluſio habetur ad literam *in
d. cap. Titius ſi de feud. defunct. milit. fuer. con-
trouer. c.* 1. §. *porrò. per quos fieri inueſt. c.* 1.
§ *ſed & res. qual. olim feud. poter. alienar.* cũ
alijs cumulatis per noſtrum de Pont. *deciſ.*
11. ubi poſt illam deciſionem inſerit elegã-
tiſſimum, ac doctiſſimum pariter conſiliũ,
in hac materia editum à Rouito, qui latiſ-
ſimè materiam iſtam examinat: idem te-
net Prouenzal. de quo meminit Muta *ad
conſuet. Panormit. cap.* 26. *n.* 15. Alios citat, &
probat Bimi. *conſ.* 38. *n.* 24. *vol.* 1. Balzaran.
in cap. 1. §. *ſed etiam n.* 14. *per quos fiat. inueſt.*
Fab. de Ann. Cacher. Andr. Faulin. & alij,
21 quos ſequitur Rendell. *loco cit.* Quæ qui-
dem opinio procedit tam in feudo ex pa-
cto, & prouidentia, quod Siculi vocant in
forma ſtricta, quàm in feudo hæreditario,
quod iidem uocant in forma larga, dum-
modo ſint feuda antiqua; quia ſi eſſent feu-
da noua, ceſſaret ius prælationis, quia tunc
ceſſat ratio affectionis, & conſeruationis bo
norum in eadem familia, pro qua compe-
tit conſanguineis ius illud prælationis, ut
poſt alios firmat Rouit. *in d. eius conſ. n.* 89.
Maſtrill. *d. deciſ.* 8. *n.* 11. *& ſeqq.* de Pont. *d.
deciſ.* 11. *nu.* 12. *& in d. tit. de donis, & expenſ.
uniuerſit. per tot. fol.* 479. ubi plures alios ci-
tat, inter quos *n.* 13. *citat. Fab. de Anna.* qui
affirmat nullum feudiſtam de hac opinio-
ne dubitaſſe.

22 Hoc ius prælationis competit agnatis tã
in feudo ex pacto, quàm hæreditario anti-

quo,

Digitized by Google

quo etiam viuente agnato alienante, ſic
probant Iacob. de Beluis. *in d. cap. Titius in
princ. verſ. Nota hic:* & viginti alij Doctores,
connumerato Rouit. *in d. eius conſ. n. 13. cũ
ſeqq.* qui pluribus rationibus hoc compro-
bat, & hic eſt caſus *d. conſ.* & caſus *d. deciſ.* 1 t.
23 noſtri de Pont. Vbi in fin. facta magna di-
ſceſsione, & pluries auditis Aduocatis
vtriuſq. partis, ſic refert deciſum in colla-
terali conſilio, & ſententiam debitæ exe-
24 cutioni demandata fuiſſe; Et quia viuente
agnato alienante, non competit ius ſucceſ-
ſionis alijs agnatis, idcircò, ſi agnati prædi-
cti præferri vellent in feudo vendito, tenē-
tur ſoluere iuſtum pretium emptori. Si ta-
men poſt mortem alienantis contradice-
rent, & eſſet feudum antiquum ex pacto,
& prouidentia, tunc agnatus proximior,
quia ſuccedit iure proprio ad feudum, re-
uocat alienationem factam, & nullum pre-
tium ſoluit, vt habetur *in d. §. Titius.* Vbi
omnes. ſecus verò, ſi eſſet feudum
hæreditarium, quia tunc venit, vt hæres
alienantis, & tenetur habere ratum factũ
defuncti; ideò ſi tanquã agnatus vult præ-
ferri, debet ſoluere pretium, vt notant præ-
fati Doctores, præcipuè Rouit. *in d. eius conſ.
n. 75. cum ſeqq.* qui videri poteſt pro reli-
quis concernentibus hanc quæſtionem, ſic
etiam Rendell. *in d. verſ. ſub eodem ſeruitio:*
vbi alias illationes examinant.
26 Nec obſtat principalis ratio aduerſario-
rum, dicentium non eſſe concedendam ta-
lem prelationem agnatis, ne dominus co-
geretur habere alium vaſſallũ contra eius
voluntatem. Nam hæc ratio procedit re-
ſpectu vicinorum, vt ex ſuperius dictis
cernitur, non autem reſpectu agnatorum:
iſti enim ex iuris diſpoſitione, & etiam ex
voluntate domini directi habent hanc pre-
27 lationem, vt patet ex iuribus citatis: clarum
eſt enim, vt concedendo feudum alteri, in-
telligatur concedere ſecundum diſpoſitio-
nem iuris, nempè, vt ſi vaſſallus alienet feu-
dum, præferantur alij agnati iuxta ſuperius
explicata.
28 Si tamen duo eſſent vaſſalli eiuſdem
feudi (vt quia viueretur de iure communi
feudorum quo caſu plures poſſunt idem
feudum inſolidum poſſidere. *cap. omnes fi-
lij. ſi de feud. defunct. milit. fuer. controuer.*
29 vbi omnes) an alius conuaſſallus præfera-
tur ex iure congrui; & ſi tunc temporis vẽ-
ditio fuit facta minori pretio, & id fuerit
factum in fraudem alterius vaſſalli, an data
ſcientia veri pretii, cõuaſſallus, vel eius hę-
redes admittantur ad reuocandam illam
partem pro vero pretio. latiſsimè diſputat
Surd. *conſ. 371. toto vol. 3.* quod omitto, quia
non concernit materiam noſtræ conſuetu-
dinis, nec euenire poteſt in his regnis vtriuſ-
que Siciliæ, dũ ſolus primogenitus admit-
titur ad ſucceſsionem feudorum, & vbi ta-
lis viuendi mos viget, partem affirmatiuam
affirmo eſſe veram, vt de ſociis dicam *in-
fra q. 12.* & de vero pretio dicam *infrà q. 32.*
30 Quod verò ad alia bona fiſcalia per fi-
ſcum acquiſita, vel alienata, quod non ha-
beat locum ius congrui tenet Iacob. No-
uell. *in d. eius § fin. n. 114. cum ſeqq.* vbi ſic
deciſũ affirmat in illo Senatu Veneto, & *n.*
119. affirmat ſe illa ſereniſsima Repub. nun-
quam vidiſſe dari ius congrui in bonis alie-
natis per fiſcum; quia iudicantur tanquam
bona feudalia, & ad inſtar illarum non de-
bet in illis fiſcus habere emptorem, uel ſuc-
ceſſorem contra eius uoluntatem, & ideò
ſi ſtatutum non mandat expreſſè contra-
rium, non habet locum ius congrui. *Boer.
deciſ.* 179. de quo meminit Benedell *in ſuis
vltim. annotation. § vltim. num.* 1. poſt opus
Proſperi Rendellæ.

SVMMARIVM.

D*Ominus directus præfertur omni alteri, dum venduntur bona emphiteotica, & ratione probatur. n. 1. 2. & 3. & plures deciſum refertur n. 4. & 5. & 25. Non procedit, quando concedit licentiam alienandi, n. 6. An talem prælationem poſſit alijs cedere, n. 8. & 9.*

Ius congrui locum non habet, dum fit conceſſio in emphyteuſim, ſecundum noſtrãs conſuetudines n. 10. Quid de iure Regni. n. 11. Quid in Hiſpania, n. 12. Vt ſtandum ſit conſuetudini locorũ num. 13. Quid in conceſſione ſimulata. num. 14.

Dominus directus non debet cogi habere emphyteuſam inſeſtum. n. 14.

Conceſſio emphiteotica quando præſumatur facta ad fraudandum ius congrui, traditur, n. 15. & 16.

Quid ſi facta fuit conceſſio cum poteſtate affrancandi, n. 18. 19. 20. 21. 22. Quid ſi fiat venditio eidem emphyteutæ n. 24. & ſeqq.

Vicini ſi plures ſint, & vnus tantum petat ius congrui, huic ſoli conceditur. n. 17.

Ius congrui an detur vicinis, quando dominus directus cedit dominium directum emphyteuta, latius declaratur n. 24. cum ſeqq.

Emphyteuta regulariter non habet ius, niſi nomine domini directi illud petat, n. 30. & 31. ſed explicatur n. 33. & q. 15. Quid dum vẽdit cenſum exiſtente ſuper re emphyteotica. num 32.

Emphyteuta eccleſiaſticus an habeat ius congrui, traditur, n. 34.

E QVÆST,

QVÆST. XIV.

1 DEcimoquarto quęro, An ius congrui locum habeat in bonis emphyteoticis, & nũ dominus, agnatus, uel uicinus præferatur in illis? De hac quæſtione plura tradunt Afflict. & Vrſill. *deciſ.* 72. Addentes ad Napod. *hic in conſuet. ſi quis emit fol.* 325. *in addit. incip. Quid ſi eſt facta conceſsio.* de Frãch. *deciſ.* 392. Mut. *ad conſuet. Panormit. cap.* 28. *per tot.* Maſtrill. *deciſ.* 15. *&* 50. *par.* 1. *collect. cap.* 157. Molin. *in tract. de contract. diſp.* 371 *num.* 6. *cum ſeqq.* & alii infra cumulandi. Ex quibus reaſſumo ſequentia dicta ad elucidationem huiuſmodi quæſtionis.

2 *D*ico igitur primò, Dominus directus præfefertur uicino, & agnato dum uendũtur bona emphyteotica, ſi illa uelit, in hoc dicto conueniunt omnes tùm ratione directi dominij eiuſdem rei uenditæ, & ſic confunditur vtile cum directo dominio, & ſic eſt maior vicinitas prædiorum, nam prædia vicina non cõfunduntur, & ſic eſt maior ratio, quàm in vicinis, & agnatis; tum etiam vigore pacti, apponi ſoliti in conceſſione in emphyteuſim: ſemper enim apponitur pactum, quod etiam venit ex natura
3 rei, vt, ſi contingant alienari bona emphyteotica, dominus directus præferatur omni alteri. *l. fin. C. de iur. emphyteot.* vbi omnes præcipuè Iaſ. *tract.* 12. latiſsimè Iacob. Nouell. *in tract. de iur. protbomiſ.* §. 1. *num.* 226.
4 *cum ſeqq.* vbi ſic pluries decitum refert in ſenatu Veneto. ſic etiam §. 2. *n.* 62. *cum ſeqq.* Tiraq. *in tract. de retract. lignag.* §. 21. *gloſ. vnic. n.* 3. *&* 4. & plures alij, quos probant Mut. *in noua declarat. poſt dictum cap.* 28. *ad conſuet. Panor. num.* 32. *cum ſeqq.* Maſtrill. *deciſ.* 15. *num.* 10. Molin. *d. diſput.* 371. *n.* 5. Borgnin. *deciſ.* 19. *n.* 5. *& num.* 75. *cum ſeqq. lib.* 2. Borrell. *conſ.* 26. Pancitoll. *conſ.* 10. *n.* 6. *& cõſil.* 144. *n.* 7. de Pont. *deciſ.* 3. Ann. *alleg.* 41. *n.* 14. Capic. & Ricc. quos probat de Thor. in verb. *Ius congrui.* An, re vendita, competat vicino, vel domino, alios citat, & probat Marius Giurba *deciſ.* 31. *num.* 8. *& deciſ.* 52. *num.* 1 latiſſimè Vinc. de Franch. *deciſ.* 610.
5 *vbi n.* 2. Sic pluries deciſũ refert, nec de hoc ait dubitari. Quod procedit etiam ſecundum noſtras conſuetudines, vt ipſe refert, quia *tex. in d. l finali* non eſt correctus per noſtras conſuetudines. vt docet Napod. in *d. conſuet. ſi quis emit n.* 34. vbi conſiliarius de Bott. & Piſanell. alios citant. Sic etiam ibid. Camill. Salern *ſub nu.* 4. *in addit. incip. vltra præfata fol.* 326. vt alios omittam.

6 Limitatur tamen hoc dictum. Primò, ſi dominus directus conſenſerit emphyteutæ, quod alienaſſet bona emphyteotica, & præcipuè quando ex dicta alienatione recepit laudemium, quia tunc præſumitur renunciare iuri prælationis, ut notant cõmuniter Doctores *in d. l. fin. de iur. emphyt.* Cãnet. Guid. Pap. Aluarot. & alij, quos probat Mut. *in d. nou. declarat. n.* 41. *cum ſeqq.* Thelaur. & Anton. Faber penes Ricc. *dicto cap.* 157.

7 Secundò, Limitatur ſi vellet ius prælationis alijs cedere, quia hoc ius eſt perſonale, competens illi ratione directi dominij, ratione connexionis coniunctionis, ut dictum eſt, & ſic non poteſt alijs cedi, ut expreſsè habetur *in d. l. fin.* §. *ſed ne hac oc-*
8 *caſione. C. de iur. emphyt.* ita omnes alij deſuper citati. Quod intelligitur à principio. Sed ex poſt facto, nempè poſtquàm fuit illi acquiſita res emphyteotica, & ſic confuſũ fuit utile cum directo dominio, tunc poteſt illa bona alijs cedere, ut poſt alios fundat Vinc. de Franch. *dec.* 226. probãt Frecc. Tiraq. & alij, quos ſequitur Mut. *in not. declarat. n.* 48. Vrſill. ad Afflict. *deciſ.* 338. *ſub num.* 8. de Pont. *deciſ.* 3. *n.* 28 Ricc. *vbi ſupra.* de Thor. *in verb. Dominus directus rei em-*
9 *phyteuſis.* Sed tunc remanet ius congrui vicinis, & agnatis ex iſta ſecunda alienatione facta per dominum directum, quia, vt ad ſenſum patet, ſunt bona libera, & eſt noua alienatio, vt magis implicabitur *in* 2. *dicto.*

10 Dico ſecundò ſi fiat conceſsio in emphyteuſim tantum, non habet locũ ius congrui niſi, ex coniecturis ſaltem conſtet eſſe veram alienationem. Prima pars huius dicti eſt clara, & certa apud omnes noſtros ſcribentes in materia iſtarum cõſuetudinum, & probat Napod. *in conſuet. ſi quis emit n* 5. quia dum conſuetudines ſunt ſtricti iuris, & loquuntur de emptione, & venditione non debent extendi ad veram conceſsionem in emphyteuſim, vt etiã probat Vinc. de Franch. *deciſ.* 392. *n.* 9. *& dec.* 610. *n.* 4. *in*
11 *fin.* vt alios omittam, ſed iur. regn. per conſtit. *Sancimus.* habet locum ius congrui etiam in conceſsione ad emphyteuſim, vt expreſsis verbis mandat dicta conſtitutio in *princ. vbi* Afflict. etiam *in princ. n.* 22. *& in* 7. *notab.* Ann. *ſingul.* 295. vt alios omittam. Idem procedit in Hiſpania, quando conceſsio eſt in emphyteuſim perpetuam, vt poſt Couarru. Gomez, Guttier. & alios notat Molin. *d. diſput.* 371. *ſub n.* 4 *circa fin. verſ.*
13 *ſequitur præterea.* & ideò ſtandum eſt cõſuetudini loci. Regulariter tamen locum non habet, vt notat Vinc. de Franch. *locis citatis*, & probant alij penes Maſtrill. *deciſ.* 50. *num.* 2. Sic etiam Tiraquell. Beltrad. & alii quos probat Mut. *in d. nou. declarat. n.* 27. vt
14 alios omittam: quoniam non debet cogi dominus directus contra propriam voluntatem habere emphyteutam infeſtum, vt
15 magis cernetur ex mox dicendis. Igitur, ſi conceſſio in emphyteuſim eſſet ſimulata,

nem

nempe in fraudẽ iuris congrui facta (quòd
arbitrio boni viri ex circunſtantijs tempo-
ris, & aliorum actuum, & ex alijs coniectu
ris colligi poterit) tunc habet locum ius
congrui, quia eſt vera alienatio, & plus at-
tenditur, quòd verè agitur, quàm quod ſi-
mulatè concipitur, prout latiſsimè probãt
Vinc. de Francb. *d. deciſ.* 392. vbi in fine ſic
refert deciſum in ſacro Conſilio in anno
2586. die 12. Nouembris, de quo poſt Tap.
& Ricc. meminit Ioan. Bapt. de Thor. *in
verbo Ius cõgrui lo primo* latiſsimè Maſtrill.
16 *deciſ.* 50. vbi etiam aliquas coniecturas re-
cenſet, ex quibus fraus colligitur. Sic etiam
Mut. *in d. nou. declarat per tot.* & iam expreſ-
sè diſponitur *per tex. d. nou. conſuet. Ciuitatis
Panormi*, & iure quidem, vt patet ex dictis,
quia, dum vèrè alienantur bona emphyteo-
tica, habet locum ius congrui, vt dictum
eſt, & ex multis probat Andr. Tiraqell. *d.
gloſ. vnic. n. 3. & 4. & in eod. tract. de retract.
lignag.* §. 1. *gloſ.* 3 *n. 3. & 3.* Quarant. & alij
penes eandem de Thor. *in d. eius compend in
conſuet. Si ex vno latere n.* 89. Quod eſt cla-
rum, & patet etiam ex dictis ſupra.
18 Ampliatur hoc habere locũ ſi à princi
pio cõceſsionis in emphyteuſim fuiſſet em
phyteutę data poteſtas affrancandi tàm in
totum, quàm pro medietate; quia tunc
habet locum ius congrui, nam in effectu
ex dicta poteſtate affrancandi eſt potius vẽ-
ditio, quàm conceſsio ad emphyteuſim, &
ſic habet locum ius congrui, vt latiſſimè
fundat de Franch. *d. deciſ.* 610. ſic pluries de
ciſum refert, & de ipſa ampliatione inter
regniculos non dubitari, nec in ſacro Cõ-
ſilio probant Anna Pater *allegat.* 43. &
eius filio *conſ.* 38. *n.* 49. Peregrin. *in deciſ. Pa-
tauiſſ.* 24. & ita contra ſe fuiſſe deciſum in
Ciuitate Panormi in anno 1588. refert Mu-
ta *in dicto nou. declarat. ſub num.* 27. *in fin.*
vt alios omittam. & licèt Affiict. *dicta*
19 *deciſ.* 72. refert vt hoc ſit verum, ſi à prin-
cipio, & ſic in eod. contractu fuerit data po
teſtas affrancandi in pecunia, non autem ſi
ex poſt facto, nempè, poſtquàm fuit cele-
bratus cõtractus emphyteoticus, quia tunc
ceſſat ius congrui, & ita dicit per maiorem
partem dominorum fuiſſe reſolutum in ſa
cro Conſilin, vt *ibid. refert n.* 9. Anna *d. conſ.*
38. *n.* 49 Couarr. Matant. Tap. Ricc. & Pere-
grin. de quibus meminit Ioann. Bapt. de
Thor. *in verb. Ius congrui. an militet in cõtra-
ctu emphyteotico*, Vrſill. *in d. deciſ.* 72. *vbi n.*
11. *& ſeqq.* ſic pluries deciſum refert; quia
hæc eſſet potius cautela, vt ceſſet ius con-
grui; quæ licita eſt, cùm ex euentu faciat
ceſſare ius congrui, licèt enim à principio
non ſit licitum in conſcientia fraudare ius
congrui, ex euentu tamen licet, vt latius di-
cetur *infrà q.* 28. & ſic eſt opinio probabilis,
quamuis Anton. de Alexan. & Ioan. Bapiſt.
Brancac. cum quibus tenet Affiict. *d. deciſ.*
21 72. *n.* 1. teneãt, vt locũ habeat ius congrui,
quia hic contractus reſoluitur in cõtractus
emptionis & vẽditionis, ut probat etiã Ne-
pit. *ad conſuet. Cataniæ tit.* 40. *conſuet. vnic. n.*
15. & ita pluries fuiſſe deciſũ in ſacro Cõſi-
lio refert Ann. *ſingul.* 295. Quorũ opinio ue
rior eſt in puncto iuris. Primò ut ceſſent
fraudes. Secundò, quia licèt à principio
fuerit contractus emphyteoticus, & ſic ceſ-
ſabat ius congrui, attamen quando conce-
ditur facultas affrancandi emphyteutę; tũc
eſt uetus contractus emptionis, & uenditio-
nis; & ex nunc datur uicinis ius congrui;
23 & hęc uidetur ueritas, quamuis dominus
directus habeat pręlationem, & ſi nollet
præferri interim retineret penes ſe domi-
nium directũ dictorũ bonorum. de Franch.
d. deciſ. 610. *in fin.* de Pont. *d. deciſ.* 3. & alij
cumulati *in* 1. *dicto.* Intrigliol. *ſingul.* 339.
24 Dico tertiò, ſi bona emphyteotica ven-
dantur eidem emphyteutæ, tunc ſecundũ
veriorem ſententiam habet locum ius cõ-
grui, vt latiſſimè fundat Maſtrill. *d. deciſ.* 50.
vbi varios auctores citat, & *n.* 6. Sic refert
deciſum in illo regno, prout pluries fuit
deciſum in ſacro Conſilio tradunt Anna
ſingul. 150. de Franch. *deciſ.* 17. *n.* 8. & inter
additiones Conſiliarij de Rubeis in con-
ſuet. *ſi quis emit. in addit. incip. quid ſi directus
dominus.* ſic etiã deciſum refert Caualcan.
in tract. de vſufruct. mul. relict. n. 172. *cum*
25 *ſeqq.* qui docent idem eſſe, ſi vendatur
vxori emphyteutæ, quia eſſet perſona ſup-
poſita viro, & tenent etiã Corbul. *in tract.
de iur. emphyt. tit. de cauſ. priuat. ob alienat. li-
mit.* 11. Tiraquell. & alij, quos probãt Mar-
tiẽl. *lib.* 1. *recopilat. tit.* 11. *de empt. & retract.
in l* 7. *gloſ.* 1. *n.* 9. Burgius *in tract. de laud. p.*
3. *inſpect.* 2. *n.* 4. de Pont. *in tract. de poteſt.
Proreg. tit.* 10. §. 1. *num.* 9. Ricc. *in praxi de-*
26 *ciſion.* 157. quamuis etiam ſacrum Conſi-
lium alioquin iudicauerit contrarium, vt
notat Anna *ſingul.* 150. Seruatur etiam in
aliquibus locis Hiſpaniæ ex quadam lege,
vt poſt Gomez. affirmat Molin. *d. diſput.*
371. *n.* 6. & tenet etiam hanc opinionem
quædam additio hic in conſuet. *ſi quis emit.
ſub n.* 5. *fol.* 327. *incip. Sed quid ſi Eccleſia.* &
27 hoc ea ratione; quia, dum emphyteuta ha
bet vtile dominium, conſolidatur cum il-
lo dominium directum, & ſic ex dicto no-
no contractu non conſequitur plenum
dominium, & conſequenter ceſſat ius
congrui, etiam quia videtur hoc admodũ
rationabile, & coueniens, vt ratione affe-
ctionis, & meliorationum factorum in di-
28 ctis bonis, præferatur alijs vicinis, etiam
quia vicini nullum ſentiunt incommodũ,
quia emphyteuta eſt idemmet vicinus, quẽ
prius habebant, & ſic hanc opinionem iu-
dico æquam, & probabilem; quamuis re-

ceptior ſit, & verior prima ſententia, vt patet ex dictis; quoniam de iure non inuenitur cautum, vt non poſſit directus dominus vendere ad libitum bona ſua; & etiam vt eodem iure metiatur emphyteuta ex
29 titulo *quod quiſq. iur.* Si enim contra ipſum non datur ius congrui, vt patet ex ſecundo dicto, nec ipſe emphyteuta, dum vult pro ſe vti iure congrui, illud exercere poteſt contra alios, & additur, quia, dum vēditur dominium directum, reſoluitur emphyteutæ, & illud directum abſorbet vtile
30 dominium: nec eſt contemnenda conſideratio, quia, ſi in Hiſpauia fuit lata lex, qua mediante emphyteuta habet ius congrui, vt dixi *n.*26. ergo in contrarium eſt regula, vt non habeat ius congrui.

31 Limitatur primò, ſi illud peteret nomine domini directi, vt patet ex dictis de feudatario, *quaſt. praced.* nàm eædē rationes militant in emphyteuta, vterque enim petit ratione directi dominij.

32 Secundò limitatur, quoties directus dominus venderet cenſum, quem habet in prædio emphyteotico, tunc enim eſſet præferendus exphyteuta in d. cenſu perſonæ extraneæ, ne alium dominum incipiat habere in d. cenſu, & alium habeat in dominio directo, & ita fuit deciſum in ſacto Cōſilio, vt refert Camill. Salern. in conſuet. *ſi quis emit. ſub num.*3. *fol.* 326. *in fin.* Ann. *d. ſingul.*150. vbi hinc inde refert deciſiones. Burg. *in d tract. de laud. par.*3. *inſpit.* 2. *nu.*4. vbi etiam citat Doctores, contrarium tenentes; ſed limitatio eſt admodum æqua, & rationabilis rationibus diſcuſsis *n.*27. *& ſeqq.* & vt rē ipſam liberet ab onere cēſus.

33 Tertiò limitatur, ſi emphyteuta peteret ius congrui contra alios vicinos alienantes eorum prædia; quia ratione vtilis dominij, quod habet in re emphyteotica, quod quidem dominium vtile eſt alienabile, tāquam de bonis immobilibus *l. fin. vbi gloſ. in verb. vendere. & alij cōmuniter. C. de iur. emphyt.* & ita in propoſito ex multis probat Napod. *hic in d. conſuet. ſi quis emit. n.*29. *cū ſeqq.* vbi *n.* 33. ex pluribus probat, vt vtilis dominus in iure congrui ad prædia, alienata per vicinos, prefetatur domino directo, tùm quia ius congrui exercetur ratione poſſeſsionis, quæ eſt penes vtilem dominū, tum etiam, quia ius congrui datur propter conuenientiam, & congruitatem, quia nec congruum, nec conueniens eſt, vt contra eius voluntatem quis incipiat habere nouum, & malum vicinum: quæ omnia, & alia relata per Napod. *d n.*33. reſpiciūt emphyteutam, & ſic dominum vtilem, non autem dominum directum, & conſequenter vtili domino, non autem directo datur ius congrui, vt etiam probat Nepit. *d. conſuet. vnic. n.*35. & magis patebit *ex dicēdis. q. ſeq.*

34 Confirmatur etiam alia ratione, quia, licèt Eccleſia ſecundum noſtras conſuetudines nō habeat ius congrui, vt dicetur *infra* q. 33. & 34. attamen, ſi quis habeat emphyteuſim eccleſiaſticam, poteſt rationē vtilis dominij habere ius congrui contra uicinos alienantes, quia ipſe eſt utilis dominij, & ob alias rationes, deſuper expreſſas, exercet ius congrui, ut optimè probat Napod. *loco cit. n.* 31. *&* 32. quem ſequitur Neucler. *in conſuet. ſi Eccleſia, vt habetur in eius addition. fol.*22. *à tergo in fin. & fol.*23. *in princ.* & alij citandi *q. ſeq.*

SVMMARIVM.

*IVs congrui datur alicui ratione vtilis dominij tantum, & ratione probatur, n.*1. *An domino putatiuo, n.*2.

*Dominus vtilis, vel directus præferantur in iure congrui, & quid in venditione rerum, traditur n.*3. *&* 4.

QVÆST. XV.

1 DEcimoquintò quæro, An ius congrui detur alicui ratione vtilis dominij tantum, quod habet in aliqua re? Reſpondeo affirmatiuè, ut patet ex ultima *limit. quaſt. praced.* & ſic procedit tàm in emphyteuta, quàm etiam in omni alio utili domino, ut eſt ſuperfi-
2 ciarius ad non modicum tempus, ſic etiam dominus putatiuus; ut eſt bonæ fidei poſſeſſor, & ſic de alijs, ut docet Napod. *in d. conſuet. ſi quis emit. n.*29. *cum ſeqq.* ubi Iacòb. Anell. de Bott. citat Angel. Alberic. Bald. Capyc. Rip. Alex. & alios, latiſſimè etiam probant Alex. Raudent. *in tract. variar. reſolut. cap.*21. Molin. *in tract. de contract. diſput.* 371. *n.* 5. *cum ſeq.* de Franch. *deciſ.* 242. Borgnin. *deciſ.* 19. *n.* 5. *& n.* 34. *cum ſeqq. par.* 2. Proſper Rendell. *in tract. de iur. protbom. in verb. habeat. n.*6. *cum ſeqq fol.* 15. *& ſeqq.* Qui plures alios cumulant: & rationes ſunt eædem, quas recenſui *in d. vlt. limit. quaſt.*
3 *praced.* quia, nempè, ipſi vtiles domini poſſident, & ius congrui datur ratione poſſeſſionis; eis congruit, ne malum uicinum habere incipiant; ad eos ſpectat prędiorum
4 utilitas, & commoditas, ipſi etiam domino directo prę feruntur, dum bona prędicta uendicant, *l. ſi cutus emptionis. C. de praſcript. trig. uel quadrag. annor.* & ſic de alijs: quia domini directi habent ſolum illa, quę concernunt directum dominium, ut optimè fundant Napod. & alij auctores relati, & conſequenter habent ius congrui ratione utilis dominij, ratione cuius etiam dominis directis præferrentur, ut dixi *q. praced. in* 3. *limitat. n.*34.

SVM.

Digitized by Google

SVMMARIVM.

IVs congrui habet locum in venditione facta cum pacto de retrouendendo. n. 1. ſic deciſũ refertur, n. 2. Sic etiam, dum venditio ſit ſub conditione, vt pendente ſolutione pretij, non transferatur dominium, n. 3. & 4.

Fraudes tollendę ſunt, & occaſio fraudandi, n. 4.

Dominus habens pactum de retrouendendo, ſeu reemendi rei alienas, præfertur vicino, & agnatis in retractu. n. 5.

QVÆST. XVI.

1 DEcimoſextò quæro, An ius congrui locum habeat in venditione, facta cum pacto de retrouendendo? Reſpondeo affirmatiuè, nam illa venditio eſt vera alienatio, & interim venditor eſt verus dominus, & conſequenter, licèt venditor habeat poteſtatem reemendi, interim tamen vicinus, vel agnatus vti poſſunt iure congrui, & gaudere illa prædij commoditate, qua, durante tempore reemptionis, gauderet ipſe emptor, vt ſcripſit Bart. *conſ.* 28. Cechus de Spoleto, probant etiam Angel. Afflict. & alij, quos ſequitur Iacob. Nouell. *de iur. protbomiſ.* §. 2.
2 *n.* 119. *& ſeqq. &* §. 1. *n.* 141. *& ſeqq.* vbi ſic pluries deciſum refert in illo sereniſsimo Senatu Veneto. Napodan. *in d. conſuet. ſi quis emit. n.* 8. Afflict. *deciſ.* 338. Nobilis Petr. Paul. de Carazulis, vbi Vrſill. alios citat. de Franch. *deciſ.* 506. *n.* 15. *& ſeqq.* Frecc. *in d. conſuet. ſi quis emit ſub n.* 5. *fol.* 327. *in addit. incip. Si in datione inſolitum.* tenent etiam Benedell. Marant. Bertazol. Boer. Ann. & Ricc. quos ſequitur Ioan. Bapt. de Thor. in *verb. ius congrui an competat vicino collaterali.* Probant etiam Tuſch. *in verb. ius congrui. concluſ.* 583. *n.* 6. & alij, quos ſequuntur Mut. *ad conſuet. Panormit. c.* 26. *n.* 9. Nepit. *ad conſuet. Catan. tit.* 40. *conſuet. vnic. n.* 53. *& ſeqq.* Addẽtes *ad Intrigliol. ſingul.* 336. *lib.* 1. Tiraq. *de retract. lignag.* §. 1. *gloſ.* 2. *per tot.* vbi ad plures caſus infert circa hanc materiam, quos omitto. Hoc ſolum annotato,
3 quem probant omnes auctores citati. vt etiam conccdatur ius congrui, quando eſſet facta venditio ſub conditione, vt nempè, pendente ſolutione pretij, non transferatur dominium in emptorem: nam conſanguineus, vel vicinus poſſent venditori ſoluere illud pretium, & ſubintrare in locum emptoris, & eodem iure vti, vt ad ſenſum patet, etiam quia ſic tollũtur fraudes
4 nam poſſent fieri huiuſmodi venditiones conditionatæ, & poſtea priuatim, & ſic in occulto ſolueretur pretium, & ſic per fraudes non haberet locum ius congrui, vt optimè aduertunt prædicti auctores, præcipuè Nouell. *d.* §. 1. *n.* 142. Afflict. *d. deciſ.*
5 338. & alij. Bene verum eſt, quòd, ſi dominus, habens pactum de retrouendendo, vellet præferri vicino, vel conſanguineo, vtique præferendus eſſet in tali retractu, tum quia adeſt pactum in ſui beneficium ad redimendum, quod poſſet exercere, poſtea contra quoſcunque poſſeſſores rei vẽditæ; tum etiam quia ſemper ius noſtrum reſeruat prælationem domino rei pro eodem pretio, quando vult alijs præferri, vt dixi *q.* 13. *&* 14. & rectè affirmat Anton. Gomez. *ad l.* 70. *Tauri.* Tiraquell. & Guttier. & alij, quos probat Molin. *diſp.* 370. *de cõtract. n.* 25. *& ſeqq.* qui etiam dominus, vt ſit in poteſtate venditoris illa bona poſtea redimere etiam de manu vicini, & conſanguinei, quod non poteſt ſubſiſtenter in dubiũ adduci. An autem tale ius congrui locum habeat, quando tale pactum ſimulatè fuiſſet appoſitum, dicetur *infra q.* 23.

SVMMARIVM.

IVs congrui num detur, dum alienatur annuus cenſus, varia ſententiæ referuntur, n. 1. 2. & ſeqq. Attamen hinc inde referuntur deciſiones, & affirmatiua verior, num. 13. & 14.

Annui introitus Venetijs habentur loco bonorum mobilium. n. 4. Sed in puncto iuris verior eſt opinio, vt veniat appellatione bonorum immobilium. num. 6. Alij tamen dicunt, tertiam facere ſpeciem. num. 7. Qualiter veniant appellatione bonorum immobilium, traditur n. 11. & 12.

Ius congrui non habet locum in rebus incorporalibus, n. 9.

Vicinus an admittatur ratione congrui, dum vicinus alienat cenſum, quem habet ſuper aliquo prædio. n. 15.

Quid in hoc teneat Napodan. refertur num. 16. Dum admittitur, quod nam pretium ſoluere debeat, traditur. num. 17. & 18.

QVÆST. XVII.

1 DEcimoſeptimò quæro, An ius cõgrui locum ſibi vendicet in annuo cenſu alienato? Hæc quæſtio admodum controuertitur inter ſcribentes; & hinc inde adſunt auctores, & deciſiones, vt eſt videre penes Vinc. de Franch. *deciſ.* 392. penes Addentes ad Napodan. *hic in conſuet. ſi quis emit. fol.* 325. *&* 326. Maſtrill. *in addition. ad Petr. de Gregor. in tract. de cenſib. q.* 7. *n.* 35. *&* 36. Molin. *de con-*

Digitized by Google

*contract. diſput.*372. Intrigul. *ſuper Bull.q.*
95. Alex. Raudenſ. *variar. reſolut. cap.*13.
Mut.*ad conſuet.Ponor.cap.*26. *n.*19.& alibi.
Itaque multi negant, & multi affirmant.
2 Affirmant igitur Ioann. Faber. *in* §.*vlt.*
*prope fin.inſtitut.de duob.reis.*Afflict.*de iur.*
*prothomiſ.in princip.num.*7.*verſ.quid ſi ven-*
*dantur annui redditus.*Tiraquell.*de retract.*
lignag.§.1.*gloſ.*6.*n.*3. *& ſeqq.* de quibus me-
3 minit Maſtrill. *d.n.*35. & hanc eſſe veram
ſententiam ſecundum terminos iuris com-
munis poſt alios affirmat Iacob.Nouell. *de*
iur.prothomiſ.§.2.*n.*108.*verſ.*& *ſimiliter iſti*
annui redditus, quàmuis *n.*111.contrarium
dicat ſeruari in eius ſereniſsima Republ.
4. quia ibi annui redditus habentur loco
bonorum mobilium, tenet etiam Caſſane.
de quo meminit Alex. Raudẽſ.*d.c.*13.*n.*1.
quamuis ipſe in caſu ſuo fundet contrariũ:
probat etiam Ioann. Papon. *lib.*11. *arreſt.*
18.*tit.*7.quem ſequitur Tapet.*lib.*2.*variar.*
*iar.ſeatent.tit.de retractu in antiquis fol.*113.
*col.*2.§.2.*& in tit.de iur. congr.fol.*114.*col.*1.
5 §.*ius congrui.* tenebant etiam alii ſecundũ
hanc opinionem fuiſſe deciſum in noſtro
ſacro Conſilio in anno 1567. die 28. Maii.
Refert Camill.Salern.ad Napod. *d.fol.*326.
in fin. ibi. *Condemnamus Magnificum Ale-*
xandrum de Mele ad relaxandum nobilibus
Baptiſta Stineba, & Lazaro Iacobino bona,
per eundem Magnificum Alexandrum em-
pta à Magnifico Iacobo Caracciolo, & filijs,
& in iudicio deducta, iure congrui. ſoluto ta-
men per prædictos Baptiſtam, & Lazarum
eidem Magnifico Alexandro pretio dictorũ
bonorum; extimando per expertos in talibus,
ex cauſis, in ſacro Concilio diſcuſſis. De qua
deciſione meminit Ioann.Bapt.de Thor.*in*
d.compend. in verb. ius congrui an competat
domino.
6 Confirmari poteſt opinio prędictorum,
quia recentior eſt opinio, vt annui reddi-
tus veniant appellatione bonorum immo-
bilium,vt dixi *par.*2.*tit.de bon. q.*12. & pro-
bant alii plures,quos ſequuntur Andr. Ti-
raquell:*d.gloſ.*6.Surd.*deciſ,*204.Maſtrill.*d.q.*
7.*n.*35. & conſequenter, dum iudicantur,
vti bona immobilia, debet in illis habere
locum ius congrui;quorum opinio proba-
bilis eſt etiam auctoritate tantorum viro-
rum,& ob dictas deciſiones; & etiam quia
iniquum videtur vt cenſuario non poſsit
ſe redimere ab onere cenſus, & ſe liberare
à iure ſeruitutis,vt patet ex dictis *quæſt.præ-*
*ced.*quæ opinio non ſolum probabilis eſt,
7 ſed contrariam tamen ſententiam plures
defendunt ea ratione, quia annui redditus
nec computantur inter bona mobilia, nec
inter immobilia, ſed tertiam quandam fa-
ciunt ſpeciem,nempè ius quoddam exigẽ-
di annuam penſionem ſuper aliquo prędio,
ita tenet Palat.*in rubr.ad l.*76. *Thaur.n.*30.
*& ſeqq.*Caſtill.Matienſ.Molin.Couarru.&
Guttier.quos ſequitur Maſtrill. *d.q.*7.*n.*36.
vbi hanc opinionem dicit ſeruatam in pra-
ctica in dicto regno Sicilię, tenet etiã Mut.
*cap.*16.*ad conſuet.Panorm.n.*19.faciunt dicta
8 per Raudenſ.*cap.*13.*n.*2.*& ſeqq.*Et ſecundũ
hanc opinionem fuit deciſum in ſacro
Neapolitano Conſilio in anno 1558. die
26.Ianuarii inter quoſdam de ſpicula,& de
Vulcano, & refert Vinc.de Franch. *in ad-*
*dit.ad Napod.in conſuet.ſi quis emit. n.*4.*fol.*
325.*in addit.incip. Quid ſi emptor.*& ibidem
idem. Sic etiam aliàs dicit fuiſſe deciſum;
9 quia in corporalibus non habet locum ius
congrui, prout etiam ſic dicit fuiſſe aliàs
deciſum in eod. ſacro Conſilio tenet Ioan.
Angel. Piſanell.*in d.conſuet.ſi quis emit.ſub*
*num.*34.*fol.in fin.& *333.*in addit. incip.ſum-*
10 *pta occaſione.* & hęc opinio in puncto iuris
verior videtur,quia ceſſat etiam ratio con-
gruitatis, & ne incipiat habere malum vici
num, cùm ſemper habeat eundem domi-
num prædii, ſuper quo eſt cenſus.
11 Nec vrget ratio, quod annui cenſus ve-
niant appellatione bonorum immobilium
nam hoc verum eſt non ratione annuorũ
redditiuum, ſed ratione poſſeſsionis, ſiue
rei, ſuper qua annui cenſus conſtituuntur,
quia conſtitui non poſſunt, niſi ſuper bo-
nis immobilibus,& qui illos poſſidet,ita de
illis diſponit,prout diſponere poteſt de aliis
12 eius bonis immobilibus,*vt d.q.*52.dixi; ſed
ipſe annuus cenſus ſecundum ſe, nec eſt
prædium,neque pars prædii, ſed potius eſt
ius quoddam incorporale percipiendi an-
nuam penſionem ex aliquo prædio, vt di-
ctum eſt; & ideò iudicatur ad inſtar ſerui-
tutis,in qua ceſſat ius congrui, vt infra ſuo
loco explicabitur.
13 Ex dictis cernitur, quod hæc ſecunda
opinio in puncto iuris videtur verior ex ra-
tionibus allatis. Sed prima opinio æquior
eſt,& magis mihi placet, quia iniquum vi-
detur non ſolum durum, vt cenſuarius nõ
poſſit ſe redimere ab onere cenſus;nam, vt
patet ex quæſtionibus præcedentibus vtile
dominium,quod habet in prædio,eſt ſuffi-
ciens,vt habere poſsit ius congrui ad præ-
dia contigua alienata, ergo eò magis ſuffi-
cit ad idem prædium, vt ſe liberet à dicto
onere cenſus, & ſeruitutis; & ne plures, &
diuerſos habeat dominos.
14 Reaſſumendo prædicta dico primò,quod
ſi dominus vtilis vellet pręferri in dicta alie
natione cẽſus, ſecũdũ æquiorẽ ſentẽtiã de-
15 bet præferri. Dico ſecũdò, ſi vicinus vellet
prætendere ius cõgrui in annuo cẽſu,vẽdi-
to in prædio contiguo,& tunc nõ audiatur,
& ita intelligo,& admitto ſecundã ſenten-
tiam, niſi tamen ſimul cum cenſu aliena-
retur prædium; quia tunc datur ius con-
grui ratione prædii, vt patet ad ſenſum, &

Na-

Napod. *hic in conſuet. ſi quis emit. nu.*35. hoc
16 docet, dum dicit, quòd, ſi cenſuarius vendat prædium, teneatur illud vendere vicino, ſaluo tamen annuo canone, vel cenſu,
17 cui debetur, & in hoc caſu non tenetur emptor depoſitare pretium, ſiue capitale annui cenſus, ſed ſolum pretium dicti prædii, quia pro ſolutione annui cenſus remanet obligatum prædium domino, cui debetur cenſus, vt poſt alios probat Peregrin. *in tract. de fideicom. art.* 50. *n.* 50. ad quem ſe remittit Maſtrill. *deciſ.* 148. *n.* 6. *lib.* 2. vt alios omittam. quinto patet ad ſenſum, hic enim
18 emitur prædium cum onere cenſus, non autem emitur cenſus, & ſic ſolùm pretiũ prædii ſoluit, niſi tamen velit ſe redimere ab onere cenſus, quia tunc etiam capitale cenſus ſoluere tenetur, vt patet ad ſenſum.

SVMMARIVM.

IVs congrui habet locum in venditione paſcuorum, n. 1. 2. *Idem procedit in venditione gabellarum, & pedagiorum. n.* 3. *An procedant in ſeruitutibus, n.* 4. *Quid in conductione prædiorum fiſcalium, n.* 5. *An prædicta locum habeant ſecundum noſtras conſuetudines traditur n.* 6. *&* 7. *Qualiter procedant, declaratur n.* 8. *Quid ſentiat Napodan. traditur n.* 12. *&* 13.

Vicinus, vel dominus prædii ſeruientis præferatur, quando quis vendit ſeruitutem prædii, declaratur n. 9. *&* 10.

Ius congrui datur ratione vicinitatis prædiorũ, & congruitatis, n. 21.

QVÆST. XVIII.

1 DEcimo octauò quæro, An ius congrui locum habeat in paſcuis, gabellis; & aliis ſeruitutibus? Hæc quæſtio poteſt dupliciter examinari. Primò ſecundum terminos iuris communis. Secundò attenta forma noſtrarum
2 conſuetudinum. In primo caſu receptior eſt opinio, quod locum habeat ius con-
3 grui in paſcuis, ſic etiã in venditione gabellæ, & pedagiorum. ita Bald. *in cap.* 1. *quæ ſint regalia, vt in cap.* 2. *de feud. cognit.* Pariſ. *conſ.* 84. *lib* 3. De quibus meminit Camill. Salern. ad Napod. *hic in conſuet. ſi quis emit. ſub rum.* 4. *fol.* 326. *in addit. incip. vltra præfata. verſ. quod ius congrui.* Probant etiam Alex. Dec. Afflict. Zaſi. & alii, quos ſequitur Tiraquell. *de retract. lignag* §. 1. *gloſ.* 4. *n.* 3. *& gloſ.* 7. *n.* 34. *cum ſeqq. & d. gloſ.* 5. *per tot.*
4 Probat, quòd etiam locum habeat ius congrui in aliis ſeruitutibus, & ita pluries fuiſſe deciſum Venetiis affirmat Iacobus Nouell. *de iure protbom.* §. 4. *n.* 69. *cum ſeqq.* quia hæc omnia debentur ratione bonorum immobilium, & tanquam immobilia iudi-
5 cantur, & idem procedit in conductoribus prædiorum fiſcalium, quia conductor antiquus præfertur nouo conductori pro eodẽ pretio. Roman. *conſ.* 22. *n.* 5. Alex. *conſ.* 80. *n.* 10. *vol.* 1. quos probat Cardin. Tuſch. *in verbo Ius cõgrui, concluſ.* 583. *n.* 21. *&* 22. de qua illatione dicetur infra de locato, & conduct. ibi enim opportunius cadit. tractat etiam Maſtrill. *deciſ.* 4. quia non eſt ratione congrui, ſed ratione prælationis in re conducta, vt loco citato dicetur.
6 In ſecundo caſu iuxta terminos noſtrarum conſuetudinum tenent plures, quod non habeat locum ius congrui, nec in paſcuis. nec in gabellis, nec in aliis ſeruitutibus. quia ceſſat ius congrui in iuribus incorporalibus, ita Camill. Salern. *loco cit.* Sic etiã Piſanell. *in d. conſuet. ſi quis emit. ſub nu.* 34. *fol.* 332. *in addit. incip. ſumpta occaſione.* ibi (*Quia attentis iſtis conſuetudinibus, ius congrui non habet locum in incorporalibus.*) Probant etiam Franciſ. de Amic. *in cap* 1. §. *ſed ex hoc de his, qui feud. dar. poſſ.* de quo meminit Ioann Bapt. de Thor. *in verb. ius congrui an locum habeat in iuribus incorporalibus*, & Rendell. *in d. tract. de iur. protbom. in verb. habeat. n.* 5. *& ſeqq. mihi fol.* 14. *& in verb.*
7 *rem immobilem. n.* 52. *fol.* 31. Sed reuera non video rationem conuenientem, & ideò explicari debet iuxta diſcuſſã quæſtione
8 præcedenti, videlicet, ſi vendantur bona immobilia ſimul cum dictis iuribus incorporalibus, ſine dubio locum habet ius cõgrui, & de hoc non poteſt ſubſiſtenter du-
9 bitari. Sic etiam & ſecundò. Si aliquis haberet ius paſculandi, vel percipiendi gabellas, ſiue vectigal, vel alterius ſeruitutis in prædio meo, & illud ius venderet alteri, æquior eſt ſententia, vt ego ſim præferendus, vt poſſim bona mea liberare ab onere ſeruitutis, quia durum videtur, ne dicam iniquum, vt pro eodem pretio non poſſim bona mea liberare ab onere ſeruitutis, vt patet ex dictis *quæſt. præced.* nam hic etiam
10 illæ rationes militant. Tertiò ſi ego nolim præferri, tunc quæſtio eſt, an vicinus præferatur extraneo in dictis iuribus incorporalibus, & tunc poteſt defendi opinio, vt locum non habeat, & ſic procedat vltima opinio, quæ potius auctoritate dictorum prudentum, quàm ob aliam rationem procederet, nam in puncto iuris verior eſt prima opinio, ex quo tale ius congrui da-
11 tur ratione congruitatis, ac vicinitatis prædiorum, & ratione bonorum immobilium, in quibus adſunt dicta iura incorporalia, & hæc opinio mihi placet, quæ eſt etiam ad minus ſecundum mentem Napodani *in d. conſuet. ſi quis emit. n.* 36. Qui ſic habet
12 *Item quid in vectigali? Reſpondeo, videtur,*

quòd

quòd qui habet fundum vectigalem, habet ius congrui, habet etiam actionem finium regundorum. ff. arbor. fur. caſar. l. cedere §. fin. ergo & ius congrui. quod datur ratione confinitatis. item quia eſt vtiliter dominus, & habet actionem in re. ff. ſi ager vectig. l. 1. §. 1. & hoc ſi vectigal ſoluatur, vt ibi patet.) Hęc ille, ſi ratione fundi vectigalis quis habet ius congrui, etiam contra ipſum datur, ſi vectigal alienaret ex titulo *quod quiſque iur.* & idē eſt in paſcuis, ſi enim ego ſum vicinus, debeo præferri tùm ratione vicinitatis, tùm etiam, ne animalia aliena damnum inferāt bonis meis; & hinc eſt, quòd ciues in paſcuis præferuntur exteris, vt dicam *infra de gland. legend.*

SVMMARIVM.

Actiones qualiter computentur, nempe inter bona mobilia, vel immobilia, vel tertiam faciant ſpeciem, traditur n. 1. 2. 3.

Ius luendi, ſeu reemendi eſt in bonis eius, qui tale ius habet, n. 4. An ſit hypotecatum creditoribus. num. 6.

Actio eſt in bonis noſtris, & ratione probatur, num. 5.

Ius congrui locum habet, dum venditur ius luendi, & ratione probatur, n. 7. 8. & 13.

Statutum, vel conſuetudines, loquentes de bonis immobilibus, an vendicent ſibi locum in iuribus incorporalibus, traditur n. 9. ſunt ſtricti iuris, & ita debent intelligi n. 10. An extendantur ad caſum ſimilem, n. 15.

Cenſus nequit conſtitui in iure luendi. n. 11.

Ius luendi an ſit reale, vel perſonale in rem ſcriptam n. 12. & 17. non poteſt à minore alienari ſine decreto iudicis, n. 14.

Ius congrui non habet locum, quando domus virtute pacti de retrouendendo recuperat bona ſua, & ratione probatur, & ſic deciſum refertur n. 18.

Ius luendi contra quos debeat exerceri, ſi competeret ſuper annuos redditus alienatos. n. 19.

Emens partem domus cum onere iuris luendi, & hac parte mediante iure congrui habeat aliā partem; hæc ſua eſt, non autem habentis ius luendi, n. 20. & 22.

Maritus efficitur dominus partis fundi, ſibi adiudicata virtute alterius partis dotalis, num. 21.

QVÆST. XIX.

Decimononò quæro, An ius congrui locum habeat in iure luendi, ſeù in pacto de retrouendendo? Eſſet hic prius
1 tractandum, An actiones iudicari debeant ad inſtar mobilium, vel immobilium, vel tertiam faciant ſpeciem, de qua materia latiſſimè tractat Tiraq. de *retract. lignag.* §. 1. *gloſ.* 7. quod omitto: nam vera eſt reſolutio, quod actio ſit eiuſdem naturæ, & qualitatis, prout eſt res, ad quam cōperit actio. *l. qui actionem. vbi omnes. ff. de regul. iur.* poſt alios Tiraquell. *d. gloſ. 7. n. 32. & §. 32. n. 71. & de iure primogenit. q. 81.* Foller. *in tract. de cenſib. in verb. huiuſmodi cenſus ante num. 19.* Nepit. *ad conſuet. Catanenſ. tit. 40. n. 49.* Carpan. *ad ſtatuta Medeolani cap. 417. n. 17.* Mut. *ad conſuet. Panormit. cap. 16. n. 18. ampliat. 3.*
2 & ideò ſi competit contra bona mobilia,
3 iudicatur mobilis: ſi verò contra bona immobilia, reputetur immobilis, niſi aliter ex iure municipali, vel ſecundum communem vſum loquendi loci contrarium habeatur: & ideò, hoc omiſſo, ſit Prima con-
4 cluſio; Ius luendi eſt in bonis eius, qui illud habet, & creditor reſpectu bonorum eſt etiam creditor in iure luēdi. Concluſio eſt clara, & patet ex dictis; cùm enim actio ſit in bonis noſtris, & qui habet actionem, etiam rem habere dicatur, vt multis iuribus, & auctoritatibus probat Tiraquell. *d. gloſ. 7. à n. 1. vſque ad n. 31.* Idcircò concluſio non indiget probatione eā tamen latiſſimè probat Maſtrill. *deciſ. 118. per tot. lib. 2.*
6 & conſequenter ſi habeo hypothecata bona mei debitoris, ſi ille haberet ius luendi, illud etiam eſſet mihi hypothecatum, & agere poſſem, vt per ſententiam iudicis declaretur mihi hypothecatum, & adueniente tempore reluitionis, ſiue reemptionis pecunia illa, pro qua fit reemptio, depoſitetur, vt mihi ſatisfiat pro meo credito, vt latiſſimè fundat Maſtrill. *loco citat.* vbi ſic pluries deciſum refert in illo regno.
7 Secunda concluſio, vendens alicui ius luendi, quod habebat in aliquo prædio habet locum in tali venditione ius congrui, ita Alex. *conſ. 27. in fin. vol. 3.* Cagnol. & alij plures, quos ſequitur Tiraquell. *d. gloſ. 7. n. 32.* Celſ. Vgo *conſ. 61. n. 3.* Mut. *ad conſuet. Panormit. c. 26. n. 18. & cap. 51. n. 3.* Menoch. *conſ. 623. n. 10. cum ſeqq. vol. 7.* Maſtrill *d. deciſ. 118. n. 2.* Hieronim. à Laurent. *deciſ. Auinionenſ. 122. n. 3.* Burg. *in tract. de laud. p. 2.*
8 *inſpect. 13. n. 2.* & hac ratione citata, quia, dum competit ratione rei immobilis, iudicatur ad inſtar bonorum immobilium, & illo mediante, poteſt vicinus habere illa bona, reſpectu quorum datur ius luendi, vt optimè notant præcitati auctores, & eſt, ſi Petrus, v. g. venderet Franciſco prædium pro mille cum poteſtate reemendi, ſi Petrus venderet illud ius luendi, ſiue pactum de retrouendendo, tunc vicini haberent ius congrui in tali alienatione. Et ex hoc patent magis confirmatæ deciſiones præceden-

cedentes, nam etiam Ius luendi, eſt Ius incorporale, & tamen datur in eo ius cōgrui.
9 Sed contra; prædictam concluſionem plura vrgent, & præcipuè quando ſtatutum, ſiue conſuetudo, loquēs de bonis immobilibus, vt ſunt iſtæ conſuetudines, vt dixi *ſupra quæſt.* 14. ſic etiam ſunt conſuetudines Panormitanæ, vt in eis legitur *cap.* 26. ſic etiã Conſuetudines Cataniæ, vt in eiſdem habetur *tit.* 41. vbi Nepit. *num.* 6. & ſic de alijs; non videntur extendi ad Ius luendi, quia eſt potius aliquid equipollēs bonis ſtabilibus, vt poſt alios fūdat Tiraquell. *d. gloſ.* 7. *n.* 31.
10 & Nepit. *d. n.* 5. Cùm enim huiuſmodi conſuetudines ſint ſtricti iuris, debent intelligi in caſu ſuo, nec ad alios ſunt extendendæ, vt ſæpiſſimè replicatum eſt, præcipuè *part.* 1. *cap.* 5.
11 Additur etiam alia ratio, quia, habens ius luendi, non dicitur propriè rem habere, & proinde in iure luendi non poteſt facere ſubiugationem, ſiue conſtituere annuum cenſum, vt benè ſundat Petr. de Gregor. *in tract. de cenſib. quæſt.* 5. vbi Maſtrill. *n.* 171. plures alios citat; probat etiam Milanenſ. *deciſ.* 9. *lib.* 2. & dixi etiam in ſumma *par.* 12. *cap.* 6. *ſub num.* 54.
12 Plus voluerunt aliqui, quod hoc Ius luēdi nō ſit reale, ſed perſonale in rem ſcriptam, vt poſt alios probat Carpan. *dict. cap.* 417. *num.* 361. ſiue eſt quędam facultas ſupra ius, vt poſt alios notat Burg. *d. inſpect.* 13. *nu.* 6. Verùm prædictis, & ſimilibus non obſtantibus, non eſt recedendum à prædicta con-
13 cluſione ex rationibus in ea diſcuſſis, & ēt quia habēs illud Ius, dicitur habere partem rei alienatę, quoniã pactum illud diminuit aliquid ex iuſto pretio rei. *l. fundi partem. ff. de contrah. empt.* cum alijs cumulandis *infra de contrah. empt.* Nam hoc eſt adeò cla-
14 rũ, vt nec minor ſine decreto Iudicis poſſit hoc ius luendi, vti aliquid immobile, alienare; & ſi alienauerit; non valet alienatio. *Alex. d. conſ.* 27. *in fin. lib.* 3. Eugen. *conſ.* 95. *num.* 58. Symoncell. *in tract. de decret. lib.* 2. *tit.* 6. *inſpect.* 1. *num.* 4. Muta, Menoch. & alij citati *in d. concluſ.* ſic etiam Tiraquell. *in d. tract. de retract. lignag.* § 26. *gloſ.* 3. *num.* 45. qui addunt aliam rationem ad euitandas fraudes; nam poſſet aliquis vendere rem cum tali pacto, & elapſo poſtea termino aſſignato per cōſuetudines, venderet ius luendi, & ſic fraudaret vicinos iure congrui, quod non eſt dicendum.
15 Nec vrgent contraria, Licet enim cōſuetudines nō ſint extendendæ de caſu ad caſum diuerſum, non tamen excludunt caſum comprehenſum in caſu expreſſo, *vt d. cap.* 5. dictum eſt; quia caſus fictus, ſiue cōprehenſus in caſu expreſſo æquiparatur caſui vero, vt in terminis etiam noſtris probat Cannet. *in c. volentes. fol.* 113. *num.* 14. *& ſeqq.* & patet ex *dictis ſupra*.
16 Nec vrget ſecūdum, quia cenſus conſtitui prohibentur ſuper iure luendi, nō quia non ſit pars rei immobilis, ſed quia ex ſe non eſt fructiferum; & annui cenſus conſtitui non poſſunt ex forma bullarum Summorum Pontificum, niſi ſuper rebus fructiferis, vt benè notant prædicti auctores, quod eſt aduertendum.
17 Nec tertium vrget, quoniã hoc ius vocatur in rem ſcriptã, ſiue facultas ſupra ius; non quia ſit perſonale, ſic enim extingueretur cum ipſa perſona, quæ pactum inijt; ſed quia ſequitur naturam rei, ſuper qua apponitur adeò vt illud habens ad rem immobilem, dicatur rem ipſam habere, quia poteſt illam redimere, vt ex dictis cernitur, & in ſpecie notat *Barbat. conſ.* 51. *num.* 14. *lib.* 1.
18 Limitatur tamen concluſio nō habere locum, quando Dominus virtute prædicti pacti de retrouendendo reemeret bona ſua; tunc enim ceſſaret ius congrui; quia dicitur eadem bona ſua recuperare, quæ per prius poſſidebat virtute prædicti pacti, quod eſt pars rei, vt dictum eſt, & ita fuiſſe deciſum in Magna Curia Vicariæ refert Vrſill. ad Afflict. *deciſ.* 338. *ſub num.* 2. De quo meminit Ioan. Bapt. de Thor. *in verb. ius congrui an habeat locum in re vendita*, & faciunt dicta ſuperius *part.* 2. *tit. de bon. quæſt.* 2 & per hãc limitationem magis probatur ſecunda concluſio, vt ad ſenſum patet.
19 Inſuper ſi quis haberet ius luendi reſpectu annorum introituum, & iſti eſſent alienati, tunc, habens Ius luendi, debet conuenire poſſeſſorem dictorum redditúum; quia in illum dicuntur tranſlatæ omnes actiones, vt ex receptiori ſententia probat Maſtrill. *deciſ.* 143. *lib.* 2. vbi etiam quædam contraria ſoluit, vt per eum: nam videtur hoc manifeſtum, quia, dum ius luendi eſt reſpectu rei, & eſt illi annexum, clarum eſt, quod res tranſeat cum onere ſuo ad quoſcũq; tranſit.
20 Illud poſtremò quęrendum eſt, An ſi emi partem Domus cum onere iuris luendi, & hac parte empta mediante, acquiram iure congrui aliam partem: an hæc pars mihi acquiratur, vel primo domino, exercēti poſtea ius congrui? Hęc queſtio reſoluitur *ex tex. in l. cum in fundo* § *ſi fūdus communis verſ. quòd ſi marito. ff. de iur. dot.* Quo diſponitur,
21 quòd ſi pars fundi fuerit data marito in dotem, & altera pars fuerit illi adiudicata; tunc pars data in dotem, dotalis manebit dicit *Tex.* & ſic altera pars erit mariti, quãuis fuerit acquiſita ratione partis fundi, da-
22 tæ in dotē, & ita erit in propoſito, vt pars, in qua eſt ius luendi, ſit ſubiecta iuri luendi, ſecùs verò pars illa, quam poſſeſſor acquiſiuit ex iure congrui, & hæc mihi videtur veritas; de qua materia latè tractat *Bimius conſ.* 175. *volum.* 2.

SVMMARIVM.

IVs congrui non habet locum in permutatione bonorum, num 1. & 3. Procedit etiam de iure Regni num. 4.

Debent tamen fraudes ceſſare, quæ explicantur num. 5. & 6.

Ius congrui non extenditur de contractu emptionis ad alios contractus: num 2.

Fraus qualiter præſumatur in permutatione bonorum ad excludendum Ius congrui, explicatur. num. 5. & 6. Quid ſi refuſura pretij interueniet, num. 7.

QVAEST. XX.

1 VIgeſimo quæro, An ius congrui lo-
cum habeat in permutione bono-
rum? Reſpondeò negatiuè, ſi per-
mutatio ſit vera, vt quia permuta-
retur res immobilis cum re immobili, &
fraus ceſſaret in tali permutatione, non ha-
beret locũ ius congrui, ita diſcuſſo articu-
lo probat *Napod. hic conſuet. ſi quis emit nu.*
2 *4. & 5.* quia dum ius congrui habet locum
in emptione, & venditione non debet exten
di ad alios contractus, præcipuè in materia
conſuetudinum, vbi non fit extenſio de caſu
ad caſum, vt ſuo loco dictum eſt. Et hanc
eandem ſententiam probat ex multis Andr.
Tiraquel. §. 1 *de retract. lignag. gloſ.* 14 *n.* 19.
*cum plurib. ſeqq. & in præfat. num. 79. cum
duob. ſeqq.* Eandem ſententiã tuetur Iacob.
Nouell. *in ſuo tract. de iur prothom.* §. 5. *n.* 41.
3 *cum plurib ſeqq. & num.* 48. *circa fin.* refert
pluries deciſum in Curia Procuratorum il-
lius Senatus, vt non habeat locum ius con-
grui in permutatione, quando in illa ceſſat
fraus, & hoc idem plures alij tenent, quos
4 omitto, & in Regno expreſſis verbis manda
tur per *Conſtit. Sancimus. vbi Afflict.* §. 3.
num. 11. *cũ plurib. ſeqq.* Eandem ſententiam
in terminis conſuetudinum Ciuitatis Pa-
normi defendit ibi Muta *cap.* 26. *num.* 183.
cum ſeqq. vbi ad excludendas fraudes tria
5 ponit requiſita. Primum eſt, vt verè fiat de
re immobili cum alia re immobili. Secun-
do, vt fiat coram Iudice, & Tertio, vt partes
prǽſtent iuramentum, quod re vera fecerunt
contractum permutationis, & idem proce-
dit in Ciuitate Cataniæ, vt habetur in dictis
eius conſuet. *tit.* 49. Vbi Coſmus Nepit. *n.* 1.
cum ſeqq.
6 Omnes tamen hoc limitant, quãdo aliqua
fraus interueniret, vt quia res immobilis cũ
re mobili permutaretur, vel cum re immo-
bili æſtimata, vel partim in pretio, & partim
in re immobili, quia hoc præſumeretur fieri
in fraudem congrui, vt notant præcitati
7 DD. niſi tamen pretium refuſum eſſet modi
cæ quantitatis, & re vera eſſet cõtractus per
mutationis, tunc enim illud modicum pre-
tium non mutaret ſubſtantiam contractus,
& ſic ceſſaret ius congrui, niſi tamen ſtatu-
tum in ſpecie mandaret cõtrarium, vt man-
dat *dicta Conſuet. Cataniæ*, vt quoties pre-
tium interuenit etiam ſi ſit intuitu permu-
tationis detur Ius congrui, notat etiam ali-
qua Afflict. *de iur. prothom.* §. 3. *nu.* 14 & 15.

SVMMARIVM.

IVs congrui non habet locum in diuiſione bonorum, facta inter ſocios, niſi tamen vnus ex ſocijs partem ſuam vendat. num. 1. & 5. Quid in re mobili, num. 3. Quid ſi fiſcus habeat rem communem cum ſocio, num. 7.

Vicinus non præfertur ſocio in iure congrui, & ratione probatur. num. 2. Quid in locatione, num 4.

Renuntiare Iuri ſuo nemo in dubio præſumitur, num. 6.

Socius in re communi vendita præfertur extraneo emptori pro eodem pretio. num 8. Quid ſi plures ſimul vendant vni tertio rem communem, num. 9. Quid ſecundum noſtras conſuetudines, num. 11.

Paria ſunt ſimul vendere cum alio, aut venditioni conſentire, num. 10.

QVAEST. XXI.

VIgeſimoprimo quæro, An in diuiſio-
ne bonorum habeat locum Ius con-
grui, & quid ſi vnus ſocius vendat
partem ſuam alteri ſocio? Reſpon-
1 deo in diuiſione bonorũ non habere locum
Ius cõgrui quando nemo ex ſocijs partem
ſuam vendidit; ſed ſi vnus vendit partem
ſuam; tunc ſocius præfertur vicino ratione
communionis ſiue dominij quod habet in
alia parte eiuſdem prǽdij ſic probat *tex.* ad
literam *in conſuet. ſi quis habet.* §. *inſuper.* Vbi
Napod. *num.* 101. Vinc. de Franch. *dec.* 550.
num. 2. *part.* 4. & alij noſtri Regnicolæ latiſ-
ſimè Iacob. Nouell. *in dicto ſuo tract.* §. 2.
num. 123. *cum ſeqq.* vbi alios citat Molin.
de contract. diſput. 371. *num.* 11. Marius Mut.
ad conſuet. Panorm. cap 26 *num.* 211. *cũ ſeqq.*
vbi plures Siculos cumulat, ad idem pro-
2 bandum, dicentes iniquum eſſe, quod vici-
nus ſit prǽferendus ſocio qui maiorem iden
titatem & priuilegium habet in re cõmuni,
etiam quia multùm intereſt ſocio hoc ius
prælationis, vt nõ habeat extraneos in re
3 communi. Procedit etiam ſi res, vendita,
cõmunis eſſet mobilis, vt equus, mancipiũ,
&c. nam adhuc præfertur ſocius vicino; la-
4 tè Molin. *dict. diſput.* 371. *num.* 2. *& ſeqq.* In
locatione talium rerum habet etiam ius
congrui propter has rationes, vt poſt Bald.,
Soccin., Florian., Suid., Carroc., Borgnin.,
& alios probat Maſtril. *deciſ.* 4. *n.* 5. *cũ ſeqq.*
vbi

Digitized by Google

vbi ſic etiam bis deciſum refert Peregrin. *de iur. fiſc. lib.6.tit.4.num.23.* Tiraq. §.1.*de retract. lignag. gloſ.14.num.76.cum ſeqq.* latiſſimè Surd. *conſ.371. volum.3.* Capyc.*deciſ.42.*

5 Inſuper procedit hæc opinio, etiam ſi ſocius vendat partem prędij alteri ſocio; nam adhuc ſocius emptor rationibus iam dictis præfertur vicino, quia per talē emptionem non dicitur confundiſſe ius ſuum, ſed dicitur in ſuo permanere vigore, vt rem illam

6 retineat ex iure congrui; non enim præſumitur quis iuri ſuo renuntiare, niſi ex actu penitus contrario, qui non eſt hic, & ita in facti contingentia fuit iudicatum in ſacro Cōſilio, prout refert Anton.de Alexād. *in addit. ad Napodan. in conſuet. ſi ex vno. §. 94. fol. 344. in fin. & 345.* Vinc. de Franch. *deciſ.550. num.6.* Molin. *d.diſput.* 371. vbi latiſſimè hanc materiam examinat. Capyc. *d.deciſ.* 42. Anna Benedell. & Maxill. quos probat Ioan. Bapt. de Thor. *in compend. deciſ. Neapol. verb. diuiſio facta inter ſocios, & in verb. ius congrui an militet in venditione medietatis.*

7 Ampliatur hæc opinio etiā ſi fiſcus ſit, qui habeat rem cōmunem cum alio, nam licèt fiſcus habeat facultatem, & priuilegium vendendi totam rem illam; hoc tamen debet facere requiſito eius ſocio, qui ſi rem illam vendet pro eodem pretio, eſt pręferendus alijs extraneis, & ita intelligitur *tex. in l. 2. C de commun. rer. alienat. vt ibid.* notat

8 Bald. cùm regula ſit, vt ſocius præferatur extraneis pro eodem pretio, & opinionem Baldi ſequuntur Tiraquell. §.1.*de retract. lignag. gloſ.18.nu 7.*& Iacob. Nouell. *de iur. prohem.§.fin.num* 116. Peregrin *de iur. fiſc. lib.6. tit.4. num. 23.* alias ampliationes ponunt Molin. *d.diſp.371.*& Andr. Tiraquell. *d.gloſ.14.num.76.cum ſeqq.*

9 Illud ſolum notandum eſt, quòd, ſi duo, habentes rem communem, illam vendant vni tertio, non poteſt vnus ex ſocijs habere ius congrui ad partem alterius ſocij contra illum tertium, quia vnus eſt contractus emptionis, & ſicut non habet ius congrui contra illam partem, quam ipſemet vendidit; ita nec contra illam partem ſocij, quia approbat contractum, & venditionem factam per ſociū: aliter enim emptor nō eſſet contracturus, niſi tota res venderetur, & ambo

10 ſocij in venditione conſentiant, cùm paria ſint ſimul vendere, vel venditioni conſentire *l.quoties.* Vbi Bald. & Corne. hanc regulam notant. *C.de fideicom.* Et hanc opinionē poſt alios firmat Andr. Tiraquell. §. 1. *de retract. lignag. gloſ.9.num.256.& 257.& facit tex. hic in conſuet. ſi quis habet in fin.* ibi *(Si quis habet domum communem pro indiuiſo cum aliquo, & partem ſuam vendat, tunc alius, qui partem ſuam non vendit, poteſt iure congrui ab emptore alterius partis partem ipſam petere:)* Ergo à contrario ſenſu ſecus eſt, quando ſimul vendunt, cum ſit validum hoc argumētum, pręcipuè in hoc caſu, dum prauus intellectus ſequeretur, & abſurdum, vt quis contra proprium factum veniret ſine rationabili cauſa.

SVMMARIVM.

IVs congrui quando locum habeat in datione inſolutum, declaratur num.1.2.& ſeqq. vbi in datione voluntaria dicitur habere locum, non autem in neceſſaria, num.8.& ſeqq.

Datio inſolutum vel eſt voluntaria, vel neceſſaria & vtraq; explicatur. num. 2. voluntaria eſt ſimilis emptioni & venditioni. nu.4. & 5. Quid de neceſſaria. num .7.

Ius congrui an locum habeat in venditione ſubhaſta. num.10. Quid ſi plura bona vno decreto adiudicentur, an ſi omnia vicinus ſubit, admittatur ad vnum corpus bonorum, declaratur num.11.12.& 13.

Doctor intelligitur ſecundum iura, & doctrinas, quas allegat. num.3.

Napodani *doctrina in conſuet. Si quis habet. n.6. declaratur. num.6.& 7.*

Conſuetudo poteſt introducere, vt Ius congrui locum habeat in datione inſolutum neceſſaria, quæ fit decreto Iudicis, num.9.

QVAEST. XXII.

1 Vigeſimoſecundò quæro, Num ius congrui locum habeat in datione inſolutum, & in alia alienatione neceſſaria? De hac quæſtione pauca dicam, qui enim plura videre cupit adeat Tiraquell. §. 1. *de retract. lignag. gloſ.* 14. *à num.1. ad num* 19 Guttier. *in ſuis pract. quęſtion. tom. 2. quęſtione* 358. de quo meminit Molin. *diſp.* 370. *num.* 18. Vbi etiam hanc quæſtionem examinat, & alij citandi. Sit

2 igitur prima concluſio, ſi datio inſolutū ſit voluntaria, vel neceſſaria, ſed fiat mediante pecunia, nempe, pro pecunia debita, habet locum in ea ius cōgrui, ita docent Ioan. Fab. & Alberic. *per illum text. in l. ſi prędium. C. de euiction.* tenent etiam Bald. Ioann. de Plat. Iaſ. Bolognin. Caſſan. Alciat. Boer. & alij plures, quos citat Tiraquell. *d. gloſ.* 14. *num.* 2. & probat etiam in terminis huius concluſionis *num.7. & ſeqq.* quem etiam ſequitur Marius Mut. *ad conſuet. Panorm. cap. 26. num.* 175. eandem ſententiam tuentur alij, quos probat Iacob. Nouell. *de iur. prothomiſ. §.1. num 145. cum ſeqq.* vbi Afflict. & alios citat, & etiam *num.223. cum ſeqq.* defendunt quoq; Gregor. Lopez, Gomez, & Guttier. quos probat Molin. *d. nu.* 18. tener, & Nepit. *ad Conſuet. Cataniæ tit.40. Conſuetunic. num.48. & 49.* Menoch. Borgnin. Cephal.

phai & alij, quos probat Intrigl. *ſin.* 327.
lib. 1. a quorum ſententia nō diſcedunt Ste-
phan. de Caiet. *loc.cit.* & ibid. Frecc.,& Sa-
lern. *vt legitur fol.*327 nam ſe remittunt ad
Tiraquell. *loc.cit.* & alios, qui hanc conclu-
ſionem tuentur: clarum eſt enim, vt cum
eis teneant, dum illos non impugnant &
faciunt tradita in ſecunda concluſione. Mo-
4 uentur autem omnes illa ratione, quia in
his duobus caſibus datio inſolutum habe-
tur pro contractu emptionis, & vēditionis.
*dict. l. ſi prædium, & l. eleganter. ff. de pignor.
action.* Et ideò quæ dicuntur de emptione,
& venditione; habent etiam locum in datio
ne inſolutum, vt in dictis iuribus habetur,&
notant prædicti DD.& vltra cumulatos per
eos probant alij plures quos ſequitur Me-
5 noch. *conſ.*946 *s.6.lib.* 10.& de voluntaria
datione inſolutum non dubitatur nam
omnes id ferè docent; quando verò fit ob
pecuniam, idem eſt: nam & ſi fiat à Iudice
& datio inſolutum pro pecunia debita, &
ſic iudicatur emptio & venditio.
6 Nec vrget, quod Napodan⁹ hic in cōſuet.
*ſi quis habet, nu.*6. contrarium teneat, vt io-
cum non habeat ius congrui ea ratione,
quia titulus pro ſoluto, ſiue dationis inſolu-
tum ſit diuerſus,& alius a titulo pro empto
re. *l.* 1. *ff. pro ſolut. & l.2.ff. pro emptor.* (vbi
Stephan. de Caiet. *in addit. incip. Hoc debet.*
7 declarat habere locū in datione inſolutum
neceſſaria, quæ fit per decretum Iudicis, vt
tenet etiam Rimin Iun. *conſ.*93. *num.* 11. &
dicetur in 2. *concluſ.*) nam hæc diuerſitas eſt
quòad nomina, & contractus; ſed in effectu
ſunt vnum, & idem; & proinde, dū eſt datio
inſolutū voluntaria, & in effectu eſt contra-
ctus emptionis, & venditionis, vt patet ex
dictis latiſſimèquè proſequuntur Tiraq,
*dict. gloſ.*14.*n.*13.*& ſeqq.* & Vinc. de Frāch.
deciſ. 277. 482.*&* 588 & alij infra citandi.
8 Secunda concluſio, ſi datio inſolutum fiat
per Iudicem, ceſſat in illa ius congrui, quia
dicitur facta ex cauſa neceſſaria; hanc con-
cluſionem latiſſimè poſt alios probat Tira-
quell. *dict. gloſ* 14. *num.*7. *& ſeqq* poſt alios
Mut. *loco cit. num.* 175. *in fin.* Intrigl. *d. ſingul.*
327. Tuſch. *in verb. Ius congrui.* Nepit. *d. tit.*
40. *num.* 49. qui ait, in Regno Siciliæ adeſſe
particulare ſtatutum, ſiue ritum, quod ceſ-
ſet Ius congrui,& præcipuè in dicta Ciuita-
te Cataniæ, dum fit venditio ſubhaſta, vt
habetur in conſuetudine dictę Ciuitatis *tit.*
32. *conſuetud. vnic* Notat etiam Iacob. No-
uell. *de iure prothomiſ.* § *vltim. nu.* 117. alios
citat Vrſill. ad Afflict. *deciſ.* 191 *num.* 1. &
hoc modo ſaluatur opinio Napodani.
9 Verùm prædicti DD. hoc limitant, quoties
per conſuetudinem eſſet introductum con-
trarium, nempe, vt non obſtante, quòd ſit
venditio neceſſaria, & ſubhaſta, locum ha-
beat ius congrui, & proinde in Sacro Con-
ſilio ſeruatur, quod etiam ſi fiat venditio
ſub haſta, locum habeat Ius congrui, vt latiſ
ſimè probat Vincent. de Franch. *loco cit.*
vbi plures cumulat Vrſill *d. deciſ.* 191. *nu.*3.
& fuit etiam decitum Florentiæ, vt per Ma-
gon. *deciſ.* 100. *& deciſ.* 132. de quo meminit
Ricc. *in ſua collect. part.* 1. *cap.* 67. quod con-
gruum videtur: hæc enim neceſſitas ven-
dendi regulariter non debet tollere vicino
Ius ſuum, & ſic vt exerceat Ius cōgrui, quod
datur ei ratione contiguitatis, & ob alias
rationes cumulatas *quæſt.* 1. *&* 2. & ſic ſatis
eſt, quod Dominus habeat ſuum pretium
bonorum alienatorum, vt ad ſenſum patet.
An autē in alijs alienationibus neceſſarijs
dicetur *infra quæſtione* 24. *& ſeqq.*
11 Eſt tamen non modica quæſtio, ſi pro vno
debito dentur plura bona inſolutum, an vi-
cinus debeat omnia bona retrahere, vt ad-
mittatur ad Ius congrui, vel ſit in eius ele-
ctione vnum prędium petere? Hæc quæſtio
reſoluta apparet ex dicendis *infra quæſt.* 29.
nempè, ſi omnia bona ſint contigua,& redi-
mibilia, omnia tenetur petere, ſecus tamen,
ſi aliqua tantum bona ſint contigua, quia
ad illa tātum admittitur, nec cogi poteſt ad
omnia; quamuis multi contrarium tenent,
quod, ne creditor cogatur recipere particu-
larem ſolutionem, teneatur vicinus redime-
re, ſeu petere omnia bona, nec admittitur
petitio corporis particularis, vt ex pluribus
probauit Iaſ. *in l. ſtipulationes nō diuiduntur.
in 2 lect. num.* 21. *verſ. ad iſta etiam. ff. de ver-
bor. oblig.* Tiraquell. *de retract lignag.* §. 23.
gloſ. 1. *nu.* 25. Benedell *in Conſtit. ſancimus.*
§. *penultim num.* 3. Surd. *conſ.* 441. *num.* 36.
Carpan. *part.* 1. *ad ſtatut. Mediolan. cap.* 417.
12 *num.* 342. *& cap.* 419. *num.* 3. Quorum opi-
nionem tunc tantum ſequor, quādo omnia
prędia ſunt contigua, aliàs ſi aliqua tātum,
vel vnum ſint contigua, vel contiguū, non
poſſet vicinus cogi ad omnia; quia ius con-
grui datur ad contigua, & dum hoc eſt pri-
uilegium, non debet retorqueri in damnum
ipſius vicini ex regula tex. *in l quod fauore.
C. de legib.* & cùm hoc priuilegium ſit ma-
gis fauorabile, ac magis vniuerſale, quia re-
ſpicit omnes Ciues; ideò prefertur cōmodo
creditoris, vt cogatur recipere particula-
13 rem ſalutationem. Verùm ſi alia bona iu-
dicarētur inutilia, vel quaſi, ablatis prędijs,
vel prędio, quod vicinus vellet tantum re-
dimere per ius congrui, tunc ne creditor ta-
le damnum cogatur recipere, & etiam quia
illa bona ſecundū conuenientem rationem
haberentur pro vno corpore, ideò vel de-
det omnia petere per ius congrui, vel ad
nullum admitteretur, & hæc mihi videtur
veritas.

SVMMA-

Digitized by Google

SVMMARIVM.

IVs congrui non habet locum in venditione ſimulata. num. 1. & ſeqq.
Venditio ſimulata, quæ nam dicatur. num. 2.
Simulato contractus probatur varijs modis, qui recenſentur num. 3. & ſeqq. quare probentur coniecturis, & inditijs. num. 6. & 7. Qualiter probanda ſit in indiuiduo, traditur. num. 9.
Confeſſio ſimulationis, facta abſente parte, quam fidem faciat, explicatur num. 4. & 5.
Fraus probatur inditijs, & coniecturis. num. 6. & ratio traditur. num. 7.
Donatio rei emptę pręſumitur ſimulata, ſi donans poſſideat bona donata, num. 8.

QVAEST. XXIII.

1 VIgeſimotertiò quęro, An ius congrui locũ habeat in venditione ſimulata? Reſpõdeo negatiuè, quia per huiuſmodi vẽditionem re vera Dominus non abdicauit dominium dictorum bonorum à ſe, & ſic non eſt vera alienatio ex *tex. in l. nuda ff. de contrahen. empt.* & ſic veritas venditionis requiritur, vt habeat locum ius congrui, vt docet hic Napod. *ſub*
2 *num. 7. & ſeqq. ibi, & ſic non habet locum in emptione ſimulata, puta, cùm obligaſſem tibi poſſeſſionem meam pro viginti, & feci inſtrumentum venditionis, adiecto pacto, quod liceat mihi infra certum tempus reemere, & pro hoc dict. l. 2. Et melius C. plus valer. quod agit. l. emptio.* poſt *gloſ. in c. ad noſtram. de empt. & vendit.* vbi Innoc. & alij plures: probat Afflict. *dec. 339.* vbi ſic deciſũ refert, vbi Vrſill. ad id probãdum citat etiã Tiraquell. Cott. & Pariſ. & Tiraquell. de hoc loquitur *§. 1. de retract. lignag. gloſ. 2. nu. 12. cum ſeqq.* vbi Felin. Dec. & alios citat, & pluribus rationibus hoc confirmat, quem etiam ſequitur Nepit. *ad Conſuet. Cataniæ tit. 50. conſuet. vnic. de ſimulat. contract. n. 11.* probant etiam Caſtrenſ. *conſ. 74. volum. 2.* Rendell. *de iur. prothomiſ. in verb. ſimulatè donauerit. num. 6. fol. 232.* Tepat. *lib. 2. variar. iur. ſententiar. in tit. de iur. congr. fol. 114. colum. 1. §. 1.* vt alios omittam.
3 Simulatio autem pluribus modis probatur, primò ex confeſſione emptoris, & venditoris, quàmuis confeſſio fieret, abſente vi-
4 cino, vel conſanguineo; quia, licèt confeſſiones factæ, abſente parte, non inducant obligationem, ſatis tamen ſunt ad probandam fraudem, & ſimulationem, & onus probandi contrarium transferunt in ipſos confitẽtes. Specul. Imol. Afflict. & alij, quos probat Tiraquell. *dict. §. 1. gloſ. 14. num. 55. cum*
5 *ſeqq. & num. 53.* affirmat poſt multos, vt, ſi venditor fateatur ſimulationem cõtractus, emptor verò id neget, ſit ſemiplena probatio, & datur iuramentum in ſupplementum probationis, & ita deciſum fuiſſe in Sacro Conſilio fatetur Vrſill. *deciſ. 364. num. 9.* Secundò ex donatione facta perſonæ, cõtra quam non datur Ius congrui, vt dicam *infra quęſt. 28. & ſeq.* & not. Afflict. *in tract. de iure prothom. §. 4. num. 3. in 3. notab.*
6 Tertiò probatur alijs coniecturis, & pręſumptionibus, ac inditijs; nam fraudes his etiam probantur modis, vt omnes ſciunt, & probat *tex. in l. dolum. C. de dol. mal. c. illo vos. de pignor.* cum alijs cumulatis per Tiraquell. *loco cit.* Maſcard. *in tract. de probat. in verb. ſimulatio. & in verb. fraus.* Tuſch. et *in verb. fraus. concluſ. 477. cum ſeqq.* vbi plures citat. *& in verb. ſimulatio. concluſ 260.*
7 *cum plurib. ſeqq.* & alij paſſim: cùm enim fraudes, & ſimulationes conſiſtant in animo, & animus à ſolo Deo ſciatur, & videatur, & ab ipſomet, qui malũ habet animum, ideò coniecturę ſufficiunt, & indicia, vt omnes docent.
8 Inſuper in materia Iuris congrui probaretur etiam ſimulatio ex alijs cauſis, vt ſi eſſet donatio ficta, ſic etiam ſi poſt alienationem alienans remaneret in poſſeſſione rei alienatę, & ſic de alijs, vt probat Afflict. *d. §. 4. per totum.* Nepit. *d. tit.* 50. Iacob. Nouell. *de iur. prothomiſ. § 4. num. 66. cum ſeqq.* Maſcard. & alij penes Rendell. *in d. ſuo tract. in verb. ſimulatè donauerit. fol. 231. num. 3. cum ſeqq. & num. 18. cum ſeqq. & in verb. probatum fuerit ſimulatè egiſſe. num. 46. cum ſeqq.*
9 & alij: & licèt probatio ſimulationis relinquatur arbitrio Iudicis, vt notant prędicti Auctores *ex regul. tex. in l. 3. ff. de teſtib.* Nihilominus non ſufficit, vt in genere probetur contractum eſſe ſimulatum, ſed neceſſarium eſt probare ſpeciem certam ſimulationis, vt eſt videre penes prędictos Auctores, & poſt Bart. Bald. Alex. Anchar. & alios plures probat Andr. Tiraq *de retract. lignag. §. 1. gloſ. 14. num. 59.* & patet ex dictis alias. An autem ſit permiſſa fraus ad euitandum congruum patebit ex dicendis *infra* pręcipuè *quęſt. 28.*

SVMMARIVM.

IVs congrui qualiter ceſſet, dum quis poteſt ad libitum aliqua bona alienare, explicatur. n. 1. & ſeqq.
Ex coniecturis etiam colligi poteſt, quando quis renuntiat Iuri congrui, num. 4.
Vicinus quando dicatur renuntiare congruo. ſi vicino det licentiam alienandi bona ſua, traditur. num. 2. & ſeqq.
Ius congrui an detur, quando venditio declaratur nulla, num. 5.

QVAEST.

QVAEST. XXIV.

1 VIgeſimoquartò, An ius congrui de-
tur,ſi quis habeat aliqua bona cum
poteſtate alienandi ad libitum? In
hac quæſtione licet ſit maxima
controuerſia inter ſcribentes, nihilominus
2 breuiter me expediam. Dico igitur,ſi hanc
facultatem alienandi illa bona ad libitum
etiam in extraneos, habet Dominus bono-
rum ab illis,qui ius congrui tunc habebant,
ſine dubio poteſt ad libitum illa bona alie-
nare ſine timore iuris congrui; nam præſu-
muntur vicini,ac illi conſanguinei iuri con
grui renuntiare, vt poſt alios affirmat hic
Napodan.*in conſuet.ſi quis emit.num.*12 ma-
teria latiſſimè diſputat Tiraquel.*d.§.1.gloſ.*
*9.à num.*111. *ad num.*159. de qua meminit
Conſiliar. de Bott.ad Napod.*ſub d.num.*12.
*in addit. incip.Andreas in cap.*1. Hieronym.
Magon. *deciſ.*118.*in Rot.Florenſ.* quam pro-
bat Rendell. *de iure prothom. in verb. & non*
*renuntiauerit.num.*4.*fol.*327.
3 Secus verò eſt,ſi bona illa habeat cum tali
facultate alienandi ab alijs perſonis, quæ
non poterant præiudicare vicinis, ac con-
ſanguineis, quibus ius cõgrui competebat,
vt in ſimili de facultate alienãdi ad libitum
bona antiqua *dixi ſupra part.* 2. *tit. de bon.*
quæſt. 14. *tota*. Vide Tiraquell. *loco cit.* vbi
hanc materiam latiſſimè examinat, Aucto-
4 res cumulat, & coniecturas, ex quibus præ-
ſumatur renuntiatum, iuri congrui, ponit,
Nam quilibet ex Iuris diſpoſitione liberta-
tem habet faciẽdi, quod velit de bonis ſuis,
& ea ad libitum alienare. *l.in re mandata.C.*
*mandat.l.*1 *C.de Sacroſanct.Eccleſ.* & tamen
alienatio intelligitur ſine præiudicio tertij,
& vt ius velit, nempe,vt detur prælatio illis,
quibus competit,vt patet ex dictis,& eſt per
5 ſe notum, tamen venditio eſſet nulla ob de-
fectum alicuius ſolemnitatis, quia nẽpe tu-
tor, curator,&c. venderent bona minorum
ſine Iudicis decreto;& tunc quia tale decre-
tum poteſt etiam impetrari poſt venditio-
nem factam, ideò non debet denegari Ius
congrui vicino, vt cõcludit poſt alios Vinc.
de Franc.*deciſ.* 242. Vbi ſic dicit deciſum
in Sacro Conſilio, quem probat Benedell.
*in tract.de iur.prothom.in rubr.tit.num.*56. &
Ricc. *in collect. deciſ.*6. quos ſequitur Ioan.
Bapriſt. de Thor. *in compend. deciſ. Neapol.*
in verb. Ius congrui an compleat ſuper re ven
dita à curatore.

SVMMARIVM.

IVs congrui non habet locum in rebus legatis.
*num.*1. *nec in rebus donatis.num.*2. *Quid ſi*
hæres vendat bona hæreditaria pro ſatisfactio-
*ne legatorum.num.*3.

Ius congrui an locum habeat,ſi ex pecunia relicta
à teſtatore pro celebratione Miſſarum eman-
*tur bona ſtabilia.num.*4.

QVAEST. XXV.

1 VIgeſimoquintò quæro, An Ius con-
grui locum habeat in rebus lega-
tis? Reſpondeo negatiuè ita Na-
pod. *hic num.* 7. & idem procedit
in terminis Conſtit.Regn.*Sancimus.*vt ibid.
probat Afflict. §. 3. *num.* 10. dũmodo fraus
ceſſet, quod etiam probat Iacob.Nouell. *de*
iur. prothom. §.5. *ſub num.*27.*verſ.cauſa ve-*
rò dotis. Rendell. *in dict.eius tract.in verb.ex*
*teſtamento fol.*204. Mut. *ad Conſuet.Panorm.*
cap. 28. per illum *tex. num.* 29. *in fin. cum*
num.ſeqq. Nepit. *ad Conſuetud. Catan.tit.*52.
2 per illum *tex.* & ſic de alijs, & hoc ratione
donationis, cùm ſit gratuita largitio; lega-
tum enim, vt ſciunt omnes eſt donatio quæ-
dam à defuncto relicta, & ab hærede præ-
ſtanda, & conſequenter dum largitio eſt er-
ga legatarium, & non erga vicinos,idcirco
non datur Ius congrui,vt magis patebit ex
*dicendis quæſt.*27.
3 Verùm hoc limitatur non habere locum,
quoties teſtator reliquiſſet Petro v.g. lega-
tum in pecunia, vt puta cẽtum, & hæres pro
executione legati dediſſet Petro aliquod
prædium hæreditarium, tunc habet locum
Ius congrui,quia hæc eſſet datio inſolutum
voluntaria, in qua datur Ius congrui,prout
patet ex *dictis ſupra quæſt.* 22. Et in parti-
culari in hac limitatione ſic ex pluribus pro
bat Hieronymus Magon.*deciſ.*63. quem ſe-
quitur Tepat *lib.*2.*receptar.Iur ſentẽtiar.in*
*tit. de retract. fol.*113. *colum.*4. *§.legatum.de-*
centum. quia hic interuenit pretium, & il-
lud ſolueret vicinus Petro, vt conſequatur
prædium, & ſic non vrget opinio Napod.
hic num. 7. vt melius explicabitur *quæſt. ſeq.*
4 Inſuper ſi eſſet factum legatum certæ quan-
titatis pro Miſſis dicendis, & Sacerdos, vel
Eccleſia ex illa pecunia emeret aliquod præ-
dium, vt ex eius fructibus daretur ſtipen-
dium Sacerdoti pro Miſſis dicendis, ceſſat
ius congrui, quia hoc prædium emitur ab
Eccleſia, in qua ceſſat Ius congrui, ita Na-
pod. *hic in Conſuet. ſi Eccleſia emat.num.*76.

SVMMARIVM.

IVs congrui non habere locum, ſi hæres ex præ-
cepto teſtatoris cogatur aliquod prædiũ ven-
dere,tenent plures, qui referuntur. num. 1.2.
& 3. *contrarium tamen probat Author nu.* 5.
& ſeqq. Quid ſi teſtator prohibeat hæredi præ
dium alienare, & in pœnam applicetur certæ
*perſonæ,declaratur num.*4.*&* 9.
Venditio bonorum, facta ex præcepto teſtatoris,
*iudicatur neceſſaria num.*2.

Teſtator

Teſtator facere non poteſt, quin leges, locum habeant in ſua diſpoſitione. num. 6.

Conſuetudines Panormitana, & Catanenſes diſponunt, non habere locum Ius congrui, quando res aliqua venditur ex præcepto teſtatoris, n. 2. & 7.

Ius congrui ceſſat, quando hęres ex cauſa prælegati ſoluit aliquid legatario. nu. 3. & 8. ſic etiam ſi pars prędij legetur, & partis ſoluatur æſtimatio, quod explicatur. num. 10. & 11, vt attendatur quod præualet.

QVAEST. XXVI.

1 Vigeſimoſexto quæro, An ius cōgrui locum habeat, ſi venderentur aliqua bona per hęredem ex præcepto teſtatoris? Multi reſpōderunt
2 negatiuè, ex quo indicaretur venditio neceſſaria ex pręcepto teſtatoris, & ſic ceſſaret ius prælationis, vt ex *tex. in l. alienationes. ff. famil. herciſcund.* videtur notare ibi Alberic. & videtur etiam hoc affirmare Bald. *conſ. 306. verbo inueſtitura lib. 1.* & Tiraquell. de quib⁹ meminit Vrſill. ad Afflict. *d. deciſ. 191. ſub num. 1. & ſeqq.* & hoc expreſsè diſponunt *Conſuetudines Catania tit. 52* ſic etiam *Conſuetud. Panormit.* vt habetur *cap. 28.* in noua declaratione, & vtrobiq; earum Commentatores, & idem videtur probare Napodan. *in Conſuet. Si quis emit num. 7.* vbi
3 docet ceſſare conſuetudines ſi quis recipit ex cauſa miſſionis in poſſeſſionem, ex cauſa prælegati; quia, dum conſuetudines loquuntur in venditione bonorum, & ſunt ſtricti iuris non ſunt extendendæ ad alios caſus. Quod eatenus aliqui putent eſſe verum,
4 quòd, ſi teſtator prohibeat hæredem, ne aliquod prædium hæreditarium alienaret, & ſi alienauerit tunc in pœnam, prædium illud applicetur tali perſonæ, ſi hęres alienaret, prædium applicabitur perſonæ nominatæ per teſtatorem, & ceſſaret ius congrui ita Iacob. Nouell. *de iure prothom. §. 7. num. 69.*
5 Verùm contraria ſententia mihi probatur, quia etiam ſi hæres cogeretur vendere dicta bona ex præcepto teſtatoris, & eſſet neceſſitas ex parte ſua; eſt tamen voluntariè ex parte teſtatoris, & eſt, ac ſi ipſemet teſtator alienaret; nam re vera ipſe alienat per intermediam perſonam ſui hæredis, & cùm ſit alienatio, mediante pretio, & ex iuris diſpo-
6 ſitione haberet locum ius congrui, non poteſt teſtator nec directè, nec indirectè facere contrarium, *vulg. tex. in l. nemo poteſt.* vbi omnes. *ff. de legat. 1.* quod centies *in 1. & 2. volum.* eſt replicatum: & dum conſuetudines, ſine ſtatuta non mandant contrarium, (vt ſunt Conſuetudines Panormi, & Cataniæ, vt dictum eſt ſupra) ita ſeruan-
7 dum eſt, vt detur Ius congrui, vt in propoſito probat Bald. *in tract. de iur. prothom. colum. 3. verſ. quid ſi teſtator.* quem ſequitur Tiraquell. *de retract. lignag. ad fin. tit. §. 36 n. 7. cum ſeqq.* quam etiam ſententiam probat Afflict. ſi benè legatur, *in tract. de iur. prothomiſ §. 3: num. 10.* ſic etiam Vrſill. *d. deciſ. 191. ſub num. 3.* nam relinquit hoc maturius conſiderandum, ſubdens vt eadem videatur ratio militare, quando fit venditio ex debito emphyteutę, & ſic heredis, quàm, dum fit venditio ex præcepto teſtatoris, qui non potuit in aliorum pręiudiciū onus prędictum imponere hęredi; Quam opinionem eò magis ſequor, quia ſic ceſſant fraudes, ne ſit in poteſtate alterius per teſtamentum fraudare vicinos iure congrui, quam etiam opinionem poſt alios probat Rendell. *in dict. Conſtit. Sancimus. in verb. ex teſtamento nu. 5. cum ſeqq.*

8 Nec vrgent contraria, nam Panormi, & Cataniæ id ſeruatur, quia ſic expreſsè mandant dictæ Conſuetudines. Bald. & Tiraq. in contrarium citati id non dicunt, ſed potius noſtram ruentur ſententiam, vt dictum
9 eſt. Napod. verò loquitur, quando pro executione prælegati quis mittitur in poſſeſſionem bonorum, & ſic loquitur ex cauſa legati, in quo regulariter ceſſat ius congrui, ſi ceſſet fraus, vt *quæſt. præced.* dictum eſt, & conſequenter non loquitur in terminis præſentis quæſtionis. Nec caſus relatus à Iacobo
10 Nouello vrget, quia, dum prædium illi perſonæ applicatur in pœnam tam reſpectu ipſius teſtatoris applicantis, quàm reſpectu illius, cui applicatur, eſt donatio, quàmnis reſpectu hęredis ſit pœna illi impoſita per teſtatorem.

11 Poſtremo notandū eſt ad confirmationem prædictorum, quia, ſi teſtator iuſſerit hęredem vendere fundum hęreditarium Petro, cui teſtator partem ipſius fundi legauit, tūc ſi plus eſt in legato, quàm in pretio, ceſſaret Ius congrui, quia legatum attenditur, & facit tale relictum haberi pro donatione, & ſic ceſſabit Ius congrui, vt patet ex dictis *quæſt.*
12 *præced.* & ex dicendis *quæſt. ſeq.* Si enim plus eſſet in pretio, quàm in legato, & tunc ex eadem ratione prævalet venditio, & habebit locum ius congrui, vt docet Ambroſ. de Opizon. *in repet. tex. in l. filiusfam. §. Diui. num. 77. & 86. ff de legat. 1.* quem probat Rendella *in dict. verb ex teſtamento num. 8. verſ. hæc eſt notabilis.* & faciunt, quæ dicam *quæſt. ſeq.*, & ita conſultum vidi annis elapſis per noſtrum de Pont. & ſic etiā fuit indicatum inter filios, & hęredes cuiuſdam de Capyc. Et ad ſummum illa pars legata æſtimabitur iuſto pretio, & illud ſolueretur legatario, vt de parte prædij donati dicetur *quæſt. ſeq. num. 2. caſu.*

SVMMA-

SVMMARIVM.

IVs congrui an locum habeat, quando pars prędij venditur, & pars altera donatur; explicatur num 1. cum ſeqq. vt attendatur, quod pręualet.

Clauſula appoſita in contractu venditionis, & quod plus valet, donauit, &c. apponitur de ſtilo Notariorum, & nihil operatur num. 3.

Quod in contractu præualet, attenditur num. 4.

Poſſidens prædium partim ex titulo donationis, partim verò ex cauſa emptionis cogi poteſt ad iurandum ſi re vera poſſideat ex cauſa emptionis, declaratur num. 5.

Negans ſic poſſidere, et poſtea conuincatur de mendacio, punitur num. 6.

Fraus in dubio non præſumitur, & eam alleganti incumbit onus probandi. num. 7.

QVAEST. XXVII.

1 VIgeſimoſeptimò quæro, An Ius con
grui locum habeat, quando pars
prędij venditur, & alia pars donatur, & num quis cogi poſſit iurare,
ſi prędium emerit, vel titulo donationis
habuerit? Quæſtio hæc duas habet partes,
& vt prima reſoluatur, duo caſus conſide-
2 rantur: Primus eſt, quando venditur prædium pro certo conuento pretio, & additur
clauſula, *& ſi quid plus valet, donauit, &c.*
Secundus eſt, re vera donatur aliqua pars
prędij venditi. In primo caſu vera eſt reſolutio, vt locum habeat ius congrui, & ſol-
uendum ſit illud tantum pretium, quod em-
3 ptor re vera exburſauit, quoniam illa clauſula, *& quod plus valet, donauit, & donat*,
pręterquàm quòd ſunt clauſulę de ſtylo No
tariorum, & nihil valent, vt ſuo loco ſupra
part 10. & aliàs pluries dictum eſt, ſi de vo-
luntate partium talis claſula expoſita fuiſ-
ſet, & iudicaretur fruſtratoria, & in fraudem
iuris congrui, & nihil valeret. ita poſt Gu-
lielm. de Cuneo *in l. ſi tibi decem. ff. de pact.*
& alios affirmat Iacob. Nouell. *in tract. de
iur. prothom. §. 4. num. 64. & ſeqq.* poſt Bart.
in dict. l. ſi tibi decem, & in rubr. C. de contrahen. empt. Nepit *ad Conſuet. Catan. tit. 50 cōſuet. vnic. num.* 14. quàmuis dubitatiuè lo-
quatur; tenent etiam Mut. *ad conſuet. Panorm. cap. 26.* paulo ante *num.* 182. Conſi-
liat. de Bott. *in conſuet. ſi quis emit ſub nu. 4.
fol. 326. in addit. incip. in venditione* Tiraq.
*§. 1. de retract. lignag. gloſ. 18. num. 11. cum
ſeqq.* Rendell. *in tract. de iur. prothom. in verb.
donationis. num. 5 cum ſeqq.*
4 In ſecundo caſu mihi videtur, vt eadem ſit
facienda diſtinctio, prout in *præced. quæſt.* ſi
enim pars donara ſit maioris quantitatis, ſi-
ue valoris, tunc dicitur donatio, & ſic ceſſa-
bit Ius congrui, ſi fraus ceſſet, vt magis ex-
plicabitur *quæſt. ſeq.* Si verò pars donata ſit
minoris valoris, & ſit vera donatio, tunc illa
pars extimabitur iuſto pretio, & illud vici-
ni, vel agnati ſoluent emptori, cui vendi-
tor illud donauit, vt fundauit Caſtrenſ. *cōſ.
166. in caſu. lib.* 1. quem ſequitur Tuſch. *in
verb. ius congrui. concluſ. 583. n. 7.* Tiraquell.
dict. gloſ. 18. num. 14. cum ſeqq. & precipuè
num. 18. vbi ſe ipſum alibi citat, poſt alios
Nepit. *dict. tit. 50. num. 14. in fin. & num. 15.*
Mut. *loc. cit.* Qui etiam probant, quod ſi
conſtaret fraus, annullaretur contractus.
5 Quod attinet ad ſecundam partem quæ-
ſtionis licèt ex iuris rigore, nec iure actio-
nis, nec per officium Iudicis aſtringi poſſit
ad petitionem alterius, nihilominus ex qua-
dam ſaltem vrbanitate ad euitandam alie-
nam ſuſpitionem cogitur cum iuramento
declarare quònam titulo poſſideat, ſi prò
emptore, vel alio titulo; eſt enim iuſta peti-
tio, & Iudex iuſtè interrogat conuentum, ſi
6 poſſideat ex cauſa emptionis, & ſi conuen-
tus neget ex illo titulo poſſidere, & fuerit
conuictus, quod ex cauſa emptionis poſſi-
deat, punitur tāquam periurus, & datur con
tra eum Ius congrui, vt ex multis probat
hic Napod. *in Conſuet. vbi Domus. num. 67.*
latiſſimè Afflict. *de iur. prothomiſ. §. 4. notab.
4. num. 5. cum ſeqq.* Iacob. Nouell. *in eodem
tract. §. 5 num. 49. & ſeqq.* Tiraquell. *de retract. lignag. §. 2. gloſ. 2. per tot. & gloſ. 1.* vbi
latiſſimè etiam probat, quod in dubio ſte-
tur inſtrumento emptionis, & venditionis,
donec vicini probauerint cōtrarium: quod
7 verum eſt, quia in dubio fraus non præſumi-
tur, & dicenti incumbit onus probandi: ſed
ſi vicini, vel agnati inſtent, vt poſſeſſor de-
claret, quo titulo poſſideat, poteſt cogi, vt
patet ex dictis, ſicut etiam è contra conſan-
guinei, & vicini cogi poſſint ad iurandum,
ſi nomine proprio, vel vt alijs cedant, vtun-
tur retractu, vel iure congrui ad hoc vt in-
ter illos ſeruetur æqualitas, vt patet ad ſen-
ſum, & poſt alios latiſſimè probat Tiraquel.
loco cit. §. 5. gloſ. vnic. & §. 26.

SVMMARIVM.

IVs congrui nō habet locum, ſi quis hodie emat, & cras donet, dummodo donatio ſit vera, & non ſimulata. num. 1. cum ſeqq. An procedat in donatione remuneratoria traditur. num. 4. & 5. Quid ſi fieret in fraudem Iuris congrui. num. 6. Quid ſi det prædium ruſticum, vel vrbanum in dotē. n. 9. & 10. An procedat, dū pater emit tale prædium pro dote filiæ infantis. num. 11. 13 & 14. Quid ſi donaſſet illud filio ex cauſa clericatus. num 12. Non habet locum, quando prædium viri datur vxori in ſatisfactionem dotium. num. 15. Nec in donatione propter nuptias. num. 16.

Liberalitas mea cum vno non debet ſuo defrau-

dare

Digitized by Google

dare effectu, num. 3.
Fraus eſt nè permiſſa ad euitandum Ius congrui, & ratione probatur num 6.7. & 8.
Dos numquam venit in generali locatione etiam legis, num 10.
Aeſtimatio dotis facit contractum emptionis, & venditionis, num. 14.
Donationem factã in fraudem congrui multi tenent eſſe inualidam, qui referuntur num. 17. & 18 Contrariam ſententiam cum multis alijs ſequitur Auctor num. 19. An hoc locum habeat etiam ſecundum Ius Regni, declaratur, nu. 20. & ſeqq.

QVAEST. XXVIII.

1 Vigeſimooctauo quæro, An Ius congrui locum habeat, ſi quis hodie emat, & cras donet, & quid ſi donatio fieret filijs naſcituris, vel contemplatione matrimonii? Pro dicendis ſuppono. Primò (quicquid dixerit Ioannes Coraſ. *lib. 3. Miſcellan. cap. 3 num. 4.* de quo meminit Tiraquell. §. 25. *de retract. liguag.*
2 *gloſ. 2. num. 1. in fin.* Ius congrui, ſiue retractus non habere locum in donatione vera, quando fraus ceſſat, quia omnis conſuetudo iuris cõgrui loquitur, vt retrahens cogatur pretium reſtituere, vt rem alienatã habeat;
3 & ratio rationis eſt, quoniam ſi Dominus prędij velit ſuam liberalitatem cum vno exercere, & non cum alio, non debet cogi, vt alius habeat illud prędium ſine pretio, contra eiuſdem Domini voluntatem, & hãc ſententiam ex prima ratione defendunt Afflict. Caſſan. & alij plures, quos cumulat, & probat Tiraquell. *de retract. liguag. §. 1. gloſ. 54. num. 90. cum ſeqq. & dict. §. 25. gloſ. 2. tota.* Mut. *ad conſuet. Panorm cap. 26. nu. 182.* Viui *deciſ. 256.* de quo meminit Ricc. *in ſua Collect. deciſ. cap. 196. circa fin.*

4 Eatenus hoc dictum aliqui putant eſſe verum, vt procedat etiam in donatione remuneratoria, licèt enim hæc donatio aſſimilari ſoleat contractui venditionis, & dicatur debiti ſatisfactio, non tamen negari poteſt, quin re vera donatio ſit, & naturam donationis habeat pręcipuè quoadmodum ſatisfaciendi; & ideò in ea ceſſat Ius congrui, ita Ferron. *ad cõſuet. Burdigal. tit. de retract. cap. 25. §. idem erit*, Igneus *in l. 2. §. ſi conditioni verſ. & ſi aliud à num. 52. ad nu. 76. ff ad Syllanian.* quos recenſet, & etiam ſequitur, ſi rectè legatur, Tiraquell. *dict. gloſ. 2. ſub num. 3.*
5 *verſ. vix tamen, & §. 1. gloſ. 18. num. 20.* & ita fuiſſe deciſum in anno 1556. affirmat Vrſill. ad Afflict. *deciſ. 370. num. 10. in fin. cum num. ſeqq.* vbi ipſe videtur contrarium velle, & quod ceſſet ius congrui, tenet nouiſſimè poſt Maxillam, Rendell. *in dicto eius tract. in verb. donationes num. 11. & in verb. ſimulatè donauerit nu. 15. §. Cur id negabimus.* quàmuis, & Caſſane. *in Conſuetud. Burgun. tit. de retrait. §. 1. in verb. vendit. num. 5.* Tiraquell. *dict. nu. 3.* qui ſubdũt, & multis in locis adeſſe conſuetudines, vt in donationibus remuneratorijs detur Ius congrui, verùm, ſi neceſſarium eſt, vt per conſuetudines expreſsè introducatur contrarium, igitur regulariter ceſſat Ius congrui, & hæc mihi videtur veritas.

6 Plus dico, vt eatenus Ius congrui ceſſet in donatione, vt locum habeat etiam ſi donatio fieret in fraudem Iuris congrui, nempe, eo fine, vt ius congrui ceſſet; quia ſatis eſt, vt donatio ſit vera, & ſine ſimulatione, ex quo per accidens eſt, vt inde reſultet damnum alteri; & conſequenter, quãdo donatio non eſt ſimulata, nec aliunde prohibita, valida eſt, quamuis fiat in alterius fraudem, ſiue prę iudicium, *l. 4. C. de reuocand. donation.*
7 Siquidem multi etiam tenent, vt ad euitandum Ius congrui ſit fraus permiſſa, ita Perr. Gerard. *ſing. 26. Tu habes*, de quo meminit Tiraquell. §. 1. *de retract. liguag. gloſ. 2. aliàs 14. num. 73.* Them. Zerul. *in ſua prax. Epiſcoporum in verb. ius congruum.* Quàmuis contrarium probet Corne. quem ſequitur Tiraquell. *in præfat. de vtroq; retract. num 74. & 75.* Viui. *in ſuis communib. opinion. opinione 832.* quem ſequitur Rendell. *in conſtit. ſancimus in verbo ſimulatè donaueris num. 27.*
8 Quia peccant, qui fraudes machinantur contra vicinos. Et qui teneret eſſe peccatũ, & donat, peccaret contra Charitatem, non autem contra Iuſtitiam, vt patet, & ſic non teneretur reſtituere aliquod damnum. Sed etiam prima opinio probabilis eſt, & practicabilis cum iuſta cauſa, & ſecũdùm noſtras conſuetudines, vt donatio ſit vera, requiritur, quod donatarius cum effectu capiat poſſeſſionem rei donatæ, vt dixi ſupra *part. 10. quæſt. 5.* & contraria opinio locum habet, quoties donatio eſſet ſimulata.

9 Suppono ſecundò, retractum, ſiue Ius congrui ceſſare in datione dotis ineſtimatę: hoc probare videtur, imò probat Napodan. *dict. num 67.* in illis verbis. *(Sed quid ſi mẽtitur, in Titulo, Vt quia dixit ſe poſſidere ex cauſa donationis, aut dotis, cùm eſſet re vera emptor)* Et ſic, vti in donatione Ius congrui ceſſat, ſic etiam in datione dotis, ex mente huius viri, quod expreſsè probant Afflict. *de Iur. prothom. §. 3. num. 7.* Iacob. Nouell. *in eod. tract. §. 2. num. 153.* & plures alij penes Tiraquell. *dict. §. 1. de retract. lignag. gloſ. 14. num. 91. & ſeqq.* quàmuis ipſe *nu. 96. & ſeqq.* contrarium teneat, & idem tenet Marc. Anton. Bar. *de iur. prothom. §. 3. notab. 3. num. 9.* quos probat Rendell. *in dict. eius opere in verb. probatum fuerit à num. 15. ad num. 49. fol. 250.* Sed prima opinio mihi placet, ex quo in generali locutione renunciatione legis, vel quouis alio actu nũquam ve

Digitized by Google

nit dos, ſiue eius cauſa, niſi in ſpecie de illa
fieret mentio, vt ſępiſſimè *in primo,& 2 vol.*
11 notatum eſt: & hoc eſt adeò verum, quòd,
ſi pater emiſſet aliqua bona, & illa promi-
ſiſſet eius filię in dotem pro futuro matrimo
nio, valeret dotis datio, & ceſſaret Ius con-
grui,& ſi pater remaneret in poſſeſſione eo-
rundem bonorũ, ſatis eſt, vt declaret, quod
tanquam pater illa bona adminiſtret, non
autem tanquam Dominus poſſideat, ita in-
dicat Camill. Salern. *in Conſuet. ſi quis emit,*
ſub num.44 fol.334.in addit.incip.quid autem
ſi pater, & ibid. Anton de Alex. qui dubita-
tiuè loquuntur,ſed mihi nulla videtur dubi-
tatio,dum fraus ceſſat,tum ex doctrina Na-
pod. & aliorum, quos ſupra cumulaui, tum
etiam ex ratione deſuper citata, vt non ve-
niat dos,niſi de illa fieret ſpecialis mentio;
12 & etiam quia,ſi pater donaret prędium em
ptum filio ex cauſa clericatus, & filius eſſet
minor, & pater nomine filij dicta bona do-
nata adminiſtraret,vtiq; ſi donatio eſſet ve-
ra, ceſſaret in illa Ius congrui, vt etiam ad-
mittit, & ex multis probat ipſe Rendella,
cum quo diſputamus, *in dict.verb.probatum*
fuerit ſimulatè egiſſe,num.52.& ſeqq fol 258.
& ſeq. Et ſic eadem ratio viget in dote fi-
liæ;poteſt enim pater fauore dotis donare
eius filiæ,in ſua poteſtate conſtitutæ.*l.Pom-*
ponius Philadulphus ff. fam. erciſcund. cum
vulgatis alijs.
13 Nec vrget ratio aduerſariorum quatenus
dicunt,ſatis eſſe filiam habere pretium dicti
prędij,quod Iudex poteſt conuertere in em-
ptionem alterius prędij, vel annuorum in-
troituum pro ſecuritate dictę dotis;& ſic ei,
& vicinis eſt conſultum. Nam reſpondetur
eſſe cautelam inſufficientem, tum quia in
prędio emendo ex illo pretio haberet locũ
Ius congrui,& ſic tenderemus in infinitum,
tum etiam ex alijs rationibus deſuper cita-
tis,& citandis.
14 Hoc tamen limitatur, quando illa bona
eſſent data æſtimata, nam illa æſtimatio di-
citur facere contractum emptionis,& vendi
tionis; & quia hic non fit aliqua diminutio
circa dotem, prout fieret, quando illa bona
darentur æſtimata;idcirco locum habet Ius
congrui, vt docet Afflict. *dict.§.3.ſub num.7.*
verſ.item quæro, Nouell. *dicto §.2.num.153.*
cum ſeqq.§.4.num.53.& ſeqq.& §.5.ſub nu.7.
verſ.cauſa verò dotis: plures alios citat, &
probat Tiraquell. *dict. gloſ.14 num.108.cum*
*ſeqq.*quem ſequitur Mut.*ad Conſuet.Panorm.*
15 *cap.47.num.32.& ſeqq.* Et idem procederet,
ſi mulier dediſſet viro in dotem aureos mil-
le, quos maritus reſtituere promiſit ſtatim
ſoluto matrimonio,& ſi non reſtitueret,cõ-
ſtitui eidem vxori annuũ cenſum ſuper cer-
to eius prędio, ſeu vt prędium illud mulier
habeat loco dictorum aureorum mille,nam
dum prędium ceditur mulieri in ſatisfactio-
nem dotis, iudicatur vera emptio, & datur
vicinis ius congrui, & cõſanguineis viri ius
retractus,& mulier habet ſuos aureos mille,
& ſic vtriq; parti conſulitur,vt diſcuſſo arti
culo,lariſſimè probat Tiraquel. *dict.gloſ.14.*
à num.91. vſq; ad num.108. Probat etiam
Rendell.*loco citat.num.26.§.quoniam circum-*
ſpectus Iudex.
16 Et demum ceſſat Ius congrui in donatio-
ne propter nuptias, Afflict. *dict.§.3.nu.7.*Ia-
cob. Nouell. *dicto §. 5. aliàs §.7. ſub num.27*
verſ. cauſa verò dotis, qui loquuntur in ter-
minis *Conſtit. ſancimus*, quæ expreſsè hoc
mandat, & ita poſt Iaſon.& Roland.à Vall.
probat Nepita *ad conſuetudines Cataniæ tit.*
50 conſuet. vnic. num.16. & ſic eò magis,vel
ſaltem ob eaſdem rationes locum haberent
prædicta in donatione facta cõtemplatione
matrimonij,vt etiã in illa ceſſet ius congrui.
17 Poſtremò cùm ſupradicta mihi vera vi-
deantur, & ſit explicata ſecunda pars quæ-
ſtionis, remanet explicanda prima, quando
quis hodie emit aliquod prędium, & cras
poſtea illud alteri donauerit, an tunc ceſſet
Ius congrui,& multi affirmant,& multi ne-
gant,vt mox dicetur. Quòd habeat locum
ius congrui,probat Marant. *diſput 9.nu.27.*
ſic etiam Arnon. quem ſecundum eius con-
ſuetudines probat Nepit. *vbi ſupra tit. 41.*
num. 13. & tit. 54. ſic etiam ſecundum eius
conſuetudines probat Tiraquell. *de retract.*
lignag. § 12.gloſ. 1. num.5. Vrſill ad Afflict.
decis.72. num 14. & decis 338. num.5 & 6.
Maxill. Rendell. Ioann. de Amic.& Arnon.
de quibus meminit Proſper Rendell.*in.dict.*
eius tract.in verb. ſimulatè donauerit num.12.
§.contradicunt fortiter, Viui.*deciſ.320.num.3.*
Sempron. Aſcia *determinat. 37. num.6.* Hie-
ronym. Merilian.*deciſ.Ianua 96.* Ioan. Bapt.
de Thor. *in eius compendio in verb. ius con-*
grui an competat collaterali, Tapia *part.4.iuris*
regn.in dict Conſtit.ſancimus num 166.fol.78.
vbi inſerit quaſdam Allegationes Anelli de
Amato, & omnes mouentur hac ratione.
Quia donatio pręſumitur facta ad frau-
dandum congruum, quia emptor eſt debi-
tor vicino, vt pro eodem pretio cedat illi
bona empta, ſi vicinus illa velit per Ius con
grui. Verùm ratio non concludit, quia, ſi
vera eſt donatio,etiam ſi fieret in fraudem
congrui, *valeret, vt multoties ſupra in hac*
quęſtione replicatum eſt pręcipuè num. 6.
& ſeqq.
19 Contrariam igitur ſententiã probat Na-
pod. *hic in conſuet.ſi quis emit nu.42.& ſeqq.*
vbi Scipio Bucin.alios citat,præcipuè Affli
ctum *dict.§.3.num.8.*probant etiam Cephal.
conſ. 200. lib.2. Anton. Ballus Siculus *lib.5.*
variar. reſolut.tit. de cenſib.queſt.1.num 5.&
14. tenent etiam Damnati Pariſienſ. & de
Napodano,& Afflict.*locis citat.*meminit Ti-
quell. *dict. §.12. gloſ.1.num 4.* Tenent etiam
Camerar,

Camerar. c. *Imperialem ſol.6. lit.S.de prohib. feud alienat. per Federic. Anton Caput.* quem probat Rendell. *dict.verb.ſimulate donauerit num.12 cum ſeqq.* vbi ex multis hanc ſententiam tuetur tam ſecundum noſtras conſuetudines, quàm etiam ſecundum terminos *dict. conſtit. ſancimus*.

20 Alijs verò potius diſtinctione quadam videtur queſtionem iſtam eſſe decidendam, vt poſt Maxill. Marant. & alios notat de Thor. *in dict. verb. Ius congrui. ſiu* Anellus de Amato *conſ.* 48. *num.24.* vt prima opinio procedat ſecũdũ terminos *dict. Conſtit regu.*
21 *ſancimus.* Ea ratione, quia per illam non poteſt aliquis bona ſua alienare, niſi fiat prius denuntiatio illis perſonis, quę per ordinem vocantur ad illa bona, & ideo non facta illa denuntiatione, contractus non eſt perfectus, nec per illum fuit translatũ dominium dictorum bonorũ irreuocabiliter in ipſum emptorem, & conſequenter dum ante prędictam denũtiationem alteri donauit dicta bona, non potuit illorum dominium transferre in donatariũ, *ex vul. regul. nemo dat quod non habet*, & proinde remanet primus contractus, vt initium attendatur, & poterunt vicini, vel conſanguinei, durante tempore, pręfixo per dictam Conſtitutionem, retra-
22 here, quorum opinio probabilis eſt. Secundam opinionem procedere dicunt ſecundum terminos noſtrarũ conſuetudinũ, quia per illas non tenetur emptor denuntiare vicino, ſi velit prelationẽ habere per Ius congrui in dictis bonis; & ideò dum ſtatim validè perficitur contractus emptionis, & venditionis, & per illum contractum fuit translatum dominium dictorum bonorum in emptorem, potuit emptor bona prędicta alteri donare, & ſic ceſſabit Ius cõgrui, nam,
23 vt ſępiſſimè dictum eſt, illud datur contra poſſeſſorem, ſi contra illum habet locum Ius congrui, & ideò emptor non poſſidet, & ſic contra illum dari nequit Ius congrui, nam quatenus poſſidet, cõueniri poteſt, poſſidet igitur donatarius, contra quem non datur Ius congrui, vt ſuperius fundatum eſt. igitur ex omni parte ius congrui ceſſat, & ſecundũ terminos noſtrarũ conſuetudinum, & aduerſarij hoc admittunt; quæ opinio verior videtur etiam ſecundum terminos *Conſtitut. regn ſancimus*, quia per illam non impeditur translatio dominij, vt legẽti patet: ideò ſi donatio eſt vera, nec emptor fuit pręuentus ante donationem in petitione iuris congrui, vtiq; non eſt ratio conueniens, nec vrgens, vt ius congrui ceſſare non debeat.

SVMMARIVM.

Dominus feudi admittitur ad Ius congrui, ſeu ad prelationem prędij venditi, quod eſt contiguum feudo, etiam ſi alia bona feudatarius vendat, num.2.

Ius congrui qualiter detur vicino, ſi vicinus vnico contractu vendat plura corpora bonorum num. 1.3. & ſeq.

Venditio plurium rerum ſimul facta, non facit res ipſas indiuiſas, ſed diſtinctas, num 5.

Solutio particularis multa incommoda afferre ſolet, num.7.

Venditiones tot ſunt, quot ſunt res, quæ vendũtur, etiam vnico contractu, num.8.

Euictio debetur pro ſingulis rebus venditis, quãuis vnico contractu plures res ſimul vend[illegible]r, num.9.

Vicinus non poteſt admitti ad partem prædij venditi, niſi totum prædium velit, num.10. Non igitur recipere ſocium in cõmunem rei emptæ, num.11.

Maior pars quando trahat minorem in materia iuris congrui, traditur, num.12.

Ius congrui qualiter detur, quando ex pluribus bonis venditis, aliqua eſſent redimibilia, & alia non, declaratur num 13.

Quid in datione inſolutum, num.14. Quid ſi deſtinatione patris fam. haberentur pro vno prædio, num.17.

Conſuetudo poteſt introducere, vt vicinus non audiatur in iure congrui, niſi nam omnia, ſimul vendita, velit, num.15.

Conſanguineus an admittatur ad retrahendum vnum prædium, ſi plura prædia ſimul vendantur, declaratur, num.18. et 19. Quid ſi inter illa bona vnicum tantum eſſet prædium maiorũ. num.20. & 21.

Contractus dicitur vnicus ex vnitate voluntatis num.22.

Aeſtimatio, ſiue appretium bonorum ſimul venditorum, qualiter fieri debeat, dum viciuus, vel agnatus vnum tantum retrahere velit, explicatur num.23.

QVAEST. XXIX.

1 Vigeſimonono quæro, Si vnicò contractu plura prędia aliquis emerit, & vicinus vellet vnum tantum prędium per Ius congrui habere, an ſit audiendus? Quæſtio hæc tribus modis agitari poteſt, Primò in Domino feudi, Secũdò in vicinis, & Tertiò in conſanguineis, vt optimè aduertit Andr. Tiraquell. *de retract. lignag. §.23. gloſ. prima, & 2.* de qua etiam quæſtione plura tradunt Afflict. *de iur. prothom. § 6. num.5. & 6.* Gomez, Guttier. & alij penes Molin. *in tract. de cõtractib. diſput. 370. num.16.* penes Marium Mut. *ad Conſuet. Panorm. cap.26. num.130. cum ſeqq.* Rendell. *de iur. prothom. §. in primis verſ. vnuſquiſq; ſecundum ſuam portionem num. 22. & ſeqq. fol.150. & ſeqq.* & dixi aliqua *ſupra quæſtione 22. §. eſt tamen.* & ideò breuiter hanc queſtionem abſoluam ſequentibus dictis.

2 Dico igitur Primò, ſi Dominus feudi velit ad ius congrui admitti, ad eum fundum ad-

mittitur, qui eſt contiguus, ſiue proximus
dicto ſeudo, omiſſis alijs prædijs, etiam vni-
co pretio emptis, ratio eſt, quia, vt dixi *ſu-
pra quæſtione* 13. hic admittitur ad Ius con-
grui ratione contiguitatis, ſiue vicinitatis
feudi ad prædia alienata, igitur ad illud
tãtum prædium integrum admittitur, quòd
eſt feudo contiguum, & reſpectu illius non
datur pretium ad partem, ita ex multis pro-
bant Tiraquell. *dict.* §. 23. *gloſ.* 2. *num.* 1. 3. *&
ſeqq.* Mut. *dict. cap.* 26. *num.* 139. & alij infra
cumulandi, nam eędem rationes quoad om-
nes militant, & ſic procedunt diſcuſſa per
Marinm Giurba *deciſ.* 52. *conſ.* 6. *num.* 21. &
non aliter, vt mox dicetur.

3 Dico ſecundò. Si vicinus meus vnico pre-
tio, & contractu plura prædia alicui vende-
ret, poſſem ego prædium vicinũ bonis meis
iure congrui petere relictis alijs prædijs, quę
mihi vicina non ſint, hoc dictum eſt clarum
ex ratione citata in primo dicto, quoniã Ius
congrui datur ratione contiguitatis, & ſic
ad prædium contiguum tantum, & ſicut ego
non poſſem emptorem, & venditorem coge-
re, & omnia dicta prædia mihi dentur iure
congrui, ſed ſolùm prædium, ita è contra
non poſſunt illi me compellere, vt dum pe-
to prædium mihi contiguum, tenear petere
omnia alia ſimul cum illo vendita, ita poſt
Bald. probat *dict.* §. 6. *num.* 6. quos ſequitur
Tiraquell. *dict. gloſ.* 2. *num.* 2. ad quos etiam
ſe remittit Nepit. *ad Conſuet. Catan. tit.* 40.
conſuet. vnic. de iur. prothomiſ num. 15. pro-
bant etiam Iacob. Nouell. *de iur. prothomiſ.*
4 §. 2. *num.* 115. *cum trib. ſeqq.* vbi ſic pluries
deciſum refert in illo Senatu, prout etiam
ſic deciſum affirmat in noſtro Sacro Conſi-
lio Vinc. de Franch. *deciſ.* 16. *in fin.* Eandem
ſententiam tuentur Mut. *dict. cap* 26. *n.* 130.
cum ſeqq. præcipuè *nu.* 138. Gomez, & Gut-
tier, quos ſequitur Molin. *dict. deciſ.* 370.
num. 15. *&* 16. Magon. *deciſ. Florent.* 29.
Alciat. *conſ.* 739. Benedell. *de iur. prothomiſ.
in princip. conſtit num.* 183. *et in* §. *penult n.* 7.
(quamuis non ſatis ordinatè loquatur) Ren
dell. *dict. n.* 22. §. Bald. *hic*, vt alios omittã, vt
eſt Anton. Caput. *in dict. Opere* Rendellę *fol.*
300. *et ſeqq.* Carpan. *ad Statut. Mediolan. cap.*
417. *part.* 1. *num.* 501. & ratio pręcipua eſt,
5 quia licèt plures res vnico contractu, & pre-
tio vendantur, vna tamen res non eſt alia,
ſed quęlibet remanet in ſua propria ſpecie,
ſeu indiuiduitate diſtincta; & ideò dum vici-
nus ad vicinum prædium tantum ſi velit, ha-
beat Ius congrui, & prædium illud manet di
ſtinctum in ſua propria ſingularitate, & indi
uiduitate; iam ad illud tãtum habet Ius con-
grui, & hoc procedit in domino feudi, vici-
no, ſocio, & omni alio, pręter cõſanguineos;
nam eadem ratio procedit quò ad omnes,
vt optimè notant *præfati DD.*

6 Nec obſtat, quòd vnicus ſit contractus, &
vnicum etiam pretium, & conſequẽter non
debet diuidi per particularem petitionem
7 vicini; quia particularis ſolutio, plura incõ-
moda ſolet afferre, *l. planè ff. famil. erciſcun.*
Nam reſpondetur vnitatem contractus ha-
bere locum inter eaſdem partes, & ideò ſi
plura corpora ſimul vẽdantur, & vnũ euince
retur; poſſet emptor ſe pęnitere, & recedere
à contractu ex indiuiduo voluntatis; quia
omnia ſimul emit, vt dicam *infra de emptio-
ne, & venditio. quęſtione* 4. *& ſapè aliàs*: quæ
8 ratio non militat reſpectu aliorum, & quò
ad illos tot dicuntur venditiones, & tot ſti-
pulationes, ſiue contractus, quot ſunt res, ſi-
ue corpora bonorum venditorum, vt de ſti-
pulationibus, & contractibus probat *tex.*
vbi omnes *in l. ſcire debemus ff de verbor.
obligat.* & de bonis vẽditis eſt *tex. in l. ſi vno
9 ff. de action. empt.* Vbi habetur, vt pro ſingu-
lis rebus agi poſſit ex empto, & vendito,
quamuis vnico contractu, & pretio venditæ
fuerint: ſic etiam pro ſingulis debetur par-
ticularis euictio, *l. cùm plures ff. de euiction.*
10 & dixi *dicta quæſt.* 4 *de contrahen. empt. &
quæſt.* 24. *& ſæpe alias*; ſolum enim vicini re-
ſpectu eiuſdem prędij reijciuntur à petitio-
ne partis eiuſdem prædij, quia vel totum
petere debent, vel omninò excluduntur, &
11 & tunc procedunt rationes allatæ; & etiam
quia non cogitur emptor inuitus recipere
ſocium in communionem rei emptæ; vt cer-
nitur penes prędictos Auctores, & probat
Tiraquell. *de retract. lignag.* §. 11. *gloſ.* 7. *n.* 3.
Caſſan. ad Conſuet. Burg rubr. 10. §. 1. *verb.
ſon heredita ein fin.* Carpan *ad Statut. Medio-
lan. part.* 1. *cap.* 417. *num* 334. *&* 500.

12 Ampliatur Primò, Habere locum etiam ſi
maior pars bonorum ſimul venditorum
eſſet contigua vicino, & maior pars eſſet di-
ſtans; adhuc enim vicinus non cogetur om-
nia bona retrahere, ſed contigua tantum;
quoniam in hoc caſu maior pars non trahit
minorem, vt fũdat Afflict. *de Iur. prothomiſ.*
§. 6. *num.* 8. *& ſeqq.* Carpan. *dict. cap.* 417. *nu.*
503. Sed hoc puto relinquendum arbitrio
Iudicis, ſi enim illa minor pars bonorum
eſſet parum vtilis emptori, & parũ damnum
afferret vicino, vtiq; cogetur vicinus etiam
partem illam retrahere, quando ratio natu-
ralis hoc dictat, *vt dixi ſupra quæſtione* 22.
circa fin.

13 Secundò ampliatur, ſi bonorũ venditorum
aliqua eſſent redimibilia, quia eſſent immo-
bilia, & aliqua non eſsent redimibilia, ex
quo eſsent mobilia; nam tunc vicinus retra-
het tantum rem redimibilẽ, arbitrio tamen
boni viri, taxato iuſto pretio reſpectu to-
tius venditionis, vt poſt alios fundant Tira-
quell. *de retract. lignag.* §. 23. *gloſ.* 1. *nu.* 2. *&
ſeqq.* Gomez. *l.* 71. *Thaur. num.* 15. *Coſt. dict.
quæſt.* 100. *de port. rat. num.* 6. *&* 7. Carpan.
dict. cap. 417. *num.* 340.

14 Tertio am-

Google

14 Tertio Ampliatur, etiam ſi plura bona vni
co actu, ſiue decreto, & pro vnico debito, ac
credito darentur creditori in ſolutum, vt
dictum eſt *ſupra citata quæſt. 22. circa fin.*
Giurba *dicta deciſ.* 52. *num.* 71. *verſ. minuſq; auditur*, vbi alios citat.

15 Limitatur Primò, vbi adeſſet conſuetudo
in contrarium, vt vicinus nou audiatur, niſi
omnia bona ſimul empta, retraheret, quia
tunc excluderetur à petitione vnius prædij,
tenet Maxill. *in Conſuetudinibus Bar. tit. de
iure prothomiſ.* §. *ſi duo inter ſe.* Et ſunt etiam
Turoni, & alibi ſimiles Conſuetudines, vt re
fert Rendell. *loco citat. n.* 23. *&* 24. ſic etiam
dicitur adeſſe Cõſuetudo in Regno Siciliæ,
vt habetur *in Cap. Ritus eiuſdem Regni* 195.
aliàs cap. 100. diſponente, vt non audiatur
retrahens, ſi velit vnum ex prędijs ſimul em-
ptis, & ſic procedũt diſcuſſa à dicto Giurba
dicto num. 21. quod procedit ſi omnia ſint
contigua prædio eiuſdem retrahentis, vt
ibid notat Cumias *num.* 4. tenent etiam Mu-
ta *ad Conſuet. Panormit. cap.* 26. *nu.* 130. *cum
ſeqq. & in cap. eiuſdem ritus* 144. *nu.* 9. Nepit.
ad Conſuetud. Catan. tit. 43. *in fin.* Iaſ. *in l. ſti-
pulationes non diuidnntur. ff. de verbor. oblig.*
16 Surd. *conſ.* 441. *nu.* 36. Sed ſi omnia ſint con-
tigua, ceſſat diſputatio, quia non eſt ratio,
cur iure congrui vnum petat, & non omnia,
vt etiam notat Benedell *de iur. prothom. in
princip. num.* 50. Secus veeò eſſe poſſet reſpe-
ctu conſanguineorum, *vt dicetur infra in ter-
tio dicto.*

17 Limitatur Secundò, quando omnia illa
peædia ſimul empta, deſtinatione patriſam:
haberẽtur pro vno prędio, & ſic multo tem-
pore fuiſſent reputata, & deſtinata; vt quia
ſic vnita pluries locata fuiſſent, pluries ſi-
mul vendita, poſſeſſa, & ſic de alijs; vel quia
non reciperent commodam diuiſionem,
habita conſideratione ad fertilia, & inferti-
lia; ad culta, & inculta; ad contigua, & diſtan
tia, & ſic de alijs, nam in his caſibus omnia
ſimul tenetur vicinus petere, aliàs excludi-
tur, nec audietur circa contiguitatem, dum
omnia ſimul habentur pro vno prædio, vt
patet ex dictis, & colligitur ex rraditis per
Napod. *hic in conſuet. ſi quis emit num.* 18.
latiſſimè probant Benedell. *de iur. prothom.*
§. *penult. num.* 4. Magon. *deciſ. Florent.* 29.
Cæſar à Coſt. *dict. quæſt.* 100. *num.* 15. *& alij*:
nam hoc patet ad ſenſum; & idem eſſet de
pluribus partibus eiuſdem rei; quia dum ha-
bentur pro vna re indiuidua, vel totam re-
trahere debet, vel à tota excludi, Caſſan. *in
Conſuetud. Burgund. Rubr.* 10. *de retract* §. 1.
verb. ſon heredıtate in fin. Tiraquell. *de re-
tract. lignagier* §. 23. *gloſ.* 1. *in princip.* Carp.
ad Statuta Mediolan. part. 1. *cap.* 417. *nu.* 334.
& 500.

18 Dico Tertio, in loco, vbi viget Ius retra-
ctus inter conſanguineos, ſi conſanguineus
vnico pretio venderet plura bona, aliquan-
do teuentue conſanguinei omnia ſimul re-
trahere, aliquando verò ad vnicum tantum
prædium admittuntur. Hoc dictum potius
explicatione indiget, quàm probatione. Ex-
plicatur igitur, & probatur ſimul; ſi enim
omnia eſſent bona patrimonialia; tunc con-
ſanguinei debent omnia ſimul tetrahere, ſi
petant admitti ad illa bona Iure retractus
ſeu iure prothomiſeos ſauguinis, & ratio
19 eſt manifeſta, quia dum iure ſanguinis ad-
mittuntur ad retractum pro eodem pretio,
vt bona maiorum ſuorum conſeruentur in
eadem familia, ius illud eis competit æqua-
liter quòad omnia bona; nec conſideratur
contiguitas, ſiue vicinitas; & conſequentee
ſi nolit omnia bona, non admittitur ad par-
tem contra volũtatem emptoris, vt probant
Auctores *infra* cumulãdi, prçcipuè Cumias
dict. cap. 100. *num.* 2 Nepit. *dict. tit.* 40. *nu.* 14.
Moliu. *dict. diſput.* 370. *num.* 15. *&* 16. *verſ.
cùm autem.* vbi dicit adeſſe legem particula-
rem in Hiſpan. circa hoc, vt ſimul petant,
aliàs excludantur; latiſſimè probat Andr.
Tiraquell. §. 23. *gloſ.* 1. Caualcan. Petr. de
Gregor. & alij, quos probat Giurba *dict. de-
ciſ.* 52. *num.* 21.

20 Probatur igitur, quòad ſecundam partem,
quia, ſi inter illa bona ſimul vendita, vnum
tantum adeſſet prędium patrimoniale, ſeu
maiorum, ad illud tantum conſanguinei ad
mitterentur; quia reſpectu illius peocedic
ius retractus ratione ſanguinis, & cõſequen-
ter ſi illud tantum vellent, ad illud admitte-
21 rentur, de voluntate tamen vtriuſq;, nem-
pe ipſius conſanguinei, & emptoris, poſſet
contrarium fieri, ſic probant Iacob. Nouell.
de iur. prothomiſ. §. 2. *num.* 115. *cum ſeqq.* poſt
alios Molin. *ſub dict. num.* 16. Tiraquell. *dict.*
§. 23. *gloſ.* 2. *num.* 6. *cum ſeqq.* Gomez. *dict. l.*
71. *Thaur. num.* 15. Benedell. *dict.* §. *penult.
num* 7. *verſ. ſed tamen.* Mut. *ad Conſuet. Pa-
norm. cap.* 26. *num.* 139. Coſt. *dict. quæſt.* 100.
num. 6. *&* 7. Carpan. *dict. cap.* 417. *num.* 341.
& cap. 419. *num.* 2. *&* 6. Giurba *dict. deciſ.* 52.
num. 27. *cum ſeqq.* Idem probans in Domi-
na rerum emphyteuticarũ. Et ita ſunt con-
cordandæ ſententiæ Doctorum, quatenus
videntur intee ſe pugnantes, vt penes prçci-
tatos Auctores cerni poteſt; dummodo co-
gnoſcantur prędia eſſe diſtincta, nam aliter
vel omnia debet retrahere; vel ad nullum
admitteretur, Guid. Pap. *deciſ.* 508. & alij
penes Giurba *vbi ſupra num.* 29. *cum ſeqq.*
vbi in fine ſic etiam deciſum refert.

22 Dico quarto, Vt venditio dicatur facta vni
co pretio, & vnico contractu, ſatis eſt indi-
uiduum voluntaris contrahẽtium, quamuis
quodlibet corpus bonorum haberet diſtri-
butiuè ſuum pretium. Hoc dictum patee
explicatum ex precedentibus; quia reſpectu
contrahentium vnicus eſt contractus, & vni-
ca

Digitized by Google

ea eſt voluntas quòad omnia prędia, & illa
deſignatio, ſiue diſtributio pretij reſpectu
ſingulorũ prædiorũ, eſt potius reſpectu euictionis
forſitan ſequẽdæ, vt latiſſimè probat
Tiraquell. *dicto* §.417. *num.*338. Coſt. *dicta*
quæſt. 100. *num.* 15.

13 Poſtremò notandum eſt, quòd, dum aliqua
tantum bona retrahuntur de bonis, vnico
pretio emptis, ęſtimatio bonorum, quæ retrahuntur,
fiat arbitrio boni viri, nempe,
deducta ęſtimatione aliarũ rerum, facta omnium
collatione, nempe, conſiderando ſterilia
cum fertilibus, diſtantia cum propinquis,
inculta cum laboratiuis, vt conſiderat
Alberic *in l. per fundum num. 6.* vbi Afflict.
§.6. *num* 8. Tiraquell. *de retract. lignag.* §.21.
gloſ. 1. *num.* 1. *&* §.24. *gloſ.* 1. *in princip.* Carpan.
ubi ſuprà cap. 419 *num.* 16. à Coſt. *dict.*
quæſt. 100. *num.* 6. & alij, nam licèt aliqui
dicant, quod fiat æſtimatio aliatum rerum
in communi tantum, & alij dicant, quod fiat
ad ratam pretij omnium rerum, facta omnium
collatione, tamen omnia hæc fiant arbitrio
boni viri, vt poſt alios notat Cumias
in cap. ritus Siciliæ 100 *num.* 4. Et ſic debent
omnia expreſſa conſiderari, & alia quæ ſunt
neceſſaria in arbitrio recto boni Iudicis.

SVMMARIVM.

IVs congrui habere locum, ſi vicinus alienet primùm partem domus, quę non confinat cum domo vicini, ſi deinde alia pars domus vendatur, quæ cum prædio vicini confinat, affirmant plures, qui citantur num. 1. 2. & ſic deciſum referunt num. 3. Alij tamen contrarium probant num. 4. Et hanc ſequitur Author. num. 5. & 6. Et contraria opinio procedit, quando prima pars alienatur in fraudem congrui, vt notatur num. 7.

Vendens prædium contiguum alteri prædio ſuo ex vna parte, & prædio vicini ex alia parte, dicitur renunciare Iuri congrui, quando remanet in beneficium alterius vicini. num. 8.

QVAEST. XXX.

1 TRigeſimò quæro, Si ego venderem
partem domus, quæ non confinat
cum domo vicini, deinde vendere
aliam partem eiuſdem domus, quæ
cum domo vinini confinat,, an habeat locum
ius congrui; Et quid ſi venderem
fundum, & haberem aliud prędium
contiguum, an tunc locum habeat ius
congrui? Quod attinet ad primam partem
quæſtionis, Corne. *conſ.* 29. *in præſenti conſultatione colum. vltim. volum.* 3. quem refert Tiraquell.
in præfat. de retract. lignag. num. 78.
2 tenet locum habere Ius congrui, quia venditio
cenſetur facta in fraudem vicini, & hanc
opinionem tenet Anchar. *conſ.* 169. de quo
meminit. Bucin. *hic ad Napod. in conſuetud. ſi*
quis emit ſub num. 4. *fol.* 325. *in addit. incip.*
de validitate. Sed Anchar. *ibi* hoc non dicit,
benè tamen hoc dicit *conſ.* 160. *incip. Præſupponit in themate. verſ. ex his ergo infero*, quem
refert, & probat Borgnin. *deciſ.* 19 *ſub num.*
3 64 *verſ. attento maximè, quòd Iacoponus*, &
ita ſe obtinuiſſe in contradictorio iuditio
affirmat Iacob. Nouell. *de iur prothomiſ.* §.2.
num. 175 *cum ſeqq* vbi pluribus medijs hoc
confirmat.

4 Contrariam ſententiam tuentur quidem
DD. Peruſini, vt habetur *dict. conſ.* 29. Cornei
colum. 2. quos ſecutus fuit Petrus de Gerard.
ſingul. 26. *incip. Tu habes*, ad quem ſe
remittit Scipio Bucin. *loco citat.* clarum eſt
enim, quod ſemper Auctor ſequitur vltimã
ſententiam, vt alibi dictum eſt, & dum Gerardum
vltimo loco citat, ipſum ſequitur,
prout etiam illum ſequitur Tuſch. *in verb.*
ius congrui concluſ. 583. *num.* 32. Quam ſententiam
non improbat Tiraquell. *dict. n.* 78.
Nec etiam Naucler. *in ſuis addition. ad Napod. fol.* 22. *à terg. incip. In eadem conſuetudi-*
5 *ne, ſi quis emit*, & hęc opinio mihi probatur,
quia in prima parte domus venditæ ceſſat
Ius congrui, ex quo non eſt contigua prędio
vicini; dum venditur ſecunda pars, iam qui
primò emit partem domus, habet potiora
iura, & conſequenter præfertur, & ſic hęc
pars prius vendita, impedit Ius congrui vicino,
vt eſt intermedia, *ut dixi ſup. quæſt.* 10.

6 Nec obſtat ratio aduerſariorum, vt dicitur
fieri in fraudẽ Iuris cõgrui; nã potius iudicatur
cautela quędam, quæ, dum in ſe eſt licita,
prout de donatione, *dixi ſupra quæſt.* 28.
Idcirco factum principale attenditur, nec
habetur ratio, quod inde vicinus amittat ius
congrui, vt optimè probat Tuſch. *dict. n.* 32.
& in ſimili probat Tiraquell *dict. num.* 78.
ex tex. in l. non omne ff. de ſtat. liber. vt alios
7 omittam, & conſequenter niſi omnino appareat
de fraude à principio, quando alienatur
prima pars domus, prout erat in caſu Anchatani,
nempe, ex breuitate temporis venditionis
factę vtriuſq; partis domus, quia
domus non patiebatur commodam diuiſionem,
& ſic venditio primæ partis fuit facta
in fraudem, & tunc haberet locum prima
ſententia. Itaque ex circumſtantijs poterit
prudens Iudex hoc decernere.

8 Secunda pars quæſtionis clara eſt, quia
dum ego vendo fundum meum alteri, quò
ad illum fundum dico remittere ius cõgrui,
vt non poſſim illud exercere, quia vendendo
fundum, dicor etiam obligatus ad non
reuocandam venditionem factam, prout ex
his, & multis alijs probauit Napod. *hic in*
conſuetud. ſi ex uno latere num. 90. *cum ſeqq.*
fol. 344. Vinc. de Franch. *deciſ.* 550, *ſub n.* 7.
& ſic ius congrui dabitur alijs vicinis, me
excluſo, niſi tamen ego emerem prædium
vicinum prędio meo, vt dicam *quæſt. ſeq.*

SVMMA-

Digitized by Google

SVMMARIVM.

IVs congrui non ceſſat, quando conſanguineus emit ab alio conſanguineo, quod explicatur, num. 1. 2. & ſeqq.
Iuri ſuò nemo in dubio renunciare præſumitur, nec illud confundere, num. 3.
Vicinus conſentiens alienationi factę per alium vicinum, an dicatur ſibi praiudicare in Iure retractus, explicatur num. 4. & 5.
Conſenſus ſimplex quando dicatur alteri pręiudicare, num. 5.

QVAEST. XXXI.

1 TRigeſimoprimò quæro, Si conſan-
guineus emat prędiũ ab alio con-
ſanguineo, an ſibi pręiudicet in iu-
re congrui? Reſpondeo negatiuè,
ex pluribus firmat poſt Vincentiũ de Frãch.
deciſ. 550. & alios probat Maſtrill. *deciſ.* 102.
2 *per tot. lib.* 2. quia, dum emit tale prædiũ, ad
minus implicitè cenſetur emiſſe ad cõſerua
tionem Iuris ſui, & vt eius Iura conſeruaret
illęſa, vt ad minus per exceptionem exclude
ret alios vicinos, & conſanguineos, quod
eatenus eſt verum, quòd, ſi ego emerem fun-
dum vicinum prædio meo, & alius vicinus
peteret à me prædium illud iure cõgrui, ego
ſaltem per exceptionem repellerem talem
vicinum, vel in totum, ſi prædium vicinius
eſt, vel pro parte, pro qua tale prædiũ meum
eſt contiguum fundo empto; & pro alia par-
3 te admittitur vicinus alius; quoniam non
dicor confundere ius meum, ſed illud con-
ſeruare quòad vicinus petat ius congrui.
Napod. *in dicta Conſuetud. ſi ex vno latere
num.* 94. *verſ. ſed quid ſi emptor.* vbi Anton.
de Alex. ſic refert deciſum in Cauſa Comi-
tis Muri cum D. Ioanne Villa de Mari: &
hanc opinionem poſt ipſos, & Tiraquell.
probat Vinc. de Franc. *dict. deciſ.* 550 *nu.* 4.
cum ſeqq. vbi ad verbum refert verba Napo-
dani *dict. num.* 94. Maſtrill. *dict. deciſ.* 102.
lib. 2. *vbi num.* 8. meminit de dicta *deciſ.*
Vinc. de Franch. probat etiam Anna *conſ.*
47. *num.* 30. *& ſeqq. lib.* 1.
4 Eſt tamen non modica quęſtio, ſi vicinus,
vel conſanguineus conſentiant venditioni
prædij venditi ab alio vicino, an ſibi pręiu-
dicet in iure congrui, ſiue retractus, & re-
gulariter ſibi non pręiudicat, & poſt alios
probat Tiraquell. §. 1. *de retract. lignag. gloſ.*
2. *num.* 58. *& gloſ.* 9. *num.* 107. Nepit. *ad Con-
ſuet. Catan. tit.* 41. *conſuet. vnic. de iur. protho-
miſ. num.* 14. *& ſeqq.* Sed hoc explicandum
eſt ex *dictis ſupra part.* 8. *de conſenſ. mulier.*
5 quia ſimplex conſenſus non præiudicat, ſeu
ſimplex præſentia ad alienationem, ſecùs
verò, ſi expreſſa licentia interueniret, vel
alius actus poſitiuus, ex quo colligi poſſet
licentia, & conſenſus expreſſus ad dictam
alienationem, vt ex ibidem dictis cernitur.

SVMMARIVM.

DOminus directus pręfertur agnatis petentibus retractum, & vicinis petentibus congruum num. 1.
Agnatus habens etiam prædium vicinum, præfertur vicino in iure congrui, num. 2. *Præfertur etiam alteri agnato venienti ex ſola conſanguinitate, num.* 4. *Quid ſi Ius municipale conſideret ſolam vicinitatem, num.* 5. *&* 6. *Qualiter ſeruatur in Regno num.* 7. *Quid ſi vnus alium præueniat, num.* 8. *&* 9.
Duo vincula magis ligant num. 3.
Proximior excludit remotiorem etiam in Iure retractus, num. 8. *An reuocet vẽditionem factam remotiori, traditur num.* 10.

QVAEST. XXXII.

TRigeſimoſecundò quæro, Si ad re-
tractum concurrerent agnati, & vi
cini, quis illorum pręferatur? Quę-
1 ſtio ceſſat, ſi inter illos adeſſet
Dominus directus, nam ille eſſet pręferen-
dus, vt patet dictis *ſupra quæſtione* 13. & 14.
Itaq; procedit in alijs caſibus; & ideo dico
Primò, ſi agnatus haberet prædiũ vicinum
prædio alienato, certiſſimum eſt eum eſſe
præferendum alteri vicino, quia in agnato
duæ concurrunt qualitates, agnatio ſcilicet,
3 & vicinitas, & duo vincula magis ligant, &
vni præfertur, ſic probat Afflict. *de iur. pro-
thomiſ. in puncto legis, ſiue in* §. 1. *num.* 36. &
Afflict. probat Ioannes Baptiſta Aſinius
inter deciſiones Borgnini deciſ. 19. *nu.* 85. *part.*
2. Idem Borgnin. *deciſ.* 20. *num.* 1. 26. *&* 27.
part. 2. vbi alios plures cumulat Anna *conſ.*
47. *toto*, Dec. *conſ.* 619. latiſſimè Marius Mut.
ad Conſuet. Panorm. cap. 28. *num.* 31. *& ſeqq.*
4 Nepit. *ad Conſuet. Catan. tit.* 44 *num.* 6. qui
omnes dicunt, quod pręferatur etiam alio
conſanguineo tantùm, quia habet duo Iura
potiora, & ex multis alijs medijs hanc pro-
bant ſententiam.
5 Dico ſecundò ſi ſtatutum, vel conſuetudo
conſideraret ſolùm vicinitatem, pręfertur
vicinus, & ita procedunt noſtræ Conſuetudi
nes, vt ſæpiſſimè replicatum eſt, pręcipuè
6 *quæſt.* 1. Si verò conſiderant agnationem,
tunc agnati præferuntur, vt latiſſimè eſt vi-
dere penes Borgnin. *dict. deciſ.* 19. *&* 20. *par.*
2. & ita obſeruatur Panormi, vt not. Cumias
ſuper Rit. cap. 96. *num.* 5. Petr. Roſſat. *ſuper
dict. rit. cap.* 196. Mut. *ad Conſuet. Panorm.
cap.* 26. *num.* 8. *cum ſeqq.* ſic etiam Cataniæ,
vt per Nepit. *in dictis conſuetud. tit.* 41. *con-
ſuet.* 2. *num.* 2. *fol.* 290. eandem opinionem
defendit Iacob. Nouell. *de iur. prothomiſ.*
7 § 2. *num.* 14. *&* 103. Hoc idem procedit ſe-
cundum

cundum terminos *Conſtitut. Regn. ſancimus.*
vt ibid. per illum *Tex.* probat Afflict. §. 8.
num. 1. *&* 2. & in ſimili probat etiam Dec.
*conſ.*619. *num.*7. quia in hac materia poten-
tius eſt ius vicinitatis iure ſãguinis, vt etiam
ſuperius dictum eſt.
8 Dico tertiò, Si inter cõſanguineos aliquis
eſſet proximior, ille præfertur; ſi omnes ſint
in pari gradu, omnes admittuntur, niſi ali-
quis prius præuenit alios, hoc dictum patet
9 ex traditis *ſupra quæſtione 6.* & præuentio
fieri debet per litis conteſtationem. Quæ
quidem proximitas attenditur tempore re-
tractus, vt dixi loco citato, & probant etiam
Bart. Caſtrenſ. & alii, quos ſequuntur Alex.
*conſ.*27. *num.* 8. *cum ſeqq. volum.*7. Anna *dict.*
*conſ.*47. Mut. *dicto cap.*28. *per tot. & cap.*26.
*nu.*140. *cũ ſeqq.* Nepit. *dict. tit.* 44. *per tot. &*
*tit.*41. *conſuet.* 2. *num.*6. Tiraquell. *de retract.*
lignag. §. 11. *per totum.* Molin. *dict. diſputatio-*
ne 370. qui *num.* 12. *&* 13. etiam probant,
10 quod ſi facta eſſet venditio remotiori in
gradu, poſſet proximiori in gradu illam re-
uocare, quod eſt manifeſtum, dum attendi-
tur proximitas, vt notant alij præcitati Au-
ctores.

S V M M A R I V M.

Ecleſia non habet ius congrui ſecundum no-
ſtras conſuetudines, nec alius vicinus contra
ipſam, num. 1. *Idem ſeruatur Catania, num.* 2.
ſic etiam Panormi, num 3. *Quid ſi Eccleſia eſ-*
ſet extra diſtrictum, & emeret intra diſtrictum,
traditur, num. 4. *Quid ſi alius emat nomine*
*Eccleſiæ, num.*5. *Quid ſi Eccleſia vendat præ-*
dium laico, num 10. *Quid ſeruetur ſecundum*
terminos Conſtit. Regni, traditur. nu. 12. *&* 13.
Quid ſi emeret ex cauſa neceſſaria per amplia
*tionem, num.*14.
Monaſterium non babet Ius retractus ex perſona
Monachi, & ratione probatur, num. 15. *Quid*
ſi Monaſterium alienet, an admittãtur alij con-
ſanguinei, num. 16. *Dum Monaſterium non ha-*
bet Ius congrui, an hoc locũ habeat, dum emunt
duo monaſteria pro dilatatione dormitorij, vel
*ampliatione Eccleſiæ, num.*17. *vbi deciſionem*
refert inter Monaſterium Sancti Andreæ, &
Sanctiſſimæ Trinitatis huius Ciuitatis.
Stauritæ an habeant Ius congrui, traditur nu. 6.
Hoſpitale, & Confraternitates an habeant Ius
*congrui, declaratur num.*7. *&* 9. *An poſſint alie*
*nare ſine licentia Epiſcopi, num.*8.
Hoſpitale Sanctiſſimæ Annuntiatæ de Neapoli,
quodnam priuilegium habeat in Iure congrui,
refertur. num. 11.

QVAEST. XXXIII.

Trigeſimotertiò quæro, An Ius congrui
locum habeat in Eccleſia? De hac
quæſtione, multi multa dicunt, ſed
breuiter illam expediam tam ſecun-
dum noſtras Conſuetudines, quàm ſecundũ
1 *Conſtit. Regni ſancimus.* Dico igitur primò,
ſecundum terminos noſtrarum Conſuetudi-
num, Ius congrui non habere locum in Ec-
cleſia tam actiuè, quàm paſſiuè; itaque nec
ipſa vti poteſt Iure congrui contra alios em
ptores ſi Eccleſia habeat vicina prædia; nec
etiam alij vti poſſunt iure congrui contra
Eccleſiam, quando ipſa Eccleſia emit, *Tex.*
eſt ad literam *in Conſuet. incip. ſi Eccleſia*
emat fol. 340. Vbi Napod. & omnes alij.
2 Idem diſponitur per Conſuetudines Cati-
nenſes, *vt ibid. tit.*48. habetur *in Conſuet. vni*
*ca fol.*304. vbi idem ſtatuta habere locum
3 in Monaſterijs. Idem diſponitur per Con-
ſuetudines Panormitanas *cap.*27. in Eccle-
ſia, & Monaſterijs, prout latius proſequitur
ibi Marius Mut. quamuis *in tit.*195. *&* 202.
videatur diſponi contrarium, vt detur Ius
congrui, ſed de hoc dicitur *quæſt. ſeq.*
4 Ampliat hoc Napodan. *loc. cit. ſub num.*74.
etiam ſi Eccleſia ſita extra diſtrictum Ciui-
tis Neapolis vellet emere intra diſtrictum,
adhuc enim non ligatur iure congrui nec
actiuè, nec paſſiuè, quia attenditur locus, vbi
bona ſunt ſita, & poſita, prout latius *in tit*
*de bon. quæſt.*1. & alibi dictum eſt.
5 Limitatur tamen duobus modis. Primò ſi
emeretur fundus pro Eccleſia ędificanda,
quia alius emit, non autem Eccleſia, ideò
habet locum ius congrui, quod verum eſſe
poteſt, niſi Eccleſiaſtici emerent; tunc enim
obſeruari debet id, quod de eis *infra* dice-
mus *quæſt. ſeq.*
6 Secundò limitatur in bonis Extaurita-
rum, vt ſunt bona Confraternitatum, quę re
guntur per laicos; quia illa bona non haben
tur pro bonis Eccleſiæ quòad Ius congrui,
ex quo alienantur per laicos, & ſic contra
eos daretur ius congrui, vt probat Napod.
hic num. 74. *in fin.* quem probat Afflict. *de*
iur. prothom §. 1. *num.*12. per octo rationes.
Tenet etiam quędam *addit. ad* Napodan. *ſub*
7 *dict. num.*74. *fol.*340. Et idem eſſe puto de
bonis Hoſpitalium, & Confraternitatum,
quæ non ſunt erectæ de conſenſu, & auctori-
tate Epiſcopi, quia huiuſmodi bona guber-
nantur, & adminiſtrantur etiam per laicos,
& non gaudent priuilegijs Eccleſię, & con-
ſequenter alienari poſſunt ſine ſolemnitati-
bus requiſitis per ſacros Canones, ſecùs ve-
rò ſi erecta eſſent auctoritate Epiſcopi, tunc
enim iudicarentur vti bona Eccleſiaſtica, &
gauderent priuilegijs Eccleſiæ, & de Hoſpi-
talibus probat *Tex. in cap. ad hoc de religioſ.*
domib. cap. 2. *de for. compet.* Felin. Lambertin.
Gabr. Fuſc. Maſcard. Putc. & alij plures,
quos probat Ricc. *in prax. alienat. rer. Eccleſ.*
9 *deciſ.*40. & de Confraternitatibus poſt *Spe-*
culat. probat Ioannes Andr. *in cap. Ioannes*
verſ. vnum eſt de teſtam. Caſtrenſ. Alex. Abb.
Rebuff. Gabr. Valaſq. & alij plures, quos
probat

Digitized by Google

probat idem Ricc. vbi ſupra *dec.*48. vbi etiã
tradit,quãdo huiuſmodi loca dicãtur erecta
auctoritate Epiſcopi, & conſeqnenter ſicue
in bonis, Stauritarũ ceſſat ius congrui, ſic
etiã eſſet in prædictis alijs, nã eadẽ eſt ratio.
10 Tertiò limitatur,quoties Eccleſia vende-
ret aliquod prædium laico;tunc enim vici-
ni haberent ius congrui contra illum laicũ
emptorem,& rei emptæ poſſeſſorem, vt do-
cet Napod.*in d.Conſuet. Si Eeeleſia emat* in
verbo *emat,nu.*77.*f.*341. Quem poſt Maxil-
lam,Marant. & Rendell. ſequitur Rendella
*de iur. prothom:ſ. in verb. Ecelesia nu.*21.*fol.*
346.Iacob.Nouell.§.1.*de iur congr. nu.*239.
11 Vincent. de Franch.*deciſ.*343.*tot.* Vbi hoc
dicit non habere loeum in Hoſpitali S.Ma-
riæ Annuntiatæ de Neapoli ex partieulari
priuilegio,vt etiam notat Rendell.*vbi ſup.*
*nu.*14.Dũ igitur in Eccleſia Din.Mariæ An-
nuntiatæ eſt tale priuilegium particulare,
ſequitur vt regnla ſit in contrarium, vt ad-
uertit de Franch.*d.deciſ.*383. latiſſimè Car-
panus *ad Statuta Mediol.lib.*1. *eap.*433.*num.*
15.vbi etiam *eitat* tenentes contrarium.
12 Dico ſecũdò,ſi loquamur ſecũdũ terminos
Conſtitutionis Regni. Idẽ etiã in Eccleſia,
quia nullo modo ligatur iure congrui, nec
qñ ipſa ageret cõtra alios, nec ſi alij age-
rent contra illam,quia dum hæc ſunt ſtatu-
ra, & leges laicorum non ligant Eccleſiam,
etiam ſi eſſent in eius beneficium vulg. *tex.*
in c.Eccleſia S.Mariæ de Conſtit. & dixi *part.*
2.*tit.de perſon.q.*7.Et hoc determinatur ex-
preſsè in d.Conſtitutione,& notant ibidem
Affl.§.1.*nu.*8.*&* §.9.*nu.*14.Iacob. Nouellus.
ibid.§.8.*&* 9.*nu.*29.*eum ſeqq.*Boet.*deciſ.*231.
qui Afflict.ſequitur,ſic etiam Rendell. *in d.*
*verb.Eccleſia,nu.*12.*& ſeqq.* Probant etiam
Iaſ.*conſ.*152.*nu.*9.*lib.*4.Tiraquell. *de retract.*
13 *lignag.*§.1.*gloſ.*13.*n.*7.Borrell. *conſ.*26.*n.*3.
et 73.dicẽs in Regno Neapolit.hãc opinio-
nem non habere contradictionem, & eam
ſine dubio ſequi Aduocatos,& Iudices,quã-
uis Maran, contradicat *deeiſ.* 8. præcipuè
*nu.*35.de quo non eſt curandum, qnia lo-
quitur cõtra receptam ſententiam,vt patet.
14 Hoc eò magis procedit, qñ Eccleſia,vel
Monaſterium emit ex canſa neceſſaria pro
ampliatione eiuſdem Eccleſiæ,vel Monaſte-
rij,tunc ſine dnbio ceſſaret ius cõgrui, quia
Eccleſia emit ex cauſa priuilegiata, & ha-
beret hoc prinilegium contra eoſdem vici-
nos, quamuis eſſent bona patrimonialia
ipſorum,vt dixi infra *de contrab.empt.* Itaq;
fruſtrà fierent huiuſmodi circuitus inuti-
les,prout in materia iuris congrui, probat
poſt alios Vinc.de Franch.*deciſ.*223. tenent
etiam Florian.& Paul.de Citadin. quos ſe-
quitur Rendell. *in d. verb. Ecelesia,n.*7.
15 Dico tertiò,Retractum iure ſanguinis nõ
datur Monaſterio ex perſona profeſſi, nec
etiam dum Monaſterium bona profeſſi vẽ-
dit, quia dum bona veniunt ad Monaſte-
rium,efficiuntur Eccleſiaſtica, & ceſſat ra-
tio conſeruationis bonorum in familia,ob
quam datur retractus, ſiuè ius prothomi-
ſeos ſanguinis, dũ verò Monaſterium dicta
bona alienat,tunc eſt alia ratio, quia non
16 ſubditur iuri retractus,vt ex dictis patet, &
poſt Gomez. probat etiam Molin. *d. diſput.*
370.*nu.*8.*&* 9.Sed credo, dum eſt alienatio
in laicum, iam conſanguinei contra illum
laicum haberent ius retractus, prout vi-
cini contra eundem haberent ius congrui,
vt patet ex dictis *in* 3.*limitatione.*
17 Non eſt tamen omittendum, quod inter
duo Monaſteria daretur ius prælationis, ſi
emerentur domus pro ampliatione eorun-
dem Monaſteriorum,& Monaſterinm anti-
quius præferretur, prout ſucceſſit annis
elapſis inter Monaſterium Monialium San-
cti Andreæ, & Monaſterium Monialium
Sanctiſſimæ Trinitatis, nam Monaſterium
Trinitatis mediante perſona Marchionis
Mureoni emit quandam domum ab V.I.D.
Michaele Angelo Monerio pro ampliatio-
ne eiuſdem Monaſterij,Monaſterium Sancti
Andreæ prætẽdebat prælationem pro am-
pliatione eiuſdem Monaſterij, & quia erat
magis antiquum præferri prætendebat, &
hinc inde valdè certatum fuit,etiam in Ro-
mana Curia, & quia fuit habitum pro vero
Monaſterium Santi Andreæ tanquam anti-
quius debere præferri in dicta ampliatio-
ne;fuit de ordine Congregationis Eminen-
tiſſimorum Cardinalium ſuper Regulares
ſiuè de ordinatione Sanctiſſimi miſſus Re-
uerendiſſimus Auditor Rotæ ad hanc Ciui-
tatem ſuper faciem loci,vt videret,ſi rei ve-
ritate prædictum Monaſterium Sancti An-
dreæ domo illa indigeret pro ampliatione,
& viſo loco, & facta relatione in Curia Rò-
mana,fuit iudicatum in beneficium d. Mo-
naſterij S.Andreæ, fuit enim prælatum pro
eodem pretio,& cum eiſdem pactis, & con-
ditionibus,cum quibus emerat dictum Mo-
naſterium Trinitatis. Quæ prælatio,licèt nõ
veniat ex iure congrui, quia illud ceſſat in
hac Ciuitate tam pro, quàm contra Eccle-
ſiam,euenit tamen ratione æquitatis pro d.
ampliatione,& proindè Monaſterium Tri-
nitatis diſceſſit à d.loco,& mutauit ſitum,
de qua Deciſione meminit noſter de Ponte
*conſ.*153.*vol.*2.

SVMMARIVM.

*Eeeleſiaſtici per bas Conſuetudines nec actiuè, nec paſſiuè ligantur iure congrui: idq; expreſsè cauetur per Ritus Arebiepiſcopales,nu.*1.*Et ita Deciſũ fuit in Sacro Conſilio.n.*2.*Illi tamen ligantur per Cõſtitut. Regn. Sancimus n.*63.*& ſic Deciſũ fuiſſe per Curiã Cappellani Maioris refertur n.*5. *& Sancitum etiã eſt in Ritibus Sieilia n.* 6.

*Hoc ius non eſt contra Sacros Canones, n.*3. *et* 9. *nec contra ius Diuinum,aut naturalem libertatem,eod.num.*9.

Digitized by Google

Conſuetudines de iure congrui loquentes ſunt approbata de Iure Canonico,n.4.

Per hoc ius non lœdantur Eccleſiaſtici,n.10. *Et nullum ſit prœiudicium Eccleſiaſticę Iuriſdictioni,num.11.*

Lex laicalis approbata per Eccleſiaſticos,eos etiam ligat,num.7.

Agnati,& vicini omni iure præferũtur extraneis,num.10.

Eccleſiaſtici omni iure conueniri debent coram Iudice Eccleſiaſtico,num.22. & & 15. Et nulla cõſuetudine poteſt introduci contrarium,vt probatur n.13.

Eccleſiaſtici Iure Diuino ſunt exempti à ſeculari iuriſdictione eod. n.13. Vnde Sacri Canones id non ſtatuunt , ſed ſolum declarant exemptionis priuilegium eſſe de Iure Diuino,eod. n.13. Quanquam Deus facultatem conceſſit Sommo Pontifici declarandi tale priuilegium ex legitimis cauſis ad certos caſus non extendi,nu.14.

QVÆSTIO XXXIV.

TRigeſimoquarto quæro , An ius cõgrui locũ habeat in pſonis Eccleſiaſticis? Quæſtio hæc ſimiliter põt dupliciter agitari,nempe , sm̃ noſtras Cõſuetudines,& sm̃ d.Cõſtitutionẽ Regni.

1 Dico igitur primò, Eccleſiaſtici non ligãtur nec actiuè, nec paſſiuè iure cõgrui sm̃ terminos noſtrarũ Cõſuetudinũ , quia nec cõtra eos datur ius cõgrui,nec etiã illo vti poſsũt. Et ratio eſt, qa in hac Ciuitate adſũt Ritus Archiepiſcopales,quibus expreſsè cauetur,vt clerici nec actiuè,nec paſſiuè
2 vti poſſint iure congrui, & ita pluries fuit deciſũ in S.C.vt per Vinc.de Franch.*deciſ.* 285.Annã *cõſ.112.n.49.lib.2.* Rendell.Tapi.& alios penès Io:Bapt. de Thor. *in eius Cõp.dec.in dec.in verb.Clericus an poſſit conueniri iure cõgrui,* & alios citatos *in pced.q.*
3 Dico ſecũdò, sm̃ terminos Cõſt.Regni *Sãcimus,* Eccleſiaſtici actiuè,& paſſiuè ligantur iure cõgrui sm̃ receptiorẽ sẽtẽtiã , ratio eſt, quia ius cõgrui nõ eſt cõtra Sacros Canones,& cõſequẽter etiã inter Eccleſiaſticos ſeruari debet ex regula *tex.* vbi omnes *in c.1.de noui oper.nunciat.*& eò magis,
4 quia ſimiles Cõſuetudines de iure cõgrui loquẽtes, ſunt etiã approbatæ de iure Canonico, *c. cõſtitutus de in integ.reſtit.* Et hæc eſt magis recepta sẽtẽtia, vt poſt Cyn.Bar. Calder.Abb.& alios,probat Iacob.Nouell. *de iure ptho.§.1. n.237.cum ſeqq.*vbi ſic pluries deciſũ refert in Repub. Veneta , probant etiã Tiraq. Maxill. Io: Ant. dè Nigr. Capyc.Borrell.Oliua,Mãtua, Benedell. & Caput. quos pbat Rendell.*in d.Conſt.Sãcimus,in ver.Eccleſia,f.346.n.16.*quã etiã sẽtentiã tuentur Gomez. Guttier. & alij, quos probat Molin.*d.diſp.370.n.6.* Roland. à Vall. *conſ.21.n.7.vol.1.*Alex.Raudenſ. *variar.reſol. c.11.*Io: de Amic.*conſ.14. toto,* Socin. *conſ.45. n.2.vol.3.*Neuizan.*conſ.39.* Bal.Burſat. & alij penès Surd.*dec.20.n.3.& 9.*vbi teſtatur de cõmuni,Addentes ad Napod. *hic in Conſuet. Si Eccleſia,f.341.*& præcipuè Vinc. de Franch.*in*
5 *add.incip. Vide Tiraq.* Vbi ſic deciſũ refert in Curia Cappellani Maioris , & executã fuiſſe
6 ſententiã,eandẽ opinionẽ tuẽtur Siculi , Cumias *ſuper rit. cap.40.n.40.n.287* . vbi teſtatur de cõmuni,Intrigl.*ſing.329. & 330. lib.1.* vbi eius Addentes alios citãt , & ſuper *Bull. q.24. nu.5.*Marius Mut.*ad Conſuet.Panorm.c.26.ſub n.150.cum nu.ſeqq.* Ant.de Ball. *lib.5. variar. tract.in princ.nu.60.& ſeqq. f.191.* vbi ſic pluries deciſũ refert in d.Regno Siciliæ,vbi adeſt Text.Regis Alphonſi , qui Textus in illo Regno Ritus cõmuniter nũcupatur : qui quidẽ Ritus diſponit Eccleſiaſticos ligari iure congrui,vt in eo legitur *c.195.& c.202.* Et qa Ritus prædictus in illo Regno fuit approbatus, vt aiũt à tribus bracchijs, videlicet Demaniali,Militari, & Eccleſiaſtico, & pindè etiã Ec-
7 cleſiaſticos ligat : nam qñ lex laicalis approbata eſt per Eccleſiaſticos habentes facultatẽ ad talem approbationem etiam quòd illa lex diſponeret circa ordinatoria , & deciſoria, ligat Eccleſiaſticos , vt ſcripſit Bald.*in c. Imperial. col.3. verſ.quæro nunquid ſi ex Conſuetu. de probib.feud.alienat.per Federic.* vbi etiam Martin. Laudenſ. *Abb.conſ.72. col.2. verſ.præterea, & in cap.cùm veniſſent de eo, qui mitt.in poſſ.*Anton. de Butr.Imol. Felyn. Dec. & alij *in cap.Eccleſia Sanctæ Mariæ de conſtit.*Barbat. *conſ.65. col.antepen.libr.4.* Cumias *ſuper dicto rit.cap.38.nu.438.& cap.40. nu.279.* qui alios Siculos citat Nepit.*in proœm. Conſuet. Catan. nu.141.& alij.*
8 Et quamuis Matant.*diſput.8.* poſt *Afflict.*& quoſdam alios,ſic etiam Surd.*conſ.2.libr.1.* & quidem alij contrarium teneat ; nam *Afflict.* in hoc varius fuit, & noſtram etiam tuetur ſententiam,nec ipſi mouentur aliqua ſolida
9 ratione,qa, vt dictũ eſt *q.2.*huiuſmodi Statuta, & Cõſuetudines de iure cõgrui nõ repugnãt naturali libertati,nec iuri Diuino,& Canonico,ſed potius ſunt sm̃ ius canonicũ, oĩs ratio .n. naturalis ſuadet, vt agnati , & vicini pſe-
10 rãtur extraneis,& tãto magis,qa Eccleſiaſtici nullo modo lædũtur , nã iuſto ptio mediante cogũtur vẽdere,& coactio fit à ſuo Iudice Eccleſiaſtico,nec cogũtur vẽdere,ſi nolint;nã dũ vult vẽdere,eſſet iniquitas,ne vicinus,& agnatus pferãtur extraneis;& ſic ex quocũq; capite ſtatutũ cõſideretur, eſt admodũ rationabile : & qa cõtẽta in hac reſponſione sũt maximè nota,& patet etiã ex dictis p aduerſarios, & p Auctores cumulatos,p noſtra sẽtẽtia,& ex ijs, q̃ dixi *p.2.tit.de pſon. q.7.n.46.& ſeqq.* & alibi: q̃ oĩa dicta ſint,p maiori claritate hui' sẽtẽtiæ: ſatis.

ſatis eſt enim, vt ex ſacris canonibns, ſic cõ-
mmuniter intellectis per Canoniſtas, alioſque
Doctores tales conſuetudines ſint etiam in
indicijs communiter receptæ.

11 Nec etiam fit præiudicium iuriſdictioni
Eccleſiaſticæ, nam licèt *Tiraquell. de retract.*
lignag. §. 8. *gloſ.* 5. *p.* 16. *Triuiſan. dec.* 14. *cau-*
ſar. ciuil. & quidam alij teneant, quod ſaltem
de generali conſuetudine Eccleſiaſtici ſint
in hoc caſu conueniendi coram Iudice ſe-
12 culari, eorum opinio falſa eſt, & omninò
improbabilis ratione perſonarnm Eccleſia-
ſticarum, quia, ſi contra eas peritur ius con-
grui, de omni iure eis competit, vt conue-
niãtur corã eorũ iudice Eccleſiaſtico com-
petente, nec vlla lege, vel conſuetudine po-
tuit introduci cõtrarium, vt dixi ſupra *par.*
2. tit. de perſon. q. 7. præcipuè *nu.* 18. *cum ſeqq.*
Et in ſpecie docent *Napodan. hic in con-*
ſuet. vbi Domus nu. 59. *& in conſuet. ſi eccleſia*
nu. 75. *Afflict. in princip. tract. de iur. prothom.*
num. 1. *Marant. d. diſpu.* 3. *n.* 58. *in fin. Beſſian.*
in conſuetudin. Aluern. tit. de retract. art. 8. *Bo-*
er. in conſuetudin. Burgund. rub. 4. §. 7. *verſic.*
nunc venio ad riuulum fol. 656. *Mut. d. c.* 26. *n.*
151. *Piſanell. ſup. in præm. conſuetud. in* §. *præ-*
fatis ſub nu. 293. *in addit. incip. Concludit,* &
alij plures, prout etiam explicaui in Bulla
13 Cœn. Domini, quia Eccleſiaſtici iure diui-
no excẽpti ſunt à iuriſdictione laicali; quoniã
licèt per ſacros Canones ſit magis expreſ-
ſum Eccleſiaſticos exempros eſſe à iuriſdi-
ctione indicum ſecularium, id fecerunt Sũ-
mi Pontifices declaratiuè, quia nempè de-
clarant hoc priuilegium eſſe per iura diuina
conceſſum Eccleſiaſticis & conſequenter da-
tũ eſſe etiã illis reſpectu cõmunis boni Rei-
14 pub. humanæ, & ſic poteſtatem conceſſit
eius Vicario, ſcilicet Summo Pontifici ex
legitimis cauſis, & prout expedire videbit, &
neceſſarium iudicabit cõmuni bono Eccle-
ſiæ priuilegium illud ad certos caſus non
extedatur, put eſt, quãdo Eccleſiaſticos tra-
dit in aliquibus caſibus poteſtati, ac iuriſdi-
ctioni iudicum ſecularium, prout relatis
antiqnis, & modernis, multis rationibus, sũ-
ma eruditione, & facilitare explicat, Suarez
in ſuo tract. defenſion fid. Cathol. lib. 4. *de im-*
munit. Eccleſ. per tot. & præcipuè *cap.* 8. *cum*
ſeqq. Vbi tàm in cauſis ciuilibus, quam
in criminalibus, quam etiam in omni alio
negotio ab execntione tributorum, & alio-
rum onerum hoc explicat, nam clarum eſt,
15 quod ſuperius dixi, quòd, dum lege laico-
rum, ſiuè illorum ordinatione tenerentur
ad aliquid, quod eſſet non ex vi legis,
& ordinis laicalis, ſed ex vi modo natu-
ralis rationis comprehenſæ in ipſa lege, sũt
conueniendi coram eorum Iudice Eccleſia-
ſtico, vt paret ex dictis, & habetur, *in cap. non*
minus, & c. aduerſus de immunit. Eccleſ. cum
alijs cumulatis per Suar. *d. lib.* 4 *cap.* 26. *per*
tot. & in ſpecie *nu.* 6. *cum ſeqq.*

SVMMARIVM.

Natnrales actiuè, & paſſiuè legantur iure con-
grui ratione vicinitatis nu. 1. *ratione tamen*
conſanguinitatis non ligantnr, nu. 2. *ſed con-*
trarium ſeruatur in Regnis Hiſpaniarum
num. 4.

Naturales non ſnnt propriè de familia, nec ſuc-
cedunt, nu. 2. *nec ſunt coniuncti, nu.* 3.

Si tamen ſint legitimati ſuccedunt, & admittun-
tur ad ius congrui nu. 5.

QVAEST. XXXV.

1 TRigeſimo quintò quæro, An ius con-
grui detur naturali, & quid ſi fuerit
legitimatus? Queſtio hæc non habet
dubium circa ius congrui ratione vicinita-
tis, quia tam actiuè, quam paſſiuè ligaretur
iure congrui, prour ligantur aliæ perſonæ in
illis caſibus, in quibus ius cõgrui datur, na-
turalis enim in hoc caſu non inuenitur ex-
ceptuatus ab hoc beneficio, quin illud petit
contra alios, & ab hoc onere, quando alij il-
lud perunt contra ipſum, & in eo, & contra
eum militant rationes omnes, quæ vigene
in iure congrui, vt ad ſenſum pater.

Tota quæſtio eſt in iure congrui ratione con-
ſanguinitatis, & ſanguinis, de qua materia
latiſsimè diſputat, *Andr. Tiraquell.* §. 1. *de*
retract. lignag. gloſſ. 8. *tot. Afflict.* §. 1. *de iure*
prothom. nu. 32. & àlij *infra* cumulandi, qui
2 tenent, quod nullo modo naturalis habeat
ius congrui, quia naturales non ſunt pro-
priè de familia, vr in eis poſſit conſiderari
rario conſeruationis bonorum in familia,
quia non ſuccedunt, prout latiſſimè dixi
3 *tom.* 1. *par.* 4. *queſt.* 43. nec etiam naturales
dicuntur eſſe coniuncti, vt ratione coniun-
ctionis ſuccedant, & ad hunc retractum ad-
mittantur, & hanc eandem ſententiam pro-
bat *Nepit. ad Conſuet. Catan. tit.* 40. *nu.* 22. *&*
ſeqq. fol. 379. Iacob. Nouell. *de iur. prothomis.*
§. 5. *nu.* 106. *& ſeqq.* Miſinger. *centur.* 2. *obſer-*
uat. 35. vbi ſic deciſum referr, de quo ſolùm
meminit *Ricc. in ſua collect. deciſ. par.* 1. *cap.* 6.
4 In Hiſpania tamen, quia huiuſmodi natura-
les ſuccedunt etiam patri, & dicuntur de
familia, vt dixi, *d. q.* 43. & alibi, ideò admit-
tuntur ad ius congrui ratione ſanguinis, vt
poſt *Gomet. Guttier.* & alios notat *Molin. d.*
diſp. 370. *nu.* 4. faciunt cumulata per *Carrot.*
deciſ. ſiuè conſ. 8. de quo meminit *Rendell. de*
iur. prothom in verb. parentes nu. 10. *in fin. fol.*
105. vbi admittit naturales in defectu legi-
timorum, de qua materia dixi aliqua alibi
in his *Commentar.*

5 In ſecundo caſu, quãdo ſunt legitimati, &
vera eſſet legitimatio, vt dixi, *tom.* 1. *part.* 2.
tit. de perſon. q. 2. tunc ſine dubio ſuccedunt,
& admittuntur etiam ad retractum ſangui-
nis, vt poſt *Salycet. Angel. Afflict.* & alios plu

res notat. *Tiraq:d.gloſ.S.nu.2.cum ſeqq.* plures alios citat, & probat *Mut. ad Cõſuet.Panorm.cap.26.nu.152.cum ſeqq.*

SVMMARIVM.

Vniuerſitas ex vi conſtitutionis huius Regni non habet ius congrui num.1. Eſt tamen attendenda conſuetudo locorum,n.2. Contra Vniuerſitatẽ Vallis Vitulani fuit deciſum ,n.3. in fauorem cuiuſdã aliæ vniuerſitatis etiam decisum fuit in Sacro Conſilio nu.4.

An ſi vniuerſitas vẽdatur ab eius Barone habeat ius congrui,remiſſiuè nu.5.

Non eſt contra legis diſpoſitionem quod vaſalli admittantur ad regium demaniũ quãdo vẽduntur ab eorum Barone n.6.

Barones ſolent eſſe cum vaſſallis ita crudeles, & auari, & vt variis angarijs, & oneribus illos grauent.nu.7.

Vaſſallagium eſt ſeruitutis ſpecies nu.8.durior eſt reſpectu Regis nu.9. Poſſunt tamen vaſalli à ſeruitute baronali ſe liberare ibid.

Sancitum eſt in hoc Regno per nouellas Pragmaticas,vt Vniuerſitates poſſint admitti per annum,& non contra non obſtante reſtitutione in integrum n.10.Admittuntur tamẽ ad iura propria,ſed ratione prælationis,quæ domino directo competeret n.11. Dum petuntur,demania fiunt lites in Regia Camera Regio Fiſco aſſiſtente, & adiuuãte vniuerſitates. n.12.Prouocationes ad Regium demanium ſæpiſſolet ad inſtigationem aliquorum ciuium potentium, vt ipſi partem Vniuerſitatum introitus adminiſtrẽt,& in propios vſus conſument nu.13.

An vniuerſitas ſemel admiſſa ad demanium,poſſit reuocare Rex priuilegium. nu.14.

Si Vniuerſitas quæ erat in demanio, ex aliqua cauſa redire velit ad dominium Baronis,tũc emptor,contra quem Vniuerſitas obtinuit demaniũ,non habet ius prælationis, n.15.

QVAEST. XXXVI.

TRigeſimo ſextò quæro. An Vniuerſitas habeat ius congrui,& quid ſi vendatur ab eius Barone? In prima parte
1 tamen termini conſtitutionis Regni, opinio negatiua vera eſt, nam ſic expreſsè determinatur per illam *Conſtitutionem in fin. vt ibid. not.* Afflict. quem probat *ibi Iacob. Nouell.in rub.nu.115.& 166.qui tamen. nu.*
2 *117.& ſeqq.* dicitq; in aliquibus locis Italię habet Ius congrui,itaq: conſuetudo loci in hoc obſeruari debet, & partem negatiuam defendit etiam, *Rendell.de iur.prothom. in*
3 *verb.via publica nu.13.fol.340.* & ita fuit deciſum cõtra Vniuerſitatem Vallis Vitulani cum Ioanne Dominico Zarillo, vt notat Ioann.Bapt.de *Thor.in compend.deciſ.Neapol.verb.ius prothomiſeos lo 3.* vbi poſt Carolum Tapiam *in d.conſtit.Sancimus nu.42. &*
4 *ſeqq.* dicit eſſe deciſum aliquando in Sacro Conſilio in beneficium cuiuſdam vniuerſitatis,ſed idem eſſe potuit, quia ibi ceſſabat d.Conſtitutio ex aliqua conſuetudine.
5 In ſecũdo caſu nõ audeo reſpõdere, quia latiſſimè examinat hanc quæſtionem *Camill.Salern.in addit.ad Napod.in præm.ſub n.35.fol.31. & ſeqq. in addit.incip. Magna eſt Principis poteſtas*, & omniũ latiſſimè *Carſias Maſtrill. in ſuo Conſilio vnico poſt primum librum ſuarum Deciſionum*, quod Conſilium multi eximij Doctores approbarunt vt patet ex dictis ſubſcriptionibus appoſitis in dicto Conſilio,& ex alijs, quæ habentur *in fin.ſecundi libri Deciſionum*, ponit etiam Menoch.*conſ.709. lib.9.*de Franch.*deciſ.17. tota,*& nouiſſimè Rendell. *de iur. prothomis. in verb.ſub eodẽ ſeruitio. nu.51. & ſeqq.f.125.* Ioan.Andr.de Georg.*alleg.7.nu.14. cũ ſeq.* de quo meminit Rendella *in d.eius tract, in verb.probatum fuerit,nu.251.*de Ponte *tract. de poteſt Proreg.tit. de diuerſ.prouiſio in rub. de donis,& expenſ.vniuerſ.§.1. Rouit.in prag.* Illud ſolum dicam pro compendio eorum
6 quæ in hac materia alij dicunt, non eſſe cõtra legis diſpoſitionem, quod in hoc caſu vaſalli admittantur ad Regium demanium,
7 tanto magis,quia aliqui Barones ſolent eſſe cum illis ita crudeles,& auari, vt varijs, & diuerſis angarijs, & oneribus pauperrimos vaſſallos grauent, & qui à parentibus grauati inueniuntur,eorum filij ad inſtar Roboam, ſequendo conſilia iuniorum hominum,duplicatis oneribus vaſſallos grauant:
8 & ideò,cum vaſſallagium ſit quædam ſeruitutis ſpecies, quæ licèt remanet quòad directum Dominũ,vt eſt Rex,etiã dum Vniuerſitas admittitur ad demanium,vt poſt alios notat idem de *Pont.d. §.1.nu.1. & 2.* rema-
9 neret tamen alia ſeruitus durior reſpectu Baronis,& ab hac ſeruitute vaſſalli poſſent ſe liberare,& ad libertatem peruenire,& ſolùm Regem,ac eius miniſtros in legitimum ſuperiorẽ recognoſcere;& nemo hoc negare poterit,quin vaſſalli eſsẽt tales,vt in Regio demanio cõſeruare ſe poſsẽt, & ſic fuit pluries iudicatũ in Sacro Neapolitano Cõs. & in hoc Regno eſt ſancitum per nouellas Pragmaticas,vt poſſint admitti Vniuerſitates ad demaniũ per annum,& nõ vltra,non obſtãte reſtitut.in integrum,vt etiam notat Rẽdella loco cit.n.53.quãuis poſt Camillum de Curt.& alios idem de *Pont.d.§.14,& 15.* quod vniuerſitates admictãtur ad demaniũ non iure proprio, ſed ratione prælationis, quæ Domino directo cõpeteret,& ideò, dũ
12 petũtur demania,fiũt lites in Regia Camera Fiſco Regio aſſiſtẽte,& adiuuãte Vniuerſitates,& ideò ſi Dom.directus nollet demaniũ,

tunc

Digitized by Google

tunc omnes vniuerſitates excluderentur, quoniam nõ poſſent inuito Domino, exercere prælationem, quæ ſolo Domino directo competit, ſed hoc non puto verum, ſed ſolùm miniſtri conſiderare ſolent, an vniuerſitates poſſint ſe conſeruare in Regio Demanio, alijs denegent ius prouocandi ad illud, ob intereſſe Regis, quia vaſalli, vel ſaltem non omnes, non poſſunt conſer-
13 uari in illa libertate, & ordinariè prouocationes ad regium demanium fieri ſolent ad inſtigationem aliquorum ciuium potentiorum, vt ipſi poſteà introitus vniuerſitatum adminiſtrent, & in proprios vſus conſument; & dùm vniuerſitates poſteà inueniuntur deſtructæ, tunc iterum petunt venire in poſſe Baronum, & ſic maiorem patiuntur ſeruitutem, & deſolationem, & conſequenter non ſolet eſſe expediens, vt admittantur ad demanium, & melius eſt, vt ordinariè viuant ſub Dominorum protectione, & gubernio, quàm tales mutationes facere cum detrimento, & ruina, recordentur tamen Barones, vt tanquàm patres ſe habeant cum vaſſallis, quia ſic de iure eſſe
14 debent, non autem tyranni. An autem ſi ſemel admiſſa fuit ad demaniũ, poſſit Rex reuocare priuilegium dixi ſupra in declaratione *Proemii 9.*

15 Illud autem non eſt omittendum, quod ſi vniuerſitas, quæ erat in demanio ex aliqua cauſa imminentis neceſsitatis, redire vellet ad dominium Baronis, tunc ille emptor, contra quem vniuerſitas obtinuit demanium, non habebit ius prælationis, quia ille nullum retinuit ius, & quod poſſet prælationem illam habere, nam quod habuit, fuit iam reſolutum, dum vniuerſitas ex prælatione ſaltem Domini directi fuit admiſſa ad demanium, vt tenet Guid. Pap. *deciſ.* 575. Boer. qui alios citat *deciſ.* 181. Bald. Ioan. Rayner. Regens de Curte, & alij, quos probat de Pont. *d.* 5. *nu.* 16. *& ſeqq.*

SVMMARIVM.

Ius congrui non datur ruſticis, & alijs hominibus non liberæ conditionis contra Ciues Neapolitanos, datur tamen ciuibus, & habitatoribus contra ruſticos, & c. nu. 1. & hæc conſuetudo reſpicit fauorem ciuium, & habitatorum Neapolis num. 2. & ſeruatur etiam alijs in locis nu. 3. Imò in Ciuitate Catanea datur ciuibus contra exteros nu. 4. Id quod etiam diſponitur in Conſtit. Regni. Sancimus nu. 5.

Si ciuis venderet prædia alicui ruſtico, tunc ruſticus vicinus haberet ius congrui contra ruſticum emptorem. nu. 2.

Ciues faciliùs onera Ciuitatis ſuſtinent, quàm exteri. nu. 5.

Ruſtici hic intelliguntur, qui faciunt opera ruraria, ſiuè in rure, ſiuè in Ciuitate habitent num. 7.

Serui vndè dicantur ruſtici, vel vrbani. ibid.

QVÆST. XXXVII.

TRigeſimo ſeptimò quæro, An ius congrui detur ruſticis contra ciues? Prima pars huius quæſtionis
1 eſt clara ſecundùm terminos noſtrarum cõſuetudinum, quia ius congrui non datur ruſticis, & alijs hominibus non liberæ conditionis contra ciues Neapolitanos, vel eius habitatores, quàmuis ipſi ciues, & habitatores habeant ius congrui contra ipſos ruſticos, & alios homines non liberæ conditionis, vt habetur hic in *Conſuet. Vbi domus* Vbi Napodan. *nu.* 69. *& ſeqq.* & alij omnes Vinc. de Franch. *deciſ.* 337. Notae tamen
2 optimè Napodan. *nu.* 72. quòd hæc conſuetudo reſpicit fauorem ciuium, & habitatorum Neapolis, contra quos Ruſtici non habent ius congrui, & ideò ſi eueniret, & ciues, & habitatores venderent eorum prædia alicui ruſtico, tũc ceſſaret fauor conſuetudinis, & ruſticus vicinus haberet ius congrui contra illum ruſticum emptorem. Vt
3 autem ciuis præferatur ruſtico in iure congrui, ſeruatur etiam in alijs quibuſdam locis, vt notat Iacob. Nouell. *de iur. prothomiſ.* 5. 7. *nu.* 38. *cum ſeqq.* in Ciuitate Cata-
4 niæ mandatur, quod ciues, & habitatores præferantur exteris, vt habetur *tit.* 4. *cõſuet. vnic.* vbi Nepit. *nu.* 9. *& ſeqq. fol.* 277. & idem
5 diſponitur ex *text. in Conſtitut. Regn. Sancimus*, quia faciliùs ciues ſuſtinent onera ciuitatis, quàm exteri, dum poſsident bona in eodem dominio: ſi enim alibi habitarent ſolùm bonatenentia ſoluerent pro bonis ſitis in dicto loco, vt eſt communis praxis, & ſtylus Regiæ Cameræ Summariæ in Ciuitate Neapoli; & de validitate talium ſtatutorum tanquam commune, & publicum bonum reſpicientium teſtatur Alex. *conſ.* 116. *verſ. poteſt reſponderi vol.* 6. *Cephal. Rimi nald.* & alij, de quibus meminit Rendell. *de iur. prothom. in verbo ſub eodem ſeruitio, num.* 70. *cum ſeqq. fol.* 129. *& ſeqq.* Hoc tamen
6 intelligo, quando ille extraneus non haberet alia bona contigua in illo loco: ſi enim alia bona haberet, quia tunc ratione illorum bonorum iudicatur vt ciuis, & illa bona ſunt ſubiecta conſuetudini illius loci, vt dixi ſuprà par. 2. *in tit. de perſonis quæſt.* 1. *& tit. de bon. quæſt.* 1. ideò hic talis quàmuis alibi habitaret, haberet tamen ius congrui ratione illorum bonorum, quia ius cõgrui datur ratione bonorum vicinorum, vt ſæpiſsimè dictum eſt, vt Tiraquell. & plures Siculos probat Marius Muta ad conſuetud.

Panor-

Panormitan.cap.26.num.13.cum.ſeqq.
7 Ruſtici autem in hoc caſu ſecundum Na-
podan. in dicta *Conſuet. Vbi domus num.69.*
fol. 339. dicuntur illi, qui ruralia faciunt
opera, ſiuè in villis, ſiuè in Ciuitate habi-
tent, quoniam ſerui ruſtici, vel vrbani non
ex loco, in quo habitant, ſed ex opere, quod
exercent, iudicantur, *l. ſedcum quære-*
retur. §. 1. ff. de legat. tertio, cum alijs
cumulatis per *Napod. loco cit. & per Vinc. de*
Fràch. dicta deciſ.337.n.2. qui videri poſſunt
circa reliqua concernentia hanc illationẽ.

SVMMARIVM.

Per Conſuetudines Panormitanas non datur ius congrui Iudæis, & Saracenis contra Chriſtianos, num. 1. Idem eſt per conſuetudines Neapolitanas, ibid.

Proſper Rendella in præſenti quæſtione ſibi contrarius refertur nu.2.

Iudæo non cõpetit ius congrui contra Chriſtianũ, ſi Chriſtianus eſt qui emit, & qui vẽdit. n.3. Vbi, & etiam num. 4. rationibus probatur: poſſunt tamen Chriſtiani vti iure cõgrui aduerſus Iudæos nu.6.

Quid ſi venditor eſſet Iudæus, poſſet aduerſus illum Iudæus vicinus vti iure congrui, nu.7. Et tunc cogi poſſet ad iurandum per Deum viuum, aut alio ſimili modo, & ſi deindè conſtaret de periurio puniri poſſet à Iudice ſeculari, nu.8.

Iudæi non comprehenduntur in lege Chriſtianorum, quæ præcipitur actum fieri cum iuramento; ſi tamen iurant, cogi poſſunt ad iuramentum ſeruandum, nu.4.

In Regno Siciliæ quando contrahunt cum Fidelibus, iurant per Deum viuum, nu.5.

QVÆSTIO XXXVIII.

TRigeſimo octauò quæro, An ius con-
grui detur Iudæis, vel Saracenis cõ
tra Chriſtianos? Quæſtio hæc in
Ciuitate Panormitana caret dubio, nam ibi
1 adeſt particularis *Conſuet.cap.27.in fin.* quę
denegat ius congrui Iudæis, & Saracenis, vbi
Mut. *num.* 24 *verſ. ratio*, verè eam dicit eſſe
rationem, quia huiuſmodi perſonæ nimis
graues eſſe ſolent vicinis, & nemo eſſe vide-
tur, qui velit eos habere vicinos, & idem eſt
per noſtras Conſuetudines, vt colligitur ex
Conſuet. vbi domus, ibi *qui non ſit liberè con-*
ditionis, vbi *Napodan. nu.63.*
2 Proſper tamen Rendella *in rub. de iur. pro-*
thom. nu. 22. examinat hanc quæſtionem,
in qua ſe inuoluit, quia primò dicit huiuſ-
modi perſonas vti iure congrui, quia ligan-
tur diſpoſitione ſtatutorum, & conſuetudi-
num locorum, poſtea tamen *num.* 26. tenet
contrarium, quia in hac materia interuenit
iuramentum, ſi verè emit & vendit, & ſi pro
ſe petat ius congrui, vel non, & vbi iuramen
tum interuenit in aliqua lege, illa non ligat
Iudæos, vt ego etiam dixi ſupra *part. 2. tit.*
de perſon. quæſt. 2. etiam in addition. & plu-
ra etiam de illis dixi *conſ.17.* per totum.
3 Ego tamen in hac quæſtione ſic diſtingue-
rem, quòd vel Iudæus vellet vti iure con-
grui contra Chriſtianum, vt quia haberet
prædia vicina, prædio vendito, & veram, &
rationabilem puto ſententiam, quod illi nõ
competat ius congrui, ſi Chriſtianus eſt, qui
emit, & qui vendit, & hoc, tum ratione eui-
tandi malum vicinum, ſaltem ex pluribus
partibus, quia, ſi habetur vicinus ex vna tan
tum parte, expedit ne habeatur ex alijs, tum
4 & præcipuè ratione iuramenti, quia Iudæi
non comprehenduntur in lege Chriſtiano-
rum, quæ iubet actum fieri cum iuramen-
to, quàmuis iurent, poſſunt cogi ad
5 obſeruantiam iuramenti, & in Regno Sici-
liæ per *Pragmaticam* Marci Antonij Co-
lumnæ prouiſũ, eſt vt iurent per Deum viuũ,
quando Iudæi, & Infideles contrahunt cum
Chriſtianis, vt latiſsimè proſequitur *Mut.*
ſuper Cõſuet. Panor. cap. 15. *num.* 5. *&* 26. vbi
alios cumulat, & vt Chriſtianus præferatur
Iudæo, & Infideli, quàmuis è con-
6 tra Chriſtiani vti poſſint iure congrui ad-
uerſus Iudæos ob rationes adductas, vt ſe
liberent à malo vicino, & quia ipſi iurare
poſſunt, nec nouum eſt, vt Chriſtianus ha-
beat aliqua aduerſus Iudæum, & non è con-
tra, nam alia plura habet fauore religionis,
vt latiſsimè proſequitur *Tuſch. verb. Iudæi.*
7 Aut verò venditor prædij eſſet Iudæus, vel
Infidelis, & tunc non video rationem con-
cludentem, cur in hoc caſu Iudæus, vel In-
fidelis vicinus non gaudeat iure congrui,
nam ceſſat ratio mali vicini, quia habet iam
malum vicinum eiuſdem farinæ, & condi-
tionis, ceſſat etiam ratio iuramenti, quia
8 cogi poſſet ad iuramentũ per Deum viuum
vt dictum eſt, & vt aperiatur terra, illumque
abſorbeat, ſi verum non diceret, quo iura-
mento præſtito, ſi conſtaret de periurio,
quia iam peieraſſet, tunc puniretur Iudæus,
& quiuis alius Infidelis (in loco, vbi tole-
rantur inter Chriſtianos) à Iudice ſeculari,
vt dictum eſt in præfata quæſtione ſecunda,
etiam in Addit. & hæc mihi videtur veritas.

SVMMARIVM.

Ius congrui datur ſingulari ſucceſſori, quamuis è contra non detur contra ipſum, nu.1.

Singularis ſucceſſor vti poteſt iure ſui Authoris, nu.2. Tenetur ex perſona ſua, non autem ex facto ſui Authoris, ibid.

Ius congrui datur hæredi, & contra hæredem ſi actum poſſideat, nu.3.

Suceſ-

Digitized by Google

Succeſſor vniuerſales vtitur iure ſui Authoris, & contra ipſum tranſeunt omnes actiones, ibid.

Ius congrui datur ratione bonorum, num. 4. & neceſſarium eſt actu poſſidere ea bona, quorum ratione datur, ibid.

Si cui competat ius congrui, & ingrediatur Religionem, Monaſterium ex eius perſona, durante tempore Nouitiatus, habet ius congrui, num. 5.

Ius congrui eſt perſonale, & non tranſit ad alios, ibid.

QVÆST. XXXIX.

Trigeſimo nono quæro, An ius congrui detur hæredi, & ſingulari ſucceſſori, & contra eoſdem? Pro declaratione, & abſolutione ſimul huius

1 quæſtionis; Dico primo ius congrui datur ſingulari ſucceſſori, quàmuis è contra non detur contra ipſum: Hoc dictum probat *Napod. hic in Conſuet. Si quis emit, nu. 51. & in Conſuet. Vbi Domus, n. 64. Frecc. ſub. dict. nu. 51. fol. 336. in addit. incip. ius congrui*, vbi

2 etiam *Affiict. citat. vt alios* omittam. Ratio, cur ipſe habeat ius congrui, ea eſt; quia, & vt ſingularis ſucceſſor, nempe, vt emptor, donatarius, & ſic de alijs, vti poteſt iure ſui authoris, vt magis explicabitur *quæſtione ſeq.* & ideo ex perſona illius habebit ius congrui: Non datur autem ius congrui contra ſingularem ſucceſſorem, quia ipſe tenetur, vt emptor, donatarius, &c. ex perſona ſua, non autem ex facto ſuo authoris, & ſic ex perſona alterius, tanquam eius ſucceſſor, & conſequenter contra ipſum ceſſat ius congrui, vt optimè notant prædicti Authores, & infra cumulandi.

3 Dico ſecundò ius congrui datur hæredi, & contra hæredem, dummodo actu poſſideat, & ratio eſt, quia, dum eſt ſucceſſor vniuerſalis, vtitur iure ſui authoris, & actiuè, & paſſiuè contra ipſum tranſeunt omnes actiones *toto titulo, Vt actiones ab hæred.*

4 *& contr. hæred.* & quia ius congrui datur ratione bonorum, vt ſæpe ſæpius replicatum eſt, ideò neceſſarium eſt poſſidere illa bona, quorum ratione petitur congruum, vt optimè probat *Napodan. loco cit.* & poſt alios probant etiā *Mut. ad Conſuet. Panor. cap. 27. num. 16. & ſeq. Molin. in tract. de contractib. diſput. 470. n. 7. & 10. Borgnin. deciſ. 19. nu. 79. & ſeqq.* & præcipuè *nu. 87. & 88. par. 2. Rendell. de iur. prothom. in verb. dederit nu. 4. fol. 143.*

Plus dicunt aliqui Doctores, quos probat *Mut. dict. cap. 27. n. 15. cum duobus ſeqq.*

5 quod, ſi poſtquam mihi competit ius congrui, ingrediar in Religionem, iam Monaſterium ex perſona mea haberet ius congrui; quod intelligitur, durante tempore nouitiatus; quia tunc nouitius nomine ſuo peteret ius congrui: at poſt emiſſam profeſſionem ſecus eſſet; quia ius congrui, ac ius retractus eſt perſonale, & non tranſit ad Monaſterium, vt poſt *Gomeſ.* probat *Molin. dicta diſput. 370. num. 8. & 9. Rendell. loco citat. in ver. Eccleſia fol. 343.* qui de *Gomeſio* tantum meminit, & patet ex dictis ſupra *quæſt. 33.*

SVMMARIVM.

Ius congrui cedi non poteſt niſi cum re ratione cuius alicui tale ius competit, num. 1.

An limitetur in iure prothomiſeos, nu. 3.

Et ſi competat ius congrui ratione rei, tamē de per ſe eſt perſonale ratione affectionis, vel ad euitanda mala, num. 2.

Ceſſio quid operatur, num. 3.

In iure prothomiſeos, quando propinquior non vult exercere retractum facit locum alijs, num. 4.

Vicinus ex vno latere, non poteſt cedere ius congrui emptori in præiudicium aliorum vicinorum, quia talis ceſſio eſſet in fraudem congrui, & dum vendit ius congrui, quamuis ipſe emeret prędium cōtiguum alteri, eius prædio excluderet vicinos à iure congrui ſaltem per exceptionem, num. 6.

Dominus directus non poteſt cedere alteri ius prelationis ſibi competens, num. 7.

QVÆST. XL.

Qvadrageſimo quæro, An ius congrui poſſit alteri cedi? De hac quæſtione multi multa dicūt, breuiter tamen illam abſoluam.

1 Dico igitur primò, ius congrui cedi non poſſe de per ſe ſeparatum à re; benè tamen ceditur cum ipſa re, ratione cuius aliquis habet ius cōgrui. *Itâ Napod. in Cōſuet. Si ex vno latere gloſ. fin. num. 92. verſ. ergo hoc ius poſſit cedi cum nu. ſeqq.* quem per eadē media ſequitur *Afflict. de iur. prothom. §. 1. ſub nu. 42. & nu. 43. vbi* alios citat, quē ſequitur *Intrigl. ſing. 340. lib. 1.* vbi eius addentes pro hac eadē ſententia citat *Tiraq. de retract. lignag. §. 26. gloſ. 1. nu. 36. Vinc. de Franch. deciſ. 242. nu. 1. Caualc. deciſ. 5. n. 12. p. 4. Caſtrenſ. conſ. 430.* quem probat *Tuſch. in verb. ius congrui concl. 573. num. 31.* Idem

Bor-

Borgnin.dec.19.num.80. par.2. Ruin. conſ. 179.vol.2.Nepita ad Conſuet. Catan.tit.40. num.39 fol.279. & ſeqq. vbi quoſdam alios citat *Mut.ad Conſuet.Panor.cap.26.nu.169. & ſeqq.Tepat.lib.2.var.iur.ſent. in tit.de retract.fol.113. col.1.in §. facultas,* vbi etiam citat Balb.*deciſ.193.& Ioann.Papon.lib.11. tit.7.arreſt.4.* alios citat, & probat *Marius Giurba dec.* 51. vbi ſic pluries deciſum reſum refert in illo Regno Siciliæ. Et ab hoc dicto non differt in effectu *Rĕdell. in d. ſuo tract. in §. & non renunciauerint , fol.* 316. Nam licèt confuſè multa dicat,tamen *n 6. cum ſeqq.* videtur hoc affirmare, prout *Piſanell.ad Napodanum* hic *in Cōſuet. Si quis emit,ſub nu.3.fol.324.in add.incip. Aduerte, verſ. iſtud ius congrui ,* & probant etiam alij infra cumulandi. Et ratio, cur de per ſe cedi non poſſit,ea eſt ſecundum omnes,

2 quia licèt hoc ius competat ratione rei , tamen de per ſe eſt perſonale ratione affectionis ad rem, vel ad euitanda incomcomoda,quæ recenſui ſupra *quæſt.2.* & cōſequenter ſimul cum ipſa re cedi poteſt , ſolum autem cedi nequit , vt notant prædicti Auctores , & probant etiam *Vrſill. ad Afflict.dec.238.sub num. 6. de Franch. dec. 226.num.2.&* 5.vbi hoc declarat,dummodo ceſſio rei fiat ſine fraude, quod Iudicis arbitrio relinquitur,vt per eum, & probat etiam *Burgius in tract.de laudem.par.1. inſpect.4.num.38.*

3 Dicunt tamen aliqui hoc eſſe limitandum in iure prothomiſeos ratione ſanguinis,quia illud cedi poteſt alteri,ſed limitatio eſt inanis , quia ceſsio non operatur aliud, niſi excluderet ſe de medio,& ſi ceſſio non operatur aliud,niſi excluderet ſe de medio,& ſi ceſſionarius ſit ꝓpinquior alijs , admittitur, nam aliter vocarentur proximiores in gradu ad eandem rationem , quia eſt ius perſonale,& competit gradatim omnibus conſanguineis , &

4 ideò , ſi propinquior nollet exercere retractum,faceret locum alijs ex ſucceſſorio edicto, vt eſt videre penès citatos Auctores,præcipuè penès *Afflict. d. §. 1. num.43. circa fin.*tenent etiam *Ioan. Faber, Tiraq. & alij,*quos probat *Mut.ad Conſuet.Panor. cap.28.nu.21.Balb.Papon.& Borgnin.* quos probat *Tepat. loco cit.*

5 Dico ſecundò,idem procedere, ſi cedēs erat coniūctus, ſiuè vicinus ex vno latere, quia adhuc ius congrui, illi competens ratione ſui prædij non poteſt emptori cedere in præiudicium vicinorum , quia talis ceſsio eſſet in fraudem congrui , & dum ipſe vendit , abdicat à ſe ius congrui , & à cit. loc. cum alijs : quam opinionem cū effectu probat *Napod.loc.cit.nu.94.* tenent etiam *Tuſch.d.concl.583. num.14. & alij ;*

6 quamuis ſi ipſe emeret prædium,contiguū alteri eius prædio , excluderet vicinos à iure congrui,ſaltem exptionem , vt dixi *ſupra quæſt.31.*

7 Confirmatur ex dictis ſupra *quæſt.14.* vbi probatum eſt Dominum directum non poſſe cedere alteri ius prælationis , ſibi competens,& idem eſt in propoſito,prout latiſsimè poſt alios probat *Tiraquell. d.§. 26. per tot.* ad quem pro reliquis mitto lectorem.

SVMMARIVM.

Datur pœnitentia à petitione iuris cōgrui, etiam contradicente emptore, & ſecuta ſententia, num. 1. vbi ſic deciſum refertur in Sacro Concilio, *quamuis contrarium deciſum fuerit in Senatu ,vt refertur num.2.*

Poteſt quis fauori ſuo renunciare , antequā ſit perfectè ius quæſitum alteri, num. eodem.

Inducta in alicuius fauorem,non debent in eius odium retorqueri,ibid.

Pœnitentia non datur à renunciatione iuris congrui,num.3.

Ad ius renunciatum non datur regreſſus , num. 4.

Emptor, & venditor poſſunt recedere à cōtractu ad ſoluendum ius congrui, dūmodo vicinus eos in iudicio non præuenerit petendo ius congrui,nu.5. Et hoc procedere etiam poſt rei traditionem, traditur num. 6. Et probatur num.7.9.& 10. & num. 8. Soluitur quadam obiectio in contrarium; & num.11. Contraria Caputaq. opinio improbatur; vbi etiam Afflict. Tiraquell.& Vrſillus *per eum allegati , explicantur.*

Ius retractus ſtat in ſuſpenſo, durante tempore ad retrahendum,num.9.

Donatio ante acceptationem poteſt reuocari in præiudicium donatarij,num.10.

Si venditor vigore pacti de retrouendendo vellet rem aliquam recuperare, quam habuit vicinus ex iure congrui, cogitur vicinus eam reſtituere, num.12.

QVÆST. XXXXI.

QVadrageſimo primò quæro, An à
petitione iuris congrui, vel ab
eius ceſſione detur pœnitentia?
Pro reſolutione huius quæ-
ſtionis.

1 Dico Primò, qui ſemel petijt ius congrui,
poteſt ſe pœnitere, & illi renunciare, etiam
contradicente emptore, & ſecuta ſententia
ita ex multis probat *Tiraquell. de retract. li-
gnag. par. 1. ad fin. tit. n. 24. cum ſeqq. Qui tamen
nu. 28.* ità concludit latiſſimè probat *Vinc. de
Franch. deciſ.* 346. vbi *nu.* 2. ſic pluries deci-
ſum refert in Sacro Conſilio ſic etiam *in fin.
d. deciſionis*, & *in d. deciſ.* plures cumulat, de
quo meminerunt, *Rendell. in d. eius opere, in
verb. voluerunt alienare, n. 2. fol. 36. & in verb.
iuſtum pretium, nu. 17. fol. 140. & Ricc. par. 1.
ſuæ collect. cap. 6. Tepat. Papon. Vaſq. Farinac.
dec. 842. n. 1. Theſaur. Conar. & Felician.* quos
probat *Marius Giurba deciſ. 51. nu. 1.*

2 Nec vrget, quòd *Boer.* dicat eſſe contra-
rium deciſum in ſuo Senatu, vt habetur
deciſ. 48. par. 1. de quo meminit *de Franch. lo-
co cit.* quam etiam ſententiã probat *Ioann.
Papon. lib. 11. tit. 7. arreſt.* 9. de quibus memi-
nit *Tepat. lib. 2. variar. iur. ſenten. tit. de iur.
congr. fol. 114. col. 1. §. Vicinus*, nam ad eorum
rationes reſpondet *Tiraq. & Franch. locis ci-
tatis*, & præcipuè, quia dum vicinus, vel con-
ſanguineus iure ſpeciali, & ob eorum fauo-
rem ad ius congrui admittuntur, poſſunt
eorum fauori renunciare antequàm ſit per-
fectè ius quæſitum alteri, prout cernitur in
hoc caſu, & quia inducta in fauorem ali-
cuius, non debent retorqueri in eius odium,
vt ſunt iura manifeſta, & quia rationes
aliæ videri poſſunt locis citatis, omitto re-
liqua.

3 Dico ſecundò, qui ſemel renunciauerit
iuri congrui, non poteſt amplius ſe pœnite-
re, præcipuè quando renunciatio fuit ab
alia parte acceptata: Hoc dictum clarum
eſt ex ratione ſæpius repetita *in tit. de renun-*
4 *ciat.* quia ad ius renunciatum non datur re-
greſſus, & in proprijs terminis renunciatio-
nis iuris congrui probant *Boer. deciſ. 140.
nu. 9. Tepat. lib. 2. variar. iur. ſententiar. tit. de
retract. in princ. §. proximior, qui ſemel*, & arti-
culo ad partes ſic decidit *Tiraquell. de re-
tract. lignag. quæſt. 8. nu. 41.* quem probat *Mut.
ad Conſuetud. Panor. cap. 28. n. 20.* de qua ma-
teria tractat *Rendell. in d. eius opere*, in *verb.
& non renunciauerit, fol. 316.* Quid autem di-
cendum ſit de renunciatione tacita, non pe-
tendo infrà tempus debitum dicetur *q. ſeq.*

5 Dico tertiò, emptorem, & venditorem
poſſe ſe pœnitere, & à contractu recedere ad
ſoluendum ius congrui, dummodo vicinus
eos non præuenerit petendo ius congrui in
iudicio, In hoc dicto omnes conueniunt, ſi
res vendita, nondùm fuerit tradita empto-
6 ri: contentio eſt poſt traditionem rei: ſed
mihi placet opinio affirmatiua, quam ex
multis poſt *Boer. & Marau.* probat *Rendell.
in d. eius tract. in verb. in venditione coniuncti,
nu. 15. & ſeqq.* vbi contraria quædam ſoluit.
7 Ratio vera eſt, omiſſis alijs, quia antequàm
vicinus in iudicio compareat, etiam domi-
nio rei emptæ translato in emptorem, po-
teſt emptor rem illam alteri donare, vt dixi
ſupra *q.* 28. igitur eò magis reſoluere eun-
dem contractum ex voluntate vtriuſq; con-
8 trahentis: licèt enim in conſequentiam læ-
datur ius vicini, quia omittit ius congrui;
tamen læſio illa eſt conſequentèr, & licita
eſt, dum fraus, & dolus ceſſat in contractu,
vt *d. q.* 28. notatum eſt.

9 Additur etiam, quia interim erat in po-
teſtate vicini vel iure congrui; clarum eſt
enim, vt ius retractus ſtet in ſuſpenſo, du-
rante tempore retrahendum *Tuſch. d. concl.
583. nu. 31.* & alij. Igitur ante eius accepta-
tionem licita eſt reuocatio, & ſi illi fuiſſet
res donata, vt dixi ſupra *par. 4. tit. de renun-*
10 *tiat. q. 1. circa fin.* ſi igitur etiam donatio an-
te acceptationem poteſt à donante reuo-
cari in præiudicium donatarij, eò magis po-
teſt reſolui contractus à contrahentibus in
præiudicium vicini, antequàm ius congrui
11 petat. Et ex his patet male loqui, *Antonium
Caput in d. Conſt. Sancimus, in verb. alienare, n.
3. fol. 40. in d. tract. Rendell.* qui contrarium
tenet, & pro eadem ſententia *Rendell. in d.
verb. in venditione coniunct. nu. 16. fol.* 309. ci-
tat *Afflict. §. 6. nu. 13. in fin. & Tiraquell. §. 1.
gloſ. 10. q. 20. & glo. 18. nu. 50.* qui tamen hoc
non dicunt *Afflict.* enim loquitur de vendi-
tione facta ſub conditione, *Tiraquellus* verò
de tempore; quando incipiat currere annus
de qua re dicam *q. ſeq.* citat etiam *Vrſill. ad
Afflict. deciſ. 338.* ſed nec etiam *Vrſill.* hoc di-
cit, ſed loquitur in venditione facta cum pa-
cto de retrouendendo, ſi interim habeat lo-
cum ius congrui, & concludit affirmatiuè,
vt dixi ſupra *q. 16.* Itaq; remanet ſolus *Capu-
tus* pro dicta opinione, qui ſine ratione lo-
12 quitur: ſi enim vellet venditor recuperare
illa bona vigore pacti de retrouendendo, &
vicinus habuiſſet rem illam, ex iure congrui,
cogeretur, illa reſtituere venditori, vt dixi
d. q. 16. itaq; ſi antequàm ius congrui peta-
tur, reſoluatur venditio virtute pacti de re-
trouendendo, ceſſare debet ius congrui, &
ſic malè, loquitur *Caputus*.

SVMMARIVM.

1 *Ius congrui incipit competere ſecundum loci conſuetudinem.*

2 *Secundum conſuetudinem præſentem, poteſt peti infrà ſpatium vnius anni incipientis à die ſcientiæ.*

3 *Secundum verò* Conſtitut. Regn. Sancimus *poteſt peti ius congrui, infrà triginta dies numerandos à die denunciationis factæ, illis quibus ius conuenit.*

4 *Si tamen ſint abſentes, vel minores infrà quatuor menſes à die ceſſati impedimenti.*

5 *Cataniæ præſentibus datur infrà quindecim dies à die banditionis, abſentibus verò infrà ſex menſes, & poſt regreſſum venit tempus quindecim dierum.*

6 *Panormi datur tempus vnius annis, vnius menſis, vnius hebdomadæ, & vnius diei.*

7 *In Hiſpania dantur nouem dies.*

8 *Vbi verò datur ius congrui, & tempus non determinatur exerceri poteſt infrà annum, quia ſic poteſt de iure communi præcipuè in feudalibus.*

Tiraquellus verò tenet, quod omni futuro tempore, poſſit quis à manibus emptoris retrahere, alij verò ſpatio triginta annorum, eod. num.

9 *Vera tamen ſententia eſt, quod detur infra annum.*

10 *Ita fuiſſe deciſum in ſuo Senatu affirmat Miſinger.*

11 *Oppoſitum fuit deciſum in S. C.*

12 *At euitandas lites, & ad probandum ſcientiam anni, facienda eſt denunciatio vicinis, an velint petere ius congrui.*

13 *In venditione facta ſub conditione tempus incipit currere à die conditionis adimpletæ.*

14 *Sic etiam dicendum eſt de abſente, de relegato, & de alijs perſonis legitimè impeditis, quoniam interim non dicuntur eſſe in mora.*

Contractus ſtat in ſuſpenſo, donec purificetur conditio. eod. nu.

15 *Vt currat tempus retractus minoribus, & abſentibus debet adiri Iudex, qui minoribus det curatorem ad lites, ſiue tutorem, & abſentibus datur etiam curatore ad lites, ſi non habuerint procuratorem, quibus fit denunciatio, ſi velint vti iure congrui infrà tempus debitum, quo termino elapſo ampliùs non audiuntur.*

16 *Loco conſanguinei abſentis admittuntur ad retrahendum conſanguinei ipſius.*

17 *Fiunt banda in datione curatoris abſenti, ſi fortè compareāt conſanguinei ipſius abſentis, ad ſuſcipiendum iudicium nomine abſentiſmet conſanguinei.*

18 *Durante tempore appellationis, vel declarationis veri pretij rei venditæ, non currit tempus præfixum ad retrahendum.*

QVÆST. XXXXII.

QVadrageſimo ſecundo quæro, ius congrui, quando incipiat competere, infrà quod tempus peti valeat. Pro huius quæſtionis reſolutione.

1 Dico primo, in omni loco attendendam
eſſe loci ipſius Conſuetudinem, quòad omnia
prædicta, præcipuè infrà quod tempus
ius congrui peti poſſit, & quando tempus
currere incipiat: non enim quòad omnes
dari poteſt eadē regula, vt infra dicēdis patebit,
& latiſſimè proſequitur *Tiraquell.* §. 1.
de retract. lignag. gloſ. 10. *tot.* & alij infrà cu-
2 mulandi. Hinc eſt, quod ſecundum terminos
noſtrarum Conſuetudinum ius congrui
peti poteſt infra ſpatium huius anni numerandi
à die ſcientiæ, vt diſponit ad literam
Conſuet. Si quis emit. hoc tit. fol. 323. Vbi omnes
Commentatores *Vinc. de Franch. deciſ.*
392. de quo meminit *Ricc. par.* 1. *collect. cap.*
3 6. Et ſecundum terminos *Conſtit. Regn. Sancimus*,
peti poteſt ius congrui infrà triginta
dies, numerandos à die denunciationis factæ
illis, quibus ius prothomiſeos competit,
4 ſi tamen ſunt abſentes, vel minores, infrà
quatuor menſes à die ceſſati impedimenti,
vt habetur ad literam in *d. Conſtit.* vbi latiſſimè
Afflict. §. 2. & omnes alij etiam moder-
5 niores Cataniæ datur tempus quindecim
dierum præſentibus à die publicæ bannitionis
anteà numerandorum, abſentibus verò,
ſi redierint infrà, ſeu menſes, currit tempus
quindecim dierum poſt primum eorum
regreſſum, vt habetur *tit.* 41. *Conſuet. Vnic.*
vbi *Nepit. fol.* 285. *cum ſeqq.*
6 Panhormi datur tēpus vnius anni, vnius
menſis, vnius hebdomadæ, & vnius diei, vt
habetur *in Conſuetud. Panormitanis cap.* 26.
vbi latiſſimè *Mut.* præcipuè *nu.* 167. *cum ſeqq.*
7 In Hiſpania ſunt nouem dies, vt notat, *Mo-*
8 *lin. diſp.* 370. *nu.* 2. 19. *ſeqq.* & ſic de alijs. Si verò
in aliquo loco daretur ius congrui, nec
eſſet determinatum tempus, tunc ſine dubio
exerceri tantum poſſet infrà tempus
vnius anni, quia hoc tempus datur ſecundum
iuris, & præcipuè feudalis diſpoſitionem
in huiuſmodi retractu *cap. Titius ſi de
feud. defunct. milit. fuer. controuerſ.* vbi *Andr.
Bald. Aluarot.* & alij, quos citat *Andr. Tiraquell.
d. gloſ.* 10. *num.* 3. *cum ſeqq.* vbi pluribus
medijs hoc probat, vt per eum, quod omitto,
faciunt latè diſcuſſa per *Borgnin. deciſ.* 19.
nu. 18. *in fin. num.* 16. *cum ſeqq. par.* 2. quamuis
ipſe *Tiraquell. ibid. n.* 10. *& ſeqq.* conetur ſubſtinere,
vt omni futuro tempore poſſit quis
à manibus emptoris extrahere, & ſi fuerit
prædium in alios alienatum, præſcribatur
hoc ius decem annorum inter præſentes, &

vt-

Digitized by Google

viginti inter abſentes. Alij tenent, quod infra ſpatium triginta annorum petatur, vt latiſſimè poſt alios probat *Marius Giurba in deciſ.* 75. ſed quia hoc non eſt neceſſarium ſecundùm has Conſuetudines, ideò hoc
9 omitto, & quia veriorem puto primam ſẽtentiam, quod, ceſſante alio impedimento, & Conſuetudine in contrarium, regularitèr non detur ius congrui, ſeu prothomiſeos,
10 niſi infra annum, & ſic in ſuo Senatu deciſum affirmat *Miſinger. centur. 3. obſeruat.* 51. de quo meminit *Ricc. d. cap. 6. circa fi.* quamuis *Sempron. Aſc. determinat.* 179. *præſcriptio nu.* 9. de quo meminit *Ioan. Bapt. de Thor. in compend. deciſ. Neapolit. verb. ius congrui, an*
11 *præſcribatur?* fundat, & dicit etiam deciſum, & confirmatum per S. C. quòd dùm erant elapſi anni treſdecim, fuit votatum competere ius congrui, vt latè proſequitur *Giurba loco citato* præcipuè ſecundum eius ſtatutum.

11 Dico ſecundo, vt euitentur lites, & probetur ſcientia anni ſecundum noſtras Conſuetudines, melius eſſe, vt fiat iniunctio, ſiue præceptum, ac denunciatio vicinis, ſi velint petere ius congrui ſeruata forma conſuetudinis, ſiue ſtatuti, vt ex *tex. in l. emptor fundi, in fin: C. de euiction.* probat *Napodan. in d. Conſuet. Si quis emit, nu.* 39. *fol.* 333. vbi *Anton. de Alexan. & Piſanell.* ſic etiã *Stephan. de Caiet. in eadem Conſuet. ſub nu.* 50. incip. *Vnde practicatur fol.* 335. quia ſemper vicini poſſent dicere ſe neſciuiſſe talem venditionem, vel ſaltem eius qualitates, nempe verum pretium, & ſic de alijs, vt etiam notat *Afflict. d. §. 3. nu. 5. Iacob. Nouell. §. 6. nu. 45. & ſeqq. Rendell. in d. eius opere, in verb. infra quatuor menſes, nu.* 15. *fol.* 166. & alij.

13 Dico tertio, ſi venditio eſſet ſub conditione, tempus inciperet currere à die conditionis impletæ, ratio eſt, quia interim,
14 contractus ſtat in ſuſpenſo, donec adimpleatur, ſiue purificetur conditio, & idem eſſet in abſente, in relegato, & ſic de alijs perſonis legitimè impeditis, qui interim nõ dicuntur eſſe in mora, vt latiſſimè probat *Afflict. d. §. 2. Tiraquell. d. gloſ.* 10. *Molin.* qui etiam quædam cõtraria ſoluit *d. diſput.* 370. *num.* 19. cum pluribus ſeqq. *Iacob. Nouell. de iur. prothom. §.* 1. *num.* 274. *cum ſeqq. & §.* 4. *num.* 42. *Benedell. in vod. tract. in verb. cùm notiſſimum ſit*, vt habetur *in Opere Rendellæ fol.* 378. & ipſe *Rendell. fol.* 163. *in verb. infra quatuor menſes*, quod eſt manifeſtum, & poſt *Carpan. Peregrin.* & alios plures notat *Marius Giurba deciſ.* 76. *ſub nu.* 1.

15 Dico quarto, vt pariformitèr ſingulis, & abſentibus, & minoribus currat tempus retractus, debeat adiri Iudex, qui minoribus det curatorem ad lites, ſiue tutorem, dum fiat iudicium; abſentibus verò, non habentibus procuratorem, detur etiam curator ad lites, quibus fiat denunciatio, ſi velint vti iure congrui infrà tempus determinatum à ſtatuto, ſiue Conſuetudine, quo termino elapſo, amplius non audiantur, *vt ex tex. in l. 1. ff. de curat. bon. dand. Bald. & Mantica* probat *Rendell. loco cit. num.* 12. *& ſeqq.* & hæc praxis dandi curatorem abſenti, cum quo agatur iudicium, ſeruatur paſſim in Regno Siciliæ.

16 Eſt benè verum, quod loco conſanguinei abſentis admittuntur eorum nomine ad retrahendum illius conſanguinei, quia eſt cauſa, quæ non patitur commodam dilationem, vt probatur *ex tex. in cap. conſtitutus* vbi *gloſ. in verb. fratre ſuo extra de in integr. reſtit.* vbi *Ancbar.* & alij, quos, & *Afflict.* probat *Rendell. in d. verb. infra quatuor menſes nu.* 6. 7. *& ſeqq.* & ad hunc effectum ſolent fieri banna in datione curatoris dandi abſenti, ſi forte aliquis ex conſanguineis compareat pro ipſo abſente ad ſuſcipiendum iudicium eius nomine: quod, vt dixi, & paſſim in dicto Regno Siciliæ.

18 Dico quintò, durantẽ tempore appellationis, uel declarationis ueri pretij, prò quo fuerunt uendita bona, non currit tempus præfixum ad retrahendum, prout de tempore appellationis, poſt alios probat *Boer. deciſ.* 149. *Papon. lib.* 11. *tit.* 7. *arreſt.* 22. quos probat *Tepat. lib.* 2. *variar. iur. ſentent. tit. de retract. fol.* 112. *col.* 3. *§. tempus retractus non currit*, & de pretio melius explicabitur infra *queſt.* 45. & ſic de alijs impedimentis, nam eadem ratio procedit quoad omnia.

SVMMARIVM.

1 *Perſonis priuilegiatis datur reſtitutio in integrum aduerſus lapſum temporis iuris congrui non petiti, ſecundùm terminos noſtrarum Cõſuetudinum.*

2 *Etiam ſecundum terminos noſtrarum Conſtitutionum, tenent alij oppoſitum poſt quatuor menſes, & ſi minori detur actio contra tutorem, vel curatorem.*

3 *Prima opinio eſt verior, & rationabilior.*

4 *Perſonis priuilegiatis datur reſtitutio in integrum in iure congrui, etiam quando ſtatutum, & Conſuetudo locorum vllam facit de illis mentionem.*

QVÆST. XLIII.

QVadrageſimo tertiò quęto; An aduerſus lapſum temporis non petendi ius congrui, detur reſtitutio in integrum? In hac quæſtione multi affirmant, & multi

negant, vt eſt videre penes *Benedell. de iur.*
prothom.ſ.§.cum notiſſimum ſit, nu.8. Rendella
in eius Opere, in verb.infra quatuor menſes,n.2.
*& ſeqq.fol.*163.& noſtrum *de Pont.conſ.*164.
vol. 2. ſic etiam penès *Marinn: Giurba deciſ.*
78. & in terminis *Conſtit. Regn.Sancimus* eſt
talis contentio,vt nihilominus breuiter ſic
eam abſoluam.
1 Dico Primo, quod ſecundum terminos
noſtrarum Conſuetudinum datur talis re-
ſtitutio perſonis priuilegiatis,ità *Napod. hic*
*in Cõſuet. Si quis emit,n.*50.*fol.*337.aliqua no-
tat *de Franch.deciſ.*242. *de Pont. d.conſ.* 104.
alios citat *Rendell. loco citato, num.* 2.& alij,
quoniam, dum minor læditur non petendo
ius congrui, datur ei reſtitutio,& alij penes
Giurbam vbi ſupra,*nu.6.*
2 Dico ſecundo,licet ſecundum terminos
Conſtitutionis, multi teneant contrarium,
quod poſt quatuor menſes non admittan-
tur perſonæ priuilegiatæ ad ius congrui,
ſed potius detur minori actio contra tuto-
rem, vel curatorem, vt poſt alios probat
Theſaur.deciſ.99.num.16.verſ. confirmatur, &
alij penes *Bendell.& Rendell.locis citat.*mihi
3 tamen contraria probatur ſententia, quia
non videtur actio diuerſitatis inter vnum
& alium caſum, prout ex communi ſenten-
tia poſt *Ionn.Fab.Ionn.Andr.Bellamer.Caſſan.*
& alios,probat *Sforz.Odd.in tract.de reſtit. in*
*integr.quæſt.87.art.1.*poſt *Boer.deciſ.62.*tenet
Tepat.lib.1.variar. iur. ſenten. tit.de minoribus
*fol.137.col.2.in fin.*alios citat, & probat *Bor-*
gnin.deciſ.19.nu.86.cum ſeqq. præcipuè *n.* 89.
*& ſeqq.lib.2.*ſic etiam *Giurba d.deciſ. 78.n.6.*
vbi ſic etiam deciſum refert in illo Regno,
& multis medijs hanc ſententiam tuetur. Et
quia tenentes contrariam opinionem,illam
dicunt procedere, quando ſtatutum, vel
conſuetudo in materia iuris congrui fa-
ciunt expreſſam mentionem de minoribus,
& alijs perſonis priuilegiatis, & vltra termi-
num generaliter præfixum volentibus pete-
re ius congrui, darent ipſis perſonis priuile-
giatis alium terminum particularem, quia,
dum alio remedio illis ſuccurritur, nõ com-
petit eis reſtitutio in integrum, vt magis
4 clarè explicabitur infra *de in integr. reſtit.* At
quando ſtatutum, vel conſuetudo nullam
facit mentionem de huiuſmodi perſonis,
tunc datur illis remedium reſtitutionis in
integrum, & ita poſt alios concordant has
diſſidentes opiniones,*Tiraquell. par.1.de re-*
tract.lignag.§.35.gloſ.5. Nepit. ad Conſuet.Ca-
tan.tit.41.conſuet.1. num. 36. Mut. ad Conſuet.
*Panorm.cap.26.n.96.cum plurib.ſeqq.*vt alios
omittam; quia ſecundum terminos noſtra-
rum Conſuetudinum clarum eſt, quod hu-
iuſmodi perſonis detur reſtitutio in inte-
grum aduerſus lapſum temporis, & iure
quidem; nam ſemper eis competit hoc re-
medium, dum illis ſuccurri non poteſt alia
via,& modo,prout latius explicabitur *d.tit.*
*de in integr. reſtit.*quod etiam magis explica-
bitur *qu.ſeqq.*

SVMMARIVM.

1 *Cogi an poſſit aliquis infra tempus ſibi compe-*
tens ad retrahendum.
2 *Nemo inuitus compelli poteſt vti iuribus ſuis.*
3 *Iudex poſſit coarctare tempus ad petendum ius*
congrui,& quando ſubeſſet cauſa,nu.4.
5 *Vicini,& conſanguinei remoti, an admitti de-*
beant quando non fuerit declaratum à vicino
coniuncta velle retrahere.
6 *Declarare quis poteſt in vno tempore. vt ſibi*
deferatur aliquid in futurum.
7 *Quod tibi non nocet, & alijs prodeſt, concedi*
debet.
8 *Iudex an poſſit determinare tempus infra quod*
perſonæ priuilegiatæ debeant per viam reſti-
tutionis in integrum petere ius congrui.
9 *Reſtitutio in integrum infra quod tempus peti*
debet, vt exerceri debeat actio extincta, ob
quam cauſatur læſio.

QVÆST. XLIV.

QVadrageſimo quartò quæro; An
aliquis cogi poſſit infra tempus
ſibi competens ad retrahendum,
1 vt cum effectu retrahat? Re-
ſpondeo negatiuè, quod nec
vicinus cogi poſſit exercere ius congrui,nec
agnatus exercere ius prothom. Sanguinis
ante terminum eis præfixum per conſuetu-
2 dines, ſiue ſtatuta, & ratio eſt, quia nemo
inuitus compelli poteſt vti iuribus ſuis infra
tempus ei præfixum ex diſpoſitione iuris,
quia infra illud tempus poteſt deliberare, ſi
velit, vel nolit vti iure congrui, ſiue retra-
ctus,vt probat poſt alios *Gomez in l.7.Thaur.*
aliàs l.70. nu. 14.quem probat *Molin. de con-*
3 *tract.diſp.370.n.14.*Et licet ipſi velint, quod
nec Iudex poſſit eis arctare terminum,infra
quem petant ius congrui, ſiue retractus,
contrariam tamen ſentẽtiam poſt *Alberic.*
& alios probat *Tiraqnell. de retract. lignag.§.*
1.in 10.gloſ.in qu.51.num.57. & probant alij,
quos tam in iure congrui, quam in iure re-
tractus probat *Vinc.de Franch.deciſ.*588. vbi
nu. 10. ſic deciſum refert in Sacro Conſ. in
Anno 1596.die 22.Ianuarij, de quo memi-
nit *Rendell.de iur.prothomiſ.in verb. infra qua-*
tuor menſes nu. 25.*fol.*168.quia, licèt termi-
nus ſit præfixus per conſuetudines, & ſic nõ
ſit neceſſarium miniſterium Iudicis,vt taxe-
4 tur tempus, attamen quando adeſt iuſta
cauſa, poteſt Iudex id facere, prout erat in

caſu *d. deciſ.* 588. tractabatur enim de præiudicio pupillorum, ne grauarentur intereſſe, tractebatur etiam de præiudicio creditorum ad quorum inſtantiam bona minorum debitorum ſubiecta erant & conſequenter vt Iudex vtrique parti conſuleret legitimo iure abreuiauit tempus, & ſic opinio contraria procederet, quando non ad eſſet iuſta cauſa.

5 Inſuper, ſi nollet declarare infra dictum tempus, an retrahere intendant, vel non, tunc alij vicini, ſic etiam alij conſanguinei remotiores poſſent comparere in iudicio, & inſtare ſe admitti ad retrahendum ſub conditione, ſi vicinus proximior, vel ille agnatus proximior nollent retrahere, vt ex *tex. in l. vlt. C. qui admitt.* probat *Gomez loco cit. nu.* 3 t. quem ſequitur *Molin. d. num.* 14. re-
6 gulariter enim poteſt aliquis in vno tempore, & ſic de præſenti declarari facere ſibi eſſe aliquid deferendum in futurum prout eſt quando filius viuente patre, vel alius agnatus peterent declarari facere ad ſe ſpectare aliqua bona poſt mortem patris, vel alterius agnati, vt eſt in feudis, in maioratibus, in fideicommiſſis, & ſic de alijs, vt probat *Couarr. lib.* 1. *variar. reſol. cap.* 10. *nu.* 8. vbi alios citat *Caeberan. Roderic. Suar. Simon. Lopez, Petr. à Petr. & Mieres*, quos probat *Fabi. de Anna conſ.* 126. *lib.* 2. vbi *nu.* 6. ſic deciſum refert in Sacro Conſ. in cauſa Marchionis Cluſani, quamuis in hac aliqui teneant contrarium, de qua materia latiſſimè agit *Peregrin. de fideicom. art.* 41. vt alios omittam, quia non video rationem ſubſiſtentem, cur
7 aliqui id negent, quod enim tibi non nocet & mihi prodeſt, omnia iura clamant, quod fieri poſſit, & debeat; nam licèt ego præmori poſſem, & ſic non admittar ad ſucceſſionem, nec ad ius congrui, nihil tamen hoc refert, quia ſatis eſt, vt viuere poſſim, & habeã de præſenti ius, vt fiat talis declaratio.

8 Hinc etiam ad magis declarandum diſcuſſa in præcedenti quæſtione infertur, quod poſſit Iudex determinare tempus, infra quod prædictæ perſonæ priuilegiatæ per iam reſtitutionis in integrum petant ius congrui, ſiue ius prothomiſcos ſanguinis, quia in hoc requiritur iudicis miniſterium, ne hæc tendat in infinitum, & regulariter peti debet reſtitutio infra tantum tempus, infra quantum poterat exerceri actio extincta, ob quam cauſaretur læſio: itaque ſi ex lapſu, ſiue curſu vnius anni cauſatur, vt eſt hic, tũc infra aliũ annũ immediatè debet reſtitutio peti, & ſic de alijs, vt notauit *glo.* communiter recepta per Ciuiliſtas *in l. Diuus ff. de reſtit. in integr. & in l. ſed & ſi per Prætorem §. quoties ff. ex quib. cauſ. maior. Bart. Bal.* & communiter, & *l. ſuperuacuam C. de tempor. integr. reſtit.* quos probat *de Pont. d. conſ.* 104. *nu.* 7. *vol.* 2. quamuis Ca-
10 noniſtæ teneant contrarium, & iudicio hoc eſſe poſitum in Iudicis arbitrio, an concurrant aliqua, quod non obſtante lapſu anni, vel etiam quadriennij detur talis reſtitutio, notant communiter Canoniſtæ *in Clem.* 1. *de in integr. reſt.*

SVMMARIVM.

1 *Vicinus volens retrahere rem venditam tenetur ſoluere iuſtum valorem rei ſecundum æſtimationem.*
2 *Æſtimatio fieri debet ſecundum verum valorem rei de præſenti.*
3 *Appretium fieri debet de præſenti.*
4 *Pretium affectionis non attenditur, ſed pretium veri valoris.*
5 *Aeſtimatio eſt quincuplex.*
6 *Redditus rei attendi debet in æſtimatione.*
7 *Aeſtimatio rei quando aliunde probari non poteſt tunc attenditur redditus illius.*
8 *Iuſtum pretium attenditur in fundo fertili ex redditibus illius per* 20. *annis.*
9 *Valor rei non attenditur in eſtimatione, ſed annui redditus.*
10 *Quæ nam qualitates erunt attendendæ in æſtimatione fundi, recenſentur.*
11 *Iudex, vel ex officio, vel ad partis inſtantiam eligit æſtimatores.*
12 *Tabularij in Ciuitate Neap. loco æſtimatorum exiſtunt.*
13 *Appellari an poſſit ab æſtimatoribus rerum.*
14 *Res mobilis ad Iudicem debet aſportari, vt illam oculatim inſpiciat, ad immobilem autem debet accedere ſumptibus partis.*
15 *Locorum conſuetudini ſtatur in æſtimatione facienda dato grauamine per appellationem.*
16 *Pretium ſoluendum à vicinis, an erit quod ab alijs fuerit inuentum.*
17 *Prælatio competens vicino, ſeu conſanguineo qualiter intelligatur.*
18 *Pretium ſecundũ* Conſt. Sancimus, *quod nam ſit.*
19 *Pretium conuentum qualiter probetur.*
20 *Pretium integrum debet depoſitari cum expenſis, vt detur ius congrui.*
21 *Depoſitum ſat erit fieri vno nummo cũ oblatione generali, quando eſſet pretium incertum.*
22 *Depoſitum fieri debet in termino aſſignato per ſtatutum, ſeu conſuetudinem.*
23 *Diſpoſitio huius Cõſuetudinis eſt melior, vt ceſſat omnis fraus pro ſolutione pretij facienda per vicinum.*
24 *Emptor an poſſit ſibi aſſumere onus ſoluendi annuum cenſum creditoribus venditoris, ita vt non teneatur facere depoſitum pretij.*
25 *Pretium rei venditæ vigore iuris congrui, & ſi per alias manus ipſa res tranſierit, an attendi* de-

debeat prout ab alijs ſoluitur, vel prout res valet de præſenti.

26 *Actio competit vltimo emptori repetendi ſuperfluum à ſuo auctore.*

27 *Ius congrui exercetur contra omnes ſi per mille manus res tranſierit.*

28 *Vicinus ius habet petendi rem venditam ex primo contractu, & ideo ſat ei erit ſoluere pretium, in rei veritate ſolutum.*

29 *Venditor primus ſi maius pretium de præſenti inueniret pro re vendita, an volens retrahere, teneatur ſoluere illud pretium quanti plurimi, & quid ſi ſit cõtractus perfectus, vel in fieri, declaratur, nu.* 30.

31 *Vicinus an teneatur ſoluere partem pretij ſibi donati emptori, ſi ſciẽter donatio facta fuerit.*

32 *Emptor mutuans venditori aliquid occaſione rei emptæ, an illud pretium mutuatum erit reſtituendum emptori à vicino.*

33 *Vicinus retrahens, an teneatur ad pretium primæ venditionis auctum.*

QVÆST. XLV.

QVadrageſimo quintò quæro, Quando vicinus, vel agnatus petunt ſe
admitti ad ius cõgrui, quod nam
pretium ſoluere debeant, an
illud, quod alij extranei offerunt; vel debeat fieri æſtimatio rei retrahendæ, & quid ſi quis emerit rem illam pro centum, & venderit poſteà pro centum quinquaginta? Pro explicatione pono ſequentes
1 concluſiones, quarum prima ſit, vicinus volens rem venditam iure congrui ſecundum
noſtras Conſuetudines, tenetur ſoluere iuſtum valorem rei ſecundum veram æſtimationem eiuſdem rei, non autem prout alii
extranei emerunt, vel offerunt: Hanc concluſionem ad literam probat *tex. in Conſuet. Si quis emit hoc tit.* vbi (rem ipſam emptam, ſi
eam poſſidet præciſè abſque alterius præſtatione intereſſe dare, prout appretiata
fuerit per appretiatores) vbi *Napod. nu.* 45.
& omnes Addentes *Vinc. de Franc. deciſ.* 390.
& deciſ. 588. *Rouit. in ſuo conſ.* poſt *deciſ.* 11. *D.
Ioannis Franciſci de Pont. nu.* 104. *cum ſeqq.* &
omnes alii Regnicolæ. Quæ quidem æſtima-
2 tio fieri debet ſecundum verum valorem rei
de præſenti, quando vicinus petit rem ex
iure congrui, quia iuſta pretia non ex præterita emptione, quoniam potuit eſſe ſimulata, vel quando vera fuiſſet, iam res illa poſſet
deteriorari ex negligentia culturæ, vel ex
3 benefactis meliorationibus ideo fit appretium de præſenti, vt ex *tex. in l. 3. §. Diui Fratres ff. de iur. fiſc.* & aliis mediis, & probat *Napodan. d. num.* 45. Et hanc opinionem fuiſſe
ſemper ſeruatam in noſtro Sac. Conſ. affirmat *Vinc. de Franc. d. deciſ. 390. num.* 4. de quo
meminit *Rendell. in d. eius tract. in verb. iuſtum pretium, nu. 12. verſ. ſed non eſt idem, fol.* 239.

4 Hinc etiam ſequitur, quod ſecundum terminos earundem Conſuetudinum, non habeat locum pretium affectionis, quia hoc
non eſt pretium veri valoris ipſius rei, ſed
eſt ſuprà verum valorem, *cap. 1. de empt. & uendit. Napod. hîc ſub num. 45. Bart.* per illum
tex. in l. ſeptem diebus, C. de erogat. militar. annon. lib. 12. & in l. 1. C. de metall. lib. 11. poſt
alios *Conſil. Rouit. loco cit. nu.* 105.

5 Eſt autem aduertendum, quòd æſtimatio
eſt quincuplex, vt notat *Napod. hîc ſub n.* 46.
Prima eſt cõuentionalis, quæ fit ex partium
conuentione ſecunda dicitur communis,
quia res illa ſic communiter in illo loco valet. Tertia dicitur ſingularis, nempè vtilitate, & affectione ſingulorum hominum; &
has tres ſpecies etiam ratione, & cauſa intereſſe ponit *gloſ.* communiter recepta in *l. 1. C. de ſenten.* quæ pro eo, quod intereſt.
Quarta dicitur vſnalis, & eſt pretium illud
vſuale, quantum res illa vendi ſolet. *l. filijs §. ſi quid ff. de legat.* 1. ſed hæc quarta ſpecies
eſt idem cum ſecunda, quia æſtimatio communis eſt illa communis opinio, ſiue ille
communis valor, qui inter homines eiuſdẽ
loci de præſenti, & ſecundum præſentem
vſum æſtimatur, ſiue ſint bona immobilia,
vt poſt *Aretin. Cagnol. Alex.* & alios notat
Maſcard. in d. verb. æſtimatio, concl. 651. nu. 1. & ſeqq. & patet ad ſẽſum. Quinta deniq; dicitur æſtimatio legalis, quæ à diſpoſitione
legis deſcendit, quo taxat iuſtum pretium
ex reddibus ſingularum rerum, vt fundat
Napod. loco cit. Verùm nec iſta eſt ſpecies diſtincta ab aliis tribus, & ideò in illis includitur, & præcipuè in ſecunda clarum eſt enim,
vt communis æſtimatio deſcendat ex di-
6 ſpoſitione iuris: Quòd autem attendantur
redditus rei eſt, vt conſideretur bonitas intrinſeca eiuſdem rei, non autem extrinſeca,
vt poſt *Alex. in l. pretia rerum, num. 1. ff. ad leg. Falcid.* notat *Maſcard. d. concluſ. 651. nu.* 4. clarum eſt enim, quòd, ſi aliunde poſſet proba-
7 ri verus valor rei, ille attenderetur, ſed quãdo aliunde probari nequit, tunc taxatur ex
redditibus nempè quando eſt fundus ferti-
8 lis, vt tantum ſit iuſtum pretium, quantum
aſcendunt fructus illius fundi per annos viginti, vt poſt inſignem *gloſ. in Authen. perpetua, in uerb. iuſta, C. de Sacroſ. Eccleſ. Bart. in l. fin. in fin. C. de reſcind. uend. Afflict. Cæpoll. Cagnol.* & alios probat *Maſcard. in d. uerb. æſtimatio, concl. 652. nu. 3. & ſeqq.* ad quem ſe refert *Tuſch. in uerb. æſtimatio fundi fertilis* poſt
concluſ. 650. vt alios omittam; nam in facto
9 noſtro omnes docent, quod in æſtimatione
facienda non inſpiciatur valor rei, ſed attẽdi debeant annui redditus, vt etiam probãt

Albe-

Alberic.in tract.de ſtatut. lib.1. quæſt.12.Burſat.conſ.84.nu.69. cum ſeqq. quos in propoſito probat *Benedell. de iur.prothom.in verb. eſt in primis attendendum,nu. 16.fol. 375.in opere*
10 *Rendellæ*, vt alios omittam. Debent etiam
attendi cæteræ qualitates fundi, nempè, ſitus, vbi poſitus eſt; vicinitas, vel longinquitas à Ciuitate; perſonæ poſſidentes prædia vicinæ; ſic etiam ſi adſit aliqua ſeruitus, lis, vel aliud onus in fundo prædicto, & ſic de alijs: clarum eſt enim, quod minus valeat res cum aliquo onere, quàm ſine onere; & magis valeat propter bonas qualitates, deſuper cumulatas, quàm ſine illis, vt optimè probant *Napod.d.num.46.* & alij deſuper cu-
11 mulati, & conſequenter Iudex, vel ex officio, vel ad inſtantiam partis, eligit æſtimatores peritos, & præſtat illis iuramentum de facienda æſtimatione rei ex bono, & æquo (nempè conſideratis omnibus dictis circumſtantijs) quia ex iuris diſpoſitione, nec venditor, nec emptor debet eſſe immoderatus in pretiò, *l. 1. C. de vendit. prædior. Curial.lib.11.Napodan.ſub d.nu. 46.* latiſſimè *Maſcard. loco cit.concl. 654.* & *Euſeb. concluſ. 673. in verb. æſtimatores,* & alij plures & in
52 hac Ciuitate ſunt iam æſtimatores electi, periti, & experti, qui vocãtur Tabularij, qui in prædictis faciunt tales æſtimationes: po-
13 teſt tamen appellari à dictis æſtimationibus, & Iudex, præuia liſta ſuſpectorum, eligit alios appretiatores non ſuſpectos, qui, viſa priori æſtimatione, & viſo prædio, vel primam confirmant, vel aliam de nouo faciunt: & poteſt etiam Iudex rem illam inſpicere, & de eius qualitate, & quantitate ſe in-
14 formare, curando, quod ſi res illa ſit mobilis, id ipſum Iudicem aſportetur, vt oculatim illam inſpiciat: ſi verò ſit immobilis, ad illam accedat expenſis partium: & ea viſa, & conſiderata, ſimul cum æſtimatoribus æſtimabit, æſtimationemq; iuſtam faciat: & ſi partes grauentur, datur etiam alia appellatio, vt ex *tex. in l. fin.C.de iur.domin.impetran.* vbi *Bart. Angel. Alex.* & alios probat *Ma-*
15 *ſcard.in d.verb. æſtimatio, concluſ.653.* ſed in hoc ſtandum eſt locorum conſuetudini, quia non debet tendere in infinitum.
16 In alijs verò ſtatutis aliqui affirmant, eodem modo ſoluendum eſſe pretium: aliqui verò, quod vicinus, & agnatus ſoluant pretium, quod venditor inuenit ab alijs, vt latiſſimè proſequitur *Andr. Tiraquell. §. 1. de retract. lignag. gloſ. 18.à nu.1.ad nu.11.* vbi ex receptiori ſententia probat, ſoluendum eſſe pretium, quod ab alijs inuenitur, ſecundum terminos *tex.in l.vlt. C.de iur. emphyt.* & hoc non caret ratione, quia dum bona auferuntur à venditore inuito, debet ei ſolui pretium, quod ab alijs inuenit, ne duplici afficiatur iniuria: prima quia inuitus vendit, cui nolit, ſecunda ne partem pretij amittat, dummodo ceſſet fraus circa pretij quantitatem *Afflict.de iur.prothom.§.2.nu. 17.* cum alijs cumulatis per *Andr. Tiraquell. de retract.lignag.§.1.gloſ.18.nu.4.& 9.& §.2.gloſ.*
17 *3.* & alij infra citandi, quoniam prælatio, competens vicino, vel conſanguineis, intelligitur ſine præiudicio tertij: & hæc opinio ſeruatur ſecundum Conſuet. Catan. vt habetur *tit.51.Conſuet.vnic.* vbi latiſſimè *Nepit. fol.310.cum ſeqq.* ſic etiam Panhormi, vt notat *Marius Mut.ad dictas Conſuet.cap. 26.n.25. cum ſeqq.* vbi alios cumulat *Guid. Pap. deciſ. 780.* & quidam alij.
18 Hæc eadem opinio ſeruatur ſecundum terminos *Conſtit. Sancimus.* quæ hoc expreſsè mandat, ibi, *Soluendo iuſtum pretium ſine mora, quantum verus emptor ſine fraude dederit,* vbi *Afflict.§.2.n.17.& ſeqq.Iacob. Nouell. §.3.nu.42.& ſeqq.Rendell. in verb. iuſtum pretium,fol.136.& ſeqq. & in verb. legitimis vſuris,fol.169.* & alij, nam *tex.in l.fin.C.de iur.emphyt. & in cap. potuit,de locat. & conduct.* hac expreſsè mandant, vt tantum ſoluatur pretium rei, quantum ab alijs veris emptoribus
19 inuenitur. Pretium conuentum probabitur ex contractu, & alio non apparente, ſtatur iuramento emptoris, & venditoris, & ſi emptor contradicat, ſatis eſt iuramẽtum venditoris, *Caſſan. ad Conſuet. Burgun. rubr. 10. verb. ou parle ſerment. Nepit. d. tit. 51.* & hoc expreſsè mandantur per *ritum Siciliæ cap. 103.* aliàs *198.§. 12.* vbi *Cumias.* Dum ſcitur
20 verum pretium, debet integrum depoſitari vt detur ius congrui vnà cum expenſis factis ex cauſæ dictæ venditionis, ſi expenſæ ſint liquidæ, vt notat *Caſſan. loco cit. Cumi. in rit. cap.101.nu.17.* cum alijs cumulatis per *Carpan.ad ſtat.Mediol.par.1.cap.417.num.608.& 661.cum ſeqq. Peregrin.* & alij, quos probat *Mar.Giurba deciſ.77.num. 1.& ſeqq.* latiſſimè *Tiraquell.de retract.lignag.§.1.gloſ.17.num.6. & gloſ. 19.* qui etiam docent, quod ſi pre-
21 tium non ſit certum, ſatis eſt, quod nummus vnus depoſitetur cum oblatione vniuerſalibus generica, ſoluendi maius, & verum pretium, quo bona illa fuerunt empta, latiſſimè *Carpan.d.cap. 417.num. 543.* & alij deſuper citati *Cumi.in cap.ritus 104.nu.4.* qui etiam ſubdit, vt nec minori, ruſtico, aut mulieri permittatur contrarium.
22 Depoſitum fieri debet in termino aſſignato per ſtatutum, vel conſuetudinem, & ſi hoc non fit in eis expreſſum debet fieri depoſitum reale ante litis conteſtatorem, vt poſt alios notauit *Cumi.d.cap.104.nu. 12. Carpan.d.cap.417.num.279.& 430.* ſed dum durat adhuc terminus, poteſt ſupplere pretium, immò Iudex poteſt mandare, vt ad-

mit-

mittatur ad retractum, ſoluto integro pre-
tio, vt poſt *Bart, Auth. hoc amplius, C. de fideic. & Tiraq. Menoch. Tuſch.* & alios probat *Giurba d. deciſ. 77. nu. 3. cum ſeqq.*

23 Melius tamen diſponitur per noſtras Cô-
ſuetudines; ſic enim ceſſat omnis fraus, &
omnis alia pretenſio intereſſe dicti pretij, &
expenſarum factarum: ſatis eſt enim, quod
vicinus ſoluat emptori, ſiue venditori iu-
ſtum pretium rei, appretiatæ per legitimos
æſtimatores, nam tunc nemo conqueri po-
teſt, vt ſuperius dictum eſt; non vicinus, quia
dicere nequit, quod ille fuerit ſuppoſitus,
ſiue ſimulatus emptor, qui vt rem gratam
faceret venditori, maius pretium obtulerit,
& per ſecreta albarana ſit ille remiſſum: nec
etiam venditor, quia ſatis eſt illi iuſtum
pretium rei ſecundum veritatem de pręſen-
24 ti, vt ex dictis manifeſtè cernitur. Si tamen
emptor ſibi aſſumpſiſſet onus aliquod, ſol-
uendi annuum cenſum aliquibus creditori-
bus venditoris, tunc ſi vicinus velit præferri
in illo prædio ratione iuris congrui, non te-
netur depoſitare pretium capitalis dicto-
rum annuorum redditũum, ſed ſatis erit, vt
ſit paratus ſoluere creditoribus dictos an-
nuos redditus: nam ſolùm pretium, ſolutum
rei veritate ab emptore, tenetur vicinus ſol-
uere, & pro annuo cenſu, & alijs ſummis nô
liquidis præſtat cautionem de ſoluendo, fa-
cta liquidatione, vt poſt *Peregrin. in tract. de fideicom. art. 50. num. 50.* vbi alios citat *Tiraquellum, Mutam,* & alios notat *Maſtrill. deciſ. 148. nu. 4. cum trib. ſeqq. lib. 2.*

25 Secunda Concluſio retractus, ſeu ius cô-
grui exerceri poteſt, etiam ſi per mille ma-
nus res vendita tranſierit, primum tamen
pretium ſoluendum eſt venditori, concluſio
hæc non poteſt habere locum ſecundum
noſtras conſuetudines, quia vt ex prima
concluſione cernitur, non attenditur pre-
tium rei venditæ, prout ab alijs ſoluitur, vel
offertur, ſed prout res valet de præſenti. Igi-
tur poſui concluſionem ſecundum termi-
nos *Conſtit. Regni*, & ſecundum alias Con-
ſuetudines ſupra relatas. Probatur igitur
hæc concluſio ratione, in illa inſinuata; quia
ſi in voluntate vicini eſt, exercere ius con-
grui ex primo contractu alienationis, & ſic
& prima venditione, etiam ſi res vendita
per mille manus tranſiſſet: conſequenter
concludendum eſt, quod primum pretium
tantùm teneatur ſoluere; quia ex illo primo
contractu ille venit ad retractum: & hanc
concluſionem in indiuiduo ex *tex. in l. ſi vbi alienam iuncta l. ſeq. ff. locat. & in l. debitor §. vlt. ff. de pignor. act.* probant *Gerard. & Caſtrenſ.* quos ſequitur *Andr. Tiraq. §. 12. de retract. lignag. gloſ. 3. num. 6.* Hanc tandem ſen-
tentiam probat *Marius Mut. cap. 26. ad Conſuet. Panhorm. n. 196.* qui tamen *de Tiraquell.* non meminit; de eo tamen, & *de Boer. deciſ. 112. ſub n. 2. & de Gayl. lib. 2. obſeruat. 19. n. 7.* meminit *Maſtrill. deciſ. 148. num. 5.* Eandem
ſententiam probat *Benedell. in opere Rendellæ, §. eſt in primis attendum, n. 17. in fin. fol. 375.* quamuis ſolum citet *textum in l. poſtliminium §. ſi is, qui onerat, ff. de captiu. & poſtlimin. reuerſ.* de quo etiam meminit *Tiraquell. loco cit.* de eo etiam, & alijs innumeris ad hoc
propoſitum meminit *Marius Giurba in deciſ. 75. ſub n. 5. §. Ideo ſi ad mille manus,* & omnes
26 prædictos Auctores affirmant, quod detur
actio vltimo emptori repetendi ſuperfluum
à ſuo authore, & ſic de alijs gradatim, vſq;
dum perueniatur ad primum emptorem,
quia ab illo primo emptore dicuntur retra-
hi bona illa, per intermedias perſonas alio-
rum poſſeſſorum, vt patet ex dictis.

Explicatur magis, & probatur prædicta
concluſio: nam ex hac declaratione patebit
etiam declarata vltima pars huius quæſtio-
nis. Dupliciter igitur poteſt euenire. Primò
ſecundum terminos noſtrarum Conſuetu-
dinum; & ſecundò attenta diſpoſitione
Conſtit. Regni Sancimus, & aliorum ſtatuto-
27 rum. In primo caſu clarum eſt, quod exer-
ceatur ius congrui per quaſcunq; manus
bona illa tranſierint, ex diſcuſſis in *d. 2. concluſione,* & tunc non attenditur valor, quem
alij offerunt, nec pretium, quod primus, vel
vltimus emptor ſoluerit, ſed attenditur ve-
ra æſtimatio rei, prout de præſenti illa bona
appretiantur per expertos, vt patet ex 1.
concluſ.

In ſecundo caſu res eſt magis dubia, ſed
optima videtur reſolutio data in *d. 2. côcluſ.*
quia, dum vicini habent electionem (ſuppo-
nimus enim, quòd ſimus in termino aſſi-
gnato per ſtatutum ad retrahendum etiam
ex primo contractu) petendi ius congrui,
28 etiam ex primo contractu; ſatis eſt, vt ſol-
uat pretium rei veritate ſolutam, ex dicto
primo contractu pro bonis ipſis; quia ille
attenditur; & quomodo omnes alij contra-
ctus, ab illo dependentes, reſoluuntur; idcir-
co vltimus emptor repeteret ſuperfluum à
ſuo authore, & ſic de alijs gradatim, vſq;
dum perueniatur ad primum emptorem, vt
optimè explicatum eſt in *d. 2. concluſ.*

29 Verùm, ſi primus venditor inueniret de
preſenti maius pretium dictorum bonorum
vtiq; volens retrahere illa bona, teneretur
ſoluere illud pretium quâtiplurimi, ab alio
verò emptore ſine fraude inuenerit, vt
apertè colligitur ex *tex. in l. fin. C. de iur. emphyt.* ibi, *tantam quantitatem, quantam ipſe re-
uera ab alio accipere poteſt,* & ibi omnes. *Idem*
habetur *in l. pen. & fin. C. de locat. prædior. ciuil. lib. 11.* ibi, *antiquior colonus fiſci præfertur*

extra-

Digitized by Google

extraneis in noua conductione dũmodo idem pretium offerat,quod cæteri offerunt, idem habetur
in cap.potuit,de locat.& in l.fundo,ff. de rei vẽdic.l.ſeruus fugitiuus,ff. de conditio ,furti, cum
alijs *innumer.*quos poſt *Ioann.Andr. Bald.Salicet.Imol.Alex.Boer. Guid. Pap.* & alios plures probat *Tiraquell. de retract. lignag. §. 1.
gloſ.* 18.*num.* 4.tenebant etiam quidam alij,
vbi diſcuſſo articulo ſic reſidebant, vt cuiuſq;
ſit vt quantum pretij ab alio inuenitur etiã
à decepto & ſimulato, tantum retrahens
debeat refundere & alij cumulati ſupra *in
1.concluſ.§.in alijs verò ſtatutis.* Attamen hoc
30 verum puto,dum contractus eſt in fieri,hoc
eſt, quia non ſit impletus primus contractus venditionis, & vicinus ſoluere vellet
verum valorem dictorum bonorum, non
autem quantum alij ſine fraude offerunt:
tunc enim non audirentur vicini, & deberent ſoluere quantum ab alijs offerretur ſine fraude, & ſimulatio, ſed ſi primus contractus eſſet perfectus,tunc ſecus eſſet,nam
ſolùm retrahere volens, teneretur ſoluere
pretium, taxatum in primo contractu, vt
latiſſimè probat idem *Tiraquell. de retract.
lignag.§.12.gloſ.1.nu.6.& ſeqq.Mut.d.cap.26.
nu.196.& ſeqq.Maſtrill.d.decıſ.148.num.5.*&
alij deſuper citati.

31 Tertia concluſio ſi pars pretij donata ſit
emptori, tenetur vicinus illam ſoluere ipſi
emptori,ſi ex animo, & ſcienter facta fuerit
donatio.Concluſio probata eſt ſupra *q.* 26.
32 *& ſeqq.*ideò non indiget alia probatione.Si
verò emptor aliquid mutuaſſet venditori
occaſione rei emptæ, tunc hoc pretium eſt
reſtituendum emptori ab ipſo vicino, vel
alio retrahente, quia mutuum illud iudicatur pars pretij, dum factum eſt contemplatione venditionis, *l.Fundi partem, ff. de contra. empt.cap.cùm Ioannes,de fid.inſtrum.Tiraquell.§.1.de retract.lignag.gloſ.18.n.69.*quem
probat *Benedell.d.num.* 17. & latiſſimè *idem
Tiraquell.de retract.conuent.in præfat.num.*20.
& ſeqq. vbi èx pluribus probat, quod tanto
minus res vendita valeat, vendatur quanto plura pacta,onera, & vincula in tali venditione ponantur, prout in hoc caſu minus
venditur, predium vendidit ratione dicti
mutui,& ſic eſt de alijs oneribus,vt patet. Si
33 tamen perfecta venditione fuerit auctum
pretium primæ venditionis,non tenetur vicinus ad pretium auctum,quia augmentum
præſumitur factum infraudem vicini: dummodo in primo pretio non adfuiſſet læſio
vltra dimidiam iuſti pretij, tunc enim ceſſat
fraus, & pretium dicitur legitimè auctum,
vt poſt *Tiraquell.§.1.gloſ.18.nu.19.cum ſeqq.
Ferronum, & Boer.* probat *Benedell. loco cit.
nu.3.fol.373.in d. opere Rendellæ* & ſic èx debitis circumſtantijs hoc iudicabitur arbitrio prudentis Iudicis.

SVMMARIVM.

1 *Bona quę retrahuntur iure congrui an reſtitui debeant vna cum fructibus.*
2 *Expenſe omnes factæ in recollectione, & cuſtodia fructuum deduci debent.*
3 *Fructus pendentes an cum ipſa re retracta reſtitui debeant.*
4 *Vicinus an teneatur ſoluere fructus ab emptore præceptos vel tanto minus pretij.*
5 *Inctium arborum ceſorum deduci an debeat à pretio primi contractus rei vendetæ.*
6 *Ius congrui, an locum habeat in venditione fructuum.*
7 *Ius congrui in locatione bonorum an locum habeat.*
8 *Fructus percepti ab emptore an ſint reſtituendi vicino retrahere volent.*
9 *Fructus reſtituendi in retractu an à die litis cõteſtatæ vel à die mere debeantur.*

QVÆST. IVL.

QVadrageſimo ſextò quæro, An bona quæ retrahuntur virtute iuris
congrui,debeant reſtitui vnà cum
1 fructibus? Quæſtio hæc valdè
controuertitur, ſi fructus debeant reſtitui vnà cum re principali, in quo
tamen articulo omnes conueniunt. Primò
2 ante omnia deducantur omnes expenſæ factæ in recollectione, & cuſtodia fructuum,
vt latiſſimè probat *Tiraquell.§.15.gloſ.1.tot.*
vbi hanc materiam deductionis expenſarum ex fructibus examinat, & aliquas limitationes ponit, quas omitto, quia ad noſtrum inſtitutum non ſpectat talis examinatio.

3 Secundò conueniunt etiam omnes quod
ſi eſſent fructus pendentes, venirent ſimul
reſtituendi cum ipſa re, quam petunt vicini
iure congrui, quia fructus pendentes iudicantur tamquam pars fundi, & pars fundi
dicuntur, *l.fructus pendentes, ff.de rei vendic.
Tiraquell.d.§.15.toto Rendell.* qui alios citat
*in d.eius opere,in verb. rem immobilem, ſub nu.
13.cum ſeqq.fol.31.Vinc.de Franch.decıſ.*390.
vbi probat ex multis, & ſic etiam deciſum
4 refert,quòd, ſi tempore emptionis adeſſent
in prædio empto fructus,quos tamen emptor collegiſſet,& conſumpſiſſet,tunc vicinus
tantòminus ſoluere deberet emptori ex
pretio, quia fructus percepti ſunt deducendi ex dicto pretio, & ponunt exemplum, vt
ſi quis emiſſet ſyluam cum arboribus cæ-
5 duis,& dictos arbores cædiſſet,hoc pretium
arborum deducitur à pretio primi contractus, de qua deciſione meminit *Rendell. vbi
ſup.in verb.legitimis vſuris,num.12.fol.171.&
Ioan. Bapt. de Thor. in d.eius compend. in verb.
pretium rei emptæ.*

6 Sunt etiam opiniones, ſi ius congrui locum habeat in venditione fructuum, de qua materia latiſſimè poſt alios tractat *Rendell. in d. verb. rem immobilem*, & patet reſoluta ex dictis ſuperiùs de vſufructu *q. 12.* & nouiſſimè magis ample *Io. Bapriſta de Thoro in vota ſeptimo*, ac etiam quia hæc venditio fructuum iudicatur ad inſtar locationis, cùm proprietas prædij remaneat penes eundem Dominum, & ſic dependet ab alia quæſtione reſoluenda infrà *de locat. & conduct.* an,
7 ſcilicet, in locatione bonorum locum habeat ius congrui.

8 Cùm igitur in pdictis cõueniant Auctores, tota controuerſia eſt, ſi fructus percepti ab emptore ſunt vicino reſtituendi, quando prædium retrahere velit: & hæc quæſtio nõ habet locum ſecundum noſtras conſuetudines, quia ſecundum eas æſtimantur bona prout valẽt de præſenti tempore retractus, & vicinus illud pretium ſoluit ſine vſuris, & alijs expenſis, vt dixi ſupra *in 1. concluſ.* & ideò non reſtituũtur fructus, vt notant *Vinc. de Franch. d. deciſ. 390. Rendell. ſub d. num. 12.*

Si verò loquamur ſecundum terminos
9 *dictæ conſtit. Regn. Sancimus*, tunc debentur fructus à die litis conteſtatę, vel à die morę, & idem procedit ſecundum terminos aliarum Conſuetudinum, quæ volunt, quod retrahens ſoluat pretium vnà cum expenſis, & intereſſe: nam è contra emptor tenetur reſtituere pretium vnà cum fructibus perceptis *Ioan. Faber, Oldrad. Petr. de Bellapert. Boer.* & alij quos probat *Tiraquell. d. §. 15. gloſ. 2. num. 4. & ſeqq. Rendell. in d. verb. legitimis vſuris, nu. 8. & ſeqq. fol. 170. Nepit. ad Conſuet. Catan. tit. 40. Conſuet. 1. n. 59. fol. 281. Mut. ad Conſuet. Panorm. cap. 26. nu. 71. & ſeqq.* & alios cumulat *Maſtrill. d. deciſ. 148. tot. Gomez. & Gutier.* quos probat *Molin. diſp. 371. de contract. nu. 12. & ſeqq.* vbi etiam probare conatur, quod no ſolum à die litis conteſtatæ teneatur emptor fructus reſtituere, ſed à die emptionis, & multis medijs probare hoc nititur, ſed eius opinio non poteſt locum habere, niſi ab eo die emptor haberet pretium cum intereſſe, tunc enim procedit ratio æquitatis, & iuſtitiæ vt fiat inter eos legitima compenſatio iuxta terminos *tex. in l. 1. & 3. C. ſi vendit. pignor. agnat.* cum alijs cumulatis *per Rendell. d. n. 8.* alias ſolùm debentur fructus a die litis conteſtatæ, vel à die moræ, vt relati *DD.* probant, ad quos me remitto, quia non concurrit materiam noſtrarum Conſuetudinum, vt dictum eſt.

S V M M A R I V M.

1 *Exceptio præſcriptionis opponi, an poſſit aduerſus petentem ius congrui.*

2 *Iudex competens in materia iuris congrui, an erit Iudex emptoris, vel Iudex loci, nu. 3.*

Et deciſio S.C. aſſertur, nu. 4.

5 *Ius congrui eſt ex more reale ex vtroq; latere ſcilicet actoris, & rei.*

6 *Actio iuris congrui non eſt ſimpliciter perſonalis, ſeù etiam in rem ſcripta.*

7 *Ius congrui exercetur contra quoſcunq; penès eos bona alienata reperiuntur.*

8 *Actio iuris congrui eſt perſonalis reſpectu natiuitatis, ſed reſpectu eius contra quem datur partim eſt perſonalis, & partim in rem ſcripta.*

10 *Actio realis eſt quando intentatur ius congrui, contra tertium poſſeſſorem.*

Q V Æ S T. XLVII.

QVadrageſimo ſeptimo quæro. Coram quo Iudice ſit petendum ius congrui? Pro complemẽto huius tractatus ſequebatur videre de exceptionibus, quæ opponi poſſent contra petentem
1 ius congrui, & iam plures ſunt exceptiones. Prima eſt præſcriptionis, quando tempora non largiuntur, vt quia tempus eſſet elapſum, & de hac exceptione dictum eſt ſupra *q. 42. & 43.* Secunda exceptio eſt, quia tibi non competit ius congrui ratione perſonæ, prout ſunt ruſtici contra ciues, Saraceni, vel Iudæi cõtra Chriſtianos, vt dixi ſupra *q. 37. & 38.* vel ſi eſſent Eccleſ. vt dixi ſupra *q. 33. & 34.* tertia eſt ratione ingratitudinis, vel non adimplementi de qua dicetur *q. ſeq.* & quarta eſt, omiſſis alijs, de competentia, vel incompetentia Iudicis, de qua quærimus in præſenti quæſtione, igitur *Ferren. in Conſuetudinib. Burdigal. §. 1. & Ruin. conſ. 76. nu. 9. lib. 1.* & quidam alij penes *Tiraquell. de retract. lignag. §. 9. gloſ. 5. num. 1. & ſeqq.* tenent Iudicem competentem eſſe Iudicem ipſius emptoris, qui conuenitur, quia acta ſequitur forum rei, *l. 2. C. de iuriſd. omn. Iudic.* & etiam quia actio, quæ datur ad ius congrui, ſiue ad ius prothomiſ. ſanguinis eſt actio perſonalis quodam modo, quia eſt conditio ex ſtatuto, ſuis Conſuetudinis, & conſequenter datur contra perſonam poſſeſſoris, & ſit de alijs, vt videri poteſt penes *Tiraquell. d. gl. 5. vſq; ad nu. 16.*

3 Verum contraria ſententia verior eſt, quod Iudex competens ſit Iudex loci, vbi ſunt ſua bona, quæ petuntur iure congrui, ſiue iure prothomiſeos ſanguinis, ita *Ioan. Faber l. 1. verſ. in 3. caſu, C. de ſumm. Trinit. & fid. Cathol.* & alij penes *Tiraq. d. gloſ. 5.* poſt *Napod. Mantuam.* & alios probat *Vinc. de*
4 *Franch. deciſ. 389.* vbi ſic deciſum refert in S.C. die 14. Nouembris 1585. confirmando

ſen-

Digitized by Google

ſententiam Curiæ Ciuitatis Cotroni, quæ ſic indicauit, & reuocando ſententiam Magnæ Curiæ Viceriæ, quæ iudicauit, quod iudex competens ſit Iudex conuenti: de qua deciſione poſt *Ioan. Franciſ. Capiblanc.* me-
6 minit *Ioan. Bapt. de Thor. in verb. Iudex competens*, & ratio eſt maniſeſta, quia ius congrui eſt morè reale ex vtroq; latere, actoris, ſcilicet, & rei, quia datur poſſeſſori, qui habet rem coniunctam rei venditæ, & contra poſſeſſorem eiuſdem rei coniunctæ, quæ per ius congrui petitur, vt optimè aduertit *Napod. hic in Conſuet. Si ex vno latere, ſub nu. 93. verſ. quia iſtud ius congrui, de Franch. loco cit. Specul.* & alij plures penes *Tiraquell. d. gloſ. 5. num. 11. & ſeqq.* vbi pro, & contra plura cumulat.

Nec vrget, quòd hæc ſit actio perſonalis,
6 quia non eſt ſimplicitèr perſonalis, ſed potius perſonalis in rem ſcriptam, & ſic plus inhæret rei, quàm perſonæ, vt patet ex dictis, & probat ēt *Napod. hic in Conſuet. Si quis emit, nu. 41. & nu. 51. de Franch. loco cit.* latiſſimè *Tiraq. d. gloſ. 5. nu. 5. cum ſeqq.* & patet ex
7 dictis ſupra *q. 45.* vbi probatum eſt, quod exerceatur ius congrui contra quoſcunq; penes quos inueniuntur illa bona alineata, & conſequenter motiuum non ſubſiſtit, vt poſt *Alberic. in l. 3. §. 1. ff. ad exhibend. Bald. Panormit.* & alios notat *Tiraq. d. gloſ. 5. nu. 14. & 15.* hæc actio poteſt conſiderari dupliei-
8 tèr, primò reſpectu natiuitatis, & hoc modo dicitur perſonalis, quia eſt quædam conditio deſcendens ex iure municipali, qua vicinus, vel conſanguineus admictuntur ad retrahendum, nam communis conditio ex lege iudicatur perſonalis, *l. 1. ff. de condit. leg.* quamuis non ſit verè perſonalis, ſed in rem ſcripta. vt poſt *gloſ. Bart.* & alios notat *Tiraq. d. gloſ. 5. nu. 8.* ſecundò conſideratur reſpectu eius, contra quem datur ius congrui, & hoc
9 modo partim eſt perſonalis, partim realis: eſt perſonalis reſpectu primi emptoris, quia ex ſuo contractu obligatur retrocedere, ſiue retrouendere ex iure congrui, vel retractu, conſanguineo, vel viciuo bona empta: ſi verò intentatur talis actio, & petatur ius congrui contra alium tertium poſſeſſorem, & tunc hæc actio indicatur realis, & ad ſum-
10 mum eſt in poteſtate petentis ius congrui, & ſic actoris conuenire iure congrui poſſeſſorem dictorum bonorum tam coram Iudice rei ſitæ, quàm coram Iudice, competentre ratione originis, ita poſt *Innoc.* tenet *Bald. in l. vlt. verſ. nota benè* vbi *Angel. in verſ. nota bona, C. de præſcript. long. tempor. Alberic. Paul. de de Elcazar Marianus Socin. Hoſtienſ. Bart.* & alij quos probat *Tiraquell. d. gloſ. 5. nu. 9. cum ſeqq.*

SVMMARIVM.

1 *Vicinus vel conſanguineus repellitur à petitione iuris congrui ob implementum non factum.*
2 *Admiſſus ad aliquid faciendum ſub conditione, vel modo, debet ad vnguem implere alias non admictitur.*
3 *Vicinus, vel conſanguineus repellitur à iure congrui ob vitium ingratitudinis.*
4 *Filius excluditur à petitione congrui, in rebus venditis à patre ob ingratitudinem.*
5 *Exhæredatio patris, ſiue vitium ingratitudinis priuat illum bonis paternis, non tamen facit à familia, & agnatione alienum.*

QVÆST. XLVIII.

Quadrageſimo octauo quæro, qualiter, ratione non adimplementi, vel ob ingratitudinem, quis repellatur à iure congrui? Quæſtio hæc duo continet capita,
1 vt patet, & quòad primū expellitur vicinus à iure congrui, vel conſanguineus à iure prorhomiſeos ſanguinis, ſi non adimpleuerint omnia illa, quæ tenerentur adimplere ex forma ſtatuti, vel conſuetudine, vt ex *gloſ. in l. mancipia, in verb. aduocandum, C. de ſeruis fugitiui* vbi *Iacobus Butricar. Fulgoſ. & Caſtrenſ.* & alijs probat *Socin. conſ. 55. lib. 1.* & eſt *conſ. 55. lo 1.* quia ſunt duo conſilia eiuſdem numeri, vt notat *Tiraquell. de retract. lignag. §. 8. gloſ. 7.* vbi innumeros alios cumulat, & multis modis id
2 probat, & ſatis eſt hæc probatio: nam, qui admittitur ad aliquid ſub certa conditione vel modo, vt teneatur aliquid adimplere ex parte ſua, nunquam admittitur, niſi ad vnguem adimpleat, quæ adimplere debet, & interim obſtat ei exceptio nō adimplemēti vt eſt notiſſimum, attamen ſemper poteſt prædicta adimplere, durāte tempore adimplementi, conceſſo illi per ſtatutum, vel cōſuetudinem, dummodò adimpleat ante ſētentiam, de qua materia latiſſimè poſt alios probat *Tiraquell.* qui hinc inde pro, & contra plures illationes facit *d. gloſ. 7.* quia, dum ſententia eſt lata, obſtaret ei exceptio rei iudicatæ, ex quo paria ſunt renunciare, vel petere ſine debitis requiſitis, admitteretur tamen forſitan in cauſa appellationis, vt colligitur ex traditis per *Afflict. deciſ. 16.* de quo meminit *Tiraquell.* vbi ſupra *num. 28.* & æquior eſt hæc ſententia.

Quod attinet ad ſecundam partem quæ-
3 ſtionis vicinus, vel conſanguineus repellentur à iure retractus propter actum ingratitudinis, nempè, ſi manus violentas, vel alias atroces iniurias contra venditorem,

dictorum bonorum intuliſſet, & ſic de alijs
atrocibus iniurijs, vt in *Conſtit. Regn. Sanci-
mus* vbi *Afflict. §. 3. per tot. Iacob. Nouell. ibid.
§. 5. nu. 16. & ſeqq.* vbi etiam *Rendell. in verb.
iniurias, & in verb. manus violentas, fol. 183.
cum ſeqq.* vbi qualitates iniuriarum exami-
nant, & plures alios cumulant, prout etiam
facit *Andr. Tiraquell. §. 1. de retract. lignag.
gloſ. 3. per tot.* vbi fuſiſſimè materiam iſtam
examinat, præcipuè *nu. 4. cum ſeqq.* & etiam
4 procedit in filio, vt excludatur ob vitium in-
gratitudinis à iure prothomiſeos ſanguinis
à bonis venditis per patrem: admitteretur
tamen in bonis venditis ab alijs conſangui-
neis, ſi ſit illis proximior in gradu, nec ha-
5 beat aliud impedimentum: quia patris ex-
hæredatio, ſiue vitium ingratitudinis erga
patrem priuat filium bonis paternis, ſed nõ
facit illum alienum à genere, ſeu familia, &
agnatione, quia dicuntur iura ſanguinis, &
aliunde filius habet, quàm à patre *l. iura ſan-
guinis, ff. de regul. iur. l. filiusfam. §. cum pater, ff.
de legat.* 1. vbi filius hæredatus poteſt tan-
quam agnatus, & vnus de familia reuoca-
re rem prohibitam alienari extra fami-
liam cum alijs cumulatis per *Tiraquell. d.
gloſ. 8. nu. 46. cum ſeqq.* vbi etiam meminit de
Afflict. loco cit.

SVMMARIVM.

1 *Euictio, an detur pro bonis venditis in benefi-
cium retrahentis.*
2 *Promiſſio euictionis generalis, an ſufficiat in
retractu, vel ſpetialis.*
3 *Dominus directus an ſibi præiudicet in canone
ſoluendo, ſi conſenſerit alienationi rei.*
4 *Emptor rei retractæ, an teneatur promittere
vicino euictionem, & quomodò, & quando
num. 5.*
6 *Vicinus an habeat ius congrui contra eum, qui
habuit ſententiam in ſui fauorem de re ven-
dita, vigore euictionis.*

QVÆST. XLIX.

Quadrageſimo nono quærto, an de-
tur euictio, ſi per ius congrui re-
trahãtur ab emptore bona emp-
1 ta, reſpondeo negatiue, niſi
in ſpecie venditor promiſiſ-
ſet euictionem, in caſu retra-
ctus faciendi per vicinos, vel cõſanguineos,
quia hoc ius retractus competit vicino, &
conſanguineis ex diſpoſitione iuris, & nihil
poteſt imputari venditori, cur ab alijs re-
trahantur, ità *gloſ. in l. ſi familiæ, in verb. quid
ſi vni, C. famil. erciſcun.* vbi *Gugliel. Suzar, Ric-
kard. Malumbr. Cyn. Bart.* & alij, quos cumu-
lat, & probat *Andr. Tiraquell. §. 1. de retract.
lignag. gloſ. 9. nu. 56. cum plurib. ſeqq. & §. 12.
gloſ. 2. nu. 8. & ſeqq. Anna alleg. 30. 31. & 48.
Vinc. de Franch.* & alij quos probat *Rendell.
de iur. prothom. in verb. dederit, nu. 4. fol. 144.
Iacob. Nouell. in eod. tract. §. 4. n. 49. & ſeqq.* &
alij infrà cumulandi, & hoc eatenus eſt ve-
2 rum, quod non ſufficit, vt ſit promiſſa eui-
ctio generalis, & venditor promiſiſſet tra-
dere rem liberam, vacuam, & expeditam,
ſed neceſſarium eſt, vt in ſpecie exprimatur
de *retract.* ſiue de iure cõgrui: nam illa pro-
miſſio generalis non ſe extendit ad hunc
caſum, ſed intelligitur prout tacitè inhære-
rat ex natura rei, & ideò talia verba nihil
operantur, vt optimè poſt *Bart.* & aliòs de-
ſuper citatos probat *Tiraquell. d. gloſ. 9. num.
56. 57. & ſeqq.* & alij deſuper citati; & fa-
ciunt, quæ dicam infrà *de gland. legend. quæſt.
vltima.*

3 Hoc adeo eſt verum, quòd, ſi Dominus
directus tali alienationi conſenſerit, præſu-
matur ſibi præiudicaſſe in canone ſoluen-
do, ſi plures retraherent illa bona iure con-
grui, ex quo poterat Dominus præuidere,
quòd dabatur ius congrui, quia venit ex
natura rei, dum ius municipale illud per-
mittit, vt poſt *Afflict. deciſ. 153. Benedellum,*
vtrumq; *Annam, Canalc. Foller. Caſtill.* & plu-
res alios notat *Ioan. Bapt. de Thor. in verb. di-
uiſio facta per collaterales.*

4 Inſuper quando vicinus haberet aliqua
bona iure congrui, non teneretur emptor
promittere illi vicino de euictione, niſi tan-
tum à ſe ipſo, & ex facto ſuo tantum, non
autem ne ab eo dicta bona retrahantur, &
ſic ſolùm tenetur ad pretium, vt ex multis
iuribus, & Doctorum auctoritatibus pro-
bat *Tiraquell. d. §. 12. gloſ. 1. per tot.* præcipuè
*nu. 10. cum ſeqq. Iacob. Nouell. vbi ſupra §. 3.
nu. 74. & ſeqq. & §. 4. nu. 49. & ſeqq. Benedell.
in d. eius tract. in rubr. nu. 30.* vt legitur *in opere
Rendellæ fol. 365.* vt alios omittam, quia
5 hoc clarum eſt, niſi in ſpecie ſit promiſſa
euictio, & optimè infert *Tiraq.* poſt alios *d.
gloſ. 1.* vt ad pretium teneatur, ſi ſecundus
emptor plus emeret dicta bona, quàm prior
emptor emiſſet, nam ad ſuperfluum tene-
retur, quod patet ex dictis ſupra *quæſt.* 45.

Illud poſtremò notat *Afflict. de iur. pro-
6 thomiſ. §. 9. nu.* 13. quod vicinus non habeat
ius congrui contra illum, qui obtinuit præ-
dium per ſententiam euictionis, quia iſte
dicitur obtinere ex cauſa neceſſaria, nem-
pè ex cauſa euictionis: quæ opinio, & ſi ali-
quibus non placeat, quia & ſi ſententia ſit
neceſſaria, vt tamen exerceat quis euictio-
nem, eſt cauſa voluntaria: hoc tamen argu-
mentum nihil concludit, nam etiam in le-
gato, & in donatione quis exercet iura ſua
voluntariè, ſic etiam creditor, quando per
ſen-

ſententiam Iudicis habet bona inſolutum &c.eorum ceſſat ins cõgrui, vt ſuperius ſuo loco dictum eſt, quia cauſa neceſſaria attenditur ex origine alienandi, ſi quis liberè alienat,vt dixi *par.3.quæſt.1.*

SVMMARIVM.

1 *Datur appellatio ab excluſione retractus: niſi contrarium conſtet ex iure municipali.*
Contraria conſuetudo adeſt Catania nu.6.
Quæ procedit niſi grauamen ſit manifeſtum. num. 8.
2 *Appellatio quid ſit.*
3 *Datur ab iniuſta breuitate termini.*
4 *Non datur à ſententia Principis, datur tamen ab eius iniuſta conſultatione, & non vera facti narratione.*
5 *Et regulariter datur ab omni grauamine.*
7 *Conſuetudo prohibens appellationem, & vt dici nequeat de nullitate, non habet locum quando appellatio, & nullitas manifeſtè apparent & nu.9.*

QVÆST. L.

1 Qvinquageſimo, & vltimo pro huius tractatus complemento quæro, an detut appellatio ab excluſione retractus? Reſpõdeo affirmatiue, niſi contrarium conſtaret ex iure muni-
2 cipali,ratio eſt, quia appellatio eſt remedium ſubſidiarium, etiam in iure naturali fundatũ, ad tollẽdum omne grauamen illatum alicui per Iudicem inferiorẽ, vt ſciunt
3 omnes, & datur etiam appellatio à breuitate termini, ſi ex iuſta cauſa non fuerit abbreuiatus *cap.1. de dilation.* vbi omnes & li-
4 cet non detur à ſententia Principis, & in propoſita noſtra quæſtione datur tamen ab eius iniuſta conſultatione, & à non vera facti narratione *gl.in l.1.in verb.prouocari ff.de*
5 *appellat.Capic.dec.1.n.18.& 19.*eſtq; regula trita,vt in omni grauamine admittatur appellatio, niſi expreſsè inueniatur prohibita *gloſ.in l.ſi ab arbitro, ff.qui ſatiſdar.cogant.*latiſſimè *Dec.in rub.de appellat.n.18.de Franch. deciſ.120.nu.4.deciſ.550.nu.5. Crauett. Carauit.*& alij innumeri quos citat *Marius Giurba deciſ.49.nu.1.* poſt alios notat *Rendell. in d. eius opere in verb.uocentur n.9.fol.98.*vt alios omittam.

6 Hinc eſt quod Cataniæ adeſt Conſuetudo particularis *tit. 40. conſuet.1.* qua diſponitur, vt in hoc iudicio non detur appellatio,nec etiam dici poſſit de nullitate: ve-
7 rùm, vt tollatur grauamen, & procedatur ſummariè,datut recurſus per viam grauaminis, vt per hunc recurſum prouideatur vicinis,& agnatis ad tollendum grauamen: attamen hoc procedit regulariter, quia ſi
8 grauamen eſſet manifeſtum,& nullitas euidéter colligeretur ex actis,& ex preſentatis inſtrumentis, tunc in hoc iudicio admitterentur appellatio, & nullitas, nam etiam dum conſuetudo prohibet appellationem, & vt dici non poſſit de nullitate, admittuntur,& nullitas,& appellatio, quando noto-
9 riè, & manifeſtè apparent, vt ex pluribus probat *Nap.d.conſuet.1.num.62.cum ſeqq.* vt alios omittam, hæc enim ſunt per ſe manifeſta,& proinde debent admitti, & quando Iudex videt id fieri ad dilatandum, poteſt mandare, vt exequatur ſententia præſtita cautione in caſu rettactionis, nempè, vel vt dentur illa bona iure congrui vicinis,ſi contra illos eſſet lata ſententia, vel alio modo prout fuerit lata ſententia.

Finis Partis Duodecimæ.

DE

DE SERVITVTIBVS.

PARS DECIMATERTIA.

Vicini propinquiores ad viam publicam tenentur præſtare viam alijs vicinis,non habentibus viam ad eorum fundum. h.d.Molfeſ.

CONSVET. PRIMA.

SI quis, habens terram, non tamen viam,cui terræ circumcirca ſunt terræ aliorum vicinorum,nec apparet vnde viam,vel actum habet ad terram ipſam,poteſt petere ſibi concedi iter,viam,vel actum per terram vicini, per quam propinquus ire poſſit ad viam publicam, vel viam carrariam, ſeu quæ breuiori ſpatio diſtet à via publica ad terram ipſam, quæ viam, iter,vel actum habere non apparet ex conſtitutioue,vel vſu longo.

Ædificans contra parietem,in quo ſit apertura,debet per palmos duodecim cannæ ſe elongare à dicto pariete vicini. h.d.Molfeſ.

CONSVET. SECVNDA.

SI quis habet parietem,in quo ſit feneſtra doſſitia, vel qualibet alia apertura pro aſpectu,vel lumine ingrediendo, qui paries ſit iuxta curtim, domum, vel hortum alicuius vicini,& vicinus vult ex oppoſito ad aperturas,quæ ſint in dicto pariete,ædificare in horto,curti,vel domo ſua, debet per palmos cannæ duodecim elongare ſe,& catenus diſtare debet ædificium,quod congruit à dicto pariete,ita tamen quatenus ædificium nouum,quod fit,fieret ex oppoſito ad dictas doſſitias,vel etiam aperturas.

Ædificans ex latere parietis vicini,in quo ſunt aperturæ,tenetur prolongare ædificium à dicto latere parietis per palmos duos,& duas partes vnius palmi:ſi apertura non adſit, poteſt tignum immittere in parietem vicini;ſi velit tectum facere ſub apertura,quæ ſit ad lumen modicè ingrediendum, per palmum vnum prolonget ædificium:ſi verò aſtricum facere velit,debet ſe elongare per ſpatium cannæ vnius, ſoluto pretio medietatis parietis eius Domino,niſi probetur eſſe communem. h. d. Molfeſ.

CONSVET. TERTIA.

ET ſi ex latere ad dictum parietem in partem,vbi doſſitia,vel aliqua apertura eſt ædificatum, vicinus, habens hortum, curtim, vel domum coniunctam,ad dictum parietem,ædificare velit, poteſt ædificare, & in altum extollere ipſum ædificium pro libito voluntatis,& coniungere ædificium, quod facit ipſi parieti,dum tamen ab ipſa apertura, ſeu à latere ipſius aperturæ prolonget ædificium, quod facit, per palmos cannæ duos, & duas partes vnius palmi: poteſt tamen vicinus, habens domum, hortum, vel curtim vicinam dicto parieti,in ipſum parietem immittere tigna,& alia onera ædificij, quod facit, ſimiliter immittere in ipſum parietem vicini, vbi feneſtra pro aſpectu habendo nõ eſt. Verùm ſi velit tectum facere,quod recumbat ad ipſum parietem de ſubtus ab ipſa doſſitia, ſiue alia apertura, quæ eſt in ipſo parie-

pariete pro lumine tantùm ingrediendo,per palmum vnum cannæ ædificet;ſi autem velit aſtricum facere,debet de ſubtus ab ipſa doſſitia,vel alia apertura, quæ non eſt pro aſpectu habendo,ſed pro lumine tantum ingrediendo per [illegible]tium cannæ vnius ædificare,ſoluto tamen pretio medietatis ipſius parietis,& ſoli [illegible] a quo dictus paries eſt fundatus ab ipſo,valente ædificare ipſi,cuius eſt paries,& ſolum prædictum, niſi fortè ab ipſo,volente ædificare,probetur dictum parietem,& ſolum eſſe communia.

Vicinus,non immittens tignum,ſed ſolum capita regularum, vel aſtraci lacertum ſoluit quartam partem ſoli,& parietis eius Domino. h.d.Molfeſ.

CONSVET. QVARTA.

SEd ſi recumbat ad ipſum ædificium ad parietem vicini ſine onere ipſius parietis, ideſt, quòd non immutatur ab ipſo pariete aliqua materia lignea , vel lapidea, ſeù quæcumq; alia , niſi fortè capita tegularum, vbi fit tectum , vel lacertum,vbi fit aſtricum,debet quartam partem æſtimationis ipſius parietis,& ſoli præſtare ipſi habenti parietem.

Apertura intelligitur,ſi facta ſit cum [illegible]ntonibus,æſtimatio parietis ſoluitur à loco, in quo immittitur ædificium vſq; ad ſolum.h.d.Molfeſ.

CONSVET. QVINTA.

ET vbicumq; fit mentio de apertura , intelligitur doſſitia totum rotundum , vel apertura ad modum feneſtræ cum cantonibus factæ. Et vbi præſtari debet æſtimatio partis parietis , vt dictum eſt , intelligendum eſt de pariete in quantum alius,ædificium,quod facit, appodiat , ſeu onera domus ſuæ immittit à fundamenro ipſius parietis vſq; ad locum,in quo appodiat,vel onera immittit,non vltra.

DE APERTVRIS NON FACIENDIS.

Tit. 21.

Ædificans nixta ſolum vicini,non poteſt ſuper ſolo vicini facere aperturas , niſi per palmos duodecim ſe elonget à ſolo vicini.h.d.Molfeſ.

CONSVET. PRIMA.

VBi aliquis conſtrui facit ædificium in ſolo ſuo, vbi alias ædificium non fuit iuxta ſolum vicini,non eſt ſibi licitum pennam tecti , vel aſtraci doſſitiam, vel aliquam aperturam facere in pariete,quem conſtruxit,iuxta ſolum vicini,niſi à regione vicini per palmos duodecim à remotis ædificet, tunc enim poteſt aperturas facere in ipſo pariete iuxta ſuæ arbitrium voluntatis.

Ædificans nouum ſolarium ſuper ſolario antiquo,poteſt tot feneſtras ſimiles , & directas facere,quod habebat in antiquo ſolario.h.d.Molfeſ.

CONSVET. SECVNDA.

SI quis habet domum ſupra,ſiue iuxta domum, hortum , locum, vel aream vicini, in qua domo ſunt doſſitiæ, vel aliæ aperturæ ſupra ipſam domum , hortum , locum,

cum,vel aream vicini,ſi domum ſuam velit altius extollere,& facere aliud ſolarium, ſiue membrum,poteſt in ipſo ſolario,ſiue membro,quod de nouo conſtituit, tot doſſitias,& alias aperturas facere, quod habet in alio ſolario,ſiue membro veteri, quæ doſſitiæ,& aperturæ non ſint ampliores,nec longiores veteribus aperturis,& fiant in directum aliarum veterum aperturarum, & eodem modo, & forma poteſt facere in quolibet ſolario,eſto quod plura ſolaria faciat.

Vicinus immittendo, vel aliud faciendo in domum deſtructam vicini, etiam longiſſimi temporis ſpatio non præſcribit.h.d.Molfeſ.

CONSVET. TERTIA.

Contra habentem caſalenum, ſiue domum deſtructam circa ſeruitutes eiuſdem caſaleni,& domus faciendæ,aliquis vicinus aliquas aperturas ſupra dictum caſalenum,vel proijciendo,vel aliquid immittendo in ipſum caſalenum, vel aliquid in ipſius caſaleni,vel domus deſtructæ præiudicium faciendo,præſcriptio etiam longiſſimi temporis non obſiſtit.

Ædificans in curti,vel horto iuxta parietem,in quo nō eſt apertura,ſed adeſt penna tecti, per quam pluit ſtillicidium,& velit vltra pennam tecti ædificare,tenetur elongare ædificium per vnum palmum à pariete vicini,& taliter ædificet,vt in eius pariete non fiat apertura, vel aliud,quo habeatur aſpectus ſupra domum vicini.h.d.Molfeſ.

CONSVET. QVARTA.

Si aliquis,habens curtim,vel hortum iuxta parietem domus vicini,in quo pariete nulla eſt doſſitia,vel apertura, eſt tamen in ipſo pariete penna tecti, vel aſtrici, per quam ſtillicidia in ipſam curtim,vel hortum decurrunt, vel defluunt, velitq; habens curtim,vel hortum in curti, vel horto ædificium conſtruere iuxta vicini parietem coniungendo ædificium, quod facit parieti vicini. Et velit vltra pennam tecti, vel aſtrici ædificium conſtruere poſtquàm ædificauit vſq; ad pennam tecti,vel aſtrici vicini propè,per vnum palmum prolongādo,poſtmodum per vnum palmum vltra quàm penna tecti,vel aſtrici vicini protenditur, poteſt in altum extollere ædificium, quod facit,dum tamen ſupra ædificium,quod facit,ſi fiat ibi aſtricum, conſtruat parietem, qui prætendatur in altum per ſpatium cannæ vnius ad minus ad hoc, vt qui ædificat,non poſſit inſpicere ſupra vicini ædificium,& in ipſo pariete nulla fiat apertura,ita quod aſpectus haberi non poſſit ſupra domum vicini.

Ædificans infra vnam cannam ſubtus pennam tecti vicini, ſi aſtricum faciat, tenetur erigere parietem ad minus canna vnius ſine apertura.h.d.Molfeſ.

CONSVET. QVINTA.

Et idem ſi per duos, tres, quatuor palmos, & vltra infra vnam cannam tulit ædificare quis ſubtus pennam tecti,vel aſtrici vicini, quia debet ab ipſo ædificio ſupra,ſi aſtricum,facit,parietem conſtituere,in quo non ſit apertura aliqua, & ſit ad minus ſpatij cannæ vnius,vt proximè dictum eſt.

Ædificans ſub penna aſtrici vicini,ſi facit tectum,per palmum,ſi verò aſtricum, tenetur diſtare pro ſpatium vnius cannæ.h.d.Molfeſ.

CON-

CONSVET. SESTA.

QVod ſi nolit ipſum ædificium altius conſtruere, quæ ſit penna dicti tecti, vel aſtrici, ſed intra, ſi quidem ædificans aſtricum facere debet tantùm, à remotis ſubtus pennam tecti, vel aſtrici parietis vicini, ipſum aſtricum facere quantum eſt ſpatium cannæ vnius, quod ſi velit tectum facere, debet per palmũ vnum cannæ, ſubtus pennam tecti, vel aſtrici vicini tectum facere.

Præſcriptio inter conſortes, & eius ſucceſſores, etiam ſingulares, non inducitur contra ſeruitutes contentas in inſtrumento diuiſionis. h. d. Molfeſ.

CONSVET. SEPTIMA.

VBi reperitur inſtrumentum diuiſionis, quod Neapoli, Notitia, dicitur, & continetur in ipſo inſtrumento, quod aliquis ipſorum, inter quos facta eſt ipſa diuiſio, habere debeat aliquam aperturam, vel ſeruitutem aliam in parte alterum cõtingente, vel quòd debet claudere aperturas ipſas, vel quod non debeat habere habere aliquas aperturas præſcriptio etiam longiſſimi temporis nõ obſiſtit illi ex conſortibus, qui iuxta tenorem dicti inſtrumenti debet habere aperturam, vel ſeruitutem, & cuius fauore apertura claudenda erat, vel cuius fauore non debeat habere altius aperturam: ſed quòad ea perinde ſtetur ipſi inſtrumento, ac ſi nouiſſimè factum eſſet, ſiue ſint ipſi, interquos eſt contentio fratres, ſiue alij conſortes, inter quos ipſa diuiſio facta eſt, vel eorum hæredes, & ſucceſſores etiam ſingulares.

Seruitus ſi non ſit expreſſa in iſtrumento diuiſionis, licèt conſors, vel hæres ipſius poſſideret, nunquam præſcriberat. h. d. Molfeſ.

CONSVET. OCTAVA.

AMplius ſi in inſtrumento ipſo, non continetur expreſſe, quòd alicui ipſorum conſortum ab altero ſeruitus debeatur, licet alter inueniatur in poſſeſſione, vel quaſi alicuius ſeruitutis, talis poſſeſſio, vel quaſi non prodeſt poſſidenti, vel quaſi etiam ſi per longiſſima tempora ſine inquietudine conſortis, vel hæredum, eiuſq; etiam ſingularium ſucceſſorum illud poſſederit, vel quaſi poſſederit.

Non ſummatur, quia breuis.

§.

Inter ſeruitutes numerantur diſſitiæ, & aliæ aperturæ.

DE FACIENDO CENTVMVLO, ET PALEIS NON tenendis in domo. Tit. 22.

Centimulum facere volens, non poteſt immittere trabeã centimuli in parietem communem. hoc d. Molfeſ.

CONSVET. PRIMA.

SI velit quis in ſuo piſtrinum,ſiue centimulum facere in pariete,qui ei communis eſt,& vicino,non licet immittere,ſiue affigere trabem ipſius centimuli, ſiue piſtrini.

Vicinus in domo coniuncta domui alterius,non poteſt tenere paleas,fanum, & ligna, niſi pro eius vſu: et idem eſt de lino infuſte, non diſcuſſo,niſi quod prouenit ex terris proprijs.h.d.Molfeſ.

CONSVET. SECVNDA.

NOn licet alicui in Ciuitate in domo ſua propria,quæ ſit coniuncta domui alterius paleas,vel fœnum,vel ligna tenere,& habere, niſi quatenus ſufficiat pro vſu ſuo animalium,quæ aliquis ad vſum ſuum, & domus ſuæ habet: et idem eſt de lino infuſte,non diſcuſſo, vt non poſſit quis in domo ſua propria coniuncta alterius domui, linum ipſum tenere, vel habere, niſi illud tantum, quod prouenit ex terris proprijs ipſius volentis in domo ſua ipſum linum habere.

Conductor non poteſt in domo conducta habere paleas, vel fœnum vltra eius vſum, maximè ſi non inhabitet,niſi in cripta,vel lamia,vel hoſpitetur extra mœnia Ciuitatis.h.d.Molfeſ.

CONSVET. TERTIA.

IN domo conducta non licet conductori tenere,vel habere paleas,vel fœnum,niſi quod ſufficiat pro animalibus,quæ tenet;ita tamen,ſi ipſe conductor ibidem habitet per ſe,non ſi ſeorſum moretur,niſi locus conductus ſit cripta, vel lamia: verùm poteſt conductor ſtabularius pro hoſpitibus,ſiue animalibus hoſpitum,fœnum, vel paleam in domo conducta, vbi ipſe perſonaliter moratur habere tantum in burgis Neapolis,& alibi ſcilicet,extra muros Ciuitatis Neapolis.

DE COLLATIONE EXPENSARVM IN DOMO communi facienda. Tit. 23.

Habentes plura ſolaria in vna domo, ſi ſupremum ſit reparandum, omnes contribuunt: ſi aliud reparetur,ſolus ſuppeditans reficit.h.d.Molfeſ.

CONSVET. VNIC.

SI domus habet plura ſolaria,quæ ſunt hominum diuerſorum,& tectum,vel aſtricum ſuprà quod aliquid aliud non ſit præter aerem, reparatione indigeat, debet expenſis communibus omnium prædictorum tectum ipſum, vel aſtricum reparari:quod ſi aliquod ex alijs aſtricis reparatione indigeat, debet expenſis proprijs ſuppeditantis aſtricum,ipſum aſtricum reparari.

SVMMARIVM.

1 *EXpenſarum appellatione quid veniat.*
2 *Expenſę taxantur arbitrio Iudicis.*
3 *Expenſę tam neceſſariç,quam vtiles veniunt in re cõmuni facta pro rata inter cõdominos.*
4 *Socius requiſitus ad reficiendum domum à conſocio,ſi renuerit elapſo termino,quatuor menſium,ſi conſocius reficere efficiatur dominus totius domus.*
5 *Requiſitio exquiritur,vt quis reputatur contumax,nolendo reficere domum, alias non erit contumax, neq; pro derelicta domus iudicabitur.*

6 *Ex-*

6 *Expenſæ iuxtà iſtas conſuetudines, intelliguntur de neceſſitate reſpectu domus, non autem reſpectu perſonæ conductoris.*

7 *Paries vbi tignum vicini imitti debet, ſit communis, quoties paries reficietur expenſis vtriuſq;.*

9 *Remiſſio petita per vaſallum ſit expenſis.*

Explicatio Tex.

OMnes conſuetudines horum quatuor titulorum explicatæ ſunt in *hac par.* præter *vltimam de collation. expenſar.* nam illam explicaui *ſup. par. 12. q. 6. circa fin. & hic q. 21.* & aliqua alia nunc ſubijciam, ne pro vnica conſuetudine particularis tractatio, & ſeparatim ſit ponenda. Quodq; ſit verum, iam omnes *Conſuetudines ſub rubr. de ſeruitutibus,* iam in hac parte explicatæ ſunt. Et prima, quæ loquitur de via præſtanda per vicinos, & propinquiores alijs vicinis, non habentibus viam, eſt explicata *q. 8.* ſic etiam ſecunda, & tertia hic, & *Conſuet. 4. 5. 6. & 7. de apertur. non faciend.* quæ loquuntur de ſpatio, quo ædificans debeat ſuum ędificium elongare à ſolo vicini, iam explicaui *q. 15. cum ſeqq. Conſuet. 4.* quæ loquitur de onere tigni immittendi, vel non immittendi, eſt explicata *q. 20. Conſuet. 5.* ſic etiam *1. & 2. de apertur. non faciend.* quæ loquuntur de feneſtris, ſeu aperturis faciendis, vel non faciendis in domo declaratæ ſunt *q. 26. Conſuet. 3. & 8. de apertur. non faciend.* quæ loquuntur de præſcriptione ſeruitutis, enucleatæ ſunt *quæſt. 25.*

Poſtremò *Conſuet. de faciend. centimul.* diſcenſſa eſt eius materia *q. 23. Conſuet. 2. & 3. eiuſdem tituli*, quæ loquuntur de paleis tenendis, vel non tenendis in domo, fuerunt declaratæ ſub *q. 22.* & conſequenter patet veritas, quod omnes declaratæ ſint in hac parte, & eas ſimul declaraui, & ſub vna rubrica, quia eandem continent materiam, & ſic vna indigere videbantur tractatione, & olim non erat diſtractio rubricarum. in his Conſuetudinibus, ſed omnes ſub vna rubrica de ſeruitutibus continebantur, vt notat *Camill. Salern. hic in rubr. de apertur. non faciend. fol. 360.*

Ex his clarè ſequitur, quod non ſit neceſſaria explicatio magna circa prædictas Conſuetudines, nam ſatis prolixè explicatæ ſunt citatis in locis; ſolùm aliqua ſubijciam collationem expenſarum, in re communi, quia et ſi illa Cónſuetudo explicata ſit locis citatis, meliori tamen ornatu in publicum debet exire.

1 Igitur non quærimus hic vniuerſaliter quid veniat appellatione expenſarum; nam regulariter veniunt damna, & intereſſe, vt *l. Sancimus, C. de iudic. l. non ignorat. C. de fruct. & lit. expenſ. Bart. Archidiac. & alij penes Tuſch. in verb. expenſarum appellatione, concl. 637.* Nec etiam quærimus ad quid teneatur condemnatus ad expenſas: nam clarum eſt,
2 quod arbitrio Iudicis iſta taxentur, & ſunt expenſæ factæ in lite, & multoties etiam veniunt damna, *Bart. in l. vnic. §. fin. ff. ſi quis ius dicent: non obtemper. & alij penes* Tuſch. *in verbo expenſarum, concluſ. 631. & concl. 625. cum ſeqq.* vbi explicat, & varios caſus enumerat, in quibus ceſſet expenſarum condemnatio, & ſic de alijs; vt habetur *loco cit.* ſed quærimus de expenſis, factis in re com-
3 muni: & cōſequenter eſt regula clara, quod quicquid fuit expenſum in re communi, tam ſi ſint expēſæ neceſſariæ, quàm ſi eſſent vtiles, diuiditur pro rata inter condominos rei communis, ita ex pluribus firmat *Roman. conſ. 413. quoad primum,* quem probat *Tuſch. in verb. expenſæ, concluſ. 642. & alij* paſſim: quod eſt clarum apud omnes, præcipuè in *d. l. non ignorat. & in §. ſi quis in alieno ſolo, inſtit. de rer. diuiſ.* & ſæpe alias nam nouitijs etiam in iure hoc eſt notiſſimum, quia ſine expenſis neceſſarijs res communis periret, & ſine expenſis vtilibus efficeretur inutilis, & conſequenter tunc tantum ſocij nō tenētur expēſas reficere, quando illę expenſę eſſent inutiles, oneroſæ, & temerariæ, *l. ſed an vltro, §. ijs enim, & §. ego verò, ff. de negot. geſt.* vel quando non eſſent vtiles, & neceſſariæ *Roman. loco cit. ſub n. 6. & n. 7. verſ. quoad tertium Tuſch. d. concluſ. 642. num. 4. & 5.*

Plus dico, quòd, ſi domus, verbi gratia ſit communis, quę indigeat refectione, & vnus
4 ex ſocijs requiſitus recuſaret reficere, tunc expectatis mēſibus quatuor, poteſt ſocius, qui requiſiuit alium, ſolus reficere, domum, & ſi reficiat, efficitur dominus totius domus, *l. ſi vt proponis, C. de ædific. priuat. Iaſ. in l. creditor. la 1. in fin. ff. ſi cert. pet. & in §. ſequens, nu. 48. inſtit. de action.* vbi ſubdit, quod eſt ſingulariter cordi tenendum, & pro ſingulari hoc etiam notat *Cremenſ. ſingul. 97.* quos probat *Tuſch. in verb. expenſæ factæ per fratres, concluſ. 641. n. 3. Maſcard. de probation. concluſ. 725. expenſæ, per ſocium factæ, & de tex. in d. l. ſi vt proponis meminit Reuerter. hic fol. 370. in addit.* incip. *quid ſi immittam verſ. ſi ſocius, vbi alios citat.*

Dixi, quod debeat eſſe requiſitus, quia, ſi non eſſet facta requiſitio, non poſſet dici contumax, nec dicitur habere illam domum pro derelicta, ſed ſolum tunc teneretur pro rata reficere, dicitur habere domum pro derelicta *l. cum duobus, §. idem re-*

Digitized by Google

ſpondit, vbi *gloſ. magna*, *ff. pro ſoc.* & quia dominus non efficitur, quando rem communem melioraret, tunc enim ſolùm daretur actio pro ſocio, vel communi diuidundo ad recuperandos ſumptus factos, *l. cum duobus, §. ſi in cõmunẽ*, vbi *gl. ff. pro ſoc.* ſed procedit in refectione, & reædificatione domus, vt optimè notant prænarrati *DD.* de qua materia latiſſimè tractat *Maſcard. d. concl. 725. cum ſeqq.* qui pro reliquis videri poterit ſic à *concluſ. 715. cum plurib. ſeqq.* vbi in communi materia, & ferè in communi negotio loquitur de taxatione, & probatione expenſarum, ad quam mitto lectorem.

Inſuper & ſecundum noſtras conſuetudines expenſæ reſpectu domus intelligun-
6 tur de neceſſarijs, reſpectu ipſius domus, non autem reſpectu perſonæ conductoris, & ideò ſi ſcholaris cauſa ſtudij indigeret feneſtra, non imputaret expenſas locatori, quia non dicuntur expenſæ neceſſariæ, nec vtiles domui, ſed ipſi ſcholari, vt poſt *Bald. in l. ſi quis mihi, in* [illegible] *ff. mandat. & Napodan. in Conſuet. 1. nu. 3. de locat. & condut.* notat *Reuerter. loco cit.*

Ex dictis etiam ſequitur, quòd, dum ex immiſſione tigni in parietem vicini, paries
7 fit communis, quoties paries ille refici deberet, refectio fieri debet expenſis communibus vtriuſq; *l. ſi ædes ff. commun. diuid. Napodan. loco citando*, & intelligitur pro ea rata, & portione, pro qua murus efficitur communis, & ſic ex tali immiſſione non inducitur ſeruitus, quia, quando debetur ſeruitus tigni, vel oneris alterius, tunc murus refici deberet expenſis illius domini dictæ domus, debentis ſeruitutem, niſi tamen vellet vicino cedere Parietem: nam hoc facere poſſet, *l. etſi fortis, §. etiam, & l. ſicuti ff. ſi ſerui vendicet, Napod. hic in Conſuet. Si ex latere, nu. 22.* quæ omnia magis declarabuntur infra ſuis locis.

Poſtremò quoties aliquid fieret ad petitionem vnius, regulariter quod petitur, fit expenſis petentis, & id circo, dum petitur remiſſio alicuius vaſſalli, fit expenſis petentis *Afflict. in Conſtit. Capitaneorum, in 4. not ab. Couarr. Foller. & alij*, quos probat *Vinc. de Franch. deciſ. 332. num. 4. cum ſeqq.* vbi etiam tradit quod ſeruetur, quando petitur depoſitio principalis abſentis: nam quòad expenſas, quæ ſoluũtur Actuario pro expeditione literarum commiſſionalium, & pro copia articulorum, ſuper quibus examinandus eſt principalis, fit expenſis petentis, quod verò ad expenſas, quæ ſoluuntur Officiali, cui committitur examen prædictum, fit ſolutio per illum principalem, qui eſt abſens, & extra locum Iudicij, quia eius abſentia non debet eſſe nociua alteri litiganti, vt per eum, qui *Vrſillum, & alios citat*, & ita ſeruatur in praxi.

SVMMARIVM.

1 *Seruitus perſonalis quid ſit.*
2 *Quid ſit ſeruitus realis.*
Cur vocetur realis. ibid. in fine.
Seruitus eſt ius incorporale, ſuperadditum rei. num. eod.
4 *Seruitus realis, altera vrbana, altera ruſticana; & quid hæ ſint, declaratur.*
Item alia continua, alia quaſi continua, alia diſcontinua, nu. 15. continua quid ſit. nu. 16. quid quaſi continua. num. 17. diſcontinua. num. 18.
4 *Quod ſit prædium vrbanum, & quod ruſticum.*
5 *Et vnde habeat vt ſit ruſticum, vel vrbanum.*
6 *Seruitus mixta quotuplex. & n. 7.*
Seruitus, quæ debetur a re perſonæ, quotuplex. num. 6.
7 *Quid ſit ſeruitus, quæ debetur à perſona rei, & quæ nam perſonæ illam debeant. & nu. 8.*
0 *Scripti ad ſeruiendum alicui loco, propriè non ſunt ſerui.*
10 *Seruitus realis alia affirmatiua, alia negatiua, & quid hæ ſint, declaratur; & nu. 11. & 12.*
13 *Seruitutis ruſticæ ſpecies recenſentur.*
14 *Seruitus calcis coquendæ, & arenæ fodiendæ quid ſit.*

QVÆST. I.

1 PRimò quæro, quid, & quotuplex ſit ſeruitus? In hac quæſtione non quærimus de ſeruitute perſonali, quæ debetur à perſona ſeruili perſonæ liberæ: hæc enim ſeruitus eſt conſtitutio iuris gentium, qua quis dominio alieno contra naturam ſubijcitur, vt habetur in *§. 1. inſtit. de iur. perſon.* quantum de hac ſeruitute non loquitur hic titulus: de ea tamen ponit aliqua *Cæpoll. in d. eius tract. cap. 1.* & latiſſimè poſt alios *Molin. de iuſt. et iur. diſp. 32. cum ſeqq.* ad quos me remitto, quia non pertinent ad noſtrum inſtitutum.

Igitur procedit quæſtio de ſeruitute reali, quæ rei debetur, & omiſſis definitione *Molinæ diſp. 11. et alijs pluribus*, quas ponit *Cæpoll. in tract. de ſeruit. vrb. et præd. cap. 2. pono definitionem Bartoli*, communiter receptam *in l. 1. ff. de ſeruit.* quam ponit *Cæpoll. d. cap. 2. nu. 3. in fin. Ioann. Oinotom. in §. 1. inſtit. de ſeruit. ruſtic. et vrbanor. prædior. nu. 4.* videli-
2 cet ſeruitus realis eſt ius quoddam prædio inhærens, vtilitatem ipſius prædij reſpiciens, & libertatem alterius prædij diminuens: quam definitionem examinat *Cæpoll.*

poll.loco cit. ad quem me remitto: clarum
eſt enim, quod ſeruitus ſit quoddam ius in-
corporale, ſiue qualitas quædam ſuper ad-
dita rei, cum omnis res ex ſui natura libera
ſit *§.1.inſtit.de reb.corpor.& incorpor.* & dici-
tur realis, quia ſine re ex vtraq; parte dari
nequit, *l.via conſtitui, §.ſi fundus, ff.de ſeruit.
ruſticor. prædior. cum vulgat. alijs penes Surd.
conſ.195.nu.10.vol.2.*
3 Seruitus merè realis eſt duplex; Vrbana
vna, ruſticana altera. Vrbana eſt, quæ præ-
dio vrbano debetur, ſiue debeatur à prædio
ruſtico, ſiue à prædio vrbano, nam inſpici-
tur prædium, cui debetur, cùm à prædio do-
minante ſeruitutes appellentur vrbanæ, vel
ruſticæ, *gloſ.* communiter recepta in *l.pater,
in verb. plenum, ff. de ſeruitut. legat. Iaſ. in §.
aquæ ſi agat, nu.23. Inſtit.de action.* & omnes
alij hoc docent, & ſic è contra ſeruitus ru-
ſticana eſt, quæ debetur prædio ruſtico, ſiuè
illi debeatur à prædio ruſtico, ſiue à prædio
vrbano, vt habetur locis prædictis.
4 Vrbanum prædium dicuntur omnia ędi-
ficia, facta cauſa inhabitandi homines, ſiue
in ciuitate ſint, ſiue in villa: ruſticum verò
prædium dicitur fundus, ſiue ager, & etiam
ædificium ibi factum pro recollectione fru-
ctuum, ſiue pro cuſtodia, ac habitatione ani-
malium tàm ſi vrbe, quàm ſi in in agris fiat,
5 quia non locus, vel materia, ſed vſus facit
prædium vrbanum, vel ruſticum, *l. vrbana
prædia, ff.dè verb.& rer.ſignif.* & dixi ſupra de
iure congrui *q. 2.* & hoc omnes ſciunt, &
latius hoc proſequitur, *Cæpoll. de ſeruit. vr-
ban. prædior. cap.11.* aliqua etiam *Tuſc.in
verb.ſeruitutis, concluſ.223.Molin.diſp.11.&
alibi, & dixi ſupra de iur.congr. q.3.& 4.* dixi
6 ſi ſit merè realis, quia datur ſeruitus mixta,
& hæc eſt duplex, vna, quæ debetur à re
perſonæ, & hæc eſt triplex, nempe, vſusfru-
ctus, vſus, & habitatio: de quibus ſunt
proprij, & particulares tituli in iure,
& de eis tractat *Cæpoll. loco cit. cap. 4.5.6.
10.& alibi* aliqua etiam *Molin.diſput.7.8.&
9.Tuſch. in ſua pract. in dictis verbis habitatio,
7 vſus, & vſusfructus.* Altera eſt, quæ debetur à
perſona rei, vt regulariter ſunt ſerui pœnæ,
nempè, damnati ad metallum, ſeu damnati
ad regias triremes in perpetuum deporta-
8 ti, vt dixi *par.4.q.47.* ſic etiam ſcripti ad ſer-
uiendum alicui loco, vt ad ſeruiendum ſe-
pulcro, vt in *l.Titio centum, §.Titio, ff.de vend.
& demonſtrat. Cæpoll.loco cit.cap.7.* ſic etiam
ſi alicui ſit commiſſa cuſtodia templi, vel
alterius rei *l.Mænia, ff.de manumiſſ.l.ſeruos, ff.
de aliment.& cibar.legat.Ioann.Oinotom. in §.
1.nu.3.inſtit.de ſeruit.ruſtic.& vrban.prædior.
9 & alij*, quamuis hæc non ſit propria ſerui-
tus, ſed opus miniſterij, vt optimè notat *Cæ-
poll.d.cap.7.* quod omitto, quantum de his
non loquitur hic noſter titulus, videri poſ-
ſunt præcitati *DD.*
10 Redeundo igitur ad ſeruitutes reales,
vrbana ſeruitus iam ſubditur in affirmati-
11 uas, & negatiuas affirmatiuę in affirmatio-
ne ſunt poſitæ, quia nempè aliqua prædia,
ſeruitutes debeāt alijs prædiis, & huiuſmo-
di ſunt ſeruitus oneris ferendi tignum mit-
tendi, vt dicetur *q. 15.* ſtillicidium admit-
tendi, vt dicam *q. 14.* proſpectus, ſeu lumi-
num, vt dicitur *q. 13.* vbi quædam aliæ ſer-
uitutes vrbanæ declarabuntur, quæ in affir-
12 matione conſiſtunt. Negatiuæ ſunt, quæ in
negatione conſiſtunt, quia in aliorum præ-
iudicium fieri nequeunt, vt eſt ſeruitus al-
tius non tollendi ne luminibus vicini offi-
ciat ſtillicidium non auertendi: quæ etiam
quæſtionibus citatis explicabuntur.
13 Seruitutes ruſticæ ſunt iter, actus, de qui-
bus dicetur *q.6.& 7.* eſt etiàm ſeruitus viæ,
de qua *q.8.* quarta eſt ſeruitus aquæductus,
de qua dicam *q. 9.* quinta eſt ſeruitus, au-
ſtus aquæ. Sexta pecoris ad aquam appul-
ſus; de quibus dicam *q.7.* ſeptima eſt ſerui-
tus iuris paſcendi, de qua dicam *q.10.et 11.*
14 ponitur etiam octaua & eſt ſeruitus calcis
coquendæ, & arenæ fodiendæ, nempè, ſi
quis habeat ſeruitutem in alieno prædio
coquendi calcem, quo caſu pro coctione
calcis, poteſt in illo prædio foueam facere
pro calce coquenda: ſic etiam ligna incide-
re, & omnia alia exercere, quæ calcis co-
ctionem reſpiciunt, ſic etiam arenam fode-
re, & aſportare pro conſtructione domus,
vt notat *Gloſ.* per illum *tex. in §. inter ruſtico-
rum, in verb.calcis, inſtit. de ſeruit. ruſticor. &
vrbanor.prædior.* vbi omnes.
Poſtremò pro dicendorum maiori de-
15 claratione notandum eſt, quod prædictæ
ſeruitutes reales, ruſticæ, & vrbanæ ſubdiui-
duntur, nam quædam dicuntur habere cau-
ſam continuam, quædam dicuntur habere
cauſam quaſi continuam, & quædam ha-
bere dicuntur cauſam diſcontinuam, *l.fora-
men, ff.de ſeruit.vrban.prædior.l.2.C. de ſeruit.*
& à quo cum alijs cumulatis per *Cæpoll. in
tract.de ſeruit.vrbanor.prædior.cap.19. Tuſch.
in verb.ſeruitus, concl. 222.& 224.Molin.di-
ſput.11.circa fin.* vt alios omittam.
10 Seruitus continua, ſiue cauſam conti-
nuam habent eſt, cuius vſus quantum eſt ex
ſe, & ex eius propria natura continuè, &
perpetuò durat, nec requirit factum homi-
nis, vt ſunt ſeruitutes aquæductus, tigni ſu-
ſcipiendi, oneris ferendi, & ſic de alijs, *l.ſer-
uitutes la grande, ff.de ſeruitutib.* plures cumu-
lant *Cæpoll. d. cap. 19. num.2. Surd. conſ. 17.
num.24.Tuſch.d.concl.224.nu.20.*
17 Seruitus quaſi continua eſt, cuius vſus,
ſiue actus, quia à naturalibus cauſis, & præ-
ci-

Digitized by Google

cipuè à facto hominis pendet, non ſemper eſt, nec perpetuo durat, in potentia tamen, ſiue in præparatione ſeu, vt Logici dicunt aptitudine ſemper eſt, ſeu eſt apta eſſe, ſi naturales cauſæ concurrerit, vt ſtillicidium admittendi, aut auertendi; nam, licèt ſtillicidium ſemper aptū ſit recipere aquā, non ſemper eam recipit, quia non ſemper pluit, & dum pluit, poteſt non recipere, quia nempè, diuerti poteſt ex facto hominis, vt
18 habetur in locis citatis. Seruitus deniq; diſcontinua eſt, cuius vſus non eſt ſemper, quia dependet ab hominum actione, ac facto, cuiuſmodi ſunt, iter, actus, via, aquæ hauſtus, calcis coquendæ, arenæ fodiende, iuris paſcendi, & ſimiles, vt habetur in locis citatis, quod eſt manifeſtum, quia homo non poteſt ſempet vti huiuſmodi ſeruitutibus, ex quo non poteſt ſemper iure ducere equum, aut plauſtrum, haurire aquam, coquere calcem, & ſic de alijs, nec ſemper animalia ſumunt paſcua, & conſequenter eſt ſeruitus diſcontinua.

SVMMARIVM.

1 *Seruitus in dubio non præſumitur.*
2 *Perſonæ, quæ poſſunt ſeruitutem conſtituere ſunt ſeptem.*
3 *Dominus verus predij, poteſt ſeruitutem conſtituere.*
4 *Dominus directus tantum, poteſt ſeruitutem conſtituere, non tamen in præiudicium domini vtilis.*
5 *Dominus proprietarius, vt dominus directus poteſt conſtituere ſeruitutem.*
6 *Vaſallus an poſſit ſeruitutem ſeudo conſtituere.*
7 *Emphiteota, an poſſit ſeruitutem conſtituere.*
8 *Princeps poteſt priuato licentiam dare, ſeu ſeruitutem ducendi aquam per locum publicum, non tamen in præiudicium aliorum.*
9 *Senatus vel Reſpublica, an poſſit ſeruitutem conſtituere.*
10 *Perſonæ quæ poſſint cōſtituere ſeruitutem pariter acquirere, & quando.*
11 *Seruitus acquiritur tripliciter, & ſecundum aliquos quatuplieiter nu. 12.*
13 *Diſcuſſio nulla erit facienda de acquiſitione per contractum, & vltimam voluntatem.*
14 *Seruitus ſi pacto acquiratur, vel alio pacto hominis, non eſt neceſſarium, vt acquirens habeat aliunde ius ſeruitutis, ſed ſatis erit quo pacto acquirat.*
15 *Pactum non edificandi in aliquo loco, an valeat.*
16 *Seruitus realis, vel perſonalis, qualiter cognoſcatur, ex conceſſione illius percipitur nu. 17.*
18 *Seruitus conſtituitur ex lege, hoc eſt, quæ vſumfructum legalem habet.*
19 *Pretium maior datur pro via, quam pro itinere.*
20 *Acceſſus ad locum etiam remotiorem prędij vicini an, & quando detur, vel non.*
21 *Feneſtras aperire, vt ſecreta vicini proſpiciat lege Hiſpanica etiam prohibetur.*
22 *Seruitus ducendi aquam per aliena prædia ob bonum publicum lege promiſſa, vel ſtatuto conceditur.*
23 *Statutum ducendi aquam, etiam clerico ligat, & ratio aſſertur.*
24 *Seruitus vt acquiratur per præſcriptionem quinq; requiruntur copulatiuè.*
25 *Bona fides exigitur ad hoc, vt curat præſcriptio.*
26 *Bona fides præſumitur, & alleganti malam fidem incumbit onus probandi.*
27 *Res communis, præſumitur libera in dubio.*
28 *Præſcriptio nulla declaratur, quando coſtaret de inualiditate tituli allegati.*
29 *Poſſeſſio vera, non datur in incorporalibus, ſed quaſi.*
30 *Quaſi poſſeſſio in negatiuis incipit à die prohibitionis, ſed in affirmatiuis requiritur continuatio actuum per legitima tempora, nu. 31.*
32 *Seruitus vt acquiratur, requirtur ſcientia, & patientia aduerſarij.*
33 *Tria vitiant quaſi poſſeſſionem, & præſcriptionem ſeruitutis, ſcilicet vis, precarium, & clandeſtinitas.*
34 *Vſus continuus requiritur pro acquiſitione ſeruitutis, animo acquirendi illam.*
35 *Tempus legitimum exigitur in acquiſitione ſeruitutis, & qualiter, vt preſcriptio proficiat.*
36 *Seruitus diſcontinua non præſcribitur ſine titulo niſi ſpatio tanti temporis, cuius initij non ſit hominum memoria.*

QVÆST. II.

1 Secundò quæro, qualiter realis ſeruitus acquiratur? Pro dicendis ſuppono vnum, nempè, ſeruitutem in dubio nōn præſumi, nec extendi debere, dum reperitur quando conſtituta, vt dicetur infra *q.* 4. hoc ſuppoſito, duo examinanda ſunt in *hac quæſt.* primò quænam perſonæ poſſint ſeruitutem imponere rebus. Secundò quot modis ſeruitus acquira-
2 tur. Perſonæ, quæ poſſunt ſeruitutem conſtituere ſunt ſeptem, de quibus latiſſimè agunt, & *Capoll. de ſeruit. vrban. prædior. cap.* 14. *Ioann. Oinotom. in §. ideo inſtit. cod. tit. Tuſch. in verb. ſeruitus, concluſ.* 227. *& alij.*
3 Primò igitur poteſt ſeruitutem conſtituere dominus verus prædij, dummodo ſolus ſit dominus & nulli alij debeat ſeruitutem, quia in præiudicium ſocij, & alterius, cui debetur ſeruitus, non poteſt alia ſeruitus conſtitui, *l. per quem, ff. de ſeruit. ruſticor.* *præ-*

prædior.l.2.ff.de ſeruit.& alij ſupra citati, pro-
4 ut de ea dicetur infra *de pignor. & hypoth.q.
vlt.* ſecundò dominus directus tantùm,
dummodo hoc non faciat in præiuditium
5 habentis vtile dominium. Tertiò proprie-
tarius,vt eſt dominus directus fundi,in quo
alter habet vſumfructum, dummodo per
talem ſeruitutem non fiat præiuditium vſu-
fructuario, vt quia eius conditio fiat dete-
rior,*l.ſed,& ſi quid, §.fin.cum leg.ſeq.ff.de ſer-
uitut.Caſtrenſ.in l.3.ff.eod.Oinotom.loc.cit.n.2.
& alij*
6 Quartò vaſallus poteſt ſeruitutem rei
feudali imponere,quæ durat, quatenus va-
ſallus eſt dominus feudi;quia dum feudum
reuertitur ad dominum directum, extin-
guitur ſeruitus *cap. 1. §. quid ergo,et §.è con-
trario, de inueſt. de re alien. fall.* vbi *Andr. et*
7 *alij*, & hoc omnes ſciunt. Quintò emphy-
teuta ad inſtar tamen vaſalli, vt dum em-
phyteuſis reuertitur ad dominum, ſeruitus
extinguatur.*gloſ.et DD. in d.l.3.ff.eod. Oinot.*
8 *loco cit.nu.3.et alij paſſim.*Sextò Princeps po-
teſt concedere priuato licentiam, ſiue ſer-
uitutem ducendi aquam per locum publi-
cum, vel per viam publicam, dummodo
hæc conceſſio non fiat in aliorum præiudi-
cium,& incommodum, *l.2.§. meritò, et §.ſi
quis à Principe,ff.ne quid in loco publ.c. quam-*
9 *uis,de reſcript.in 6.*Septimò ſenatus, vel Re-
ſpub.*l.quominus, ff. de flumin.* & habetur pe-
nes alios præcitatos *DD.*
10 Illud tamen aduertēdum eſt, quod mul-
tomagis prædictæ perſonæ poſſint ſeruitu-
tem alicui eorum fundo acquirere,etiam ſi
vtile tantum dominium habeant in illo
fundo, cùm per talem ſeruitutis acquiſitio-
nem faciant meliorem conditionem fundi
*d.cap.1.§.è contrario,de inueſt.de re alien. fall.
l.ſed et ſi quid,§.fin.ff.de vſufruct.Cępoll.et alij*,
quos probat *Oinot.loco cit.nu.5.*
11 Vt autem ad ſecundum caput tranſea-
mus, ſeruitus acquiritur tribus modis ſe-
cundum ius commune, videlicet, pactioni-
bus,ſtipulationibus,& vltima voluntate, §.
ſui,inſtit.eod.4.præſcriptione l.2.C. de ſeruit. et
12 *aqu.* alij verò faciunt aliam diuiſionem, vt
quatuor modis acquiratur ſeruitus, videli-
cet per contractum, per vltimam volunta-
tem,per pręſcriptionem,& per legem com-
munem, vel municipalem alicuius loci, &
hæc diuiſio magis mihi placet. De acquiſi-
13 tione per contractum,& vltimam volunta-
tem nulla eſt facienda diſcuſſio: clarum eſt
enim, quod qui per contractum, vel vlti-
mam voluntatem poteſt diſponere de bo-
nis ſatis, poſſit etiam in illis aliquam ſerui-
tutem imponere,& ſic verba contractus, &
vltimæ voluntatis inſpicienda ſunt, ſi ſerui-
tus ſit omnino realis, vt tranſeat ad omnes
hæredes,& poſſeſſores prædiorum,vel finia-
tur cum aliqua perſona, prout latius proſe-
quitur *Cæpoll.de ſeruit.vrban.prædior. cap.2.
nu.5.et ſeqq.Tuſch.in verb.ſeruitus,concl.224.
et 228.Mut.ad Conſuet.Panhorm. cap.42.n.5.*
14 dum pacto acquiritur ſeruitus, vel ex alio
pacto hominis, non eſt neceſſarium, quod
illam acquirens haberet aliunde ius ſerui-
tutis,ſed ſatis eſt,quod per pactum,vel alio
modo nouiter ſeruitutem illam acquirat,
quia pactum eſt modus de nouo acquiren-
di ſeruitutem,vt patet ex dictis,& eſt per ſe
manifeſtum.
15 Hinc reſpondi cuidam,qui pętendebat,
quod dum eius cliens pacto conceſſiſſet al-
teri ſeruitutem non ædificandi in aliquo
loco,pactum non eſſe validum, quia crede-
bat illum per prius habuiſſe ſeruitutem; di-
xi,inquam,illum nō bene dicere, quantum,
etiam ſi dubius eſſet, an illam per prius ha-
beret, certiori modo voluit illam acquire-
re,& ſic per illud pactum,vt ſic ceſſaret om-
nis dubitatio.
Eſt tamen notandum ad cognoſcendum
16 ſeruitutem realem, vel perſonalem,quia ſi
fieret conceſſio contemplatione perſonæ,
vel pro vſu, ſiue cauſa perſonali, vel de re,
ex cuius natura, iudicetur conceſſio perſo-
nalis, tunc ſeruitus iudicatur, & eſt perſo-
17 nalis: ſi verò fiat conceſſio pro ipſo prædio
cauſa alicuius rei, vel alio modo exprima-
tur cauſa realis conceſſionis, vel fiat de re,
cuius natura ſignificat realitatem, tunc cō-
ceſſio realis erit,vt legi poteſt penes prædi-
ctos *DD.*& præcipuè penes *Tuſchum d.concl.
224.nn.6.* & penes *Cæpoll. d. nu. 5. cum ſeqq.
Surd.conſ.231.nu.8.vol.2.*vbi alios citat.
18 Ex lege conſtituitur ſeruitus, vt eſt vſu-
fructus legalis,qui ex iuris diſpoſitione cō-
ceditur patri in bonis aduentitijs filiorum,
*vt in l. cùm oportet, C. de bon. quæ liber. cum
vulgat.alijs Molin.diſp.8.* ſic etiam vt nemini
liceat domum, aut aliud ædificium facere,
vt ventus impediatur, & area,in qua grana
purgantur,inutilis fiat,*l.vltima, C.de ſeruit.
et aqu.* ſic etiam ſi aliqua lege municipali
alia ſeruitus deberetur, vt eſt per has no-
ſtras Conſuetudines, prout ex dicendis pa-
tebit, & in particulari, ſi ego habeam ter-
ram,ſiue fundum, & non appareat via, per
quam accedere poſſum ad dictam terram,
præſtanda eſt mihi via per vicinos propin-
quiores ad viam publicam, ſeu viam carra-
riam,vt habetur in *Conſuet.ſi quis habens ter-
ram,hoc tit.*vbi *Napodan. nu.5.* hac interpre-
tatur,quod ſoluendum ſit pretium domino
prædij,in quo via,iter,vel actus conſtituen-
dus eſt,quia intelligitur grauatus concede-
19 re,mediante iuſto pretio,& maius pretium
datur pro via, quàm pro itinere, & maius

pro

pro itinere, quàm pro actu, quia magis via
affert incommoditatem, quàm iter, & ma-
gis iter, quàm actus, vt ex dicendis infra ſuo
loco conſtabit, quod intelligitur quoties
per alium locum etiam remotiorem non
20 detur acceſſus ad prædium vicini, quia, ſi
adeſſet aliunde talis acceſſus, quamuis re-
motior, & prolixior, quia à vicinis in ſubſi-
dium conceditur via, vt optimè fundant
Boer. dec. 322. Ioan. Papon. lib. 14. tit. 1. arreſt.
3. quos ſequitur *Tepat. lib. 2. variar. iur. ſen-
tent. in tit. de vijs fol. 311. col. 1. §. vicinus co-
gitur, latiſſimè Vrſill. ad Affl. deciſ. 265. n. 114.
cum ſeqq.* & dicentur aliquo infra *quæſt. 8.*

21 In Hiſpania etiam dicitur adeſſe legem,
qua ſancitur, nemini licere aperire fene-
ſtram è regione, ſiue loco feneſtræ vicini
ſui, vnde videri poſſint, quæ in aliena domo
fient, & ſic eſt quædam legalis ſeruitus, fun-
data in conuenientia etiam, ac decentia, ne
videantur, quæ in aliena domo fiunt, & ſic
habens feneſtram in domo ſua, conſequitur
ſeruitutem dominantem, vt non poſſit vici-
nus aperire feneſtram ab illa regione, ſiue
loco, prout poſt alios notat *Molin. de iuſtit.
et iur. diſp. 11. §. penul.* & ſic etiam dicitur
adeſſe in quibuſdam alijs locis, & ſeruatur
etiam in hac Ciuitate reſpectu monialium,
pro vt dicetur infra ſuo loco.

22 Sic etiam aliquibus in locis eſt ſeruitus
ducendi aquam per aliena prædia, id per-
mittente ſtatuto, ſiue conſuetudine ob bo-
num publicum, ſeu publicam vtilitatem, vt
ex *tex. in l. vltim. C. ſi contr. ius, vel vtilit. pu-
blic.* probat *Cæpoll. de ſeruitut. ruſticor. prædior.
q. 5.* probat *Surd. conſ. 130. præcipuè nu. 6. cum
ſeqq. Theſaur. deciſ. 245. nu. 7. §. quæ omnia, et
Salycet. in authen. caſſa, & irrita, num. 14. C. de
ſacroſ. Eccleſ. Opeton. in l. filiusfam. §. diui, n. 88.
ff. de legat. 1.* quos probat *Surd. d. conſ. 130.
23 n. 6. et 7.* tenent quod hoc ſtatutum, & con-
ſuetudo ligat etiam clericos, dum reſpicit
publicam vtilitatem.

24 Præſcriptione acquiritur ſeruitus, ſi
quinq; copulatiuè concurrant, nempe, bo-
na fides, quaſi poſſeſſio, ſcientia, & patien-
tia aduerſarij, continuus vſus iure ſeruien-
tis, & legitimum tempus, & vno deficiente,
non acquiritur ſeruitus eſt enim clarum in
iure, quod ſine his requiſitis nullo modo
detur præſcriptio, vt omnes ſciunt, & latiſ-
ſimè proſequitur *Molin. diſp. 62. cum ſeqq. la-
tiſſimè Sayrus lib. 9. clauis Regiæ cap. 12. tot.*
vbi innumeros cumulat.

25 Bona fides requiritur, ſine qua nullo vn-
quam tempore currit præſcriptio, ſecun-
dum ſacros canones, qui in hac materia at-
tenduntur *c. fin. de præſcript.* vt præſcribens
crederet ſibi ſeruitutem competere, & licèt
26 multi teneant, quod bona fides præſuma-
tur, & alleganti malam fidem incumbit
onus eam probandi, *vt ex tex. in l. verius, ff.
de probation. et alijs* in hac propria materia
probat *Oinotom. in §. pen. n. 12. inſtit. de ſeruit.*
& de communi, & magis communi affir-
mat *Alex. conſ. 69. nu. 8. lib. 5.* de quo memi-
nit *Cardin. Tuſch. in verb. ſeruitus realis, concl.
224. n. 5. attamen Abb. in cap. ſi diligenti* quia
27 in dubio omnis res præſumitur libera, do-
nec ſeruitus probatur, & qui debet illam
probare omnia requiſita, probare debet, &
proinde magis communiter docent, quod
ipſa bona fides allegari debeat in ſeruituti-
bus præſcriptis, vt ex multis probat *Capyc.
deciſ. 117. nu. 9. et deciſ. 209. num. 16. Tepat. de
28 ſeruit. fol. 305. col. 4. §. 1.* & quando conſta-
ret de inualiditate tituli, allegati in produ-
ctione præſcriptionis, præſcriptio declara-
tur nulla etiam ſi centenaria eſſet tanquam
carens bona fide, & ſic pluries fuit deciſum
in Regia Camera Summariæ, vt poſt *Camill.
de Curt. et alios* probat *Conſiliarius de Georg.
alleg. 14. nu. 18.* de quibus meminit *Maſtrill.
deciſ. 114. n. 41. et ſeqq.* requiritur quaſi poſ-
29 ſeſſio, cùm enim ſimus in incorporalibus,
non datur vera poſſeſſio, ſed quaſi, vt om-
30 nes ſciunt, & quando ſimus in negatiuis,
& eſt ſeruitus altius non tollendi, non ædi-
ficandi, vel faciendi furnos, molendina &c.
hæc quaſi poſſeſſio incipit à die prohibitio-
nis, nec antea locum habet, & vnicus actus
ſufficit cum patientia ſubſequente per legi-
timum tempus, vt docent omnes, *in l. quo-
minus, ff. de flumin. Oinot. §. fin. inſtit. eod.* latiſſi-
mè *Theſaur. deciſ. 16. Molin. diſput. 70. §. quod
idem dicendum Crauett. conſ. 111. num. 21. Me-
noch. lib. 2. de arbitr. Iudic. caſ. 160. Guid. Pap.
ſingul. 107. Tepat. d. col. 4. §. pen. Cæpoll. de ſer-
uit. ruſtic. prædior. cap. 1. num. 27. cum ſeq. Surd.
conſ. 231. num. 13. et ſeqq. vol. 2. conſ. 127.
n. 322. lib. 1. Rouit. in pragm. 14. nu. 4. et ſeqq.
31 de Baronib.* in affirmatiuis verò requiritur
continuatus actus per legitima tempora, vt
infra dicetur.

32 Tertiò requiritur ſcientia, & patientia
aduerſarii, nempè, domini fundi ſeruientis,
ſine qua nunquam ſeruitus acquiritur, *l.
quoties la 2. ff. eod. l. 2.* vbi *gloſ. & omnes, C.
eod.* & ideò in ſpecie probari debet ſcientia
domini fundi ſeruientis, vt latiſſimè proſe-
quitur *Ioann. Oinotom. d. §. penul. n. 21. Marius
Mut. ad Conſuet. Panhorm. cap. 29. n. 53. et ſeqq.
Crauett. conſ. 242. Roland. conſ. 9. vol. 3. Me-
noch. de arbitr. Iudic. lib. 2. caſ. 161. Andr. Gail.
Marc. et alij*, quos probat *Tepat. d. fol. 303.
col. 4. §. incorporalia* latiſſimè *Surd. conſ. 195.
33 n. 11. lib. 2.* nam tria vitiant quaſi poſſeſſio-
nem, & præſcriptionem ſeruituris vis, præ-
carium, & clandeſtinitas. Vis, ſi nempè, ab
aduerſario domino prohibeatur. Præcariū,
quia

Digitized by Google

quia ab beneplacitum concedentis illo iure vtitur, *l. 1. ff. de precar.* clădeſtinitas, vt quia illa ſeruitute vtatur, ignorante domino fundi ſeruientis, *l. clam poſſidere, ff. de acquir. poſſeſſ.*

34 Quartò requiritur vſus continuus animo acquirendi ſeruitutem, nempè, quod illo iure vtatur animo acquirendi ſeruitutem, non autem vt precario iure familiaritatis, & amicitiæ poſſideat, *l. qui iure familiaritatis, ff. de acquir. poſſ. l. fin. ff. quemadmod. ſeruit. amitt. Bart. in l. 1. §. hoc interdicto, ff. de itiner. actuſq; priuat. Crauett, in conſ. 1. pro Genero nu. 175. Ioan. Papon. lib. 24. tit. 1. arreſt.* 10. de quibus meminit *Tepat. lib. 2. var. iur. ſent. tit. de ſeruitut. fol.* 305. *col.* 3. §. 2. *Mut. ad Conſuetud. Panhorm. cap. 42. nu.* 50. *vbi Innoc. Abb. Anchar. Iaſ. Afflict. Felyn. & Alex.* ad hoc probandum cumulat, vt quis probat ſe poſſediſſe iure ſuo, nempè ex ſeruitute illi debita talem poſſeſſionem continuaſſe latiſſimè *Menoch. conſ. 389. nu. 8. lib. 4. Crauett. conſ. 197. nu. 13. & conſ.* 226. quos probat *Tepat. d. fol. 305. col. 4. §. ſeruitus*, vt probetur præſcripta *Socin. Iun. in l. 1. num. 353. ff. de acquir. poſſ. ex tex. in l. 1. §. Ariſto. ff. de qua quotid. & æſtiu. Surd. conſ. 94. nu. 54. & ſeqq.* vbi hoc declarat *lib. 1. Tuſch. in verb. ſeruitus, concluſ. 221. n. 4. Andr. in cap. Imperialem, §. præterea Ducatus, n. 37. circa fin. de prohib. feud. alienat. per Federic. ex tex. in cap. fin. vbi gloſ. de Conſuet. l. vlt. ff. quemadm. ſeruit. amittat. & alijs.*

35 Poſtremò requiritur tempus legitimum, & vt hoc cognoſcatur, facienda eſt diſtinctio inter ſeruitutem cōtinuam, quaſi continuam, & diſcontinuam. Si continua ſit ſeruitus, tunc ſecundum magis receptam ſententiam præſcribitur ſpatio decem annorum inter præſentes, & viginti inter abſentes, ſi prædicta alia requiſita interueniant, ita poſt *Alex. conſ. 108. n. 4. ad iſtam lib. 2. & conſ. 69. circa primum nu. 4. lib. 5.* probat *Tuſch. in d. concluſ. 224. nu. 3. & eſt tex. in l. ſi quis diuturno, ff. ſi ſeruit. vindicet. l. 1. & 2. vbi gloſ.* & communiter *Scribentes, C. de ſeruit. & aqu. l. vlt. ff. de aqu. pluu. arcend.* plures alios cumulat, & probat *Gomes. tom. 2. variar. reſol. cap. 15. n. 23. 26. & ſeqq.* & hanc eſſe communem affirmat, *Molin. diſp. 70. §. porrò ſeruitutes, Surd.* alios cumulans *conſ. 231. nu. 11. vol. 2.* qui ex ſententia *Bald. & aliorum*, dicit hanc eſſe communem antiquorum, & modernorum ſententiam ex mente iurium collectam *idem Surd. deciſ. 236. Maſtrill. deciſ. 114. lib. 2.* idem tempus neceſſarium eſſe, & ſufficiens ad præſcribendam ſeruitutem quaſi continuam, notant prænarrati DD. quamuis alij requirant tempus duplicatum.

36 Quando verò ſumus in ſeruitute diſcontinua, tunc non præſcribitur ſine titulo, niſi ſpatio tanti temporis, cuius initij non ſit hominum memoria in contrarium *l. hoc iure, §. ductus aquæ, ff. de aqua quotid. & æſtiu.* cum alijs cumulatis per *Gomez. d. cap. 15. nu.* 27. quem ſequitur *Molin. d. diſp. 70. §. poſterior. Cæpoll. Alex. Caſtrenſ. & alij*, quos cumulat *Tuſch. d. concluſ. 224. num. 6. cum ſeqq. Capyc. deciſ. 117. n. 9. & 10. Natt. conſ. 69. vol. 1.* quos probat *Tepat. in d. tit. de ſeruitutib. fol. 305. col. 3. in fin. Leſſius lib. 2. de iuſt. & iur. cap. 6. n.* 28. an autem hoc locum habeat in terminis noſtrarum Conſuetudinum dicam infra *quæſt. vlt.*

SVMMRIVM.

1 *Seruitus, an poſſit eſſe iure proprio.*

2 *Regula illa, res propria nemini ſeruire poteſt iure ſeruitutis, ampliatur, vt locum habeat etiam ſi prædium debens ſeruitutem efficiatur meum.*

3 *Res mea, non poteſt alteri rei meæ ſeruitutem debere.*

4 *Regula ſupra citata ſubampliatur, vt locum habeat, etiam ſi prædium ſeruiens peruenerit in portionem alterius ex ſocijs, vel hæredibus.*

5 *Limitatur regula ſupra allegata, non procedere quando ſequeretur euictio.*

6 *Prædium ſubobiectum ſeruituti, ſi fuerit venditum, an cum dicta ſeruitute cenſeatur venditum.*

7 *Prædium cenſetur venditum eo modo, & forma, quo erat tempore venditionis, & quod in vſu nu. 8.*

9 *Fideiuſſor cenſus ſuccedens creditori cenſus eius obligatio extinguitur, ſi tamen res fuerit alienata, an reuiuiſcat obligatio.*

10 *Seruitus perſonalis, aut realis quando cenſeatur cum venditione prædij tranſlata.*

11 *Seruitus extincta, non cenſetur in venditione prædij conceſſa ſine noua conſtitutione.*

12 *Seruitutes prædio cohærentes, ſi illud fuerit vēditum, & aliqua ipſarum fuerint expreſsè, et aliæ non, quarū ipſarū cenſeantur venditæ.*

QVÆST. III.

1 TErtio quæro, an ſeruitus eſſe poſſit in re propria reſpondeo negatinè quoniam res propria nemini ſeruire poteſt iure ſeruitutis, *l. vtifrus, ff. ſi vſusfruct. petat. l. propriū, & l. quicquid ff. commun. prædior.* & in hoc omnes cōueniunt, vt poſt alios *Surd. conſ. 181. nu. 38. vol. 2.*

2 Ampliatur hæc regula, vt locum habeat, etiam ſi prædium, debens ſeruitutem, efficiatur meum; nam illa ſeruitus extingueretur, & confunderetur, dum efficior inſolidum dominus vtriuſq; prædij ex ratione ci-

3 tata, quia res mea non poteſt alteri rei meæ

ſeruitutem debere, *l. in re communi,ff.de ſer-
uitut.vrban.præd.l.1.ff.quemadm. ſeruit. ami-
tat.Napodan.hic in Conſuet.Amplius ſub n.39.
fol. 367.* ibi,*imò ſi aliena rei mihi, aut rei meæ
ſeruiret,ſi efficeretur mea, extinguitur ſeruitus,
ff.quemadm. ſeruit. amitt. l. 1.* quod latiſſimè
probant *Cæpoll.de ſeruit. vrban. prædior.cap.
24. Oinotom. §. fin. num.20. Inſtit.de ſeruitut.
Tuſch.in verb.ſeruitus concluſ.230.nu.3.Iaſ.&
Tiraquell.* quos ſequitur *Marius Mut.ad Con-
ſuet.Panhormit.cap.63.nu.27.*quam amplia-
tionem ſub ampliant aliqui, vt locum ha-
4 beat etiam ſi prædium ſeruiens peruenerit
in portionem alterius ex ſocijs, vel cohære-
dibus, & aliud prædium dominans mihi
peruenerit in portionem meam,vt puta, ſi
vni ex fratribus in diuiſione bonorum per-
uenerit fundus ſeruiens, & alteri fratri per-
uenerit fundus dominans, eſſet extincta
ſeruitus, dum bona ad inuicem ipſi fratres
communicant,vt poſt *Florian.in l.fundum,ff.
de ſeruitutib.vrban. præd. & alios* notat *Ioan.
de Amic.conſ.81. citando nn.3.*ſed de hac ſub
ampliatione hinc inde multa diſputat *Surd.
d.conſ.17.*hic enim eſt caſus dicti Conſilij.

5 Procedit igitur principalis limitatio, ſi
ego, v.g. pleno iure, & in perpetuum effi-
ciar dominus prædij ſeruientis,& in totum,
& ſic irreuocabiliter factus eſſem dominus,
non procederet limitatio,vt eſt,quando ſe-
queretur euictio;nam tunc reuiuiſceret ſer-
uitus, & mea primæua obligatio, *l. ex ſex-
tante, §.Latinus Largus, ff. de except.rei iudic.
Afflict.deciſ.16.nu.3.*vbi *Vrſill.n.3. Neguſan.
de pignor. in 3.membr. ſupra par. princip. verſ.
Amplia primò,& verſ.Amplia tertiò,Morot.in
tract.de ſecund.credit.offeren.n. 33. de Franch.
deciſ.80.præcipuè nu.17.& dicetur infra de pi-
gnor. & hypotec.* ſic etiam, ſi prædium illud
eſſet mihi conceſſum in feudum, vel in em-
phyteuſim, quia tunc duraret ius ſeruitutis
domino directo eiuſdem prædij,vt patet ad
ſenſum,& optimè probat *Alex.conſ.69.cir-
ca primum,in fin.verſ. nec ad hoc obſtat,vol.5.*
quem probat *Tuſch.d.concluſ.230.num.4.* vt
alios omittam: hoc enim eſt per ſe notum,
quia non adeſt confuſio ſeruitutis,& ſic du-
rat primæua cauſa,vt eſt etiam quoties ego
effectus eſſem dominus prædij ſeruientis
pro parte;quia in alia parte duraret ius ſer-
uitutis,vt ſunt expreſſa in *l.ſi quis ædes,§. ſi
partem,ff.de ſeruitutib.vrban. prædior. l.vt po-
mum,§.1.ff.de ſeruit.& omnes alij citati, & ci-
tandi,*præcipuè *Cæpoll.d.cap.24. ſub nu.1.*vbi
poſt alios hoc probat locum habere, ſi ego
v.g. & tu eſſemus domini vnius prædij ſer-
uientis, & ego poſtea inciperem eſſe domi-
nus prædij dominantis; quod ſeruitus non
extingueretur, niſi pro parte mea, ſecun-
dum in parte tua ſeruitus ipſa remaneret,
vt eſt *tex.in l.ſi communi fundo, ff.de ſeruit.ru-
ſtic.præd.*quod etiam probat *ibid. cap.22.* &
poſt alios *Surd.d.conſ.17.nu.19. & ſeqq.conſ.
231.num.26.vol.2.Tuſc.d. concl. 230. & alij.*
quia licet ſeruitus non poſſit pro parte ac-
quiri; poteſt tamen pro parte retineri, vt
habetur in iuribus citatis, & probant præ-
narrati DD.

6 Eſt tamen quæſtio non modica, ſi ego
emerem prædium, quod debebat ſeruitu-
tem prædio meo, & penes me per aliquod
tempus retinuiſſem, deinde prædium illud
venderem alteri, an cenſeatur venditum
cum iure ſeruitutis? Hanc quæſtionem re-
ſolui negatiuè,dum de facto ſucceſſit, & ita
pluries, fuit conſultum, & reſolutum Pa-
nhormi per eximios viros de anno 1614. &
eſt *tex.* ad literam in *l. ſi quis ædes, in princ.ff.
ſeruit.vrban. præd.* cuius *hæc ſunt verba (ſi quis
ædes,quæ ſuis ædibus ſeruirent, cùm emiſſet,tra-
ditas ſibi accepit, confuſa,ſublataq; ſeruitus eſt:
& ſi rurſus vendere vult, nominatim imponen-
da ſeruitus eſt,alioquin liberè veneriunt)* hæc ibi,
vbi *Alberic. de Roſat. Bart. Angel. Paul. de
Caſtr.*& alij communiter,quos probat *Ioan-
nes de Amic.conſ.81.*quia ex facto ius oritur
per tot.& in ſpecie *num.2. cum ſeqq.*vbi alios
citat, & hoc ſiue vendatur prædium domi-
nans,ſiue vendatur prædium ſeruiens,vt ad
ſenſum paret, & probat *Boer.conſ.47.n.9.*vt
alios omittam:clarum eſt enim, quod dum
prædium ſeruiens,& dominans perueniunt
ad eundem dominum,extinguitur ſeruitus,
7 vt ex dictis patet,& conſequenter præſumi-
tur venditum prædium eo modo, & forma,
vt tempore venditionis, & ſic de præſenti,
venditor illud poſſidebat, & dum temporis
penes eum erat ſine ſeruitute, ſic etiam
cenſetur venditum, niſi expreſsè venditum
ſit cum ſeruitute, quia res, ſemel extincta,
amplius non reuiuiſcit,iuxta *tex.in l.qui res,
§.aream,ff.de ſolution.*

8 Confirmatur primò, quia ſi venditor in
prædio vendito conſtituiſſet quõdam vſum
alicui, & poſtea illud prædium venderet,
non cenſeretur prædium vendere cum tali
onere, niſi id in ſpecie exprimatur, vt opti-
mè conſuluit *Bald. conſ. 363. Venerabilis in
Chriſto,n.2.verſ.modo reſtat.lib.3.Bart. in l.1.
nu.3.ff.de ſeruit.legat.Dec. conſ. 483. pro reſo-
lutione,nu.14.& ſeqq.Bero.conſ.132.nu.13.&
ſeqq.lib.3.* latiſſimè *Capyc. deciſ. 187.per tot.*
& in ſpecie *num.10. & ſeqq. Tuſch.d.concluſ.
230.nu.7.& 9.*vt alios omittam.

9 Confirmatur ſecundò ex alio ſimili,quia
ſi fideiuſſor cẽſus ſuccederet creditori eiuſ-
dem cenſus, iam eius obligatio eſſet extin-
cta,& conſequenter, ſi poſtea cenſum ven-
deret,vel donaret alicui, non reuiuiſceret
eius fideiuſſoria obligatio, dum ſemel fuit
ex-

extinčta ex regul. *tex. in d. §. aream*, *vt latiſſimè* poſt alios probat *Gaſpar Roderius in tract. de annuis redditib. lib. 2. q. 13. n. 8.* & poſſem alijs medijs hoc cõfirmare, quod omitto, quia eſt res per ſe euidens, nec poteſt habere ſubſiſtentem dubitationem, poteſt tamen pro reliquis videri *Surd. d. conſ. 17. præcipuè num. 6. cum ſeqq.* niſi tamen contrarium conſtaret ex pacto expreſſo, vt ex dictis cernitur: debet tamen effici dominus totius prædij, non autem pro parte, quia tunc non confunderetur ſeruitus, niſi pro parte, vt ex dictis ſupra cernitur, & ſic erat in caſu *dicti conſilij 17. Surdi*, vt ipſe ibidem fundat præcipuè *nu. 19. & ſeqq.*

10 Et quamuis multi teneant, quod facienda ſit diſtinctio, inter ſeruitutem realem, & perſonalem, vt perſonalis nõ trenſeat cum prædio vẽdito, dum reſpicit perſonam venditoris: realis verò tranſeat, quia afficit prędium, & ad quoſcunq; tranſit prædium, tranſit ſeruitus, vt latiſſimè conatur probare *Surd. d. conſ. 17. nu. 12. cum ſeqq.* & præcipuè ſi eſſet ſeruitus, quæ haberet cauſam continuam, vt eſt ſeruitus altius non tollendi, vt idem *Surd.* probat *ibid. nu. 23. cum ſeqq.* ſi quidem improbabilis eſt opinio in facto propoſito, & contra *tex. in d. l. ſi quis ædes*, qui loquitur expreſsè de ſeruitute reali, & additur ratio, quia, ſi ſeruitus eſt confuſa, & extincta, vt ex dictis cernitur vtiq; non po-
11 teſt in alium tranſire, quia quod non extat, & extinctum fuit, nouam requirit conſtitutionem, & contraria procederent, ſi ſeruitus non eſſet confuſa, & extincta, tunc benè procederet opinio contraria, & ad quoſcunq; prædium tranſiret, tranſiret cum onere ſeruitutis, vt etiam patet ex dictis ſupra alleg.

12 Confirmatur etiam, quia, ſi quis haberet plures ſeruitutes in aliquo prædio ruſtico, vel vrbano, & venderet illud prædium cum reſeruatione aliquarum tantùm ſeruitutum, quòd ſeruitutes tantum reſeruatæ, & exceptuatæ remanerent, & aliæ omnes cenſerentur remiſſæ, quamuis haberent cauſam continuam, vt ex pluribus probat *Affl. dec. 298.* vbi ſic deciſum refert, *& Addentes ibid.* alios cumulãt: probat etiam poſt alios *Theſaur. dec. 206. n. 2. Alex. Raud. deciſ. 5. n. 8. Aloyſ. de Leo in l. 2. nu. 7. C. de Sacroſ. Eccleſ.* de quibus meminit *Ioann. Bapt. de Thor. in compend. deciſion. Neapol. in verb. ſeruitutes omnes*, & omitto alias probationes: nam ratio conuincit ad hominem, quia, ſi penes me iam ſeruitus fuerit extincta, & confuſa, dum inſolidũ factus ſum dominus vtriuſq; prædij, clarum eſt, quòd, dum vnum ex prædijs vendo, nulla tunc temporis in eo adeſt ſeruitus, neq; dominans, neque ſeruiens, niſi in ſpecie exprimeretur, vel niſi fieret venditio cum illo onere ſeruitutis, prout erat penes alios, antequam ego vtriuſq; prædij factus eſſem dominus, & hæc mihi videtur veritas quicquid alij velint.

SVMMARIVM.

1 *Seruitus an extendatur de caſu ad caſum.*
2 *Omnis res à natura libera eſt.*
3 *Seruitus eſt probanda in caſu ſuo vti odioſa.*
3 *Seruitutem debens alicui altius non tollendi, an in eius ædificio poſſit viridaria, & ſimilia facere, & quid ſi eſſet ſeruitus ne luminibus officiat, nu. 5.*
6 *Priuilegium habens ducendi aquas, an poſſit facere aqueductus pro ſeruitio cannamelorum, & ſimilium.*
7 *Seruitus, an tranſeat ad hæredes, & quando.*
8 *Seruitus, an extendatur de perſona ad perſonam, vel de re ad rem.*
9 *Iudicandum eſt in dubio contra ſeruitutem.*
10 *Seruitus nec vendi, nec cedi, nec pignorari poteſt ſine conſenſu domini prædij ſeruientis.*
11 *Seruitus conceſſa ad vſum certi prædij, an reſtringatur ad neceſſitatem talis vſus.*

QVÆST. IV.

QVartò quæro, an ſeruitus extendi debeat, vel intelligi tantum debeat in caſu conceſſo tantum?
1 Reſpondeo negatiuè, quod nullo modo ſeruitus extendatur de caſu ad caſum, ſed ſtrictè, & in ſuo proprio caſu intelligi debeat: hanc reſpõſionem ſatis probat *Alex. conſ. 231. Ponderatus lus lib. 6.* vbi diuerſa poſſit exempla, quẽ ſequitur *Tuſch. in verb. ſeruitus, concluſ. 229.* latiſſimè *Surd. conſ. 41.*
2 *vol. 1.* qui alios cumulat. Ratio omnium eſt, quantum in dubio omnis res à natura eſt libera, & qui ſeruitutem prætendit, debet illam probare *l. altius, C. de ſeruitut. & aqu.* cum alijs innumeris cumulatis per *Tuſch. in d. verb. ſeruitus, concluſ. 228. Surd. conſ. 74. n. 6.* vt alios omittam *conſ. 125. nu. 28. vol. 1.* vbi
3 alios cumular, vt alios omittam, & ſic probanda eſt ſeruitus in caſu ſuo, & quia eſt materia odioſa, vt latiſſime fundat *Cranett. conſ. 292.* ideò non fit extenſio de caſu ad caſum, ſed potius reſtrictio *cap. odia de regul. iur. in 6.* cũ vulgatis alijs. Duo exempla ponit *Alex. in alleg. conſ.* primum eſt, quod ſi ego debeam tranſitum tibi per meum prædium, ego non impedior plantare arbores in illo fundo, vel cooperire curtile, ſi per illud habeat tranſitum, quia hæc non te impediunt, quin vti poſſis ſeruitute tranſitus.
ft Secundum eſt, quod ſi ego debeam tibi

ſeruitutem altuis non tollendi domum
meam, poſſum tamen in meo ædificio face-
re viridaria, & alias plantationes facere,
etiam ſi ex tali plantatione ſibi reſultet in-
cõmodum, quia officiat luminibus domus
tuæ. Hoc tamen intelligit *Alex.d.conſ.* 231.
in fin. quem probat *Tuſch.d.concluſ.*229.*n.*3.
dummodo illa ſeruitus non ſit debita, ne
5 officiat luminibus vicini: tunc enim habe-
bitur ratio finis, & ſic non eſſet extenſio ſer-
uitutis, ſed ratio formalis, quia prohibea-
tur facere omne id, quo luminibus vicinæ
domus officiat, & probat hoc etiam *Napod.*
hic in Conſuet. Si quis habet in verbo ædificare
*ſub n.*16.*verſ. ſed certè an viridaria fol.* 356.

Ex hoc deciditur quæſtio, quam quoti-
die vidi agitatam in Regno Siciliæ circa
aquæductus, ſiue incaſciatas cannamela-
6 rum, vt ibi vocantur: habent enim Domini
cannamelarum (nempè illi, *qui* faciunt, ar-
bitria cannamelarum, ſeu trappetum, &
cannamelas, vt ſaccara conficiant) priuile-
gium, vt poſſint ducere aquas per quodli-
bet prædium alienum, & in dictis prædijs
alienis facere aquæductus, quos ibi vulgò
incaſciatas vocat (& hoc fieri poteſt ob bo-
norum publicum, vt patet ex dictis ſupra
*q.*2.*§. ſic etiam)* & domini dictorum prædio-
rum per palmos octo circumcirca aquæ-
ductus, ſiue incaſciatas, non poſſunt ſemi-
nare, nec aliquo modo terram illam fodere
ne aquæductus prædictos deuaſtent, imò vt
operarij poſiti per dominos cannamela-
rum habeant iter, per quod commodè am-
bulare valeant, & incaſciatas reuidere, &
quando opus eſt reficere, & etiam habeant
ſpatium conueniens, in quo poſſint ponere
terram, quam ex dictis incaſciatis educunt.
Ideò non poſſunt domini territoriorum in
dicto ſpatio palmorum octo circumcirca
incaſciatas plantare arbores, quia ex radi-
cibus illarum arborum deuaſtarentur inca-
ſciatæ, ſiue aquæductus, & ſic ob bonum
publicum id eſt introductum: & etiam quia
arbores nemo plantare poteſt, ſecus ædifi-
cium vicini per nouem pedes, ne ex radici-
bus illarum arborum ædificium vicini de-
uaſtetur, vt dixi *in Conſuet. de glaud. legend.*
quæ ratio magis viget in aquæductibus,
quàm in ædificijs, quia illi magis deuaſtãtur
ex arborum radicibus quàm ædificia, vt pa-
tet ad ſenſum; & faciunt dicenda infra
quæſt. ſeq.

7 Inſuper ſeruitus non tranſit ad hæredes,
ſi eſſet ſeruitus perſonalis, quia extinguere-
tur cum ipſa perſona: ſecus verò, ſi eſſet ſer-
uitus realis, quia illa tranſit cum ipſa re, &
ad quoſcunq; res illa peruenit, *l.*2.*§.*1.*l.& ſi*
fortè, §. pen. ff. ſi ſeruit. vendicet. cum alijs cu-
mulatis per *Tuſch. in verb. ſeruitus, concl.*228.
per tot. & patet ex dictis *q. præced.* quod de-
bet intelligi iuxta ibid. diſcuſſa dummodo
ſeruitus non ſit extincta.

8 Poſtremò ſeruitus, cũ ſit onus, nõ extẽdi-
tur de pſona ad pſonã, nec de re ad rem, &
ideò ſi vni prædio deberetur ſeruitus, illa
non extenderetur ad aliud prædium: & etiã
quia non prædiorum modus, ſed ſeruitus
ipſa terminum facit, & ſic ad prædia futura
non extenditur *l. non modos, C. de ſeruitut. &*
aqua, l. damni, §. ſi is, qui vicinas, ff. de damn. in-
fect. Cin. Salycet. Capoll. & alij penes *Surd.*
*conſ.*27.*n.*5.*& ſeqq. & conſ.*41. licet ipſe co-
netur probare, quod ſi ſeruitus non fieret
grauior, nec damnum aliquod fieret domi-
no prædij ſeruientis, ſaltem ex quadam
æquitate extẽderetur ſeruitus ad prædium
nouiter acquiſitum, vt dominus prædij do-
minantis poſſit habere tranſitum per præ-
dium ſeruiens, etiam ad prædium nouiter
acquiſitum, tum quia quod tibi non nocet,
& alteri prodeſt, eſt faciendum, tum etiam,
quia hic non eſſet multiplicare ſeruitutem,
nam ſupponitur eſſe idem onus, & conſe-
quenter æquitas ſuadet, vt hoc ſit facien-
dum ex *regul. tex. in l. ex meo* vbi *Caſtren. nu.*3.
*ff. de ſeruit. ruſticor. prædior. l.*1.*§. illud, ff. de*
aqu. quotid. & æſtiu. Luc. de Penn. Roffred.
Afflict. & Boer. quos probat *Surd. d. conſ.*41.
*n.*2.*& ſeqq.* tenet etiam *Tuſc. in d. verb. ſerui-*
9 *tus. concluſ.*221.*nu.*25. ſed in dubio ſemper
iudicandum eſt contra ſeruitutem, vt ex di-
10 ctis patet, & conſequenter ſeruitus, nec
vendi, nec cedi, nec pignorari poteſt, ſine
conſenſu domini prædij ſeruientis, *l. ergo in*
fin. l. ex meo, & l. locare, ff. locati cum alijs cu-
mulat. per *Roderic. lib.* 2. *de annuis redditib.*
11 *q.*17. quo fit, quod ſi ſeruitus fuerit conceſ-
ſa ad vſum certi prædij, debet ſeruitus re-
ſtringi ad neceſſitatem talis vſus, nempè, vt
intelligatur conceſſa quantum opus eſt ad
illum vſum, *l. ergo, §. Neratius,* vbi *Bald. ff. de*
ſeruitut. ruſtic. prædior. vt magis explicabitur
quæſt. ſeq.

SVMMARIVM.

1 *Seruitus vti debet ciuili modo, ita quod habens iter per alienum fundum, ire debet per viam minus damnoſam.*

2 *Vtens ſeruitute inciuili modo qualiter erit agendum.*

3 *Partes quando non conueniunt, Iudex ſuas interponit partes.*

4 *Habens ſeruitutem eundi per fundum alienum, vel hauriendi aquam, an de nocte ea vti poſſit, & ſi de nocte ea vteretur, an priuari debeat ſeruitute, nu.*5.

6 *Seruitutem habens in prędio ſeruiente, an poſſit facere quidquid ſpectat ad cõmodum vſus*

ſer-

ſeruientis, ſiue faciat pro ſe, ſiue pro alijs.

7 *Habens licentiam eundi per fundum alienum, faciendi ſcalas, & ſimilia, an poſſit arbores incidere.*

8 *Dominus prædij ſeruientis, an poſſit concedere ſeruitutem alteri in præiudicium habentis ſeruitutem.*

QVÆST. V.

1 QVintò quæro, qualiter quis vti debeat ſeruitute, reſpondeo ciuili modo, & cum alterius minori præiuditio, quàm fieri poterit: hinc fit, quod habens iter per alienum fundum, non debeat ire per medium dicti fundi, ſed per partem minus damnum afferentem domino fundi, *l. ſi cui, ff. de ſeruitut. l. ſi mihi cōceſſeris*, iuncta *l. ſeq. ff. de ſeruit. ruſtic. prædior. Luc. de Penn. in l. colonos, col. 2. C. de agricol. & cenſit. lib. 11. Franciſc. Marc. deciſ.* 84. cum alijs cumulatis per *Cæpoll. in tit. de ſeruitut. vrban. præd. cap. 22. n. 1. Tepat. in tit. de ſeruit. in gener. fol. 306. col. 4. §. ius paſtoragij*, & hoc eſt clarum ſecundum noſtras conſuetudines, vt in *Conſuet. 1. hoc tit.* vbi *Napod. nu. 9.*

2 Secundò ſequitur, quòd, ſi aliquis modo in ciuili vteretur ſeruitute, nec conuenirent habēs, & debens ſeruitutem in electione loci, tunc per Iudicem, vel per arbitros eſt eligendus locus minus damnoſus, per quem tranſeat, & electione ſemel facta vnius loci non poteſt tranſire ſine conſenſu domini prædij ſeruientis per alias partes eiuſdem fundi, quia illæ remanent libere ab onere ſeruitutis *d. l. ſi cui, & l. certo generi, §. 1. ff. de ſeruit. ruſticor. prædior. Cępoll. d. cap. 22. n. 2. & in tit. de ſeruit. ruſticor. prędior. cap. 1. n. 6. & 7. Angel. & alij*, quos probat *Ioan. Otnot. in §. 1. n. 10. cum ſeqq. inſtit. de ſeruit.* quod procedit tam ſi non conſtaret de perſona eligere debentis, quàm etiam ſi conſtaret, ſed inciuiliter ſe haberet in electione, & optione loci
3 facienda nam ſemper dum partes non conueniunt Iudex interponit partes ſuas, vt ciuili modo, & decenter talis electio fiat, prout in propoſito notant præfati DD. præcipuè *Cępoll. d. cap. 22. n. 4. & 5. & d. cap. 1. n. 8. cum ſeqq.* vbi *Cyn. Bart.* & alios citat: quod eſt clarum.

4 Tertiò ſequitur, quòd, ſi tu haberes ius eundi ad domum tuam, clauſtrum, vel cortile meum, vel ſeruitutem hauriendi aquam ex puteo meo, non poteris vti illa ſeruitute de nocte, & poſſem ego de nocte claudere domum, quia ſeruitus intelligitur conſtituta de die tantum, & non de nocte, & inciuiliter ſe haberet, qui de nocte vti vellet ſeruitute *Bart. in l. iter, ff. commun. prędior. Mut.*
5 ad *Conſuet. Panhorm. cap. 42. nu. 48.* imò ſi de nocte vti vellet ſeruitute, illam amitteret, vt docet *Roman. ſingul.* 819. quem probat *Tepat. d. col. 4. §. penul.* quod debet intelligi etiā ciuili modo, nempè, ſi ad horas inſolitas de nocte, & quando ego dormirem, velles trāſitum habere, & quando arbitrio boni viri iudicaretur id eſſe inconueniens.

6 Bene tamen ꝙ verum eſt non eſſet contra ciuilem modum vtendi, vt habens ſeruitutem, poſſit in prædio ſeruiente facere quicquid ſpectat ad commodum vſum ſeruitutis, ſiue hoc faciat per ſe, ſiue per alios: & idcò, ſi habens iter per fundum meum, non poſſet eo commodè vti ſine ſchala, poteſt ille in fundo meo facere ſchalas, ſine quibus ſeruitus haberi nequiret, & poteſt hoc facere, ad eius tamen expenſas, per eius operarios, & pati ego debeam, vt calcem, lapides, & omnia alia neceſſaria apponat ille etiam in alio meo prędio non ſeruiente, & vt habeant aditum per illud prædium, donec faciant ſcalas, & alia, quæ neceſſaria ſunt ad commodum vſum ſeruitutis, nec ego contra eos agere poſſum de damno dato, vt ex *tex. in l. iter.* vbi *Florian. ff. de ſeruit. l. ſeruitutis, §. ſi duo, ff. de ſeruit. ruſticor. prædior.* & alijs pluribus probat *Cæpoll. d. cap. 22. num. 6. & ſeqq.* ſic etiam *de ſeruit. ruſticor. prędior. cap. 1. nu. 15. cum ſeqq. Iaſ. in l. quo minus, nu. 68. ff. de flumin. Mut. ad Conſuet. Panhorm. cap. 42. num. 47.*

Plus dicit *Cępoll. d. n. 6. ex tex. in l. Quintus ff. de ſeruit. ruſticor. prędior. & in l. hęc ſunt, §. is iunct. l. fin. ff. de aqu. quotid. & eſtiu.* ſic etiā
7 *d. num. 15. cum ſeqq.* quod habens licentiam eundi per fundum meum, faciendi ſcalas, vel ducendi aquam, vel cliuos faciendi, poteſt in dicto fundo arbores incidere, per locum tamen in quo debent fieri aquęductus, &c. poteſt etiam in illo loco foſſata facere, terram fodere, & omnia alia facere, quę neceſſaria ſunt pro commodo vſu ſeruitutis, dummodo non fiant ad æmulationem meam: ſic enim non licerent, alias licita ſunt, quamuis mihi damnum afferant, ex quo ſine tali reparatur ſeruitus illi nō prodeſſet: quæ omnia dicit eſſe notanda, quia quotidiana ſunt.

8 Ex his etiam deducitur, quòd, ſi aliquis haberet ſeruitutem aquæductus iuris paſcendi, ligrandi, & ſimilium, non poſſet dominus prædij ſeruientis concedere ſeruitutem alijs perſonis in præiuditium habentis ſeruitutē, niſi tamen ligna, paſcua, & aqua ſufficerent pro omnibus, quia tunc non diceretur id fieri in præiuditium eius, cui debetur ſeruitus, vt poſt *Bart. Iaſon.* & alios plures probat *Sur. d. conſ. 130. ſub n. 13. vol. 1. & conſ. 447. nu. 21. & ſeqq. vol. 3.*

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Seruitus itineris quę nam ſit.*
2 *Ius itineris intelligitur, vt ſolus incedat, & planè vadat.*
3 *Habens iter, nedum pedibus, ſed etiam equis commeare poteſt, qui pariter eſſe poſſunt onerati alijs rebus deſeruientibus pro victu, & comodè dormiendo, ſimiliter & currus onerati, nu. 4.*

QVÆST. VI.

1 SExtò quæro, quid ſit ſeruitus itineris
reſpondetur quòd iter eſt ius eundi
ambulandi hominis per fundum alterius non etiam iumentum agendi, vel vehiculum ducendi, §. 1. *inſtit. eod. Napod. in Conſuet. 1. hoc tit. nu. 6. Cępoll. de ſeruit. ruſtic. pręḋior. cap. 1. num. 1.* & omnes alij: ius enim intelligitur, dum ſolus quis incedit, &
2 planè vadit, ambulandi verò ius dicitur, quãdo quis cum ſocio ambulat, etiam currendo, vel tantando & ſic habens iter vtrunq; ius habet.
3 Inſuper habens iter non ſolum pedibus, ſed etiam equos commeare poteſt, *l. inter actum, ff. de ſeruit. ruſticor. prędior.* & rationem aſſignat *tex. in l. qui ſella d. tit. de ſeruit. ruſticor. prędior.* quia ille, qui ſella, vel lectica vehitur, ire, non agere dicitur, itaq; poteſt etiã in equo, & in lectica, vel curru ire, per tale iter, ſiue lectica per vnum, ſiue per plures equos ducatur, & hoc facit pro perſonis nobilibus, quæ per currus, & lecticas cum quadrigis ſe ducere faciunt, vt conſuluit *Bart. in conſ.* incip. *ſtatuto Caſtri plebis*, & poſt *Azon.* notat *Cępoll. d. cap. 1. num. 4.* & notat etiam *Oinotom. in §. 1. nu. 10. cum ſeqq. inſtitut.*
4 *eod.* qui plus dicunt, quod poſſint etiam equi, vel currus eſſe onerati alijs rebus, quæ deſeruiunt pro victu, vel pro commode dormiendo talium perſonarum, quod optimis medijs probant, & plura de hac ſeruitute itineris explicant ad quos pro reliquis me remitto.

SVMMARIVM.

1 *Seruitus actus quis ſit.*
2 *Habens actum, habet iter & actum.*
3 *Spatium actus, vel itineris ſi non ſit relictum nec expreſsè conuentum inter partes, tunc arbitrio Iudicis determinari debet.*
4 *Interdictum, quod nam competat pro ſeruitutibus.*
5 *Interdictum de aqua quotidiana & eſtiua, de riuis, & de fonte competit pro ſeruitute aquęductus.*

QVÆST. VII.

1 SEptimo quæro qd ſit ſeruitus actus eſt ius eundi, & ambulandi hominis, iumentũ agendi, & vehiculum ducendi per alienum fundum, §. 1. *Inſtit. eod. Napod. hic in Conſuet. 1. nu. 8.* latiſſimè *Cępoll. de ſeruitut. ruſticor. prędior. cap. 2. per tot. Oinotom. d. §. 1. n. 16. & ſic* habens actum habet iter, & actum, ſed qui habet iter, non habet actum, & conſequenter habens iter, poteſt pedeſter ire per fundum alienum, vel cum equo, cum lectica, & curru, vt *q. pręced.* dictum eſt: non tamen poteſt pedeſter ambulare, & equam manu ducere, nec etiam lecticam, vel vehiculum penes ſe, vel ante ſe ducere poteſt, ſed qui habet actum, hęc omnia poteſt facere, non tamen poteſt trabes, vel lapides per dictum fundum trahere, ne fructibus prædij noceat, vt habetur in locis citatis, & in *l. qui ſella, ff. de ſeruitut. ruſticor. prędior.*
3 Inſuper ſi ſpatium actus, vel itineris non ſit relictum, nec expreſsè conuentum inter partes, tunc arbitrio Iudicis determinari debet, & per locum minus damnoſum debentis ſeruitutem, vt de via dictum eſt ſupra *q. 5.* prout etiam habetur in *l. certo generi, §. latitudo, ff. de ſeruit. ruſtic. prędior.* de qua ſeruitute latiſſimè tractant *Cępoll. d. cap. 1. de ſeruit. ruſticor. prędior. nu. 10. cap. 2. nu. 6. & ſeqq. cap. 3. nu. 4. Oinot. d. nu. 16. cum ſeqq.* qui videri poſſunt.
4 Eſt autem maxima contentio inter DD. quod nam interdictum detur pro his ſeruitutibus, vt eſt videre penes *Cępoll. locis citatis* præcipue *cap. 3. num. 77.* receptior tamen eſt opinio, vt pro itinere, & actu non detur interdictũ, vti poſſidetis, ſed detur interdictum de itinere, actuq; priuato, quia lex pro his ſeruitutibus ſpeciale interdictum intro-
5 duxit, *ff. de itiner. actuq; priuat.* pro ſeruitute aquæductus detur interdictum de aqua quotidiana, & æſtiua, de riuis, & de fonte, quia pro hac ſeruitute ſunt introducta particularia interdicta, & in ff. habentur tituli huiuſmodi particulares pro ſeruitute viæ competit etiam interdictum de itinere, actuq; priuato: de qua materia tractat aliqua *Menoch. de adipiſc. poſſ. remed. 5.*

SVMMARIVM.

1 *Seruitus viæ quęnam ſit.*
2 *Via intelligitur ſexdecim pedum in anfractum octo in porrectum.*
3 *Via ratione ſeruitutis, non poteſt eſſe minor qua ducatur currus, ac vehiculum, nã aliter eſſet ſeruitus itineris non viæ.*
4 *Caput, & finis viæ intelligitur ſecundum commu-*

ſerviens v̄ſum loquendi.

5 *Via ſemel conſtituta non poteſt variari.*

6 *Habens duo prędia, ſi quis vnum eorum vendiderit an habeat ſeruitutem vię, ſi non fuerit ſpecificè conceſſa.*

7 *Acceſſum non habens ad proprium prędium an poſſit vicinum cogere mediante pretio ad ipſum dandum .*

Q V Æ S T. VIII.

OCtauo quæro, quid ſit ſeruitus vię?
1 reſpondetur via eſt ius eundi, & ambulandi homines per alienum fundum, iumentum agendi, uehiculum trahendi, lapides, trabes, ac tigna trahendi, & etiam haſtam rectam ferendi, dummodo fructus prædij non lædantur, *l. 1. §. via, & l. qui ſella, §. qui viam, ff. de ſeruitutibus ruſticor. prędior. Napod. hic in* Conſuet. 1. *n. 7.* C*ępoll. de ſeruitutib. ruſticor. prędior. cap. 3. Oinotom. in* §. 1. *nu. 19. & ſeqq. inſtit. eod.* & alij paſſim: qui etiam notant ex iuribus citatis uiam latius ſe habere, quàm ſeruitutis itineris, & actus: qui enim habet uiam, habet iter, & actum, non autem è cōtra: ſic etiam, quia latitudo uiæ maior eſt, & ſi à partibus
2 non eſſet expreſſa, iam ex iuris diſpoſitione via intelligitur ſexdecim pedum in anfractum, & octo in porrectum, *l. vię latitudo. ff. de ſeruit. ruſticor. prędior.* latiſſimè C*ępoll. d.*
3 *cap. 3. nu. 4.* & via ratione ſeruitutis non poteſt eſſe minor, qua ducatur currus, ac vehiculum, nam aliter eſſet ſeruitus itineris, nō autem viæ, vt habetur locis citatis, *& in l. certo generi, §. latitudo. verſ. via aliud, ff. de ſeruitut. ruſticor. prędior. l. ſi tam anguſti. C. de ſeruit. & aqu.* & pes conſtituitur quindecim digitis, quia per hanc longitudinem, ſiue menſuram, conſtituitur pes communis inter homines, quàmuis aliqui habeant pedem minoris, vel maioris menſuræ ita *gloſ.* communiter recepta *in cap. ſicut 17. quæſt. 4. Bald. Alberic. & Salycet.* quos probat C*ępoll. d. cap. 3. nu. 5. Oinotom. d. §. 1. nu. 22.* & alij paſſim, eſt enim hoc vulgatum apud homines,
4 Inſuper in materia ſeruitutis caput et finis viæ, intelligitur ſecundum communem vſum loquendi, et ſi hoc non conſtaret, pars ſuperior viæ eſſet caput, pars verò inferior eſſet finis: de qua materia latiſſimè tractat C*ępoll. d. cap. 3. pręcipuè nu. 10. cum ſeqq.* quod omitto, quia hic loquimur de via priuata, ſiue vicinali, quæ datur vicino ad eius prædium, ratione ſeruitutis, ſiue conſtitura ſit per contractum, vel vltimam voluntatem, ſiue ſit introducta præſcriptione, vel debeatur ex diſpoſitione iuris, prout dixi ſupra *q. 2.* et ſæpè alias: et de hac loquitur *Conſuet. 1. huius tituli*, vt notat ibi *Napodanus nu. 5. & 8.*
5 & explicatum eſt dicta *q. 2.* & dum ſemel via conſtituta fuerit, non poteſt variari, vt dicta *q. 2.* explicatum eſt: nec etiam in ea dominus prædij ſeruiētis poſſet ædificium, vel aliud opus facere in præiuditium illius, cui debetur ſeruitus, quod eſt notiſſimum, & habetur in *l. ſi domus, ff. de ſeruit. vrban. prędior. l. ſi eo loco, ff. ſi ſeruit. vendit. Socin.* Co*uarru. & alij*, quos probat *Surd. conſ. 27. per tot.* & in ſpecie *nu. 11. & conſ. 41. nu. 1.*
6 Poſtremò ſi ego haberem duo prædia, & vnum venderem tibi, non haberem ſeruitutem viæ à prędio meo ad prędium, tibi venditum, niſi in ſpecie illam mihi reſeruaſſem, quod patet ad ſenſum, & probat *Bart. in l. quod conclaue, n. 4. ff. de damn. infect. DD.* communiter *in l. via conſtitut, §. ult. ff. de ſeruit. ruſticor. prędior. Afflict. deciſ. 298. ubi Addentes nu. 7. Capyc. deciſ. 187. nu. 13. Boer. deciſ. 322. n. 4. Cępoll. de ſeruitut. urbanor. prędior. cap. 38.*
7 *num. 2. & 4.* vt alios omittam, ſed ſi ego non haberem aliunde acceſſum ad prædium meum, poſſem te auctoritate Iudicis vrgere, vt, mediante iuſto pretio, et per partem tui prædij minus tibi damnoſam des mihi ſeruitutem viæ, vt patet ex dictis, quia in dubio præſumor tibi vendere prædium ſecundum diſpoſitionem iuris, qua prouidetur, vt viam non habens, poſſit illam habere per prædium vicini modo explicato.

S V M M A R I V M.

1 *Seruitus aquęductus, quęnam ſit.*

2 *Seruitus aquęductus, an ſit realis, uel perſonalis.*

3 *Seruitus aquęductus, ut acquiratur, quę requirantur.*

4 *Seruitus aquaductus per quod ſpatium temporis acquiratur.*

5 *Præſcriptio nūquā pręſumitur in ijs, quæ ſunt facultatis, niſi à die prohibitionis.*

6 *Dominus fundi in quo aqua naſcitur, debet manuteneri in poſſeſſione diuertendi aquam alia.*

7 *Aqua in prædio proprio nata, vel aliunde inducta poteſt diuerti in fundum inferiorem vicini, & quomodo.*

8 *Aqua quæ fluit à partibus ſuperioribus ad loca inferiora, & proinde pars inferior ſuperiori deſeruit*

9 *Aqua, an poſſit ad inferiorem fundum diuerti obſtante pacto, conſuetudine, vel præſcriptione.*

10 *Aqua tunc diuerti poteſt ad fundum inferiorem quando locus comodior non eſſet.*

11 *Aqua, quæ ex fundo proprio naſcitur, deſeruiret pro vſu publico, non poteſt alio diuerti.*

12 *Aqua.*

Digitized by Google

12 *Aqua ſi eſſet publica, & in priuatum fundum ingrediatur, nec erit amplius publica, ſed priuata.*

13 *Aqua ſequitur alueum non datur locus praeoccupationi, ſi non eſſet communis.*

14 *Præſcriptio ſeruitutis ducendæ aquæ per alienum fundum, vt locũ habeat eſt neceſſe, quod per canalem, aut ſimile aquam ducor tanto tempore, quod erit ſufficiens ad præſcribendum.*

15 *Opus manu factum in ſuo fundo, vel ſecus flumen, non erit ſufficiens, ſed neceſſe erit, qui fuerit factum in alueo, & manifeſtè appareat continuò, & longi tempus ſpatio factum.*

16 *Seruitus aquæ ducendæ nunquam acquiritur, niſi ex priuilegio iuris, uel hominis.*

17 *Aqua ſeruitus numquam acquiritur, niſi in contradictorio iudicio probatum ſit, uicinos probibitos ſe dominos, ne poſſent uicinos impedire quin aquam ſumant ex alueis.*

18 *Tempus ad acquirendam aquam ex publico flumine debet eſſe immemorabile, ut non exiſtet memoria in contrarium licet alij contrarium putent.*

19 *Seruitus acquirendi aquam, requirit tempus decem annorum inter præſentes, et 20. inter abſentes.*

20 *Seruitus ducendi aquam, dicitur habere cauſam continuam.*

21 *Seruitus ducendi aquam, requirit factum hominis, et in eius facultate eſt, ſi uelit, uel non uelit uti.*

22 *Seruitute ſemel quæſita ducendi aquam ex aliquo loco non poteſt dominus fundi ſuperioris illam diuertere alibi, in præiudicium illius, cui debetur ſeruitus.*

23 *Dominus aquæ, ſeu fundi ſuperioris præfertur habenti ſeruitutem.*

24 *Habens ſeruitutem ducendi aquam ex flumine, non poteſt alijs probibere ne ducant aquam.*

QVÆST. IX.

NOnò quæro, quid ſit ſeruitus aquæductus, & quando tempore acquiratur? De materia huius quæſtionis latiſſimè tractant *Capoll. de ſeruitut. ruſticor. prædior. cap. 4. Tuſch. in uerb. ſeruitus, concluſ. 221. Surd. conſ. 130. conſ. 447.* & ſæpè alias *Theſaur. decis. 245. Mut. ad Conſuet. Panhormit. cap. 42. num. 53. et ſeqq. Alex. Raudenſ. uariar. reſolut. cap. 56. nu. 19. et cap.* 60. ex quorum dictis magis practicabilia ſecernam.

1 Dico igitur primò ſeruitus aquæductus eſt ius ducendi aquam per alienum prædium, *§. 1 Inſtit. de ſeruitut.* ſiue ducatur aqua per canalem, ſiue aquæductum ex fabrica factũ, ſiue aliter ſit manu factum, *l. Quintus ff. de ſeruit. ruſtic. prædior.* ſiue aqua inuenta
ſit, ſiue inuenienda, nempè, quia poſt impoſitam ſeruitutem talis aqua fuerit inuenta.
l. Labeo, ff. de ſeruit. ruſtic. prædior. latiſſimè
Capoll. d. cap. 4. Oinotom. d. §. 1. nu. 24. et ſeqq.
2 *inſtit. de ſeruit.* qui etiam tractant, an hæc ſer-
uitus ſit realis, vel perſonalis, quod omitto,
quia ſi perſonam reſpiceret, eſſet perſona-
lis, ſi prædium, eſſet realis, vt patet ex dictis
ſupra *q. 2.* vbi etiam explicatum eſt, quòd
hæc, & omnis alia ſeruitus quatuor modis
conſtituitur, nempè, contractu, vltima vo-
luntate, præſcriptione, & lege, & ſolum in
3 hac quæſtione, quæſtio eſſe poteſt de tem-
pore, quo acquiratur hæc ſeruitus præſcrip-
tione, & de hoc modo ſolum eſt controuer-
ſia inter DD. qui conueniunt, quod debeat
adeſſe bona fides, ſecundò quaſi poſſeſſio,
tertio patientia aduerſarij, & quarto conti-
nuatus titulus animo acquirendi ſeruitu-
tem, vt de præſcriptione cuiuſlibet ſeruitu-
tis dixi ſupra *d. q. 2.* & ſic ſolum diſputant
de tempore acquiſitionis: pro qua re.

4 Dico ſecundo, ſeruitus aquæductus nun-
quam acquiritur etiam per annos mille, &
vltra, ſi aqua alterius naturaliter decurrens
fluxerit in prædium vicini, *l. ſi in eo fundo,
ff. de aqu. pluuial. arcend. l. aquam, C. de ſerui-
tutib. et aqu.* cum alijs pluribus cumulatis
per *Theſaur. d. deciſ. 245. nu. 3. Caſtrenſ. conſ.
243. in fin. lib. 2.* quem probat *Tuſch. d. concl.
221. nu. 12. Roland. conſ. 53. n. 26. uol. 2.* quem
probat *Tepat. in tit. de fluminib. fol. 312. col. 2.
§. 2. et in §. aqua ſcaturiens*, tenet etiam poſt
alios *Borgnin. deciſ. 23. num. 113. par. 2.* & alij
5 paſſim, & ratio omnium eſt, & vera, quia in
his, quæ ſunt meræ facultatis nunquam in-
ducitur preſcriptio, niſi à die prohibitionis,
vt ſæpiſſimè ſuperius replicatum eſt, præci-
puè *q. 2. Theſaur. deciſ. 16. Viui. deciſ. 41. n. 17.*
6 vbi etiam deciſum refert, quòd dominus
fundi, in quo naſcitur aqua, debet interim
manuteneri in poſſeſſione diuertendi aquã
aliò, quamuis ille, qui ſeruitutem præten-
dit, contrarium expoſceret, & diceret ſua
prædia pati ſiccitatem, quia id non habetur
in conſideratione: ſi enim vellet aquam de-
bet aliunde illam ſibi quærere, vel cum do-
mino illius aquæ ſe conuenire, cum in du-
bio præſumatur pro libertate prædij, &
contra ſeruitutem, vt ſæpiſſimè ſuperius
probatum eſt, & in propoſito notant præci-
tati *DD.* & poſt *Bald. Caſſan. Corſett. Borgnin.*
& alios probat *Mut. ad Conſuet. Panhormit.
cap. 32. nu. 36. et 39.*

Quòd attinet ad ius diuertendi aquam,
7 notandum eſt, quòd, ſi in prædio reconoſcatur aqua, vel illa ex flumine, vel aliunde decurrat in prædium meum, poſſum ego aquam illam diuertere in fundum inferiorem vicini, quem aqua ex eius natura de-

cur-

currit, vel apta eſt decurrere, nec vicinus
8 poteſt id mihi prohibere, ea ratione, quia
ſeruitus hæc, ortum habet ex agri natura,
qua ſeruitur, quod aqua fluat à partibus ſu-
perioribus ad loca inferiora, & pars infe-
rior ſuperiori deſeruiat: nam ſicut à fundo
ſuperiori deſcendit, pinguedo ad fundum
inferiorem, & ſic recipit commodum pin-
guedinis, ita recipiat incommodum ſerui-
tutis, ita ex *tex. in l. 1. §. deniq; et §. illud Labeo, ff. de aqu. quotid. & æſtiu.* & alijs pluribus pro-
bat *Theſaur. in decis. 245. nu. 1. & 2.* vbi affir-
mat Senatum illum Mantuanum ſemper, &
ſine difficultate tranſiuiſſe cum hac ſenten-
tia, vbi *Addentes* alios citant, ſic etiam te-
nent *Surd. conſ. 41. nu. 2. conſ. 137. n. 17. Tuſch. d. concluſ. 221. n. 9. Cranett. conſ. 676. lib. 4. Cæ-
poll. d. cap. 4. ſub nu. 25. verſ. item natura agri, Franciſ. Mart. deciſ. 589.* quem probat *Tepat. in d. tit. de fluminib. fol. 312. col. 3. §. penult.*

Hoc autem limitatur duobus modis,
9 præcipuè, & primò ſi ex pacto, conſuetudi-
ne, vel præſcriptione fuiſſet introductum,
quod non poſſem ego aquam illam diuer-
tere, in talem fundum vicini, quia tunc non
liceret mihi illam diuertere *d. l. 1. §. ſi quis hoc conceſſerit, ff. de aqu. quotid. & æſtiu. Cæpoll. d. cap. 4. nu. 77. & ſeqq. Bart.* & alij, quos pro-
bat *Theſaur. d. deciſ. 245. nu. 5. & ſeqq. Tuſch. d. concluſ. 221. num. 13. cum ſeqq.* qui optimè
poſt alios notat, quod mihi tunc liceret
10 aquam diuertere ad prædium inferius vici-
ni, ſi alium locum commodiorem non ha-
berem, alias ſecus, quod eſt manifeſtum,
quia, dum alium locum habeo ſine meo in-
commodo, & vellem diuertere aquam ad
prædium vicini, iam ad æmulationem vici-
ni ego id facerem, vt patet ex terminis.

11 Secundò limitatur, ſi illa aqua, quæ na-
ſcitur in fundo meo, vel in illum ingreſſa,
deſeruitet pro vſu publico, quia tunc non
12 poſſem illam alio diuertere in damnum
vſus publici, *l. 1. ff. de flumin.* cum alijs cumu-
latis per *Riminal. ſenior conſ. 624. præcipuè nu. 5. & ſeqq. lib. 4.* de quo meminerunt *Ad-
dentes ad Theſaur. d. deciſ. 245.* in hoc tamen
eſt aduertendum, quòd aqua ſi eſſet publi-
ca, & intraret in riuum priuatum, deſinit
13 eſſe publica, & efficitur priuati iuris, ex quo
aqua ſequitur alueum, & cõſequenter tunc
datur locus præoccupationi, & poteſt illam
retinere, vel alio diuertere, quod non pro-
cedit, quando aqua eſſet communis, quia
in præiudicium alterius ſocij nec præoccu-
pari, nec diuerti poteſt, vt poſt *Alex. & alios*
probant *Dec. conſ. 244. ſub n. 4. Surd. conſ. 130. & num. 2. 3. 13.*

14 Dico tertio, vt præſcriptione quis ſerui-
tutem acquirat ducendi aquam per alie-
num fundum, neceſſarium eſt, quod per ca-
nalem, vel aliud opus manufactum aquam
ducat, tanto tempore, quòd ſibi ſufficiens
ſit ad talem præſcriptionem inducendam,
ſic probat *tex. in l. 2. in fin. vbi Bald. & Salyc. C. ad leg. Aquil. l. ſi manifeſtè, C. de ſeruitutib. & aqu. gloſ. in l. ſi eum, ff. de ſeruitut. Cæpoll. d. cap. 4. nu. 55. & ſeqq. Bero: Dec. Rimin. & Cra-
uett.* quos probat *Theſaur. d. deciſ. 245. ſub nu. 4. Menoch. conſ. 447. n. 40.* & poſt *Caſſan. Bur-
ſat. & alios Surd. conſ. 447. n. 11. in fin. et n. 12. vol. 3. Borgn. d. deciſ. 23. n. 116. par. 2. Tepat. d. tit. de flumin. fol. 312. col. 2. §. aqua pululans, et*
15 *§. ſeq.* & in hoc eſt diligenter aduertendum
non eſſe ſufficiens, quod opus manufactum
quis habeat in ſuo prædio, vel ſecus flumen,
ſed neceſſarium eſſe, quod tale opus fuerit
factum in alueo fluminis, & manifeſtè ap-
pareat, & probatur ſic continuò, ac longiſ-
ſimo temporis ſpatio, opus illud manufa-
ctum, ſiue canalem fuiſſe in alueo dicti flu-
minis, quam ſi aqua ex ſuprabundanti,
quia, nempè, aqua in magna abundantia ex
alueo, & ſic ex parte ſuperioris fluminis ca-
deret in fundum vicini, & ille vicinus ſecus
alueum, ſiue incaſciatam fluminis faciat
canalem, per quem duceret illam aquam
ad eius prædium, quod eſt ſecus flumen,
tunc nullo vnquam tempore vicinus acqui-
reret ſeruitutem, vt notant prædicti aucto-
res, præcipuè *Cæpoll. d. cap. 4. nu. 51. et ſeqq.* &
eſt per ſe manifeſtum, vt patet ex ſecundo
dicto, quia, dum flumen naturaliter fluxit
per illum locum, ſic nunquam ſeruitus ac-
quiritur: quod eſt valde notandum, quia ſæ-
16 piſſimè accidit, & præcipuè locum habet,
quoties aqua ex priuilegio iuris, vel homi-
nis ducitur per aliena prædia, vt eſt aqua
formalis in hac Ciuitate: eſt etiam aqua in
Regno Siciliæ, quæ deſeruit pro arbitrijs
cannamelarum, vt dixi ſupra *q. 4.* quia, ſi do-
mini prædiorum per dictos alueos, ſiue in-
caſciatas, vt Siculi dicunt, ducerent aquam
ad irriganda eorum prædia, nunquam ac-
17 quirerent ſeruitutem, niſi in cõtradictorio
iudicio probatum eſſet dictos vicinos pro-
hibuiſſe dominum aquæ, ne poſſent dictos
vicinos impedire, quin aquam ſumerent ex
dictis alueis, & incaſciatis, quia ſemper in
dubio præſumitur, quòd aqua naturaliter
fluxerit, & quod vicini furtim ſiut rupturi
aquæductus, vt irrigent eorum prædia, vt
euenit in dicto Regno, nam ſic vicini rum-
punt alueos, ſed, dum poſtea dominus, vel
eius famuli vident aquæductus, alueos, ſiue
incaſciatas apertas, claudunt illas, & prohi-
bentur vicini ducere aquam, vel precario,
ſeu iure familiaritatis id vicinis concede-
bant, clarum eſt tunc, quod nullo vnquam
tempore inducatur ſeruitus, vt optimè no-
tant prædicti DD. & eſt *tex. ad literam in l. 2.*

C.de ſeruitutib.ei aqua,& dixi ſupra *q.* 2. quæ
vt dixi notanda ſunt.

Dico quarto, quòd ſi loquamur de aqua,
18 quę ducitur ex flumine publico, tunc tempus ad acquirendum hanc ſeruitutem debet eſſe immemorabile, vt non exiſtat memoria hominis in cõtrarium, nempè, quod excedat ſpatio centum annorum, *l.hoc iure §.ductus aquæ, ff. de aqu. quotid. et æſtiu.l.1.in fin.ff. de aqu.pluuial. arcend. l. vſum aquæ, vbi Bart.C.de aquaduct.lib.*11.*Cæpoll.d.cap.4.ſub num.24.verſ.in caſu verò 2.et nu.55.Franciſc. Marc.deciſ.*590. quem probat *Tepat. in d.tit. de flumin.fol.312.col.4.§.ſeruitus aquæductus Menoch.conſ.447.uol.5.*& alij, qui ſolum inter ſe differunt, quoties per fundum alienum quis duceret aquam, vel ex priuato flumine, ſi ſit neceſſarium prędictum ſpatium centum annorum, & *Surd.conſ.130.n.16.poſt Menoch. de retinen. poſſ. remed.6.num.*127.affirmat neceſſatium eſſe ſpatium centum annorũ,& idem probat *Vinc.de Franch. deciſ.* 183.

Verùm alij contrarium docent ex *gloſ.in l.ſeruitutes prædior.in uerb.certam, ff. de ſeruitutib.*quam Doctores primę ſententię malè
19 pro ſe adducunt: *gloſa* enim probat, quòd hęc ſeruitus decem annis inter pręſentes,& viginti inter abſentes acquiratur: & eadem *gloſ.*idem probat *in l.2.in uerb. quæſiſti : C.de ſeruit. et aqu. Cæpoll. de ſeruitut. urban. præd. cap.19.in 8.quæſt.princip.et in d.cap.4.nu. 24. in fin.et nu.55. ex tex.in l.ſi quis diuturno, ff.ſi*
20 *ſeruit.uendicet*, quia ſeruitus hęc dicitur habere cauſam continuam, vt etiam notat *Capyc.deciſ.187.nu.4.Crauett.conſ.204.nu.3.* de quo meminit *Tepat.in d.tit.de flumin. fol. 312.col.4.in fin.*& vtraq; opinio probabilis
21 eſt, nam hęc ſeruitus requirit factum hominis, & in hominis poteſtate eſt, ſi velit illa vti, & conſequenter dicitur habere cauſam diſcontinuam, & ſecundum magis receptam ſententiam, vt ſeruitus hęc pręſcriptione acquiratur, requiritur ſpatium tãti temporis, vt non extet memoria hominum in contrarium, vt dixi ſupra *q.2.*& poſt *Anton. Padill.*& alios plures notat *Vinc. de Franch. d.deciſ.183.nu.12. et ſeqq. Surd. loco cit.*quorum opinio verior eſt, vt patet.

22 Dico quinto, ſeruitute ſemel acquiſita ducendi aquam ex aliquo loco, non poſſe dominum fundi ſuperioris, vel aquę diuertere aquam illam alibi in pręiudicium illius, cui debetur ſeruitus: hoc dictum eſt manifeſtum, & multoties ſupra probatum eſt,& probat latiſſimè *Cæpoll.d.cap.4.*& poſt alios *Surd. conſ. 130. et conſ.447. Theſaur.d. deciſ.245.Raudenſ.uariar.reſolut.cap.16.num. 19.et ſeqq. et cap. 68.* qui videri poſſunt pro reliquis concernentibus hanc queſtionem,
23 duobus ſolum annotatis. Primò vt dominus aquę, vel fundi ſuperioris pręferatur habenti ſeruitutem, et ideò, irrigatis proprijs prędijs, quod ſupereſt de aqua eſt illius, cui debetur ſeruitus, ex quo ordinata charitas incipit à ſe ipſo, et ſeruitus intelligitur tali ordine cõceſſa, *l.Præſes, ubi omnes, C.de ſeruitut.et aqu.Bald.Roman.Iaſ. Borgnin.* et alii, quos probat *Mut.ad Conſuetud. Pa-*
24 *nhormit.cap.32. nu.*55. ſecundò habens ſeruitutem prędictam non poteſt aliis prohibere, ne ducant aquam ex dicto flumine, et ratio eſt, quia eius ſeruitus concernit ius poſſeſſionis, nempè vt ad eius libitum ducat aquam ex dicto flumine eo modo, et forma, qua in pręteritum duxit, non autem denotat, nec inducit ius prohibendi aliis ducendi aquam ex illo flumine: hoc enim ius prohibendi non acquiritur, niſi à die prohibitionis factę, et acquiſitionis, ſi nempè, prohibitus aquam ducere, acquieuit prohibitioni, alias nunquam ſeruitus induceretur in ęternum, et vltra, vt paret ex dictis ſupra *q.* 2. et in particulari hoc docet *Bald.conſ.463.n.5.uerſ.notandum, uol.4.*quem probat *Surd.d.conſ.130.nu.17.et* 18.

SVMMARIVM.

1 *Aquæ hauſtus quis nam ſit.*
2 *Qui habet ſeruitutẽ aquæ hauſtus, habet etiam ſeruitutem itineris.*
3 *Qui concedit unum, cenſetur concedere neceſſaria in conſequentiam.*
4 *Legans arbores, cenſetur legaſſe ſolum ubi radices habent.*
5 *Seruitus aquæ hauſtus, an ſit realis, uel perſonalis.*

QVÆST. X.

DEcimò quęro, quid ſit ſeruitus hauſtus aquæ? de hac ſeruitute latiſſimè tractant *Cæpoll. de ſerut.ruſtic.præd.cap.7.Oinotom.§.1. num.27.& ſeqq.Inſtit.de ſeruitutib.*ſed paucis
1 illam abſoluam. Dico igitur, hauſtus aquæ eſt ius hauriendi aquam ex puteo, fonte, vel alia aqua vicini fundo meo, uel laborantibus in eo neceſſariam, ſic probat *gloſ. in §. inter ruſticorum, in uerb.aquæ hauſtum.Inſtit.de ſeruitut.Cæpoll.d.cap.7.num.1.& alij* paſſim,
2 adeò quòd, qui hanc ſeruitutem, habet etiã habet ſeruitutem itineris, quo poſſit ire ad prędium uicini ad hauriendam aquam, *l.3. §.qui habet, ff. de ſeruit. ruſticor. prædior.* poſt *Cæpoll.* & alios *Oinotom.d. §.1.n.27.* et hoc
3 eſt clarum, ut qui concedit unum, cenſeatur ex neceſſaria conſequentia concedere omne id, per quod perueniatur ad rem conceſ-

ceſſam, *l. illud, ff. de acquir. hared. cum vulg. alijs.*

4 Hinc etiam dicitur, quod ſi ego legaſſem tibi nuces, & alias arbores fructiferas in fundo meo, cenſeor legaſſe non ſolum arbores nucis, &c. ſed etiam ſolum, in quo radices habent illæ arbores, & iter eundi per meum prædium ad arbores, ſibi legatas, *l. ſi fundum ſub conditione, §. qui fundum, vbi gloſ. ff. de legat.* 1. poſt alios *Simon. de Prat. lib. 4. de interpret. vltim. volunt. interpret. 1. dubit. 7. nu. 14. 15. & ſeqq. fol. mihi in magnis* 388. vbi alia refert exempla ad hoc probandum.

5 Solet tamen controuerti, an hæc ſeruitus ſit realis, vel perſonalis, ſed ſolutio eſt clara vt multoties ſuperius replicatum eſt, quia, ſi debetur rei, eſt realis, ſi debetur perſonæ, eſt perſonalis, & cum perſona extinguitur, *l. pecoris, ff. de ſeruitut. ruſtic. præd.* poſt alios *Cæpoll. d. cap. 7. nu. 2.* & licèt latiſſimè diſputet, qualiter acquiratur, & finiatur, qualiter quis illa vti debeat, & quod habeat interdictum, ea tamen omitto, quia eiſdem modis acquiritur, ac cæteræ ſeruitutes acquiruntur, vt dixi ſupra *q. 2.* & ciuili modo quis illa vti debet, vt de omnibus ſeruitutibus dixi ſupra *q. 5.* qualiter autem finiatur, dicam *quæſt. 23.*

SVMMARIVM.

1 *Seruitus pecoris ad aquam appulſus, quænam ſit.*

2 *Appellatione pecoris, veniunt omnia animalia quadupreta.*

3 *Seruitus pecoris ad aquam appulſus, an ſit realis, vel perſonalis.*

4 *Seruitute pecoris ad aquam appulſus, qualiter quis vti debeat.*

QVÆST. XI.

1 VNdecimo quæro, quid ſit ſeruitus pecoris ad aquam appulſus? Reſpondetur quòd eſt ius appellendi pecora mea, per prædium vicini ad fontem, vel puteum, vt aquam bibere poſſint, *§. inter ruſticorum, Inſtit. de ſeruit. l. 1. §. in prædijs, ff. de ſeruit. ruſtic. præd. Cæpoll. in*
2 *tract. de ſeruit. ruſticor. prædior. cap. 8. nu. 1.* appellatione autem pecoris, veniunt omnia animalia quadrupedia, quæ gregatim paſcuntur, *l. legatis ſeruis, §. pecoribus, ff. de leg. 3.* poſt *gloſ. & alios, Oinotom. in §. 1. n. 28. & ſeqq. Inſtit. de ſeruitut. Cæpoll. in tit. de ſeruit. ruſticor. prædior. cap. 9. num. 2.* vbi iura concordantia, cumulat aliqua *Tuſch. in verb. pecorum appel-*
3 *latione concl.* 195. in hac ſeruitute ſit ne realis, vel perſonalis, fit etiam diſtinctio, ſi habetur ratio prædij, vt ſi ego haberem pecora, quæ detinerem ad ſtercorizandum, vel laborandum prædia mea, & illis pecoribus ratione dicti prædij deberetur talis ſeruitus, clarum eſt eſſe realem, alias eſſet perſonalis, nempè habito reſpectu ad dicta pecora, quæ tunc viuebant, quibus mortuis extinguitur illa ſeruitus, & idem eſt in ſeruitute iuris paſcendi, vt ex *tex. in l. non modus, C. de ſeruit. & aqu. & alij*, notat *Oinot. d. §. 1. nu. 31. Cæpoll. d. cap. 8. nu. 2.*

4 Verùm qui habet hanc ſeruitutem, debet illa vti eo modo, & forma, quo illam habet: & ſi determinatus ſit numerus animalium, non poteſt pro maiori numero haurire aquam, & hac ſeruitute vti, & ſi vti velit, poteſt prohiberi, ne pro maiori numero vtatur, *l. 1. §. Trebatius, ff. de aqu. quotid. & æſtiu. Cæpoll. d. cap. 8. nu. 4. Oinot. d. §. 1. nu. 32.*

SVMMARIVM.

1 *Seruitus iuris paſcendi quænam ſit.*

2 *Seruitus iuris paſcendi, continet ſeruitutem iuris aquandi, & pernoctandi.*

3 *Seruitus iuris paſcendi, quando realis, vel perſonalis dicatur, vel non dicatur perſonalis, num. 4.*

5 *Paſcua ſunt vniuerſitatum, quamuis habeant particulare ſuperiorē, quod intelligitur in paſcuis communibus, non tamen in terris appatronatis, nu. 6.*

7 *Baro licet ſit primus ciuis, & habeat ius paſcendi, non tamen in bonis appatronatis, & bonis particularibus vniuerſitatis.*

8 *Barones habentes ius fidandi animalia aliena, in territorio vniuerſitatis, non tamen poſſunt ea fidare in damnum ciuium, & vniuerſitatis.*

9 *Seruitus noua, imponi nō poteſt in præiudicium habentis ſeruitutem antiquam.*

10 *Territoria, quæ deſeruiunt pro paſcuis ordinariè ſeminari nequeunt in præiudicium eorum, qui ius paſcendi habent, & in ijs ſtatur conſuetudini ſingulorum locorum, nu. 11.*

12 *Vniuerſitates, an poſſint vendere paſcua in quibus ciues habere ſolent ius paſculandi.*

13 *Ciues habentes ius paſculandi in paſcuis vniuerſitatis, præferuntur in venditione ipſorum alijs.*

13 *Venditio paſculorum pro ſubuentione neceſſaria, conſentientibus ciuibus benè procederet etiam contra dicente Barone.*

15 *Maior pars ciuium vniuerſitatis eſſe debet, vt venditio paſculorum admittatur, & qualiter hæc maior eorum pars intelligatur.*

16 *Seruitus iuris paſcendi, acquiritur illiſmet modis quibus aliæ ſeruitutes acquiruntur.*

17 *Ciues habentes ius paſcendi cum animalibus in territorio vniuerſitatis, non tamen in agris alienis.*

Digitized by Google

18 *Standũ eſt Conſuetudini,& antiquitati in paſcuis aquis,& alijs ſimilibus.*

19 *Baro ſolitus fidare exteros pro certa mercede cauſa paſculandi eorum animalia in eius territorio, eatenus poſſit, dumodo paſcua non ſint diminuta.*

20 *Viatoribus non eſt prohibitum in alienis agris, & paſcuis eorum animalia reficere, & qualiter intelligatur, nu. 21.*

22 *Refectio animalium tranſeuntium per aliena paſcua, ad ſummum per vnum diem eſt concedendo.*

23 *Viatores tranſeuntes cum animalibus nequunt paſcua ſumere in locis appatronatis atq; bannitis, & in caſu contrarij tenerentur ad emẽdationem damni, & pœna ab eis exigeretur, num. 24.*

25 *Seruitus iuris paſcendi, vt acquiratur ex præſcriptione, neceſſe erit, vt illa ſit centenaria, & ratio eſt, quia eſt ſeruitus habens cauſam diſcontinuam, nu. 26.*

QVÆST. XII.

DVodecimo quæro, quid ſit ſeruitus iuris paſcendi, & quanto tempore acquiratur de hac queſtione plura tradit *Cæpoll. in d. tit. de ſeruitut. ruſtic. prædior. cap. 9. Marius Mut. ad Conſuet. Panhorm. cap. 32. num. 15. & ſeqq. Molin. in tract. de iuſt. & iur. diſp. 59. Tepat. lib. 2. var. iur. ſentent. in tit. de paſcuis fol.* 309. aliqua *Surd. conſ. 27. nu. 10. conſ. 130. ſub nu. 15. lib. 1. conſ. 447. nu. 22. lib. 3. conſ. 65. toto lib. 1. Brunor. à Sol. in compen. propoſit. iur. in ver. paſcendi, & lignandi Maſtrill. deciſ. 114. n. 10. & ſeqq. lib. 2. Cardin. Tuſc. in verb. paſcendi ſeruitut. concl.* 111. *cum quatuor ſeqq.* ex quorum dictis aliqua magis quotidiana recolligam, cùm penes eos reliqua videri poſſint.

1 Dico primò ſeruitutem iuris paſcendi
eſſe ius quoddam paſcendi pecora in alieno fundo, *l. 2. §. in prædijs, ff. de ſeruit. ruſtic.
prædior. Cæpoll. d. cap. 9. nu.* 1. vbi concordantia cumulat, & dum talem ſeruitutem ha-
2 bet, etiam haber ius aquandi, & pernoctandi cum pecoribus, quia hæc veniunt conſecutiuè, & ſunt annexa iuri paſcendi, *l. veluti, §. fin. ff. de ſeruit. ruſtic. prædior.* & ita ſeruatur in praxi, & ſic pluries deciſum vidi, & dicam aliqua infra *de glando legen.*

3 Dico ſecundò hanc ſeruitutem eſſe realem, ſi ſimpliciter debeatur ratione prædij eſſe tamen perſonalem, ſi principaliter debeatur ratione perſonæ: hoc dictũ patet ex diſcuſſis ſupra *quæſt.* 2. & in part. probatur hoc dictum ex *tex. in l. pecoris*, vbi *gloſ.* & communiter *DD. ff. de ſeruit. ruſtic. prædior.* cum alijs cumulatis per *Cæpoll. d. cap. 9. n. 2. in fin. Calcan. conſ.* 34. quem probat *Tuſch. vbi ſupra concl. 112. num. 1. & 3.* quæ quidem
4 ſeruitus non dicitur perſonalis, vt mortua
perſona, ſeruitus extinguatur: ſed ex hoc perſonalis dicitur, quia mortuis omnibus pecoribus illius gregis, ratione cuius illa perſona ſeruitutem habebat, extinguitur ſeruitus, vt de hauſtu aquæ dixi ſupra *quæſt. præced.*

5 Dico tertiò ſecundum ius commune paſcua ſunt vniuerſitatum, quamuis habeant particularem ſuperiorem, & omnibus ciuibus dicta paſcua communia ſunt: ita habetur *in l. in tantùm, §. vniuerſitatis, ff. de rer. diuiſ. l. 1. vbi Bart. Luc. de Penn. & alij, C. de paſcu. public. lib. 11. Caſtrenſ. conſ.* 377. licèt Iudex, *col. 2. verſ. præterea licet iſta ceſſarent, vol. 1.* quem probat *Tuſch. in d. verb. paſcendi ſeruitus, concluſ. 115. num. 1.* hoc idem tenent
Bart. Bertran. Rip. Couarr. & alij, quos ſequi-
6 tur *Surd. d. conſ. 65. nu. 4. & ſeqq.* quod intelligitur in paſcuis communibus, non autem
in terris appatronatis *Dec. conſ.* 483. & alij
7 communiter, ſic etiam licèt Baro connumeretur inter ciues, & habeat ius paſcendi, non tamen illud habet in dictis bonis appatronatis, nec etiam in bonis particularibus vniuerſitatis, ſed illis ſolum habet iuriſdictionẽ, vt optimè fundat *Vinc. de Franc. deciſ. 197. de Pont. in tract. de poteſt. Proreg. in tit. de elect. official. §. 2. nu. 8. Purpur. conſ. 504. lib. 2. Hond. conſ. 86. lib. 1. Socin. iun. conſ. 98. lib. 3.* & ita deciſum refert *Frec. de ſubfeud. lib. 2. auctorit. 46. num. 5. tenet etiam Petr. de Gregor. in tract. de conceſſ. feud. par. 8. q. q. 11. Io. Baptiſta de Thoro in ſuo doctiſſimo compend. dec. Regni verbo animalia, & verbo vaſalli.*

8 Ex his infertur, quòd licèt Barones habeant ius fidandi, animalia aliena in territorio vniuerſitatis, id procedit, dummodo fida non fiat in damnum ciuium dictæ vniuerſitatis, nam primò deducitur vſus ciuium, & poſtea ſi hærbæ eiuſdem territorij eſſent ſuperabundantes, quia nempè, ſuperfluò eſſent animalibus dictorũ ciuium, poſſet Baro tot animalia fidare, quæ ſufficiunt pro dictis herbis ſuperfluis pro dicto vſu ciuium, vt poſt alios probat *Vinc. de Franch. deciſ. 301. num. 9. & alibi de Pont. d. §. 2. & in conſ. 97. vol. 1.* & poſt *Cæpoll. Affl. Dec. Menoch.* & alios plures probat *Surd. d. conſ. 130. ſub nu. 15. & conſ. 447. num. 22.* & hoc eſt clarum in omni perſona, quę habet ius paſcen-
9 di in aliquo territorio, quia nunquam poteſt imponi noua ſeruitus in præiudicium habentis ſeruitutem; ſed tunc demum, quãdo priori ſeruituti non fiat præiudicium, vt quia paſcua, ligna, aqua, & ſic de alijs ſufficerent pro omnibus, vt ſæpiſſimè ſuperius probatum eſt, & poſt alios notat *Surd. locis*
10 *citatis*, nec regulariter territoria, quæ deſer-

niunt

niunt ordinariè pro paſcuis, ſeminari poſ-
ſunt in præiudicium eorum, qui ius paſcen-
di habent, vt poſt innumeros probat *Coſt. in
tract. de rat. portion. quæſt.* 159. ſed intelligi-
tur, quoties paſcua deuaſtarentur, nec in
alijs territorijs poſſent ciues habere paſcua
11 pro eorum animalibus, & his ſtatur cõſue-
tudini ſingulorum locorum, quia quædam
territoria ſeminantur per biennium, & po-
ſtea per ſimile tempus remanent inculta
pro paſcuis, & deinde iterum ſeminantur,
& ſatis eſt, quod ciues paſcua ſufficientia
habeant in alijs locis eiuſdem territorij, &
ſic, vt tot territoria remaneant inculta, ex
quibus ciues habeant paſcua, pro eorum
animalibus, prout latius dicetur infra *de
gland. legen.*

Ex his etiam determinatur alia quæſtio,
12 an liceat vniuerſitati vendere paſcua, in
quibus ciues habere ſolent ius paſculandi,
in qua duo caſus conſiderantur; primus eſt,
quando ciues pro dictis paſcuis ſoluere ſo-
lebant, certam mercedem, ſiue pretium pro
numero animalium, nempè, ad rationem
tot pro ſingulis animalibus, & tunc clarum
eſt, quod poſſit vniuerſitas vendere dicta
paſcua, nam ciues tunc ſe haberent, vt exte-
ri, quia ſoluunt paſcua ita *Alex. conſ. 99.
n. 7. vol. 5. Iaſ. conſ. 71. col. 2. verſ. nec iſto caſu,
vol. 3.* quos probat *Surd. conſ. 65. ſub n. 17. &
nu.* 18. latiſſimè *Vinc. de Franch.* qui hoc præ-
cipuè probat, dum vniuerſitas eſt in poſſeſ-
ſione vendendi *deciſ. 197. num. 6. & ſeqq.* vbi
ſic deciſum refert in Sacro Conſ. de quo
meminit *Tepat. lib. 2. tit. de paſcuis, fol. 309.
col. 2. §. paſcua, Io. Baptiſta de Thoro in com-
pend. dec. Regni par. 1. verbo Baro tanquam,*
13 quod eſt clarum, quamuis ciues in hoc ca-
ſu pro eodemmet pretio præferrentur alijs,
quia habent ius prælationis tanquam ci-
ues, vt de frumentis, & alijs rebus dicetur
infra *de contrab. empt.*

Secundus caſus eſt, quando ciues ſole-
bant gratis ſumere paſcua prædicta cũ eo-
rum animalibus, & tunc ſubdiſtinguitur,
14 aut enim omnes ciues conſentiunt, vt pa-
ſcua vendantur pro ſubueniendis neceſſita-
tibus, vel pro vtilitate ipſius vniuerſitatis, &
clarum eſt paſcua prædia validè vendi poſſe
etiam ſi Baro contradiceret, vt latiſſimè &
doctiſſimè pariter fundant *Vinc. de Franch.
d. deciſ. 197. & Surd. d. conſ. 65.* quorum ali-
qui probant, & ſic eſt alius caſus, quòd, ſi
15 aliqui ciues contradicerẽt, attamen debet
eſſe maior pars reſpectu totius vniuerſita-
tis, & ſic audiui practicari quotidiè, quod
ſemper maior pars præferatur, etiam non
habentium alia, quantum vti ciues contra-
dicunt, & vti tales maior pars illorum con-
tradicit, nec dici poteſt, quod contradicant
ad æmulationem eorum, qui habent alia,
nunquam enim dicitur æmulatio, quoties
contradictio illa, ſiue aliud factum vergit in
facientis vtilitatem, quamuis ſit in aliorũ
damnum vt dixi, alias at prætium paſcuo
venditorum nunc vertitur in vtilitatem cõ-
munẽ totius vniuerſitatis, & ſic minus co-
gentur ſoluere de gabellis, alijſq; impoſitio-
nibus, & hanc audiui eſſe praxim ordinaria
noſtrorum Tribunalium.

16 Dico quartò hanc ſeruitutem acquiri
illiſmet modis, quibus aliæ ſeruitutes ac-
quiruntur, nempè, contractu, vltima volun-
tate, lege, & pręſcriptione, vt patet ex dictis
q. 2. & prout ſonant verba contractus, & vl-
timæ voluntatis interpretatur ſeruitus, vt
multoties ſuperius explicatum eſt: & de
hoc non poteſt eſſe ſuſſiſtens dubitatio.

Lege, ſeruitus hæc debetur, quia ſecun-
dum ius commune, ciues habent ius paſcu-
landi cum eorum animalibus in territorio
vniuerſitatum, vt ſuperius dictum eſt,
17 quamuis in alienis agris id fieri non poſſit,
l. Quintus, ff. ad l. Aquil. Alexand. & Cranett.
quos probat *Tuſch. in verb. paſcere, in agro
alieno concluſ. 113. cum alijs ſupra cumulatis,*
ſed in hoc ſtandum eſt conſuetudini, quę eſt
18 alia lex, quia in paſcuis, aquis, & alijs huiuſ-
modi ſtandũ eſt antiquitati, & conſuetudi-
ni, *glo. in c. 2. verb. ſicut de pac. Cõſtant. in vſib.
feudor.* latiſſimè *Cranett. conſ. 154. & conſ.
353. Boer. deciſ. 125. nu. 5.* quos probat *Tepat.
in d. tit. de paſcuis §. 4. Couarr. & alij,* quos ſe-
quitur *Tuſch. in verb. paſcendi ſeruitus, concluſ.
112. num. 5. & ſeqq. Mut ad Conſuet. Panborm.
cap. 32. Andr. Afflict. Loffred.* & alij, quos
probat *Vinc. de Franch. deciſ. 301.* vbi *num. 5.
poſt prædictos notat,* quòd, ſi Baro ex antiqua
Conſuetudine ſolebat fidare exteros pro
certa mercede, pro paſculandis eorum ani-
malibus in territorio ipſius Baronis, coge-
retur Baro illos fidare pro ſolita mercede,
dummodo illa paſcua non eſſent diminuta,
quia tunc non ſolum non cogeretur Baro
illos fidare, ſed nec etiam poſſet, quia id re-
ſultaret in damnum ciuium.

20 Inſuper ex iuris diſpoſitione non eſt pro-
hibitum viatoribus, quod poſſint in alienis
agris, & paſcuis eorum animalia reficere,
hoc enim illis permittitur, & poſſunt etiam
ipſi viatores impunè comedere vuas, dum-
modo extra vineas nõ aſportent vuas, quia
hæc omnia ſumuntur per modum refectio-
nis, *cap. 1. §. fin. vbi Bald. & alij, de pac. tenend.
& eius violator. in vſib. feudor. Alberic.* & alij,
quos probant *Capoll. d. cap. 9. nu. 12. quæſt. 5.
Couarr. lib. vnic. pract. quæſt. cap. 37. ſub num. 4.
verſ. octauò probatur, Tuſch. in d. verb. paſcend.
concluſ. 111. nu. 3. Mut. ad Conſuet. Panhormit.*
21 *cap. 32. nu. 40.* ſed hoc intelligitur ciuili mo-

do, & quoties talis refectio non multum nocerct domino agri, et ſic regulariter licita eſt, ſaltem ſecundum æquitatem *Andr. in d. §. fin. Afflict. ibid. in §. quicumq; nu. 3. & ſeqq.*
22 vbi variis modis hoc limitat, & præcipuè vt talis refectio animalium ad ſummum ſit per vnum diem naturalem, nempè, per horas viginti quatuor, et non vltra, et ita ſeruatur in praxi, nam ſi laberetur tempus viginti quatuor horarum exigeretur fida, et disfida, ſed in hoc ſtandum eſt conſuetudini
23 ſingulorum locorũ: vtcunq; ſit nunquam poſſunt tranſeuntes paſcua ſumere in pratis, in locis appatronatis, nec in locis bannitis, vt ſunt defenſæ vniuerſitatis, et Baronum, quia in his nec ciuibus licet paſcua ſumere, et tantomagis non licet tranſeuntibus, vt optimè probat *Afflict. loco cit.* quem probat *Ioan. Bapt. de Thor. in compend. deciſ. Neapolit. in verb. paſcua ſumere*, et hoc ſeruatur de conſuetudine, quia ſi tranſeuntes
2 cum eorum animalibus in dictis locis inuenirentur, tenerentur ad emendationem damni, et ab eis etiam exigitur ſolida pœna, quæ exigitur contra ciues, præcipuè ſi poterant cognoſcere eſſe loca, quibus nec ciuibus vti liceret pro paſcuis animalium, vt ſunt loca, ſecus vineas, olíueta, et alias arbores fructiferas, et circundata foſſatis, ſiue muris, quia ordinariè iudicantur huiuſmodi paſcua reſeruata, et iis, et ſimilibus ſignis cognoſcuntur eſſe paſcua reſeruata: et idem eſſet, ſi dominus, ſecatis ſegetibus ſolebat vendere paſcua prædia, vt latius eſt videre penes Cauar. *d. cap. 37. col. 2. cum ſeqq. Tuſch. vbi ſupra concl. 112. n. 7. de Franch. deciſ. 301. Mut. d. cap. 32. nu. 24. cum ſeqq.*

25 Dico quintò, vt ſeruitus iuris paſcendi acquiratur præſcriptione, neceſſario requiritur præſcriptio centenaria, ita *Petr. Iacob.* quem probat *bu Camill. Salern. in rubr. fol. 354. in addit.* incip. *ad materiam, verſ. ſeruitus non habens*, probat etiam poſt alios *Cæpoll. d. cap. 9. nu. 24. Miſinger. obſeruat. 54. centur. 4. Guid. Pap. quæſt. 573. &* Caſſan. quos probat *Tepat. in d. tit. de paſcuis §. 5. & fol. 309. col. 3. §. ſeruitus paſcendi pecora, & dixi infra de gland. legend.* probat etiam *Anna ſingul. 254.* vbi ſic decisum refert in Regia Camera, vbi eius filius, de quo meminit *Ioan. Bapt. de Thor. in verb. ius paſcendi*, vt alias omittam: & hoc dictum eſt contra *Caſtrenſ. conſ. 113. num. 3. verſ. ſed reſpond. lib. 2.* quem ſequitur
26 *Tuſch. vbi ſupra concluſ. 114.* quia cùm hæc ſit ſeruitus habens cauſam diſcontinuam, neceſſariò requiritur præſcriptio centenaria, vt multoties ſupra replicatum eſt præcipuè *q. 2.* et debet eſſe ſine contradictione, quia in cuſtodes herbarum, ſiue animalium illius loci, in quo prætenditur ſeruitus, contenderent, et contradicerent cuſtodibus animalium, et ſic contra illos, qui prætendunt habere ſeruitutem, tunc non curreret præſcriptio, ex quo talis contradictio illam interrumpit, et ſic maius tempus eſſet neceſſarium, vt poſt alios probant *Cranett. conſ. 292. Ioann. Papon. lib. 14. tit. 1. arreſt. 4.* quos citat *Tepat. vbi ſupra §. 9.* ſed de hac ſeruitute dicetur plura infra *de gland. legen.* tractant tamen de illa *Cæpoll. d. cap. 9. Cranett. d. conſ. 292. Theſaur. deciſ. 71. & 72. Tuſch. & alij, deſuper citati.*

SVMMARIVM.

1 *Interdictum de aqua pluuiæ arcendæ, & de flumine, qualiter procedat, nam decurrere debet iuxta ſolitum.*
2 *Princeps concedendo alicui aquęductum, poterit diuertere aquam pluuialem per alueum, cum qua quotidiana percipere, & in hijs conſuetudo attendetur, nu. 3.*
4 *Actio directa de aqua pluuiali arcenda, vt competat, quæ ſint neceſſaria.*
5 *Flumen duplex eſt priuatum, & publicum.*
6 *Flumina publica ſunt Principis, quòad proprietatem, & iuriſdictionem.*
7 *Interdictum de flumine contra quos datur.*
8 *Aquam ex flumine ſumere licitum eſt, niſi priuilegium, vel pręſcriptio in contrarium ſe habeat.*

QVÆST. XIII.

DEcimotertiò quęro, qualiter procedat ſeruitus, ſeu interdictum de aqua pluuiali arcenda, et de flumine. De prædictis duobus quæſitis vltra ſuos particulares titulos egit *Cæpoll. de ſeruit. ruſt. prædior. cap. 5. cap. 31. & 32.* aliqua *Theſaur. deciſ. 245.* ſic etiam *Surd. conſ. 137. vol. 1. Tepat. lib. 2. variar. iur. ſentent. in tit. de fluminibus, & aqua.*

Quod attinet ad aquam pluuialem cla-
1 rum eſt, quod decurrere debeat iuxta ſolitum, de hac enim nulla eſt dubitatio, et hac de cauſa non poteſt aliquis in fundo ſuo, vel alieno ageres, ſiue opus aliud facere, ac ſtruere, quibus aqua pluuia arceatur, et ſic auertatur à ſolito curſu, et aliis noceat, vt poſt *Menoch.* probat *Tepat. loco cit. fol. 312. col. 3. §. ageres*, et hoc eſt per ſe manifeſtum itaq; titulus de aqua pluuiali arcenda locum habet, quoties aliquis facit opus in ſuo prædio, vel alieno, per quod opus, illa aqua pluuia vertitur à ſolito curſu, et aliis nocet, vel nocere poſſet, vt deſtruat opus, vel si ab alio factum fuerit, patiatur dominus ſoli, vt deſtruatur tale opus, *l. 1. §. 1. & 2. & l. ſi tertius, §. penul. & vlt. de aqu. pluuial. arcen. Cæ-*

poll.

poll.d. cap. 5. in princ. Petr. de Rauenn.ſingul.
864.*&* 865.quem probat *Tepat.d.concluſ.3.*
§.quando timetur damnum.

2 Si tamen Princeps cõcederet alicui aquæ-
ductum,poſſet ille diuertere aquam pluuia-
lem per illum alueum ſimul cum aqua quo-
tidiana,præcipuè ſi ità conſuetum ſit duci,
vt ex *tex.in l.prima,§.vlt.ff.de aqu. pluuial.ar-*
cend.l.hoc iure,§.ductus aquæ,ff.de aqu. quotid.
3 *& æſtiu.*quia Conſuetudo in his attenditur,
prout poſt *Bald.Iaſon.Cæpoll. Calcan.* & alios
probat *Menoch.conſ.43.per tot.vol.1.*de quo
meminit *Tepat.vbi ſup.fol.313. col.prima, §.*
licet diuertere.

4 Vt detur actio directa de aqua pluuiali
arcenda,plura ſunt neceſſaria,& præcipua
ſunt,vt ſit opus,manu factum cauſa nocen-
di,vel quod poſſit alijs nocere. Secundò, vt
fiat ſine licentia,ſeu ſcientia illius,cui noce-
re poteſt,& tertiò ſine licentia Principis, vt
latiſſimè probat poſt alios *Capoll.d.cap. 5.*

5 Quod attinet ad flumen eſt duplex,nem-
pè publicum, & priuatum: priuatum eſt,
quod in loco proprio alicuius naſcitur, vel
quod non ſemper decurrit: publicum eſt è
contra,*§.flumina,Inſtit.de rer.diuiſ.* & omnes
Auctores citati in principio,qui etiam pro-
6 bant, quod flumina publica ſint Principis,
quòad proprietatem,& iuriſdictionẽ, quòd
verò ad vſum ſint communia, vt latiſſimè
fundat *Cæpoll.d.cap.31.&* 32. & dixi aliqua
ſupra *q.9.*an liceat ducere aquam,& his ſi-
7 minibus. Et interdictum de flumine datur
contra eos,qui conatur curſum naturalem
fluminis diuertere ad alium locum opere
manu facto,quia in præiudicium poſſeſſorũ
antiquorum, nihil eſt innouandum, in hac
materia latiſſimè *Franc.Marc.quæſt.*559.589
& 597.*Caſſiador. deciſ. prima de acquir. rer.*
*domin.Vinc.do Franch.deciſ.*183.vbi an liceat
ducere aquam ex flumine *cod.lib.2.in tit. de*
8 *molendinis.* Regulariter enim licet, niſi ob-
ſtat conſuetudo,priuilegium, vel præſcrip-
tio in contrarium,& ita ſeruatur de facto,vt
notat etiam *Tuſch.in verbo Ripa,concl.*354.
num.6.& in verbo molendinum nouum, concl.
304.*Alexand.Raudenſ.in ſuo lib.variar. reſol.*
cap.56.num.16.& ſeqq.

SVMMARIVM.

1 *Proprietas riparum fluminũ eſt domini præ-dij vicinioris,quamuis ipſarum vſus ſit communis.*

2 *Ripa fluminis, non cenſetur conceſſa conceſſo flumine.*

3 *Fructus arborum exiſtentium in ripa fluminũ, cuius ſint.*

4 *Approdiare,an liceat in ripa fluminis alterius contra voluntatem dominus prædij, cui ripa adhæret.*

5 *Appodians ripæ fluminis alterius, cum illius damno,an ei denegari debeat.*

6 *Ripa ſituata in confinio territorij, & non apparet,cuius ſit ad quem pertinebit.*

7 *Sumitas riparum,cui habentium terram ipſi ſumatim debeatur.*

8 *Dominus prædij ſi inferioris ripã poſſiderit per 20.annos, an ei ſuffragatur, vel neceſſe erit poſſeſſio tanti temporis,cuius initij memoria non extet.*

9 *Ripa fluminis contigua prædio dominus inferioris,ſi conſtaret ex inſtrumentis,vel per fines, an ei cedat.*

10 *Vendens prædium ad menſuram, an cenſeatur ripam fluminis quoque ad menſuram vendere.*

11 *Ripæ vſus eſt communis,& publicus.*

12 *Ripa cedit domino fundi ſuperioris,qualiter intelligatur reſpectu domini prædij. inferioris volentis arare terram ſuam propinquam cũ bobus.*

13 *Fouea exiſtens in medio duorum prædiorum eſt communis inter dominos prædiorum.*

QVÆST. XIV.

Decimoquartò quæro, ripa flumi-
nis,an debeatur alicui ratione
ſeruitutis. De hac quæſtione plu-
ra tradit *Capoll.in tit. de ſeruitut.*
ruſtic.prædior.Napod.in Conſuet.Si duorum, in
*tit.de ripa,*aliqua etiam *Tepat.d.lib.2.variar.*
*iur.ſentent.tit.de rip.munienda,*aliqua *Menoch,*
conſ.395.num.28.lib.4.Affl.deciſ.239.Tuſch.
in verb.ripa,concluſ.354.Surd. conſ. 376. toto
lib.3.

1 Dico igitur primo proprietatem riparũ
fluminũ eſſe domini prędij vicinioris, quã-
uis vſus ipſarum riparum ſit communis, *§.*
*riparum,Inſtit.de rer.diuiſ.*vbi omnes, et alij
2 ſupra citati,adeò quod, ſi alicui cõcedatur
flumen, non cenſetur illi conceſſa ripa flu-
minis, cum ſit quid ſeparatum à flumine,
poſt alios *Menoch. dicto conſ. 395.num.28.*
Franc.Marc.quæſt.582. par. 2. quem probat
Tepat.dicto tit.de ripa muniend.§.fin.Tuſch.di-
cta concl.354.num.8.Surd.d.conſ.376. num.7.
ex tex.in l.prima,§.in publico,& §.ripa,ff. de
3 *flumin.*Cuius autem ſint fructus arborum
in ripa exiſtentium, dixi infra *de gland. leg.*
4 *quæſt.prima,in fin.* hinc eſt quod non eſt lici-
tum alicui ſe appodiare in ripa alterius,cõ-
tra voluntatem domini prędij, cui ripa ad-
hæret,et ſi appodietur,poteſt dominus,cu-
ius prędio ripa adhęret, auellere appodium
propria authoritate, latè *Marcus quæſt.347.*
*par.2.*de quo meminit *Tepat.vbi ſupra,§.non*
eſt licitum,& §.3.l.quemadmodum, §.primo,ff.
*ad leg.Aquil.Bart.& Bal.*quos probat *Cæpol.*
dicto cap.36.num.6.Surd.dicto conſ.376.nu.4.

5 Verùm

Digitized by Google

5 Verum ſi quis hoc faciat,vt prędio ſuo con-
ſulat,& fiat ſine magno incommodo vicini,
nõ debet illi hoc denegari, quod totum Iu-
dicis arbitrio relinquitur,l.prima,§.ſunt au-
tem,ff.ne quid in flum.public.Tepat. vbi ſupra
§.2.faciunt diſcuſſa per Franciſc.Marc.quæſt.
270.& quæſt.344.num.5.par.2.

Neapoli tamen,ſi ripa ſituata fuerit in
confinio territoriorum pertinentium ad
duos dominos, et non appareat cuius ſit,
6 tunc illa ripa pertinet ad dominum fundi
ſuperioris, quamuis ripa illa fuerit magis
coniuncta territorio inferiori , ſic probat
tex.in dicta Conſuetudine Si duorum, titulo de
ripa,fol.388.vbi Napod. hoc etiam dicit eſſe
ſecundum ius cõmune,quo ſancitur, quod
7 ſummitas riparum tedat habentibus terrã
ipſi ſummatim coniunctam, quatenus ver-
git in plannm,ex tex.in l.pen.ff. de flumin. &
ita pluries fuit deciſum in Sacro Conſilio,
vt per Afflict.deciſ.239.vbi Vrſill.num.4.qui
omnes docent etiam hoc habere locum, ſi
8 dominus prædij inferioris ripam poſſede-
rit per viginti annos,quia eſſet neceſſaria
poſſeſſio tanti temporis, cuius initij non
extaret memoria hominum in contrarium,
et de Afflicto,& Vrſill.meminit Ioannes Bap-
9 tiſta de Thoro,verbo ripa exiſtens: Si tamen
per fines conſtat,vel inſtrumenta, ripam il-
lam eſſe fundi inferioris,ad dominum illius
pertinet, vt habetur in dicta Conſuetudine Si
duorum, vbi Napodanus rationem aſſignat,
quia per fines , et inſtrumenta oſtenditur
quid quiſque iuris habeat in aliquo loco, l.
Titius,ff.de action.empt.& l.prædijs,§.Titius,ff.
de legat.3.

Fuit tamen non modica contentio inter
10 Doctores, an ſi quis prędium vendat ad
menſuram,cenſeatur etiam ripam fluminis
ad menſuram vendere,receptior tamen eſt
opinio negatiua,quia nunquam hoc inclu-
ditur,niſi expreſsè conuentum ſit,cum ripę
11 vſus ſit communis,et publicus,et ob diuer-
ſas alias rationes,vt cumulatis Doctoribus
pro vtraque parte concludit Surd. dicto conſ.
376.toto dicto lib.3.idem Surd.deciſ.52.nu.13.
& 14. Nam hic eſt caſus illius conſilij: ſic
enim in ſpecie etiam tenet Capoll. dicto cap.
36.n.7.ad quem ſe remittit Vinc. de Franch.
in addit.ad Napod.in dicta Conſuetudine Si duo-
rum,fol.389.in addit.incip. ripa an debeat mẽ-
ſurari.

12 Inſuper dicta noſtra Conſuetudo voluit
prouidere, quod licet ripa cedat domino
fundi ſuperioris,eo tamen modo,vt ſupra
dictum eſt, dominus tamen inferior prædij
poteſt propè ripam accedere cum bobus
iunctis arando terram ſuam: quod debet
intelligi,vt non aret ripam prædictam, nec
aliquid ab ea deuaſtet,quia hoc non poteſt
in præiudicium eius, cuius prædio ripa ce-
dit,vt patet ex dictis ſupra, & ſic conſuetu-
do dicit,quod poſſit appropinquare ad di-
ctam ripam,in tantum,in quantum cum ip-
ſis bobus iunctis arando terram ſuam po-
terit appropinquare ad ripam: itaq; tota
ripa debeat remanere penes dominũ præ-
dij ſuperioris,notat Stephan.de Catet.in dicta
Conſuet.Si duorum,in addit.incip.quid in fouea
eſſe deciſũ in Sacro Conſilio in ſua propria
13 cauſa,quod fouea exiſtens in medio duorũ
prædiorum ſit communis, inter dominos
dictorum prædiorum ex Bald. Alex. & Ca-
ſtren.de qua materia videndus eſt Capoll.di-
cto cap.36.num.8.cum ſeqq.Tuſch.in verb. foſ-
ſata aliqua,Surd.dicto conſ.376.vt alios omit-
tam,qui poſſunt videri pro reliquis concer-
nentibus hanc materiam præcipuè Capoll.
dicto cap.36.

SVMMARIVM.

1 *Ædificium ſolo cedit, & ſi ſcienter ædificans fecerit expenſas ammitteret.*

2 *Seruitus alteri non debetur ex ſolo,nec in præiudicium alterius, cui debetur ſeruitus fieri poteſt ædificium.*

3 *Ædificans debet ſe elongare per palmos duodecim cannæ,à pariete vicini pro aſpectu,& lumine ingrediendi,quod nõ procedit in ædificio ligneo,n.4.*

5 *Statum,uel conſuetudo loci,erit attendenda in faciendo ædificium.*

6 *Spatium minus duodecim palmorum vię publicę,vel vicinalis,an requiratur inter parietem,vbi adeſt apertura,& domum vicini volentis oppoſito dictę aperturæ ædificare.*

7 *Spatium ſi relinquatur propter damnum, quod ſolet euenire vicino ex nouo ædificio, non admittitur quando ædificium eſſet ligneum, & ratio traditur.*

5 *Spatium eſt commune: quia ex communi re procedit.*

9 *Ædificare volẽs iuxta parietem communem, non debet aliquod ſpatium inter medium relinquere.*

10 *Ædificare volens faciendo aperturam pro lumine recipiendo, an debet ſe elongare à ſolo vicini per palmos duodecim, ſi ad ſui libitum aperturas fecerit.*

11 *Ædificare volens murum, an debeat ſe elongare à ſolo vicini per vnum pedem, vel domũ cõſtruere per duos pedes, vel puteum per vnũ paſſum,vel foueam,aut ſepulchrum quantum per fundum eſt.*

12 *Ædificans ex latere parietis vicini, vbi ſunt aperturę, poteſt coniungere ædificium cum ædificio vicino, ſed debet elongare ab apertura, ſeu eius latere,per palmos duos cannę,& duas partes vnius palmi.*

13 Ser-

13 *Seruitus luminis recipit ſuum eſſe à cœlo*
14 *Edificans de iure eum ex latere vicini non debet ſpatium aliquod relinquere.*
15 *Menſura parietis conſtruendi quoad elongationem ab edificio vicini ſumitur à ſumitate prodij ſi ibi adeſſet vel à lacerto domus, ſed deciſio S.C. contraria refertur nu.16.*
17 *Edificium coniugi an poſſit cum pariete vicini quando vltra vel ſubtus pennam tecti parietis vicini ædificare vellet vicinus.*
18 *Aſtractum facere intendens debet parietem ſiue pectoratam conſtruere quæ protendatur ad minus pro patrum vnius canone.*
19 *Aedificare volens vltra pennam tecti vicini, & in nouo edificio aſtractum facere an teneatur facere pectoratam palmorũ octo, & quid deciſum per S.C. num.20. & 21.*
22 *Pectorata non fit iure ſeruitutis, ſed ex diſpoſitione conſuetudinis.*
23 *Vnuſquiſq; debet ſuam conſuetudinem, vel naturam conſulere in ædificijs faciendis.*
24 *Aedificare volens de iure communi propè domum vicini ſi velit facere materiam lapidem non excedet terminum, ſi vero faciat murũ ſiue domo relinquere debet vnum pedem ſin autẽ domus duos pedes.*
25 *Derogatum eſt iuri communi per conſuetudinem.*
26 *Correctio iuris non præſumitur in dubio*
27 *Vicinus volens approdiare, vel tigna domus ſiue in parietem vicini promittere debet facere ciuili modo, & quomodo.*
28 *Vicinus ſi nolit promittere tigna ad parietem nec illum onerare, ſed iuxta parietẽ facere ædificarem, vel murum vnire cum pariete vicini an ſoluat expenſas.*
29 *Vicinus nolens recipere partes pretium parietis an ſufficiat oblatio ex parte alterius vicini, vt ædificare poſſit.*

QVÆST. XV.

DEcimoquinto quæro, volens ædificare in ſuo ſolo, quantum ſe elongare debeat ab ædificio vicini? In hac quęſtionė ſuppono, quod quis ædificet in ſuo ſolo adhoc, vt ædificium ſit ſuum: ſi enim in alieno ſolo ædificaſ-
1 ſet, iam ædificium ſolo cederet: & ſi id ſcienter faceret, etiam expenſas amitteret, vt eſt materia *tex. in l. cùm in ſuo cum l. ſeq. ff. de rer. diuiſ. §. ex diuerſo, Inſtit. eod.* vbi omnes latiſſimè *Tuſch. in verb. ædificium concl. 33. & 34.*

Suppono ſecundò, quod ex illo ſolo
2 non debeatur ſeruitus alteri: nam in pręiudicium eius, cui debetur ſeruitus, fieri nequit ædificium; nec aliud opus in fundo ſeruiente, vt ſuperius ſuo loco notatum eſt, *Cæpoll. de ſeruit. cap. 39. num. 1. verſ. niſi tamen, de ſeruit. vrban. prædior. Burſat. conſ. 57. nu. 19. il primo Tuſch. vbi ſupra concluſ. 36. nu. 2. & nu 19. cum ſeqq.*

His poſitis, quæſtio hæc poteſt tripliciter nominari ſecundum noſtras conſuetudines, primò ſi vult ædificare contra parietem, in quo fuerit apertura, vt in *Conſuet. ſi quis habet.* Secundò ſi ex latere dicti parietis ædificare vellet, vt in *Conſuet. etiam ſi ex latere.* Et tertiò quando vult ædificare vltra, vel ſubtus pennã tecti ipſius vicini, vt in *Conſuet. ſi aliquis habens curtim cum duab. ſeqq.*

3 In primo caſu, dum quis vult ædificare contra dictum parietem vicinum, in quo ſit aliqua apertura, pro aſpectu, & lumine ingrediendo, debet ſe elongare per palmos duodecim cannæ, & per ſpatium prædictum debet diſtare nouum ædificium, quod conſtruitur à dicto pariete vicini, vt habetur *in dicta Conſuet. Si quis habet,* & hoc ea ratione, vt vicinus habeat ſpatium cõueniens, ex quo aſpectum habeat, & lumen recipiat ad domos ſuos, & hoc euenit iure ſeruitutis, vt not. *ibi Napod. nu. 13. & num. 16. infi.*
4 hoc intelligit, & ſi domus noua facienda conſtruatur ex materia lignea, quia hoc non refert, vt noceat lumini, & proſpectui, ad quem finem fuit hæc diſtãtia inuenta, ne illis noceat, vt dictum eſt; & in hoc verificatur communis DD. regu-
5 la, vt in ædificio faciendo ſeruetur ſtatutum, vel conſuetudo loci, quia, dum dant certam formam ædificandi, ſeruari debet ratione ſeruitutis, vt poſt *Florian. & alios* notat *Cæpoll. de ſeruit. Vrban. prædior. cap. 39. nu. 2.*

An autem hoc procedat in arboribus plantandis, dixi *ſupra q. 4. §. ſecundum exemplum.*

Hunc primum caſum etiam ſecũdum dictam cõſuetudinem limitat *ibi Napod. nu. 15.* duobus modis. Primò, quia ſi
6 inter parietem, vbi eſt apertura, & domũ vicini volentis ex oppoſito dictæ aperturæ ædificare, ſit aliquod ſpatium minus duodecim palmorum viæ publicæ, vel vicinalis, vel adſit locus Eccleſiæ, quia, dum hæc conſuetudo loquitur de eo pariete habente dictam aperturam iuxta curtim, domum, vel hortum vicini, ſupponit, quod vicinus habeat dominium domus, Curtis, & hortus ex reg. *tex. in l. 2. §. 1. ff. de religioſ. & ſumpt. funer.*

& ideò iure ſeruitutis, ne lumini, & pro-
ſpectui aperturæ vicini Domini noceat,
debet ſe elõgare per dictos palmos duo-
decim, quod non procedit, dum non eſt
Dominus illius ſpatij, & ideò Conſuetu-
do non procedit, & ſatis eſt illud minus
ſpatium dictæ viæ publicæ, vel vicinalis:
7 plura dicam infra *q.17.* Hoc tamen non
procedit, ſi ſpatium relinqueretur prop-
ter damnum, quod ſolet euenire vicino
ex nouo ædificio vicini: tunc enim, quia
ex domo lignea nõ poteſt hoc damnum
illi euenire, quia non multùm fodiuntur
fundamenta; ideò, nullo ſpatio interme-
dio dimiſſo, poteſt appodiare muro vici-
ni, ſi luminibus domus non officiat, vt
ex tex. in l. fin. ff. fin. regundor. & alijs no-
tat *Cepoll. vbi ſupra cap. 40. nu. 4.*

8 Secundò hoc limitat Napod. quando
illud ſpatium eſſet commune, quia ex re
communi non debet deberi aliqua ſer-
uitus, & ſic nec luminis, vel aſpectus, *ff. de
ſeruit. vrban. præd. l. ſi communi, hæc Na-
podan. d. nu. 14.* Sed de ædificio faciendo
in re communi dicam infra *q. 19. & 20.*
9 & hinc eſt, quòd volens ædificare iuxta
parietem communem nõ debet aliquod
ſpatium intermedium relinquere latiſſi-
mè *Neuizan. conſ. 56. vbi num. 22.* ſic per
duas ſententias refert fuiſſe deciſum, &
ipſum, & alios ſequitur *Theſaur. deciſ.
115. vbi nu. 3. in fi.* ſic refert deciſum in il-
10 lo Senatu de anno 1569. die 5. Maij. Si
verò è contra quis velit ædificare, non
iam iuxta parietem, ſed iuxta ſolum vi-
cini, & ædificans velit in eius ędificio fa-
cere aperturam pro lumine recipiendo,
ac ad gratiorem proſpectum, tunc ædifi-
cans debet ſimiliter ſe elongare à ſolo
vicini per palmos duodecim, & tunc ad
ſui libitum aperturas facit, *vt in Conſuet.
vbi aliquis, ſub tit. de apertur. non faciend.
vbi Napod. in verb. ſolum num. 3. Scip. Bu-
cin. ad Napod. in d. Conſuet. Si quis habet,
fol. 357. in addit. incip. loquitur iſta con-
ſuetudo*, & hoc ſimiliter debet intelligi
ſecundum duas præcedentes limitatio-
11 nes. At ſi velit aperturas facere, tunc ſi
velit murum facere, nempè, cortile, elõ-
get ſe per vnum pedem à ſolo vicini; ſi
domum vult conſtruere, debet ſe elon-
gare per duos pedes; ſi puteum, debet re-
linquere vnum paſſum; ſi foueam, aut ſe-
pulcrum, relinquat ſpatium quantum
profundum eſt, *vt ex tex. in l. fin. §. fin ff.
finium regundor. notat Napod. in d. Con-
ſuet. vbi aliquis, nu. 5. fol. 361.*

12 In ſecundò caſu quãdo quis vult ædi-
ficare ex latere parietis vicini, vbi ſunt
aperturæ, poteſt coniungere ædificium
cum ædificio vicini, ſed debet elongare
à dicta apertura, ſeu eius latere prædictũ
ædificiũ per palmos duos cannæ, & duas
partes vnius palmi, vt habetur *in d. Con-
ſuet. Et ſi ex latere, in princ. vbi Napod.
nu. 21.* rationem aſſignat: idcircò in hoc
caſu ſufficere hoc modicum ſpatiũ; quia
13 ſeruitus hominis recipit ſuum eſſe à cœ-
lo, ex quo ædificium recipit lumen: ſerui-
tus ergo aſpectus recipit eius formalita-
tem, ſeu, vt noſtri loquuntur, recipit ſuũ
eſſe in inferioribus, & ſic ex ſolo, non
autem ex lateribus, *l. lumen. ff. de ſeruitu-
tib. vrban. prædior.* & conſequenter hæc
Conſuetudo declarauit huiuſmodi di-
ſtantiam laterum, de qua nihil dixit lex
14 communis; Imo de iure communi dum
aliquis ædificat ex latere ædificij alte-
rius, non debet ſpatium aliquod relin-
quere, vt per *Angel. in l. mœniana, in fi. C.
de ædifi. priuat. Bald. conſ. 348. Ad euiden-
tiam, nu. 5. lib. 2. Bero. conſ. 134. nu. 28. vol.
3.* Sed in hoc contrarium tenet *Cepoll. de
ſeruitut. vrban. prædior. cap. 40. col. 2. in
princ.* quem probat *Surd. conſ. 74. nu. 15.*
Sed, vt dixi, in hoc ſtatur conſuetudini.

15 Illud tamen certum eſt, quod menſura
parietis conſtituendi quoad elongatio-
nem ab ædificio vicini, ſumitur à ſummi-
tate podij, ſi ibi adeſſet, vel à lacerto do-
mus, ad modum podij facto adhoc, vt fa-
ciliter non habeatur aſpectus in promp-
tu, vt probat *Napod. in Conſuet. Si ali-
quis, ſub nu. 21. fol. 364. verſ. item quæro*,
vnde menſurabitur, qui licèt dicat, quòd
non procedat in hærbario, quia hærba-
rium potius reddit aſpectum difficilio-
rem, quàm faciliorem propter hærbas
ibi ſtantes, vt ipſe notat *nu. 22.* nihilomi-
16 nus Sacrum Conſilium in anno 1541.
die 19. Octobris ad relationem Magnæ
Curiæ in cauſa Ioannæ Mauricinæ cum
Michaele Gomez iudicauit contrarium,
vt ibid. refert *Conſiliar. de Battis d. fol.
364. in fin.* de qua deciſ. meminit *Ioan.
Bapt. de Thor. in verb. menſura parietis*,
quamuis pro *Napoda.* vrgeat ratio, quia
hærbarium non eſt loco podij, & eſt de-
ſtinatum ad alium vſum, quàm ad aſpi-
ciendum, quamuis reſponderi poteſt,
quod videatur eadem ratio, vt eſt in po-
dio, & ſatis eſt, vt etiam per herbarium
vicinus grauari poſſit, & conſequenter
eadem diſtantia relinqui debeat, ſiue ſit
podium, ſiue hærbarium.

17 In tertio caſu, quando vltra, vel ſub-
tus pennam tecti parietis vicini ædifica-
re vellet (vt v.g. ego habeo curtim, vel
hortum iuxta parietem domus tuæ, in
quo periete, licèt non ſit aliqua apertu-

ra, eſt tamen peuua tecti, ſiuè aſtrici, per
quam in prædictum meum hortum, vel
curtim, ſtillicidia domus tuę decucurũt)
in hoc caſu, poſſem ego couſtruere ædifi-
cium in dicta Curti, ſiue horto meo, &
poſſum coniungete ædificium cum dicto
patiete tuo: Verùm ſi ædificium meum
vellem in altum extollere vltra peunam
tecti, vel aſtrici tui parietis, duo facere
deberem. Primum eſt, vt à dicta penna
tecti, vel aſtrici tui parietis elongem ædi-
ficium meum per vnum palmum, vt per
illud ſpatium ſtillicidia domus tuæ de-
currant, & tu in ædificio meo nou patie-
ris damnum, vt magis explicabitur infra
18 *q.*18. Secundum eſt, quòd, ſi ego in dicto
nouo ædificio vellem aſtricum facere,
teneor couſtruere ibi parierem, ſiuè pe-
ctoratam, quæ protendatur iu altum ad
minus per ſpatium vnius cannæ, *vt nec
ego*, nec alij, qui in dicto nouo ædificio
habitabunt, habeamus proſpectum ali-
quem ſupra domum tuam, & ob eandem
cauſam non poſſum in dicto pariete ſu-
pra domum tuam facere aliquam aper-
turam, vt aſpectum non habeam ſupra
domum tuam; vt dũ grauatus es in vno,
quia, ſcilicet, meum ædificium coniunxi
cum tuo pariete, & vltra illum extolli,
releueris in hoc alio, vt non habeã aſpe-
ctum ſupra tuam domum, vt ad literam
diſpouitur *in d. Conſuet. ſi aliquis haberis
curtim, in fin. vbi Napod. nu. 16. fol.* 322.

Fuit tamẽ maxima dubitatio, an pro-
cederet hoc idem in alijs caſibus, prȩter
19 tertium deſuper declaratum, vt, ſi quis
ædificare vellet vltra pennam tecti vici-
ni, & in nouo ædificio vellet aſtricum fa-
cere, ſi, nempè teneatut facete dictã pe-
ctoratam palmorum octo: & *Napod. loco
cit. nu. 17. fol.* 363. opinionem negatiuam
tuetur, quia in hoc caſu ceſſat ratio con-
ſuetudinis. nec eſt expreſſum hoc per Cõ
ſuetudines. Verùm, vt ibi notant *Stepha.
de Caiet. & Martial.* cõtrarium ſeruatur,
20 & ſic deciſum referunt iu Sacro Conſ. in
anuo 1493. die 18. Ianuarij, & dicunt,
quod dicta verba non ſint *Napodani*, imò
quod, dum in antiquis, & ſic primo loco
gloſauit Conſuetudines, nõ appoſuit il-
la verba, *ſed generaliter tenuit*, quod fie-
ret pectorata ſemper, dum erigitur ædi-
ficium ſupra pennam tecti vicini, vt etiã
euitetur ſcandalum, quod euenire poſſet
inter nouiter ædificantem, & dominum
dicti parietis, vt paulò antè ipſemet *Na-
podan.* notauit, & notat *nu. 14. in fi.* clarè
infertur, quod verba poſita *d. nu.* 17. nou
ſint ipſius, & ideò in anno 1567. die 14.
Iulij refereute Conſiliario Altomari, fuit
21 per idem S.C. deciſum, quod Proſper de
Duce cogeteturerigere murũ dictorum
palmorum octo, dum fecit aſtricũ vltra
pennam tecti vicini, vt habetur in reper-
torio Conſuetudinum in verb. paries in-
ter medius, de qua deciſ. meminit *Ioan.
Bapt. de Thor. in verb. paries inter medius:*
22 quæ quidem pectorata in omuibus ca-
ſibus prædictis non fit iure ſeruitutis, ſed
ex diſpoſitione harum conſuetudiuum,
& ſic uon intentatur actio confeſſoria,
ſed conditio ex conſuetudine, vt docet
Napod. loco cit. ſub n. 21. fol. 364. Sed quã-
do non fiunt aperturæ, tunc ſeruandum
eſt ius commune, ita *Napod. in Conſuet.*
1. *nu. 4. de apertur. non faciend. fol.* 361.

Si verò loquamur de ædificijs, quæ fiũt
23 in alijs locis, vnuſquiſq; ſuam conſulat
conſuetudinem, ſiue ſtatutũ, & Panhor-
mi ſunt ſuæ conſuetudines, vt habetur
cap. 29. vbi Mut. nu. 19. cum ſeqq. ſic etiã
Cataniæ, vt per *Nepit. in dictis Conſuetu-
dinib. fol. 339. nu. 2. & 3.* & ſic de alijs, vt
etiam notat aliqua *Tuſc, lit. E. concl.* 36.
24 Sed de iure communi, quando quis vel-
let ædificare propè domum vicini, ſi ve-
lit facere materiam lapidum, non exce-
dat terminum: ſi verò faciat murum ſine
domo, relinquat vnum pedem: ſi domũ
conſtruat, relinquat duos pedes, vt ex
*tex. in l. fin. ff. fin. regundor. l. mæniana. vbi
gloſ. Oddoff. & alij, C. de ædific. priuat. not.
Napod. d. num. 4. Alberic. Bald. Butricar.
Corn. & alij penes Surd. d. conſ. 74. num. 2.
Nicolaus Vall. penes Theſaur. decif. 115. n.
1. verſ. & circunſcripta. Cepoll. Bero. Viui.*
& alij plures, quos probat *Surd. d. conſ.
74. num.* 10. nam, licèt aliqui ex ipſis te-
25 neant, quod conſuetudine ſit introdu-
ctum eſſe derogatum textui *in d. l. fin. ff.
de finib. regund.* & non ſit relinquendum
tale ſpatium; verius tamen alij docent,
quod ſit relinquendum, ne fiat præiudi-
cium Domino prioris ædificij, & quia in
26 dubio correctio iuris non præſumitur,
& dicenti adeſſe conſuetudinem in con-
trarium, incumbat onus probandi illam
in ſpecie, nec ſufficit probatio in genere,
quod eſt axioma vulgatum.

Illud poſtremò notandum eſt ſecun-
dùm noſtras Conſuetudines, quòd, dum
vicinus vult appodiare, ſeu immittere ti-
gna domus ſuæ in parietem vicini, de-
27 bet primò hoc facere ciuili modo, nẽ-
pe, iuxta potentiam, & qualitatem pa-
rietis, videlicet, prout poteſt ſubſtinere
onus. Et ſecũdò tenetur ſoluere æſtima-
tionem parietis vicini ab illa parte, ſiue
loco, iu quo immittitur tignum, ſiue ap-
podiatur ædificium vſq; ad fundamentũ

dicti parietis,vt habetur in *Conſuetudine,*
28 *& vbicunq; hoc tit.fol.*360. Si verò non
immitteret,tigna ad parietem,nec illum
oneraret,ſed iuxta parietem faceret ędi-
ficium, & murum vniret cum pariete vi-
cini,nec perforaret murũ vicini, nullas
ſolueret expenſas,ita *Napod.in Conſuet.*
*& ſi ex latere,nu.*23.*cum ſeqq.fol.*358.*vbi*
29 *num.*26.optimè probat, quod ſi vicinus
nollet recipere pretium partis parietis,
ſufficeret oblatio ex parte alterius vici-
ni,& ſic ædificare poteſt,vt patet etiam
ex dictis *conſ.*36.*nu.*19.*& ſeqq.*qui enim
adimplere debet, & offert ex parte ſua
adimplere, & deficit ex altera parte no-
lente recipere adimplementum,tunc ha-
betur pro adimpleto, vt loco cit.expli-
catum eſt.

SVMMAAIVM:

1 *Apertura alia dicuntur doſſitia, & alia feneſtra.*

2 *Apertura mentio,intelligitur de doſſitia ſecũdum Conſuetudinem Neap.*

3 *Feneſtra cum cancella ferrea, & fabricata cum calce,& puseolana habetur, ac ſi eſſet feneſtra cum cantonibus, ſecus ſi eſſet illa lignea.*

4 *Aedificium facere volens iuxta ſolum vicini,vt aperturas facere poſſit,debet ſeruare, quæ ſunt diſpoſita per Conſuetudinem.*

5 *Habens ſolum iuxta domum vicini,& per mille annos anteceſſores ſui fuerunt in poſſeſſione domus habentis aſpectum ſuper d. ſolum,an poſſit in eo ædificium facere.*

6 *Feneſtram facere ad emulationem alterius vicini an poſſit.*

7 *Aemulatio non præſumitur regulariter circa conſtructionem feneſtræ in vicini damnum.*

8 *Domum altius extollere volens, an poſſit in nouo edificio tot feneſtras facere eiuſdem qualitatis, quot ſunt in antiquo ſalario.*

9 *Dominus domus habet ius in toto aere vſq; ad cælum,tam reſpectu antiqui ſolarij,quam reſpectu aliorum noniter conſtructorum.*

10 *Cancella, ſeu ferriata poni debent in feneſtris membri inferioris domus ne habeatur acceſſus ad hortum vicini, quod limitatur multifariam, n.*11.

12 *Feneſtra quando non eſſent cum cantonibus in Ciuitate Neap.licet antiquiſſima an claudi debeant,& quãdo claudi non debent,n.*14.

13 *Multa facta tenent, quæ fieri prohibētur.*

15 *Oſtia faciendi, ſeu portas in edificijs non eſt prouiſum per Cõſuetudines.*

16 *Vnuſquiſq; in proprio muro oſtium, ſeu portam facere, etiam iuxta ſolũ vicini poterit.*

17 *Vicinus regulariter non poteſt facere ferratas, ſiue ferriatas in eius feneſtris ſupra ſolum vicini, quod limitatur, n.*18.

19 *Arbitrio Iudicis relictum eſt, ſi vicino noceant ferrata facta feneſtris nec ne, vel publico.*

20 *Ballaturi, ſeu loggie fieri nequeunt ſi vicino noceant.*

21 *Seruitus protectus,vel protegendi,ſiue proyciendi quænam ſit.*

22 *Protectum, ſeu pontem in ſuo pariete facere an licitum ſit.*

QVÆST. XVI.

DEcimoſextò quæro,qualiter in ædi-
ficijs poſſint fieri oſtia, feneſtræ,
& aliæ aperturæ, & an in eis poſ-
ſint apponi vitriatæ? Pro dicendis ſup-
pono, quòd ſecundum noſtras conſue-
1 tudines alię ſunt aperturæ in parietibus,
quæ vocantur doſſitiæ,& aliæ ſunt aper-
turæ, quæ vocantur feneſtræ, vt hic in
*Conſuet.Inter ſeruitutes. fol.*367.*vbi Na-
podan.* Doſsitia eſt nomẽ vſuale Ciuium
Neapolis, & eſt feneſtra ſatis arcta, quæ,
nempe,facta eſt pro homine recipiendo,
non autem pro aſpectu, & regulariter
huiuſmodi doſsitiæ ſolent eſſe quædam
feneſtræ paruæ in latitudine, & longæ in
altitudine,& proinde vocantur doſsitię.

Aliæ aperturæ, quæ etiam pro aſpectu
deſeruiunt, vocantur feneſtræ, ſiue ſint
rotundæ, quadratæ, vel alias angulatio-
nes, ſeu curuationes habentes, vt notat
*Napodan.loco cit.n.*43.

2 Secundò notandum eſt, quòd vbicũq;
ſecundum noſtras conſuetudines ſit mẽ-
tio de apertura, intelligitur vel doſsitia
totum rotundum, vel apertura ad modũ
feneſtræ, factæ cum cantonibus, itaq; fe-
neſtræ ſunt illæ,quæ factæ ſunt cum can-
tonibus

ronibus: cantones verò ſunt ligna, ſeu
lapides modulati ſecũdum curuationem
aperturæ, vt habetur hic in *Conſuet. Et*
vbicunq; fol.360. vbi Napod. n.33. & ſeqq.
vbi etiam docet, quod ſi apertura prædi-
cta eſſet aliter modulata, nempè, calce, &
puteolana, quia tunc apertura recipit
modulationem à ſolo artifice, & non à
cantonibus: idcirco non diceretur aper-
tura, cum cantonibus, & conſequenter
non eſſet vera feneſtra, vt etiam notat
3 *Afflict. decif. 225. in princ.* Verùm ſi eſſet
feneſtra facta cum cancella ferrea, & fa-
bricata cum calce, & puteolana ſiue are-
na, tunc ſaltem ex communi æſtimatio-
ne haberetur, ac ſi eſſet feneſtra cum cã-
tonibus; ſecus tamen ſi cancella illa eſſet
lignea, & ita per fidem expertorum fuiſ-
ſe; probatum in Sacro Conſilio tempore
ſuo refert *Afflict. d. decif. 225.* vbi ſic plu-
ries iudicatum refert in Sacro Conſilio,
&, ita practicatur quem citat cum alijs
celebris Doctor *Io. Baptiſta de Thoro in*
eius Compend. dec. Regni ver. feneſtra.

4 His notatis dico primò ſi aliquis vel-
let nouum facere ædificium iuxta ædifi-
cium vicini, vel iuxta ſolum eiuſdem vi-
cini, vt aperturas facere poſsit, debet ob-
ſernare omnia ea, quæ explicata ſunt
quæſtione præcedenti. Hoc dictum ma-
gis indiget explicatione, quã probatio-
ne. itaque ſi relinqueret ſpatium minus
duodecim palmorum, non poſſet in no-
uo ædificio aperturas facere contra, lex
verſus feneſtras domus vicini, vt patet ex
quæſtione præcedenti. Si tamen ſe elon-
gaſſet per dictos palmos duodecim can-
næ, tunc poſſet iuxta ſuum arbitrium vo-
luntatis facere aperturas in d. pariete, vt
habetur in *Conſuetud. Vbi aliquis de aper-*
turis non faciendis fol.360. quæ licèt lo-
quatur, quando quis ædificaret iuxta ſo-
lum vicini, *Napodanus* tamen hic in
Conſuet. Si quis habet parietem §.18. *fol.*
357. hoc idem intelligit, quando fit ædi-
ficium iuxta domum vicini; qnia ceſſant
verba dictæ conſuetudinis, ſcilicet, ne lu-
men, & aſpectus vicini impediatur.

Addo etiam aliam rationem ſecũdum
5 terminos iuris communis; ſi enim ego
habeo ſolnm iuxta domum tuam, & per
mille annos, & amplius, tui anteceſſores
fuerunt in poſſeſsione dictæ domns ha-
bentis proſpectum ſuper ſolum meum,
ac anteceſſorum meorum, poſſum ego in
d. ſolo ædificium facere, & ad cælum vſq;
extollere, etiam ſi luminibus domus tuæ
officiant, & commodiorem proſpectum
domns tua amitteret; qnia, dum tibi ſer-
uitus non competit, non potes me pro-
hibere; quia iure meo vtar; ex quo in
omnibus, quæ ſunt meræ facultatis, nul-
la datur ſeruitutis præſcriptio, niſi à die
prohibitionis, vt ſæpiſsimè deſuper no-
tatum eſt, & in particulari in caſu noſtro,
eſt *tex. in l. altius C. de ſeruit. & aqu.* hoc
docent *Gomeſ. inter deciſion. diuerſorum*
tom.2. deciſ.7. quem probat *Tepat. lib.2.*
variar. iur. ſentent. in tit. de molendin. fol.
314. probat *Tuſch. in verb. ædificare con-*
cluſ.36. nu.7. Bart. in l. qui luminibus ff. de
ſeruit. vrban. prædior.

6 Solent tamen DD. hoc limitare, quo-
ties feneſtram vicinus faceret ad æmula-
tionem alterius vicini, quia tunc ei non
licet feneſtram habere verſus vicinnm.
ita *Franciſc. Marcb. q.24.* latiſsimè *Me-*
noch lib.2. de arbitrar. iudic. caſ.156. nu.4.
& ſeqq. vbi alios citat: regulariter tamen
7 hoc non præſumitur, ſed Iudicis arbitrio
hoc cogitandum relinquitur: nam ſi vi-
cini eſſent æmuli, vel inimici, & faciens
feneſtram ſolitus ſit facere aliquid ad al-
terins æmulationem, & injuriam, præſu-
mitur factum ad æmulationem, præcipuè
ſi ex illa apertura videret, qnæ fierent in
domo vicini, & nullam aliam vtilitatem
inde haberet, vt fundat *Cepol. de ſeruitut.*
vrban. prædior. cap.29. nu.3. quem probat
Mut. ad Conſuet. Panorm. cap.29. num.27.
Menocb. d. conſ.156. n.8. & ſeqq. vbi alios
cumulat *Burſat. conſ.57. n.17. Surd. conſ.*
154. n.9. & conſ.300. in fin.

8 Dico ſecnndo, ſi ego vellem conſtru-
ctam domum altius tollere, poſſem in
nouo ædificio tot facere feneſtras eiuſdẽ
qualitatis, quot ſunt in antiquo ſolario;
hoc dictum eſt clarum, & habetur in
Conſuet. ſi quis habet domum. hic fol.361.
vbi omnes, vt v.g. ſi ego haberem domũ
iuxta hortum, locum, aream, vel domum
ſuam, & domus illa mea vnum haberet
ſolarium, deinde ego facerem ſupra di-
ctam domũ alia ſolaria, poſſum in alio,
vel alijs ſolarijs, nouiter conſtructis tot
feneſtras, ſeu aperturas facere in eodem
ſitu, & ad eandem menſuram, quot erant
in antiqno ſolario in eadem, nempè, lon-
gitudine, ac latitudine eodem modo, &
forma, & in eodem ſitu, pront ſunt fene-
ſtræ in antiquo ſolario, vt habetur in d.
Conſuet. vbi Napodan. nu.8. & 9. Afflict.
deciſ. 224. vbi Vrſill. alios citat, & hoc
etiam procedit ſecundum ius commune
l. fin. §. Lucius Titius, & l. eos, qui ff. de ſer-
uitut. vrban. prædior. & idem ſeruatur in
Ciuitate Panormi, vt habetur *d. cap.29.*
num.19. & ſeqq. quamuis *Piſanell.* de qno
meminit *Ioan. Bapt. de Thoro in ſuo com-*
pend. in verb. aperturam. dicat fuiſſe deci-
ſum

ſum contrarium; ſed non ſubſiſteret de-
9 ciſio; nam idem ius habeo in toto aere
domus meæ vſq; ad cœlum, tam ſcilicet
in antiquo ſolario, quàm in alijs nouiter
conſtruendis; & dum in antiquo habeo
v.g. octo feneſtras octo palmorum cum
cãtonibus, & ſic de alijs; idem ius habeo
faciendi alias feneſtras eiuſdem menſu-
ræ, & qualitatis, vt erant in antiquo: &
idem obſeruatur à paritate rationis, ſi
ego vellem feneſtas facere in membro
inferiori; poſſum enim tot feneſtras fa-
cere, quot habeo in membro ſuperiori
ad eundem modum, numerum, & men-
10 ſuram; ſed in dictis feneſtris, membri in-
ferioris domus debent poni cancelli, ſi-
ue ferratæ, ne habeatur acceſſus ad hor-
tum vicini, vt explicant *Afflict. & Vrſill. d. deciſ.* 224. idem eſſet, ſi de duobus ſola-
rijs ego facerem vnum ſolarium, vt no-
tat *Napod. d. n.* 9.

11 Hoc tamen ſolet limitari multis mo-
dis. Primò quando feneſtræ fierent ad
æmulationem, vt dictum eſt. Secundo ſi
adeſſet ſeruitus, ne fieri poſſent, & in hoc
ſtandum eſt modo ſeruitutis. Tertiò ſi in
domo vicini adeſſet aliqua pulchra, &
honeſta virgo, ſeu in illa domo eſſent
moniales, vel aliæ perſonæ religioſæ, etiã
ſi eſſent mares, & prædictæ perſonæ ex di-
ctis feneſtra, vel feneſtris aperiendis vi-
derentur, non poſſent fieri feneſtræ, quia
id eſſet contra honeſtatem talium perſo-
narum, & contra vtilitatem publicam
l. opus ff. de operib. public. Iaſ. in l. ſoluto matrimonio nu. 4. ff. ſolut. matrim. Vincent. de Franch. deciſ. 223. quos probat *Mut. d. cap.* 29. *nu.* 31. *&* 32. *Bero. conſ.* 135. *lib.* 3. *Couarr. lib. 3. variar. reſol. cap.* 14. *n.* 8. *verſ. nam etſi. Alex.* & alij, quos probat *Tuſch. in d. verb. ædificare. concluſ.* 36. *n.* 9. *&* 14.
& dixi infra *de contrab. empt. q.* 14. alias
limitationes penes *Mut. loc. cit.* qui vide-
ri poteſt.

12 Dico tertiò ſi feneſtræ Neapoli, non
eſſent cum cantonibus, quàmuis eſſent
antiquiſsimæ, claudi deberent, & tabu-
larij illas claudere faciunt etiam, licèt
domus remaneret ſine lumine, aliqui te-
nent, quod etiam claudantur tales fene-
ſtræ *Cæpoll. de ſeruit. Rub. de pariete, cap.* 40. *nu.* 12. *Theſaur. deciſ.* 41. *nu.* 15. & alij,
quos ſequitur *Riccius par. 2. deciſ. Curiæ Archiep. Neap. deciſ.* 266. receptor tamen
eſt opinio, & æquior, quam tueatur hic
Capyc. ad Napod. in Conſuet. Si quis habet parietem ſub nu. 18. *fol.* 357. *in addit. incip. Nota quia tabularij*, videlicet, quòd ſi do-
mus illa remaneret ſine lumine, nec aliũ-
de lumen habere poſſet, non ſunt clau-
dendæ feneſtræ, ſed relinquuntur pro lu-
mine recipiendo, & ad ſummum rema-
nerent in modo, & forma, quod tollere-
tur aſpectus; & hoc ne ædificia deuaſten-
13 tur, ſic etiam quia multa facta tenent.
quæ fieri prohibentur ex regula *tex. in l. binas ædes la prima, vbi Paul. & Florian. ff. de ſeruitut. vrban. prædior.* latiſsimè *Vrſill. ad Afflict. deciſ.* 265. *nu.* 114. *cum ſeqq.*
vbi ſic etiam deciſum refert, quod vici-
nus retineat feneſtras ſecundum anti-
quam formam, & ad ſummum teneatur
in illis apponere cancellas ferreas, de
qua *deciſ.* meminit *de Thor. vbi ſupra in verb. feneſtras tenere*: probant etiam *Cæpoll. de ſeruitutib. vrban. præd. cap.* 36. *&* 39. *& Oinot. in §. prædior. n.* 21. *in fin. inſtit. de ſeruitutib.* Conferunt dicta per *Theſaur. deciſ.* 216. & ipſemet *Ricc. d. deciſ.* 266. *nu.* 8. *& ſeqq.* hoc fatetur; & ſic opi-
nio contraria locum habet, quando inde
vicinus nullum pateretur damnum, &
alius vicinus vellet ædificare: vel quando
doſsitiæ eſſent nouiter factæ; vnde erat
caſus *conſ.* 40. *Anelli de Amato*; quia Dux
Siciniani nouiter dictas aperturas fecit
in muro communi: tunc. n. ſumus in cla-
tis, quod fieri nequeant tales aperturæ in
præiudicium ſocij. itaque non ſunt con-
fundendæ quæſtiones.

14 Notandum eſt tamen, quod feneſtræ
ſine cantonibus claudi non poſſent, in
hoc alio caſu, nempè, ſi inter duos con-
ſortes facta fuiſſet diuiſio, quarundam
domorum, & non eſſet aſsignata domus
ſuperior, habens feneſtras ſine cantoni-
bus ſupra domos inferiores; non poteſt
Dominus domorum inferiorum habere
recurſum contra Dominum domus ſu-
perioris, vt claudat illas feneſtras ſine
cantonibus, quia feneſtras illas non iure
ſeruitutis, ſed iure dominij retinet, & ſa-
tis eſt, quod illas retineat, ſecũdum illam
formam, quam habebant tempore diui-
ſionis, aliter enim ille Dominus domus
ſuperioris circumueniretur, quia aliter
non recepiſſet illas domos, ſi illas fene-
ſtras non haberent, vt ex multis probat
Napod. hic in Conſuet. Amplius nu. 40. *fol.* 367. *Capyc. deciſ.* 187. *ſub n.* 12.

15 Dico quarto de oſtio, ſiue porta faciẽ-
da in ædificio nõ eſſe particulariter pro-
uiſum per noſtras conſuetudines (quan-
tum, ſcilicet, ego videre potui) idcircò li-
cèt *Capoll. in tit. de ſeruitut. vrban. prædior. cap.* 42. probet, quod in hoc etiam
ſtetur locorum conſuetudini, ſubdit ta-
men, nihilominus, quòd, vbi non adeſt,
ſtetur iuri communi, quo ſancitur, quod
16 vnuſquiſq; poſsit in proprio muro oſtiũ,

ſiue

Digitized by Google

ſiue portam facere, etiam iuxta ſolum
vicini, & ſuper ſolo vicini, ſed quantum
ſtillicidium protenditur, ſic etiam ſuper
viam publicam, ſimiliter quantum pro-
tenditur ſtillicidium, dummodo per hoc
non fiat præiudicium, nec nocumentum
vicino *l. fin. §. Lucius ff. de ſeruit. vrban.
prædior. Franciſc. Marc. deciſ. 24.* quem
probat *Tepat. tit. de ſeruitut. vrban. præ-
dior. §. oſtium in muro.*
17 Dico quinto vicinum regulariter non
poſſe ferrates, ſiue ferriatas ponere in
eius feneſtras ſupra ſolum vicini: hoc di-
ctum ea ratione probatur, quia ſolum vi-
cini debet eſſe liberum vſq; ad cœlum
*l. fin. ff. de ſeruit. l. ſi iterum §. pen. ff. quod
vi, aut clam,* poſt alios *Cæpoll. de ſeruit.*
18 *vrban. præd. cap. 55.* vbi poſt alios hoc li-
mitat, quoties inueniuntur appoſitæ fer-
ratæ in feneſtris, & ibi ſteterunt tanto tē-
poris ſpatio, vt præſcriptio fuerit intro-
ducta, de qua materia tractat etiam *Aſ-
flict. deciſ. 225. Vrſill. ad Afflict. deciſ. 265.
n. 117. & deciſ. 224. in princip.*
19 Sed hoc relinqui ſolet arbitrio Iudi-
cis, ſi vicino noceant ferratæ illæ, necne,
vel ſi publico noceant; ſic. n. tolli ſolent,
vt obſeruatur etiam in alijs ferratis, quæ
vulgo ballaturi, ſeu logiæ dicuntur, quia
20 ſi publico, vel vicino noceant, fieri ne-
queunt, & deſtrui debent, vt multoties
de facto ſeruatum fuit ex rationibus iā
21 dictis; nam hæc ſolet vocari ſeruitus
protectus, ſiue protegendi, ſiue proijciē-
di, protegere enim eſt aliquid extra pro-
prium murum, ita extenſum habere, vt
nuſquam conquieſcat, ſed pendulum
maneat, & per quod Dominus illius do-
mus aſpectum habeat ad vicos, & pla-
teas, vt ex *tex. in l. 2. vbi gloſ. in verb. pro-
tectum ff. de ſeruit. ruſtic. præd.* notat ibi
additio ex Budæo, & ex pluribus alijs
iuribus, & Doctorū auctoritatibus pro-
bat *Surd. conſ. 137. num. 7. cum ſeqq. vol. 1.*
22 vbi latiſſimè fundat, quod nec in vicini,
nec etiam in viæ publicæ damnum, &
præiudicium ſit alicui licitum protectū,
vel pontem in ſuo pariete facere, & quia
hoc optimè fundat, ad eius dicta me re-
fero: ponit etiam aliqua *Franciſc. Marc.
q. 593. par. 1. Surd. deciſ. 52. num. 9.* vbi am-
pliat etiam in via vicinali, quæ ſit publi-
ca, & ſe ipſum citat *d. conſ. 37.*

SVMMARIVM.

1 *Seruitus altius non tollendi quæ dica-
tur.*
2 *Seruitus altius non tollendi cur nega-
tiua dicatur.*
3 *Regula ſeruitus altius non tollendi, li-
mitatur non procedere quando adeſ-
ſet ſeruitus ex contractu, vel vltima
voluntate.*
4 *Seruitus altius non tollendi, vt acqui-
ratur præſcriptione quod non ſit
neceſſarium.*
5 *Regula ſeruitutis altius non tollendi,
limitatur non procedere quando per
ſtatutum, vel conſuetudinem conce-
deretur ædificatio altius tollendi,
quando ſuper certam menſuram
ædificaretur, vel quando quis fecerit
ædificium ad æmulationem alterius
n. 6. aut quando quis emerit partem
domus ab eo, qui in alia domus parte
non vendita habebat in muro fene-
ſtras, quæ reſpiciebant in aerem vi-
cinorum ædium venditarum nu. 7.*
8 *Seruitus altius tollendi exemplificatur
quando aliquis reportaret commo-
dum ex altitudine ædificij alterius.*
9 *Seruitus altius tollendi eſt ſeruitus af-
firmatiua.*
10 *Seruitus ne luminibus officiatur qua-
lis eſt.*
11 *Habens partem ſuperiorem domus in
qua ſit ponticellus, vel porrectum
quando poſſit in eo pannos, & alia
ſimilia extendere.*
12 *Seruitus proſpectus dupliciter conſi-
derari poteſt.*

QVÆST. XVII.

DEcimoſeptimò quæro, quid ſit ſeruitus altius non tollendo, vel altius tollendo, quid ſeruitus luminum, ac ſeruitus proſpectus? Hæ ſeruitutes quandam habent connexitatem, ideò ſimul eas examinaui, de quibus latiſſimè agit *Cæpoll. de ſeruit. vrban. prædior.* vbi ſeparatim illos examinat: nam de ſeruitute altius non tollendi agit *cap. 26. cum ſeqq.* tractant etiam *Surd. conſ. 17. & conſ. 27. Theſaur. deciſ. 216. de ſeruitut. proſpect.* agit *cap. 34.* ſic etiam *Tuſch. in verb. ædificare. concluſ. 36. n. 3. & ſeq.* de ſeruitute deniq; luminum ipſemet *Cæpoll.* tractat *cap. 35. & 36.* & quorum dictis potiora ſecernam.

1 Dico igitur primò ſeruitutem altius
non tollendi eſſe ius quoddam, quò ali-
quis prohibetur altius tollere ad ædifi-
cium ſuum, ne luminibus ſolum domus

vicini

vicini officiat, vel commodiorem pro-
ſpectum impediat, vt colligitur ex *tex. in*
l. 1. ff. de ſeruit. vrban. prædior. & in l. al-
tius, *& l. ædibus C. de ſeruit. & aqu.* cum
alijs cumulatis per *Surd. d. conſ. 17. vt d.*
conſ. 17. nu. 1. & hoc eſt omnibus notum.
2 Hæc autem ſeruitus dicitur negatiua,
quia contra naturalem libertatem negat
alicui, ne, inuito vicino, ad libitum ædifi-
care valeat, nam ſecundum iuris diſpoſi-
tionem, & naturalem libertatẽ vnicuiq;
licet in proprio ſolo domos ſuas extol-
lere vſq; ad cœlum, quamuis ædificium
illud conſequenter alijs noceat, & antea
per mille annos non ædificaſſet ex *tex. in*
d. l. altius, vbi omnes cum alijs innumeris
cumulatis per *Surd. d. conſ. 17. n. 2.*

Verùm hæc regula limitatur primò,
3 quando adeſſet ſeruitus ex contractu,
vel vltima voluntate, quia in præiudiciũ
illius, cui ſeruitus debetur, non poteſt al-
tius ædificare *l. inter ſeruitutes cum l. ſeq.*
de ſeruit. vrban. præd. Surd. d. conſ. 17. n. 18.
Andr. Gail obſeruat. 69. n. 13. quem probat
Tepat. lib. 2. var. iur. ſenten. in tit. de molen-
din. fol. 314. col. 3. in 1. limit. Tuſch. d. con-
cluſ. 36. n. 2. & 19. cum ſeqq.

Vt autem præſcriptione hac ſeruitus
4 acquiratur, non ſufficit, quia per mille
annos, & vltra quis non ædificaſſet in il-
lo loco, ſed neceſſarium eſt, quod ſit pro-
hibitus ædificare, & à die prohibitionis
acquieuit per decem annos inter præſen-
tes, & 20. inter abſentes, quia hæc ſerui-
tus habet cauſam continuam, vt voluit
gloſ. in l. ſeruitutes la quarta ff. de ſeruit.
vbi Coraſ. nu. 2. quem probat *Surd. d. conſ.*
17. n. 25. Tuſch. d. concl. 36. n. 5. & 6. notat
etiam *Gomez Leon. deciſ. 7.* & ideò tem-
pus hoc ſufficeret ad præſcribendum,
nec acquiritur talis ſeruitus, niſi à die
prohibitionis, ac multoties ſupra repli-
catum eſt: quia eſt de his, quæ ſunt meræ
facultatis.

5 Secundò limitatur regula, quoties per
ſtatutum, vel conſuetudinem eſſet intro-
ducta ſeruitus ædificandi, certo modo,
nempè, ne poſſit quis ædificare ſupra
certam menſuram: tunc enim vltra ædi-
ficare non licet (vt dicitur adeſſe Floren-
tiæ) ita *gloſ. in l. 1. C. de ædific. priuat. gloſ.*
& DD. in l. qui fluminibus ff. de ſeruitut.
vrban. prædior. Capoll. in eod. tit. cap. 29.
quos probat *Surd. d. conſ. 17. ſub num. 18.*
tenent etiam *Boer. deciſ. 125. Gail d. obſer-*
uat. 69. Tepat. vbi ſup. in 2. limit.

6 Tertiò limitatur quoties ædificium
quis faceret ad æmulationes alterius, vt
poſt alios notat *Tepat. loco cit. in 3. limit.*
quę æmulatio in dubio non præſumitur,
vt patet ex dictis *q. præced. Tuſch. d. concl.*
36. num. 10. 15. & ſeqq. Quartò limitatur
7 quando aliquis emerit partem domus
ab eo, qui in alia domus parte non ven-
dita habebat in muro feneſtras, quæ re-
ſpiciebant in aerem vicinarum ædium
venditarum, nam venditio intelligitur
facta ex quadam ſaltem congruẽtia cum
iure ſeruitutis, ne ſaltem in totum offi-
ciatur luminibus domus vicinæ, vt poſt
Bart. & alios probat *Theſaur. d. deciſ. 216.*
vbi ſic deciſum refert in illo Senatu; pro-
bat etiam *Rimin. iun. conſ. 421. lib. 4. Bur-*
ſat. conſ. 57. nu. 12. & in l. in vendendo ff. de
contrah. empt. faciunt dicta per *Surd. d.*
conſ. 17. & 27. & patet ex dictis *q. præced.*
& ſic intelligitur limitatio, quoties in
tòtum officeretur luminibus vicinæ do-
mus. Secus ſi tantum tolleretur gratior
aſpectus, vt etiam inferius dicetur.

8 Dico ſecundò dari etiam ſeruitutem
altius tollendi, & eſt, quando aliquis re-
portaret commoditatem ex altitudine
ædificij alterius, vt eſt, quia repararet vẽ-
tum, ne ſuam domum deuaſtaret, vel do-
mui ſuæ faceret vmbram, vt euenire ſo-
let in loco, vbi non eſt ita gratum conti-
nuò habere Solem, ſeu à Solis radijs per-
cuti iuxta *tex. in l. 2. ff. de ſeruitut. l. ſi ar-*
borẽ ff. de ſeruit. vrban prædior. poſt alios
Cæpoll. de ſeruit. vrban. prædior. cap. 26.
Oinot. in d. §. prædiorum nu. 18. qui ponunt
alia exempla talis ſeruitutis. Hæc tamen
ſeruitus eſt affirmatiua, quia affirmat ali-
quẽ eſſe aſtrictum iure ſeruitutis domos
ſuàs altius tollere, multoties ad propriũ
præiudicium, & ad aliorum commodi-
tatem.

10 Dico tertiò ſeruitus, ne luminibus of-
ficiatur, eſt quando aliquis, exiſtens in
propria domo, vel camera, poteſt cœlum
videre, etiam ſi caput extra feneſtras non
emittat, & habens hanc ſeruitutem non
ſolum prohibetur ædificare, ne vicinos
cęlum non videãt, ſed etiam, ne minuan-
tur lumina domus vicini, & obſcuriora
fiant *l. luminum in fin. ff. eod.* poſt alios
Cæpoll. d. cap. 35. & 36. Oinoton. in d. §. præ-
dior. n. 22. & 23. qui plura tradunt de hac
ſeruitute, qui videri poſſunt: hoc tamen
11 annotato, quod, habens partem ſuperio-
rem domus, in qua ſit pôticellus, vel pro-
tectum, non poteſt ſuper dicto ponticel-
lo pannos, aliaue linteamina oſtendere
in partem inferiorem, vſq; ad illam me-
tam, ſeu partem, qua obſcurentur lumina
domus inferioris, bènè tamen poteſt ad
libitum extendere in parte ſuperiori *l. 1.*
§. pen. vbi gloſ. ff. de ſeruitut. poſt alios
Capoll. de ſeruit. vrban. prædior. cap. 61. tit.

de

de Mænianis num. 5. quem ſequitur Surd. conſ. 137. ſub. num. 15.

12 Poſtremò quod attinet ad ſeruitutem proſpectus, ſeruitus hæc dupliciter deberi poteſt primo vt quis habeat proſpectũ & qui illi debet hanc ſeruitutem, non poteſt quicquã facere, quod ad gratiorẽ, & liberum proſpectum illius noceat. *l. inter ſeruitutes cum l. ſeq. ff. de ſeruit. vrban. prędior. Azon. & alij, quos probat Capoll. vbi ſupra cap. 34. Gomez Leon. deciſ. 43. quem probat Tepat. dicto tit. de ſeruit. vrban. prędior in antiquis fol. 308. col. 1. §. 1.* Alio modo debetur hæc ſeruitus, ne proſpectui vicinæ domus officiatur; & tunc nihil etiam fieri poteſt per quod quouis modo officiatur ad dictum gratiorem, & liberum proſpectum domus vicinæ, tamſi vicinus cælum videret, quam ſi viridaria, & ſic de alijs, vt in dicta *l. inter ſeruitutes cum alijs cumulatis per Capoll. vbi ſupra cap. 33. Oinotom. in dicto §. prædior. num. 26. & 27.* qui alios cumulant, & plura de prædicta ſeruitute tractant, qui videri poſſunt pro reliquis.

S V M M A R I V M.

1 *Stillicidium quid ſignificat.*
2 *Stillicidium tripliciter ſumitur.*
3 *Stillicidij ſeruitus auertendi, quenã ſit.*
4 *Seruit. ſtillicidij, qualiter ea vti debeat.*
5 *Seruitutem ſtillicidij non habens, qualiter poſſit aquam auertere, ne vicino noceat, & quid exiſtente conſuetudine num. 6.*
7 *Seruitus negatiua non auertendi ſtillicidium, quenam ſit.*
8 *Vicinus debens ſeruitutem ſtillicidij ad que tenetur.*

Q V Æ S T. X V I I I.

DEcimo octauò quæro. Quid ſit ſeruitus ſtillicidij auertendi, vel diuertendi, ne alijs vicinis noceat? *Debis agit. Capoll. de ſeruit. vrban. præd. cap. 28. & 29. cap. 41.* Stillicidium ſignificat idem, quod tectum. *l. 1. ff. de ſeruit. vrban. prædior.* & tectum dicitur à tegendo, quia domum tegit, & conſequenter appellatione tecti, ſiue ſtillicidij, venit omne illud, per quod domus, ſiue ædificium ſequitur, & aqua pluuialis ſtillat ſiue tegule ſint ex lateribus coctis, ſiue ex incraſtatione quæ Neapoli vocãtur aſtrica. ſiue ex aliæ quauis materia; vt ex pluribus notat *Capoll. in dicto cap. 41.* & ſic vocatur à tegendo, vt dictũ eſt, & ſtillicidium quia ſtillat. *l. Seruitutes §. ſtillicidia ff. de ſeruit. Vrban. prędior. Capoll. dicto cap. 28. num. 1.* vbi notat ſtillicidium tribus ſumi modis. Primò vt dictum eſt, ſecundò pro domo, cui hęc ſeruitus debetur, & tertiò pro ipſa ſeruitute ſtillicidij auertendi, vel non auertendi; & ita ſumitur in materia ſeruitutis.

3 Hoc explicato, dico primò ſeruitutem ſtillicidij auertendi eſſe ius quoddam, quo mediãte poteſt quis à tecto domus ſuæ auertere, ſeu deriuare aquam pluuialem in aream, vel tectum domus vicini. *§. prędior. Vrbanorum in fin. iunct. gloſ. inſtit. de ſeruit. l. 2. ff. de ſeruit. Vrbanor. prędior. cum alijs cumulatis per Capoll. dicto*
4 *cap. 28. & per Ioan. Oinotom. in dicto §. prędiorum:* & hoc notant communiter. Debet tñ habens hanc ſeruitutem, illa vti ſecũdũ formam, & modum, quo illam habet, & vt non faciat illam duriorem; quia minus leuiorem facere poſſit, vt ſi per duos pedes extendatur, nõ poteſt illa vlterius vti; poteſt tñ illã reſtringere, ſicut è contra domus ſoli, vel domus debentis ſeruitutem non poteſt aliquid facere (nẽpe Dominus domus in loco debitæ ſeruitutis ſtillicidij, per quod fiat aliquod præiudicium dictæ ſeruituti. *l. ſeruitutes §. ſtillicidiũ, & §. fin. ff. de ſeruitutib. Vrban prędior. Capoll. dicto cap. 28. num. 3. & ſeqq. Oinotom. in dicto §. prædior. num. 11. & ſeqq. latiſſime Francis. Marc. in 1. par. deciſ. 299. præcipuè num. 5. cum ſeqq.*

5 Dico ſecundo qui ſeruitutem hanc non habet, non poſſet aquam auertere in domũ, vel aream vicini, ſed poteſt compelli apponere canalia in muro domus ſuę, vt canalia prædicta recipiant à ſuo tecto dictam aquam pluuialem, & illam ad viam publicam, vel ad aliũ locum, vbi nemini noceat, perducãt. *ita Pauli de Caſtr. in. l. 2. ff. de ſeruitut Vrban. prędior. poſt alios Capoll. dicto cap. 28. n. 2. Oinot. loco citato num. 10. Surd. conſ. 137. num. 4. & num. 11. §. non obſtat igitur.* niſi tamen adeſſet conſuetudo in contrarium quam illa ſeruari deberet, vt optimè, poſt alios notant. *Capoll. dicto cap. 28. & cap. 41. n. num. 2. Onitom. dicto num. 10. cum ſeqq.* qui videri poſſunt pro reliquis circa hanc ſeruitutem.

7 Dico tertiò ſeruitutem negatiuam non auertendi ſtillicium eſſe per contrarium nẽpe, quãdo Dñs ædificij nõ poteſt auertere ſtillicidium domus ſuæ, cadens in domum, vel aream meam, ex quo illa aqua mihi defetuit, vt habetur in *dicta l. ſeruitutum* & poſt alios notat. *Capoll.*

modo, videlicet iuxta potentiąm parie-
tis,vt parietem illum non devaſtet, nec
faciem muri,quæ eſt à parte vicini, quia
hoc nullo modo ædificanti permittitur,
vt habetur.*in ditta Conſuet. Et ſi ex latere*
§. poteſt tamen vicinus vbi Napod. n. 22.
7 *cum ſeqq.& dixi ſupra queſtione*
num. Hoc tamen non venit iu-
re ſeruitutis, ſed quia vicinus tenetur in
tali caſu communicare parietem cũ alio
vicino,ædificare volẽti,& talis ædificans
tenetur Domino parietis ſoluere prætiũ
medietatis eiuſdem parietis:ſi enim præ-
tium prædictum ſoluere nequit, poteſt:
prohiberi à domino parietis,ne ædificet
& ideò hec conſuetudo introduxit,quod
dominus parietis cogatur vẽdere medie-
tatem perietis vicino , vt in illum parie-
tem immittat tigna domus ſuæ , & alia
onera,vt dictum eſt prout hæc omnia ibi
explicat Napodan.ditto num.27.& n. 26.
8 Non tamen ſemper pretium medieta-
tis totius parietis'ſed tunc tantum,quan
do toto illo pariete vti uellet: & ideò,ſi
non vtitur totò illo pariete, tenetur pro
pa rte ſoluere pretium parietis , nempe,
menſurando parietem à fundamentis vſ-
que ad locum, inquo edificãs appodiat
domum ſuam,vel parietem immittit, vt
habetur claris verbis in *Conſuet. & vbi-*
cunque,vt pro ex parte,quam commodũ
habet,prætinm ſoluat; quod ſatis ratio-
9 nabile eſt , & patet ad ſenſum,ſi tamen
fiat ſuper muro comuni,& alter vti nelit
muro preditto ſecũdũ ius comune debe-
ret ſoluere partẽ totius muri,vt poſt alios
notat.*Capoll. de ſeruit. Vrban.præd. cap.*
10 *40. n.31.Coſt.derata,& portion. queſt.*50.
Et hinc eſt ſecũdũ noſtras Cõſuetudines,
ꝙ ſi aliquis recumbat ſuum ædificiũ ad
perietem vicini , tamen in onere ipſius
parietis , vt quia in ipſum parietem nec
tigna immittantur,nec aliqua alia mate-
ria,nec ſuper illo appodiatur, ſed ſolùm
ponuntur capita tegularum,vel lacertum
aſtrici ædificij faciendi:tunc in hoc caſu
dominus noui ædificij tenetur ſolùm ſol-
uere domino præ ditto quartam partem
predii pretij dicti parietis , & etiam ſo-
li,vt habetur hic in *Conſuet. ſed recum-*
bat.Vbi Napod. n. 28.rationem aſſignat ;
11 quod licèt non imponatur onus in ditto
pariete,tamen eſcauatur murus aliquan-
tulum,vt preditta Capita tægularum,& la
certum aſtrici(hoc eſt ſuperior,& fortior
pars aſtrici,quæ vocatur lacertum aſtrici
) melius applicentur , & coniungantur
cum ditto muro;& ſic dominus muri eli
quam incommoditatem habet,& domi-
nus noui ædificij recepit comodum ,
& ſecundũ naturalẽ rõnẽ,eſt quod pro il-
la parte ſoluet talem eſtmationem,ſecun
dum appretium expertorum, vt poſt ali-
os latiſſimè probat.*Surd.conſ.433.vol.3.*
Plus probat. *Napod. loco citato n. 29.*
ex tex.in l.ſi fiſtulæ ff.de ſeruit.Vrban.præ-
dior.& alijs,quod ſi ex tali vnione ædifi-
cij corrumperetur ipſe paries,ut quia in
dicto muro,dominus noui ædificij face-
ret receptaculum aquæ, vel caminum ,
per quem ignis aſcenderet, adeò vt eſſet
timor,ne murus corroderetur, vel aliud
damnum timeretur; tunc dominus noui
ædificij deberet dare cautionem de dam
no infecto , de reficiendo omne damnũ,
quod ex tali vnione ædificij poſſet re-
ſultare domino dicti parietis latiſſime.
Capoll. de ſeruit. Vrban. prædior cap. 49
num.4.cap.51.toto.cap.52.& alibi,vbi,ex
pluribus probat,quod ſi fiſtulæ ſiue cana-
lia fornax, balneus,&c. noceant parieti
vicino, vel ẽt comuni nullo modo talia
fieri poſsũt in ditto pariete,quod magis
explicatur quæſt.ſeq.

S V M M A R I M V.

1 *Seruitus tigni imittendi quæ nam ſit.*
2 *Nemo poteſt imittere tignum in parietẽ*
vicini, niſi ſeruitus fuerit impoſita.
3 *Appellatione tigni quid veniat,& quid*
vbi eſt facta mentio di vineis n. 4.
5 *Tignum imittere de iure comuni,quãdo*
dicatur, & licitum erit.
6 *Tignum imittere in alienum parietem,*
ſi dãnum afferre poſſit, vel nõ quãdo
non eſſet determinatum,relictum eſt
iudicis arbitrio.

Q V Æ S T. XX.

1 Vigeſimo quæro, Quid ſit ſeruitus
tigni immittendi ? Seruitus hæc
eſt ius quoddam immittendi ti-
gnum in parietẽ vicini.vt. *Colligitur ex*
tex.in §.prædiorum.vrban.vbi Oinotom.n.
6.inſt.de ſeruit.Vrban.prædior. cap. 30.&
2 *cap. 57.* & ideò neceſſaria eſt ſeruitus ,
quia regulariter nemo poteſt immittere
tignum in paritem vicini , niſi ſeruitus
fuerit impoſita. *l. quemadmodum*, & pro
inde;ſi immittetur ſine licentia domini
parietis,poteſt ille tignum illud propria
auctoritate auferre,*vt in d. §.ſi protectũ*
vbi gloſ.& DD.Capoll.ditto cap.30.num.
3.& 8.Oinotom.ditto num.6.ſed hoc decla-
*rat Capoll.ditto num.8.& ſeqq.*vbi plures

caſus diſtinguit, quos omitto: quod pro cedit de iure comuni; ſed regulariter ſtãdum eſt loci conſuetudini, vt dictum eſt; & quia in hac materia, eſt ſpecialiter prouiſum per noſtras Cõſuetudines, ideò pro quæſtionibus cõcernẽtibus hanc materiã tigni iniũct. ſecũdum Ius comune, mitto lectoré ad dicta per *Cæpoll. d. cap.* 30. *& d. cap.* 57.

3 Illud ſolùm notandum eſt, quòd licèt appellatione tigni veniat omnis materia ex quæ fiunt ædificia, vt calx, arena cæ-
4 menta, trabes, & ſic de alijs *l. 1. §. tigni ff. de tign. iniunct. l. tigni appellatione ff. de verb. & rẽr. ſignif.* & quando de tignis fieret mẽtio in vineis, tũc tigni appellatione veniut omnia, quæ vineis neceſſararia sũt vt puta perticæ, pali, pedamẽta, & ſic de alijs. *vt in l. 1. in fin. ff. de tign. iniunct. l. pali, ff. de leg. 3. Cæpoll. ditto cap. 3. n. 1. Attamen* in hac materia ſeruitutis ſumitur tignũ pro trabibus immiſsis in alienum parietem, vt poſt alios notat Oinotom. ditto n. 6. Quid autẽ ſeruandũ ſit ſecũdum no-
5 ſtras Cõſuetudines, patet ex dictis queſt. preced. ſed de iure cõi regulariter non licet immittere tignum, niſi murus ad hunc effetum eſſet deſtinatus, & ex immiſsione tigni alieni in illum parietem dominus eiuſdem parietis nullum haberet damnum: tunc enim non eſt prohibita immiſsio tigni in parietem vicini: *l. ſi continues edes ff. commun. diuidun l. quidam Hiberus §. parietem vbi glos ff. de ſeruit. Vrban prædior. Cæpoll. loco cit. cap. 54. ſub. num. 4. Menoch. lib. 2. de arbitr. Iudic. caſ.* 157. Qui etiam probat quod dum non eſt
6 determinatũ de iure, quãdo illa immiſsio tigni in alienum parietem afferat damnũ vicino, idcirco relinquitur hoc arbitrio Iudicis, & expertorum, qui ex qualitate parietis loci, ac tigni, & etiam ex qualitate, & quantitate oneris ferendi iudicare debent, ſi id noceat, vel non noceat vicino, ex regula. *tex. in l. 1. §. fin. ff. de iur. deliber. & de alijs.* quod pluries ſuperius notatum eſt.

S V M M A A I V M.

1 *Murum eſſe communẽ dupliciter probatur.*
2 *Communia muri qualiter probetur.*
3 *Parses comunis producto qualiter cognoſcatur.*
4 *Probatio ex vna parte quod murus ſit co mis aneo cludat.*
Comune vt ſit propriũ multipliciter dicitur.
6 *Murus comunis ſit indiget reparatione comuni ex penſa refici debet.*
7 *Refectio domus quo pluca habet ſolaria & plures eſſent domini qualiter fieri debeat.*
8 *Reficere quid ſit.*
9 *Aſtrica ſolariorum inferiorum quãdo eſſe pluresdominint qualiter refici debeant.*
10 *Domis ſolarij inferioris cunc eius rata contribuere tenetur, & cogi poſſit per officium iuditis.*
11 *Regna imittere ſi vellet ſocij in parint seu communem tunc poſſent quãdo ad id eſſet deſtinatus ſecus e contra num. 12.*
13 *Murus deſtinatus ad vnum vſum nequit illius vſus in pre iudicium alterius mutari.*
14 *Epiſt debẽt ſecum adducere vel giotos vt videant loca ſi ſint anta ad onera ferenda.*
15 *Socius non poteſt imponere ſeruitutem in re comuni in aliorum ſociorũ pre iudicium.*
16 *Socius nequit rẽ cõmunẽ facere deterio rem in preiudicium ſociorum.*
17 *Socius in muro cõmuni pro indiuiſo an poſſit imparato ſua ſeruitutem impone ro inuito ſocio*
18 *Teſtator ſi tuſſerit imponi ſerui tutem in boris ſuis an inuc heres imponere poſſit ſine alijs.*
19 *Socius an poſſit facere canalem in muro comuni, & quando.*

Q V Æ S T. X X I.

Vigeſimò quero, iu an murũ comunẽ poſsit ſocius mittere tignum, vel aliud non in illo muro apponere?
1 Pro hac quen dice primo murum eſſe come probari dupliciter vno modo pro indiuiſo, & alio modo pro diuiſo, vt latiſsime droſequuntur. *Cæpoll. de ſeruit. Vrbãn. prædi or. cap. 40. num. 11. Surp. conſ.* 126. *Mat. ad conſuet. Panhorm. cap.* 29. *num.* 20. *& ſeqq.* qui alios citant Partes eſt cõmis pro indiuiſo, vel per ſocietatem, & conionem expreſſam, quia ex aliqua conuentione id appareat, & dolor dubitari non poſt nam hec probat. *tex. in l. cum duobus §. idem Mela ff. pro ſocio*: & hoc omnes

Digitized by Google

omnes ſciunt, nec poteſt in controuerſiã venire, ſi ſocietas, ſiue communio fuiſſet contracta ab illis, qui re vera erant Domini bonorum ſuorum, & ſine aliquo impedimento poterant bona ſua alienare; alias ſecùs. Dicitur etiam paries cõmunis pro indiuiſo ex tacita ſocietate, ſiue communione, vt ſi murus reperiatur poſitus in confinio vtriuſque domus ſiue per vtrunque Dominum fuerit aliquid immiſſum in dictum parietem, vnus nempe, immittat tignum vſq; ad medietatem parietis, & alius vſq; ad aliam medietatem; ſiue nihil penitus immiſſum fuerit; nam paries hic ex naturali ratione dicitur communis, *l. parietem. ff. de ſeruit. Vrban. præd. gloſ. Bart. & Angel. quos probat Cæpoll. d. cap. 40. nu. 11. Corn. Socin. Pariſ. de Put. & alij quos probat Surd. d. conſ. 126. num. 6. poſt Grammat. Theſaur. decis. 23. num. 2. & deciſ. 219. num. 2.* nam tigni immiſſio in alienum parietem potius communionem arguit, quam ſeruitutem. *Alex. Iaſ. Soccin. & Boer. quos probat Tuſc. in verb. ædificare. concluſ. 37. 38. & 41.*

2 Communió prædicta probatur etiam ex alijs ſignis, & coniecturis, quarum plures poſt alios referunt *Capoll. d. num. 11. cum ſeqq. Surd. d. conſ. 126. num. 7. cum ſeq. Theſaur. d. deciſ. 219.* ſed remittuntur iudicio expertorum, vt ſunt fabricatores, habentes artem murariam, ſiue cæmentariam, vt ſolent eſſe quidam lapides affixi feneſtrellæ, & ſic de alijs, vt notant præcitati Auctores.

3 Paries dicitur cõmunis pro diuiſo, quoties apparet vſq; ad quam partem murus ſit vnius, & vſque ad quam ſit alterius vicini. *l. ſi quis fundum. vbi gloſ. ff. de acquir poſſ. Bart. & Angel. quos probat Capoll. d. cap. 40. num. 12. Boer. conſ. 5. Surd. d. conſ. 126. num. 12. & ſeqq.* qui etiam probat,
4 quod, dum pro vna parte probatum fuit murum eſſe communem, illa probatio concludit, quòad totum murum, *vt etiam probat Theſaur. d. deciſ. 219. vbi in fin.* ſic deciſum refert in illo Senatu; itaq; quod commune eſt, dicitur etiam proprium, &
5 ſic proprium dicitur ſex modis. Primò ratione proprietatis. Secundò ratione vſufructus. Tertiò ratione opinionis, vt eſt bonæ fidei poſſeſſor. Quartò ratione communionis. Quintò ratione vſus, ſeu habitationis, quam quis habet in aliqua domo. Et ſextò ratione adminiſtrationis, vt eſt tutor, & quilibet alius adminiſtrator bonorum, & his ſex modis ſumitur domus ſua propria in materia noſtrarum Conſuetudinum, vt per *Napod. in conſuet. non licet. num. 10. fol. 369.* vbi etiam addit, vt etiam dicatur aliquid ratione Iuriſdictionis, quam aliquis habet in illo loco; de qua materia dixi in proæm. 9.

6 *D*ico ſecundò ſi murus communis indigeat reparatione, refici debet, expenſis communibus ſociorum, & nolens cõtribuere ad id cogitur ea actione, qua probatur, parietem eſſe communem, nẽpe, vel actione pro ſocio, vel iudicio familiæ erciſcundæ, vel communi diuidũdo, vt ſi ſint ſocij, vel hæredes, vel ſint fratres, viuentes in communi, *vt latiſſimè probat Capol. de ſeruit. vrban. præd. cap. 59. præcipuè num. 5. cum ſeqq.* & idem procederet ſecundam noſtras Cõſuetudines vbi non inuenitur tradita alia forma, pro
7 ut eſt, quando reficitur domus, quæ plura habet ſolaria, & eorum plures ſint Domini; nam in hac refectione Conſuetudines dant ſequentem formam, quia ſi tectum, vel aſtricum ſuperius indigeat reparatione, refici debet expenſis communibus omnium dominorum, vt habetur *in Conſuet. ſi domus in tit. de collat. expenſ. in domo commun. faciend. fol. 370. vbi Piſanel. poſt Barthol. de Capua,* aſſignat rationem; quia; dum tectum, vel aſtrictum ſuperius eſt ſanum, omnes Domini ſolariorũ, inferiorũ ſentiunt vtilitatem, aliter enim aqua paulatim caderet vſq; ad vltimum ſolarium, & ſic deuaſtaret omnia aſtrica aliorum, & conſequenter dum omnes habent vtilitatem ex tali refectione, omnes debent contribuere pro æquali portione, & nolentes contribuere, poſſunt cogi per ſententiam Iudicis, vel vt contribuerãt, pro eorum, rata, & portione, vel relinquere ędificium Domino reficienti, vt latiſſimè poſt alios probat *Capol. d. cap. 59. nu. 8. & 9: Bero, conſ. 131. Cùm ſuper quodam nu. 8. lib. 3. quam probat Tuſch. in verb. ædificare concl. 37. num. 16. 25. & ſeqq. Et licet Magon, in deciſ. Florent. 136. quem probat Tepat. lib. 2. tit. communi diuidun. fol. 286. col. 3. §. domum habens,* teneat, quod Dominus ſolaris Superioris reficere debeat ipſum ſolarium ſuis propriis expenſis, id tantum intelligi debet, quando culpa ſua ſolarium indigeret refectione, quam diſputationem omitto, quia deciſum eſt, per noſtras Conſuetudines, qui omnes debeant cõtribuere, quod etiam locum habet, ſi in ſolario ſuperiori adeſſet tectum indigens reparatione, & Dominus illius ſolarij vellet mutare tectum in aſtricum, tenerentur Domini ſolariorũ inferiorum contribuere, non iam ad omnes expenſas, factas in dicto aſtri-

co

8 co (quia reficere nō eſt nouā formā indu
cere,& veterē mutare, ſed reducere rem
ad ſtatum priſtinū *l.3.§.reficere ff.de itin.
actuq; priuat.* ſed tenentur ad eas expen-
ſas, quæ factæ fuiſſent, ſi tectum illud re-
ficeretur, & ſic quantum ille contigiſſet
de refectiòne, tantum conferat in dicta
noua conſtructione, quia in effectu tan-
tundem confert, nec refert, quod fiat
per æquipollens, ita *Napod. in d.Conſuet.
ſi domus num.2.* conferunt dicta *per Cæ-
poll.d.cap.59.ſub num.5. & num. 6.* quod
eſt clarum, quia non tenentur ſolum ad
id, quod in dicta noua forma fuit expen-
ſum,& domus melior facta fuit ſed tenē-
tur ſolum ad id, & id tantum ſoluunt,
quod neceſſariò reparandum erat, *l.cum
duobus.§. idem reſpondit.ff.pro ſocio.l. ſi vt
proponis.C.de ædific.priuat.*
9 Hinc patet, quod ſi aſtrica ſolatiorum
eſſent reficienda, refici deberent,expen-
ſis illius Domini, cuius eſt ſolarium, vt
notant prædicti DD. & habetur expreſsè
*in d.Conſuet.ſi domus in fin.*quod intelli-
gitur, quoties eſſet aſtricum inferioris
ſolarij, vel etiam medij, & culpa Domi-
ni illius ſolarij aſtricum fuiſſet deuaſta-
tum; ſed ſi eſſet aſtricum ſolarij medij,
quod per ſe, nempè ratione vetuſtatis in-
digeret reparatione, teneretur Dominus
ſolarij inferioris pro eius rata contribue-
re, ex eadem ratione, quia recipit vtili-
tatem, & commodum ex dicta refectio-
10 ne, & ad id cogi poſſit per officium Iu-
dicis in ſubſidium,vel per actionem,qua
ædificium eſt commune, vt in principio
huius ſecundi dicti notatum eſt.
11 Dico tertio, ſi in parietem communem
vellent ſocij immittere tigna, poſſent ſo-
cij id facere, ſi paries ad hunc vſum de-
ſtinatus eſſet, alias ſecùs. Hoc dictum
probatur, & explicatur ſimul, & quoad
primam partem eſt per ſe manifeſtum,
quia dum paries ad illum vſum eſt deſti-
natus, iam omnes ſocij actionem habēt,
& ius immittendi tigna ſine ſolutione ali
qua expenſarum: hoc enim ſingulis ſo-
cijs competit ratione communionis,dū-
modo id fiat ſine damno muris commu-
nis, nempè, vt ciuili modo id fiat, tam
reſpectu dicti, ad quem murus eſt de-
ſtinatus, quàm reſpectu oneris, vt poſſit
murus illud onus ſuſtinere, vt dixi ſupra
*poſt Bald.Caſtren. Alex. Cæpoll. Burſat. &
& alios explicat Tuſch.in d.verb.ædificare.
litt.E.concl.37.tot.probat Theſaur.deciſ.41.
Surd.conſ.231.vol.2.conſ. 387. vol.3,* ali-
qua etiam ponit *Mut.cap.42.ſic etiam Te
pat.in d.lib.2.in tit.de ſocietatib.*
12 Secunda pars probatur; quia ſi murus
non eſſet deſtinatus ad illum vſum, ſed
ad diuidendos hortos, curias, ſiue do-
mos. non poſſet ſocius in murum prædi-
ctum aliquid aliud facere, nec alterare
primum vſum, ad quem murus primo lo
co fuit deſtinatus: & ſic ſolùm manebit
pro diuiſione inter hortos, curias, ſiue
domos, ne per talem mutationem, vel
alterationem noui vſus hortus, area, vel
domus aliorum vicinorum fierent dete-
rioris conditionis, *ita poſt gloſ.in l. Sabi
nus.ff.commun.diuidun.& Fulgoſium pro-
bat Cæpoll.d.cap.40.ſub num.33.§.ſecundū
huius quęſtionis eſt, & cap.62. tit. de fene-
ſtra num.5.in fin. & poſt ipſum Caſtrenſ.
Iaſ.Boer.Burſat.& Riminald.probat Tuſc.
d.concluſ.37.num.7.cum ſeqq.Probat etiam
Conſiliar.de Bottis hic in Conſuet. & ſi ex
latere.ſub num. 27. fol. 359. in addit. incip.
ego intelligerem.*& eſt per ſe manifeſtum;
13 quia dum paries eſt deſtinatus ad vnum
vſum, non poteſt vſus mutari, in præiu-
dicium alterius; *& Cæpol.loc.cit,* hoc di-
cit valde notandum, quia quotidie ſuc-
cedit, prout annis elapſis ſucceſſit inter
quaſdam moniales, & dū enim inter eas
adeſſet differentia, requiſitus ego, & alij
14 ab illarum Antiſtite, (poſſunt enim Epi-
ſcopi ſecum adducere Religioſos, vt ta-
lia loca videant; & hoc ad minus per
per modum viſitationis, & ex omni alio
iuris remedio, vt rectè remedia conue-
nientia adhibeant) acceſſimus ad dictum
locum, & eo viſo, & conſiderata parie-
tis antiquitate, & inſpecto, quod ſi ad
alium vſum mutaretur paries, quàm pro
dicta diuiſione Iardenorum, ſeu Poma-
riorum moniales vnius Monaſterij alio
includerentur ſepulcro, ſiue tumulo,
præter ordinariam clauſuram,ex quo pri
uabantur lumine, tollebatur ab illis aſpe
ctus ſolis, & continuò in aqua, & humi-
ditate viuerent, reſpondi non licere mu
tari vſum, & vt factum ædificium ex
parte aliarum monialium reduceretur,
ad illam formam, quod murus ille anti-
quus remaneret pro diuiſione, & quod
in ædificio facto illæ moniales non habe-
rent aſpectum ſupra Monaſterium alia-
rum monialium, ad hoc vt tollerentur
diſſidia, & vtrique parti eſſet conſultum,
& ſic executum fuit: Quę prouiſio funda
batur in æquitate, ne ædificia facta deua-
ſtarentur; quia ex Iuris rigore deuaſtari
debebat dictum nouum ædificium, dum
illæ moniales contra diſpoſitionem Iu-
ris, & repugnantibus, & contradicenti-
bus monialibus alterius Monaſterij mu-
tauerunt primum vſum muri diuiſorij,
quod nullo modo facere poterant, vt
ex

ex dictis cernitur.

15 Dico quartò in muro, vel re alia com
muni non poſſe vnum ex ſocijs impone-
re ſeruitutem in aliorum ſociorum præ-
iudicium, poſſe tamen in illorum vtilita-
tem ſeruitutem acquirere. Hoc dictum
eſt clarum, & ratione manifeſta probatur,
16 quia ſocius non poteſt rem communem
facere deteriorem in aliorum ſocio-
rum præiudicium, meliorem tamen
facere poteſt, *l. 2. ff. de ſeruit, l. per fundum.
& l. vnus ex ſocijs ff. de ſeruit. ruſtic. præd.
cum alijs cumulatis per Surd. deciſ. 168. &
conſ. 231. per tot. vol. 2. & conſ. 387. volu. 3.*
vbi etiã probat, quod ſi vnus ex ſocijs fe-
neſtram fecerit in muro communi ſine
expreſſa licentia aliorum ſociorum, non
fuit inducta ſeruitus, quamuis illi ſocij
non contradixerunt; imò nec poteſt vnus
ſocius ſeruitutem remittere in præiudi-
cium aliorum *l. ũnus ex ſocijs. verſ. & ideo*
17 *ff. de ſeruit. ruſticor. prædior.* tamen ſi mu-
rus eſſet communis pro indiniſo, poſſet
vnus ex ſocijs in parte ſua, etiam inuito
ſocio, ſeruitutem imponere; quia in par-
te ſua tantum illam imponit, *l. ad certam
ff. de ſeruit. poſt alios Surd d. conſ. 231. num.
20. vnde Gomez. tom. 2. variar, reſol. cap. 10,
num. 19.* vbi etiam teſtatur ex communi,
18 quod ſi teſtator iuſſerit imponi ſeruitu-
tem in bonis ſuis, non poteſt vnus hæ-
res ſeruitutem imponere ſine alijs, quia
omnes hæredes audiri debent in tali im-
poſitione, tum vt videant modum, quo
teſtator ſeruitutem reliquit, tum etiam,
vt imponatur ſeruitus (ſi imponi debe-
ret) in illa parte, quæ minus nocet. Eſt
tamen notandum, quod in muro commu
19 ni poſſet vnus ſocius facere canalem, dũ-
modo alter ſocio id non noceat, & mu-
rus non fiat deterior, vt ex multis *poſt
Franciſ. Marc. deciſ. 447. probat Tepat. in
d. tit. commun. diuidun. fol. 285. col. 2. ad quẽ
mitto lectorem.*

SVMMARIVM.

1 *Dominus poteſt fodere puteum, & ciſternam ſine lauello in ſuo ſolo propè fundum vicini, abſque præiudicio fundi vicini dimiſſo ſpatio, non tamen vbi ſeruitus debetur nu. 2.*

3 *Fouea putei, ſi fiat ſubtus terram qualiter eſſe debeat.*

4 *Habens ſeruitutem ſtillicidij domus ſuæ, an poſſit foueam putei facere in alieno prædio.*

5 *Dominus ſoli, ſeu parietis, an poſſit in eo cloacam facere, & alia prope murum vicini cum eius præiudicio.*

6 *Vicinus, an poſſit propè domum vicini artẽ fetidam exercere ex qua malus odor ſurgit.*

7 *Habens domum propè littus maris, an poſſit prohibere homines, ne ibi ſeceſſum habeant.*

8 *Ciuitates ſolent habere loca apta, vt homines tendant ad ſeceſſum neceſſarium.*

9 *Dñs domus Superioris cõqueri nõ poteſt aduerſus Dominum domus Inferioris, ſi faciat fumum ignis pro ſeruitio ſuæ familiæ, niſi fieret animo iniuriandi.*

10 *Dominus domus, nequit in ea tenere fenum, & ſimilia propè domum vicini, niſi quatenus ei ſufficiãt pro vſu ſuæ domus, ſecus tamen in hoſpicijs, & locis extra Ciuitatem num. 11.*

12 *Fenum teneri in via an poſſit;*

13 *Linum tenere in eius domo, quando non eſſet diſcuſſum in ſuſte, an poſſit, & quando.*

14 *Mercator an poſſit in eius domo paleam linum, & ligna retinere ex cauſa mercaturæ extra Ciuitatem, & quando.*

QVAEST. XXII.

Vigeſimoſecundò quæro, Qualiter cõ-
ſideretur ſeruitus reſpectu putei, clo-
cæ, & aliarum ſimilium rerum. Dico pri-
1 mò poſſe aliquem fodere puteum, ciſter-
nam, ſine lauellis in ſuo proprio ſolo
propè fundum vicini, nullo dimiſſo ſpa-
tio inter foſſam putei; & fundum vicini,
dummodo ex illa puteo nullum fiat præ-
iuditium fundo vicini, ita *ex text. in l. flu
minum. §. fin. ff. de dãn. infect. probat Capoll.
de ſeruit. vrban. prædior. cap. 45. ſub num.
3. vbi in fin. refert, ſe ita communiter vi-
diſſe obſeruari, & idem probat cap. 47. n. 7.*
Nec vrget *Tex. in l. fin. ff. de regund. quæ man
dat*, vt fodens foueam propè fundum vi-
cini, debeat relinquere tantum ſpatium,
quantum capit longitudo foueæ; quia
non loquitur, nec loqui poteſt, in pu-
teo, aliàs nulli liceret in ſuo ſolo ciſter-
nam facere: multoties enim profunditas
putei plus ſe extendit, quàm ſolum, in
quo

quo fit, & etiam ſolum vicini, & ſic pro-
puteo quis priuaretur ſolo, pprio, igitur
ille *Text.* loquitur in fouea, quæ ſtat tan
tum in ſuo ſimplici nomine, ſicuti non
eſt puteus, ciſterna, &c, & de materia
ipſius foueæ latè tractat, *Capoll. loc. cit.*
2 *cap.80.tit.de fouea.* Hoc tamen prouenit
ratione ſeruitutis, ſed ex illo vulgato axi
omate. quod tibi non nocet, & mihi pro-
deſt, eſt faciendum: & hac de cauſa at-
tenditur, ne fundo vicino fiat præiudi-
cium ne, ſcilicet, fouea fieret in ſolo vi-
cini, vel alio modo eſſet illi nocumentū:
nam licèt fouea putei fiat ſubtus terrã,
3 nihilominus ſicut ſolum vnius ſuper ter-
ram, debet eſſet liberum ſubtus terram,
vt habetur in *in d. l. altius, Capoll, d. cap.*
4 *45.tit.de pen.num.2.* Si tamen in alieno
prædio quis habere ſeruitutem ſtillicidij
domus ſuæ, poſſet in dicto loco. quate-
nus tamen ſe extendit ſeruitus ſtillicidij
facere foueam putei, *l.fin.§.fin.ff.de ſer-
uit.vrban.præd.cum alijs cumulatis per Ca
poll.loco cit.cap.65.tit.de neceſſario num.
4. vbi ſeipſum alibi citat.*
5 Dico ſecundò Dominum ſoli, vel pa-
rietis poſſe in ſuo ſolo, vel pariete cloa-
cam. ſiue neceſſarium facere etiam pro-
pè fundum vicini, dummodo nullum
fiat præiudicium vicino, etiam reſpectu
mali odoris, Hoc dictum quoad primam
eius partem, patet ex primo dicto, & per
eaſdem rationes illud probat *Capoll.d.c.
65.toto*, vbi ex multis hoc dictum pro-
bat. De malo odore etiam patet, quia
6 vicinus nec etiam artem exercere poteſt
iuxta domum vicini, vt fetor inde, ſiue
malus odor perueniat ad domũ vicini; nã
fouea neceſſarii ita, & taliter fieri debet,
& cum tali manu factura, quod eius fe-
tor, vel humor, ac putredo domui vici-
ni non noceat; nec puteo, vel alteri lo-
co vicini, vt poſt *Florian. & alios notat
Capoll.d.cap.65.nu.7. quem probat Surd.*
7 *conſ.137.ſub num. 10. vol.1.* ſic etiam ſi
aliquis haberet domum iuxta litus ma-
ris. poſſet prohibere non ſolum de die
(hoc enim fieri debet ad minus ſecundũ
decentiam, & honeſtatem) ſed etiam ne
noctis tempore accedant homines ad ſe-
ceſſum ad dictum litus maris iuxta do-
mum ipſius: licet enim litus maris regu-
lariter ſit commune, id tamen procedit,
quando aliquis in aliquo loco eiuſdem
litoris domum haberet, nam, dum do-
mum habet, reſpectu illius loci, ſicut præ
fertur alijs, ne illum habitare impediãt,
ita etiam eos prohibere poteſt, ne ipſum
minus ſanè, & quietè habitare faciãt; nã
talia ſtercora corrumpunt aerem, & ſic
quodam modo tollunt ſalubrem, & quie
tam habitationem illius, & ita fuiſſe de-
ciſum affirmat, *Par.de Put.in tract.de re-
integ. feudor.in cap. incip.miles habens fu
dum quaternatam. num. 33. fol.11. de quo
meminit Ioann. Bapt.de Thor.in compend.
deciſ.Neapol.in verb.* prohiberi an poſſit
per Dominum domus: ſed vt optimè ad-
uertit *Capoll.loc.cit.* in his ſtandum eſt lo
8 corum conſuetudini: ſolent enim ſingu-
læ Ciuitates habere loca particularia, &
diſtincta, ad quæ omnes cloacæ ſuam
mittunt materiam, ac homines tendunt
ad ſeceſſum: & quamuis ibi peſſimus ge
neretur fetor, de his vicini non poſſunt
conqueri tum etiam quia in aliquibus lo-
cis, præcipuè in partibus Apuleæ etiam
ſecus vias eiuſdem Ciuitatis ſolent huiuſ
modi materię proijci, & qui malum ſen
tiunt odorem; patientiam exercent: ſed
aſſuetis non fit paſſio, & ſi fit, non fit tan-
ta, vt ait Philoſoph. Sic etiam ſolent eſſe
determinata loca, in quibus exercentur
quædam artes, ex quibus malus etiam
naſcitur odor, nec tamen de hoc vicini
conqueri poſſunt, & proinde ſtatus con-
ſuetudini, Poſſent tamen vicini prohi-
bere, ne de nouo aliquis prædictas fœti-
das artes exercere incipiat in locis non
conſuetis, prout deciſum teſtatur *Io.*
Baptiſta de Toro in eius cõpendio deciſ.
Regni p. [illegible] verbo vicinus vbi plura ad
hoc congeſſit documenta pro huius ma-
teriæ exaratione:
9 Quod attinet ad fumum, ſi fieret cõ-
ſuetus ignis in domo inferiori pro vſu
familiæ dictæ domus, non poſſet *Domi-
no* ſolarij ſuperioris legitimè conqueri,
nec illum prohibere, quin ignem faciat:
ſecùs verò, ſi id fieret animo iniurian-
di Dominum ſuperioris domus; quia
prohiberi poteſt, *vt eſt tex. in l. ſi ſer-
uum. §. ſi fumum. ff. ad leg. Aquil. Ioan.
de Amic.conſ.104.num.4.Capoll.vbi ſupra
cap.53.qui plures cumulat. Mut. ad Con-
ſuet.Panhor. cap.42. num.63.*
10 Inſuper non poteſt quis in domo ſua,
vel in alio loco exiſtente propè domum
vicini fœnum, paleas, ac [illegible],
niſi quatenus ſufficiunt pro vſu ſuæ do-
mus, & ſuorũ animalium, & hoc ea ratio-
ne, quia de facili poſſet ignis accendi in
dictis rebus, & ſic graue damnum fieret vi
cinis, vt habetur in *in Conſuet. non licet
in tit. de facien. centimul. & paleis non te-
nend. in domo fol.368.vbi Napod.num.11
& 13. Afflict.in cap.poſt Natale.num.15.in
tit.de pac.tenend. & Vincent.de Franch.ita
deciſum refert per Magnam Curiam Vica-
ria, & confirmatum per Sacrum Conſiliũ*
in

in anno 155. ſe patrocinante in cauſa Fran-
ciſci Vulcani cum Proſpero eius fratre, vt
11 *habetur d. fol. 368. in fin.* Si tamen ali-
quis conduxiſſet hoſpitia, & locus con-
ductus eſſet extra muros Ciuitatis Nea-
polis, poſſet ad libitum ibi tenere fœnũ,
& paleas, ſic etiam ſi illas teneret in crip
lis, vel lamijs, vnde non poſſet vicinis
generari damnum aliquod, vt habetur
in d. tit. de faciend. contim. in Conſuet. in do-
mo conducta: fol. 369. vbi Napod. nu, 14.
12 & 15. & eadem ratione fœnum non poſ
ſet in via teneri, vt notat *Muta poſt alios*
d. cap. 42. num. 44. cum ſeqq. Quod euenit
propter timorem incendij, vt dictum eſt,
l. videamus in fin. ff. locat. gloſ. in l. fiſtulam
in fin. ff. de ſeruit. vrban: prędior. Afflict. &
Mut. locis citatis..
13 Si verò vellet aliquis in eius domo te-
nere linum non non diſcuſſum in fuſte,
non poſſet illud tenere, niſi illud tan-
tum, quod percepit ex eius prædijs, vt
habetur *in d. Conſuet. non licet. vbi Na-*
pod. num. 11. & 10. aſſignat rationem cir-
ca prædicta nempè, quod ideò palea, fæ-
num, & ligna in domo retinentur pro vſu
familiæ delup explicato, & non in plus,
14 quia palea, fœnum, & ligna retineri poſ
ſunt in Caſali, & ſic extra Ciuitatem,
ſi mercaturas aliquis faceret de rebus
prædictis: linum verò non ita ſecurè con-
ſeruatur extra Ciuitatem, & conſequen-
ter, totum, quod habet in eius prædijs
propriis, poteſt in domo propria tenere,
ſed linum, quod aliundè habet, non po
teſt: ligna verò, quia deſeruiunt pro vſu
eius, & familiæ, palea, & fœnum pro
vſu animalium, ſiue ex terris ſuis habeat,
ſiue aliunde, poteſt retinere, vt optimè
notat *Napod. loco citato.*

SVMMARIVM.

1 *Molendinum quod nam ſit:*
2 *Priſtini à Priſtino Domini, & quod ſunt.*
3 *Centimolum, quod nam dicatur.*
4 *Seruitus molendini, & ſimilium tripliciter conſideratur.*
5 *Quilibet in domo ſuo, vel ſolo furnũ facere, ac etiã molendinum, ſeu centimulum poteſt.*
6 *Præſcriptio an acquiratur contra eum qui per aliquos annos acceſſerit ad molendum in alieno molendino.*
7 *Vaſſalli an prohiberi poſſint, ne alibi accedant ad molendum, vel coquendũ panẽ licet baro haberet in conceſſione illa conſtruendi in eius terra.*
8 *Vaſſalli à Domino prohibiti accedere alibi ad molẽdũ, vel panem coquẽdi præſumuntur metu Domini feciſſe accedendi ad eius molendina, & furnos, quod limitatur, niſi expreſſè conſtaret in priuilegio de iure prohibendi num. 9.*
10 *Promiſſiones vaſſallorum factæ Domino accedendi ad eius molendina, & furnos ſunt perſonales, nec ad eorũ hæredes tranſirent.*
11 *Anteceſſores nequeunt priuare ſucceſſores libertate naturali ſuccedendi quo valent.*
12 *Molendinum edificare an poſſit quilibet in parte inferiori fluminis eſto, quod alius prius molendinum in parte ſuperiore edificaſſet, limitatur quando aqua non ſufficeret vtriſque num. 13.*
14 *Molendinum, ſeu furnum in eius proprio ſolo quilibet edificare poſſet, dũmodo vicino non officiat.*
15 *Cautio de damno infecto ſufficit quãdo de damno dubitaretur.*
16 *Socius in muro communi, an poſſit trabem centimoli immittere.*
17 *Promittens coquere panem in eius furno, vel molere frumentũ in molendino pro eius familia pro certo pretio an familia aucta teneatur.*
18 *Conuentio intelligitur ſemper habita ratione præſentis temporis.*
19 *Conceſſio edificandi furnum alicui facta, ſi poſtea furnus deſtructus, an etiam intelligatur facta pro alia refectione.*
20 *Aedificium antiquum reficere iuxta formam antiquam non eſt prohibitum.*

QVAEST. XXIII.

VIgèſimotertiò quæro, qualiter conſi-
deretur ſeruitus reſpectu molendini,
piſtrini, ſiue centimoli, ac reſpectu fur-
ni? Pro dicendis ſuppono, quod molen
1 dinum eſt nomen magis cognitum, quã
piſtrinum, omnes enim nationes locum
vbi frumentum, & aliæ fruges molentur

moleudinum vocant, quamuis antiquitus priſtinum dicebatur, vel à pinſendo, ideſt, contundendo, quia ante inuentum molarum vſum frumenta comminueban tur in pila, vt notat *Napod, d. num. 5. ex illo Vergil. Nun. certè flammis fruges,, nunc frangite ſaxo.* quo factum eſt, vt qui frumenta tenebant, dicerentur piſtores, quaſi pinſores à pinſendis, ideſt, tenendis granis, vel frumentis: & quamuis poſtea inuentus fuerit molarum vſus, priſtini, tamen nomen remanſit etiam illi loco, in quo molis ſeruorum, iumentorumuè opera circumactis fruges comminueban tur, & ſic piſtrinum dicebatur pœna ſeruilis, quia ſerui in priſtinum mittebãtur ligati ad modum iumentorum trahentes molam iuxta illud Terentij in *A*ndr. Verberibus *cæ*ſum te in piſtrinum, Daue,
3 dedam vſq; ad necem. Et à piſtrino piſtrinarii dicuntur, & ſunt qui ſeruos recipiunt ponendos ad priſtinum, ſiue molendinum, vt fruges piſtent, *l. 1. §. ſi quis ſeruum. ff. depoſ. piſtores* verò ſunt ipſi ſerui, qui piſtant frumentum, & panes faciunt, *l. 1. C. de piſtorib. lib. 21. Napod. loco cit. num. 6.* Centimulum verò eſt potius nomen vſuale, & eſt locus, vbi equo, vel alio animali molæ trãhuntur. & fruges terentur, vt notat *Napod. loco cit. num. 8.* vt clarum eſt.

4 Inſuper notandum, quod ſeruitus prædicta poteſt tripliciter intelligi. Primò ſi poſſit aliquis in fundo vicini molendinum, ſiue centimulum, ac furnum ædificare ſine contradictione vicini. Secundò ſi nemo alius poſsit furnum, molendinum, ſi centimolum in dicto loco conſtruere; ſed omnes teneantur accedere ad coquendum panem in illo furno, & ad molendum fruges in dicto molendino, ſiue centimolo. Et tertiò ſi aliquis iure ſeruitutis teneatur, in ſuo furno coquere panem, vel in ſuo molendino, vel centimulo molere frumentum alterius ſine ſalario: quæ omnia nullo modo præſumuntur, ſed probari debent ab eo, qui tali ſeruitute ſe fundat, vt multoties in hoc tractatu replicatum eſt.

5 Dico igitur primò poſſe vnumquemq; in ſua domo, vel ſolo furnum facere, vel etiam molendinum, ſeu centimulum cõſtruere, etiam ſi ex hoc alij reſultet præiuditium, quia hoc facere præſumitur principaliter ad eius propriam vtilitatem, nec damnum proximi habetur in conſideratione, ita *ex tex. l. altius. C. de ſeruit. & aqu. & alijs innumeris probat Surd. conſ. 127. num. 18. & ſeqq. vbi ad ſanctitatem, & conſ. 154. toto vol. 2. Theſaur. deciſ. 16. cum alijs cumulatis ſupr. par. 4. in tit. de renunciat. q. 4. num. 29. & ſeqq. Tepat. lib. 2. var. iur. ſent. in tit. de molendinis fol. 314 col. 2. § quilibet in ſuo facere poteſt, & col. 4 §. furnum conſtruere.* Quod enim minus lucretur, eſt per accidens, quia id venit ex voluntate molentium fruges, vel coquentium panes &c. & non ex iuriſdictione molendini, vel furni, *Bald. in l. vnic. num. 45. C. de eo, quod intereſt. Iaſ. in d. l. quominus. num. 84. Alex. conſ. 194. num. 11. in Afflict. deciſ. 388. num. 12. Lanar. conſ. 39. num. 11. Honded. conſ. 84. num. 44. de Franch. deciſ. 183. num. 9. Andr. in c. 1. nu. 5. quæ ſint regalia.* Hoc adeò indubitatũ
6 eſt, quod caſus, vt locum habeat, etiam ſi aliquis per mille annos, & vltra acceſſerit ad coquendum panem in alieno furno, vel ad molendum frumentum in alieno furno, vel ad molendum frumentum in alieno molendino, quia in his, quæ ſunt meræ facultatis, vt hic ſumus, nulla cadit præſcriptio, vel conſuetudo, niſi à die prohibitionis decurrat tantum tempus, quantum ſufficit ad inducendam præſcriptionem, vt notant omnes *in l. quominus. ff. de fluminib. Ioann. Faber. in §. æquè ſi agat. num. 20. verſ. & ideo credo, inſti t. de actiou. Innoc: Butr. Bart. Angel. & alij, quos probat Capoll. de ſeruit. vrban. prædior. cap. 50. num. 2. Roland. Neuizan. & aly innumeri, quos probat Surd. d. conſ. 127. num. 23. Theſaur. d. deciſ. 16. Tepat. in d. tit. de molendin. §. conſuetudo continuandi.*

7 Inſuper locum habet hæc regula, etiã ſi Dominus, ſiue Baro haberet furnos, vel molendina, ad quæ acceſſerunt Vaſſalli in præteritum ad coquendum panem, vel molendum frumentum, & haberent Barones in conceſione priuilegiorum furnos, & molendina: nam adhuc non habent ius prohibendi vaſſallis, nè aliò accedant ad coquendum panem, vel molendum frumentum, & quia poſſint furnos ædificare, & molendina conſtruere, *prout latiſſimè fundaui d. q. 4. nu. 29. cum ſeqq. latiſſimè Surd. d. conſ. 127. tota, nam hic eſt caſus illius conſilij. Natt. conſ. 227. vol. 1. Tepat. d. fol. 314. col. 1. §. 1. Vrſill. ad Afflict. deciſ. 388. num. 4.*

8 Plus dixerunt DD. quod, ſi ſubditi acquieuiſſent Domino prohibenti illos aliò accedere ad molendum frumentum, vel coquendum panem, quam in furnis, vel molendinis ipſius prohibentis, ſubditi præſumerentur metu acquieuiſſe: imò, ſi inde facta eſſet promiſſio in furnis coquendi panem, vel in molendinis Dominorum, molendi fruges, metu præſumeretur facta ipſorum Dominorum,

& non

& non liberè, vt optimè probant *Bertrand.conſ.58.vol.2.Neuizau.conſ.43.circa fin. Natt.conſ. 106. & Rip. quos probat Surd.d.conſ.127.num. 24. cum ſeqq.* & ita euenit à parte rei, & multoties in varijs proceſibus legi, & etiam vidi ſimiles co actiones factas per Barones eorum vaſſallis; qui metu pœnarum, & ad euitanda maiora mala, & incommoda ſolent acquieſcere prohibitionibus huiuſmodi, & promittere eiſdem Baronibus aliò nõ accedere ad molendum fruges, nec ad coquendum panem, quam in furnis, & molendinis eorundem Baronum, & con-
9 ſequenter, niſi expreſsè conſtet de priuilegio prohibendi, ſemper iudicandum eſt pro vaſſallis contra baronem: nam pro vaſſallis adeſt naturalis libertas, & diſpoſitio Iuris, & contra baronem adeſt totum oppoſitum, & præſumptio vehemens, quod metu induxit vaſſallos, vt ſe priuarent naturali libertate, vt optimè probat *Surd.d.conſ.127.per tot. Quicquid dixerit Theſaur.d.decis.16.ſub num.4.* Nã Baro erat, & tanquam Baro multum tribuit antiquitati in ſubditorum preiudicium, cum potius iudicandum, & reſpondendum ſit pro ſubditis. Non omit-
10 tam dicere, quia etiam, ſi veræ eſſent tales promiſſiones ſubditorum intelligerentur eſſe perſonales; nec obligarent eorum hæredes, & conſequenter mortuis promittentibus, extingueretur ſeruitus, vt optimè fundat *Gaballin.milleloq. 402.quem probat Tepat.d.fol.314.col.1.§.*
11 2. & euidenter patet, quia anteceſſores non poſſunt ſucceſſores naturali libertate accedendi, quò velint, ad molendum frumentum, & coquendum panem; hæc enim, prout alia ſimilia habent ſucceſſores iure proprio, & ex ipſamet natura, & proinde renuntiatio parentum, vel aliorum anteceſſorum, illis non præiudicat, vt multoties ſupra in tit. de renunciat. pluribus in locis replicatum eſt.

12 Illud notandum eſt, quod ſi aliquis in parte ſuperiori fluminis antiquitus ædificaſſet molendinum, poſſet quilibet alius in parte inferiori einſdem aliud molẽdinum facere, ex rationibus iam dictis; ſed ſi molendinum conſtruere vellet in parte ſuperiori, & ſic ſuper molendinum antiquum, tunc ſi ex illa noua ædificatione nõ diuerteretur antiquus curſus aquæ, nec primum molendinum, ſiue eius Dominus læderetur, quia, nempe, ſufficeret aqua pro vtroque molendino, non impediretur talis ædificatio noui molendini ex eiſdem rationibus: ſecus vero, ſi
13 aqua pro vtroque molendino non ſufficeret, vel diuerteretur antiquus curſus aquæ, hoc enim fieri non poſſet, & Dominus antiqui molendini tanquam in poſſeſſione exiſtens, prohibere poſſet illam nouam ædificationem molendini, quia directè fieret in eius præiuditium, *ita Bart.in l.quominus q.5.ff.de flumin Alberic.Bald. Angel. Luc. de Penn. & alij, quos probant Afflict.& eius Addentes deciſ. 388.num.12.Vinc.de Franch.deciſ. 183, ad quos refert Tepat.d.lib.2, in tit, de flumin. in aqua fol.312.col.1.§, aqua in nouum molendinum, & ſolum de Afflict.loc.cit.meminit Ioann.Bapt.de Thor.in verb. molendinum conſtruens*. Et quando in hoc, vel in alijs ſimilibus dubitaretur de dãno al tetius ſufficeret cautio, vt infra dicetur.

14 Dico ſecundo in ædificatione furni, & molendini in eius proprio ſolo ſeruandum eſſe, ne fiat præiudicium Vicino; in eius enim præiudicium fieri non poſſet: hoc dictum patet, ex ſuperius diſcuſſis etiam quæſtione præced. & eſt, ſi ex constructione furni paries vicini exureretur, vel alio modo læderetur, tunc enim fieri non poſſet tale opus, etſi fuiſſet factum agi poſſet ad emendationẽ dãni per actionem in facto, *l. Aquilia.vt ex tex.in l.ſi ſeruus ſeruum.§. ſi furtum. ff. ad leg.Aquil.& alijs pluribus probant Capoll. d.c.50.& Alex.Randen.c.50.Variar.reſol. Napod.hic in Cõſuet.ſed ſi recubat ſub n.49 fol.359.& in Conſuet. ſi velit quis. in tit.*
15 *de faciend. Centim. fol. 368.* & quoties dubitaretur de aliquo damno, ſufficit cautio de damno infecto. *vt in d.§.ſi furnum.l.ſi quando. ff.ſi ſeruitus vendicetur. Napod.ſub d.num.29.verſ.ſed ſi de hoc dãno. Ioann.de Amic.conſ:104 num.8.& alij*
19 *de ſuper citati.* Nec in muro communi poſſet ſocius immittere trabem Centimuli, nec ſecus dictũ murum, centimulum facere, quia murus non dicitur communis ad hunc vſum, ſed ad alium, vt habetur *in d.Conſuet.ſi velit quis, & patet ex dictis ſupradict.q:31.*

17 Dico tertiò, ſi aliquis promitteret, v. g. Petro coquere panem in eius furno, vel moleri franchum in eis molendino; ſi Petri familia in poſterum augeatur non teneretur pro familia aucta ſubſtinere illam ſeruitutem, niſi ex conuentione aliud appareret: hoc dictum latiſſimè poſt *alios probat Capoll.d.cap.50.nu. 4. cum omnibus ſeqq. conferunt tradita per Guid.Pap.deciſ. 406.quem probat Tepat.in d. tit.de molendin. fol.314.col. 1. in fin.* &
18 patet manifeſtè, quia conuentio, & quilibet actus intelligitur attento tempore præſentis, ſtatus, & re in eodem ſtatu

permanente, vt multoties ſuperius replicatum eſt præcipuè Conſ.1.& Conſ. 2.

19 Poſtremò notandum eſt, quod ſi ego permitterem alicui, vt furnum, ædificare poſſet in prædio meo, quem ſemel ædificauit, ſi furnus poſtea corruatur, non poteſt iterum reficere, ex quo conceſſio intelligitur de prima vice, & non extenditur ad refectionem, *vt poſt Dyn. & Bart. in l. de pupillo. §. ſi quis riuos. ff. de nou. oper. nuntiat. Bologn. & alios plures probat latiſſimè. Surd. conſ. 125. per tot. ſed citat* etiam contrarium tenentes num. 7. & dum ca-
20 ſus accidit, eſſet cogitandum, quia antiquum ædificium reficere iuxta formã antiquam, non eſt prohibitum, ſed permiſſum, *l. 1. §. ſi quis vetus. & §. ſi quis ædificium. ff. de nou. oper nunciat.* & licet talis conceſſio fuerit facta in contractu, iam contractus interpretatur ſecundum diſpoſitionem iuris, & conſequenter videretur permiſſa refectio.

SVMMARIVM.

1 *Seruitus extinguitur confuſione.*

2 *Seruitus impoſita per vaſſallum ſuper feudo, vel per emphiteutam, ſuper re emphiteutica extinguitur deuoluto feudo ad Dominum, ac re ad Dominum emphiteutica deuoluta.*

3 *Seruitus finitur præſcriptione.*

4 *Seruitus habens cauſam continuam amittitur decennio, per non vſum, ſed ſi haberet cauſam diſcontinuam per tempus duplicatum.*

QVÆST. XXIV.

Vigeſimoquartò, quot modis ſeruitus amittatur? De hac quæſtione plura tradit *Card. Tuſc. in verb, ſeruitus. concluſ. 232. a liqua Surd. conſ. 221. num. 21. vol. 1. Molin. tom. 1. de iuſt. & iur. diſput. 11. in fin. & diſp. 70. §. quoad ſeruitutes. Oinotom. in §. fin. inſtit. de ſeruit.*

1 Primò extinguitur ſeruitus confuſione, vt quando habens ſeruitutem efficeretur Dominus prædij ſeruientis, vt dixi *ſupra. quæſt. 3*, Secundò per remiſſionem, vel renuntiationem expreſſam, nam in facultate ſingulorum, eſt renuntiare iuri ſuo, quod eſt vulgatum apud omnes: Tertiò per renuntiationem tacitam, vt ſi quis patiatur in fundo, in quo ſeruitutem habet fieri aliquod ædifitium, quo priuaretur iure ſeruitutis, vt de ſeruitute ſtillicidii probat *Tex. in l. ſi ſtillicidij. ff. quemadmod. ſeruit. amitt. Oinotom. d, §, fin. num. 23.* Quartò finito tempore, vel adimpleta conditione, vt ſi quis ad certum tempus habebat ſeruitutem, vel ſub certa conditione, extinguitur ſeruitus, vt omnes norant, & probat *Tex. in l. ſi is, cui. §. hæres. ff. quemadm. ſeruitut. amitt. Oinot. d. §. fin. num. 21. Molin, d. diſput 11. in fin. & alij.* Et hinc eſt, quod, ſi vaſſallus, vel emphiteuta impoſuiſſet ſeruitutem ſuper feudo, vel emphiteuſi, tunc finito tempore, nempe, reuerſo feudo, vel emphyteuſi; tunc ad Dominum directum, extinguitur illa ſeruitus ex reg. *tex. in l. lex vectigalis, ff. de pign. & hypoth.* Quia, nempe, reſoluto iure datoris, reſoluitur ius acceptatoris, prout de extinctione talis ſeruitutis probat *tex. in c. 1. §. quid ergo, vbi omnes ſi de feud. defunct. milit. fuer. controuer. Oinotom. vbi ſupra nu. 22. & hoc omnes ſciunt.*

3 Poſtremo finitur ſeruitus præſcriptione ſi, nempe, quis tanto temporis ſpatio ſeruitute non fuiſſet vſus, quod præſcriptio eſſet introducta; & regulariter euenit ſpatio 10. annorum inter præſentes, & viginti inter abſentes, vt ex *tex. in l. 1. C. de ſeruit. & aqua, & alijs probat Oinot. d. §. fin. nu. 26. alios cumulat, & probat Molin. d. diſp. 70. §. quòad ſeruitutes:* vbi tam in perſonali, quàm in reali ſeruitute hoc tẽpus admittit, & latius hoc probant *Caſtrenſ. & Alex. quos ſequitur Tuſch. d. concluſ. 232. tenent etiam Surd. d. conſ. 121. nu. 21. & conſ. 231. num. 10. & ſeqq. vol. 2. Tepat. lib. 2. variar. iur. ſent. tit. de ſeruit. in genere fol. 305. col. 4. §. ſeruitus* habens cauſam continuam: nam ſolent diſtinguere,
4 quod ſi ſeruitus ſit continua, ſiue habeat cauſam continuam omittatur ex nõ vſu per decennium: ſi verò habeat cauſam diſcontinuam requiratur tempus duplicatum, vt per eos. Quid autem dicendum ſit ſecundum noſtras Conſuetudines explicatur quæſtione ſeq.

SVMMARIVM.

1 *Vicinus nullam poteſt acquirere ſeruitutem contra caſalinum ſua domus ſiue domum deſtructam, neq; illorum præſcriptionem.*

2 *Præſcriptiones contra ſeruitutes expreſſas in inſtrumento diuiſionis fa-*

cta

ƈta inter conſortes, non dantur contra eorum ſucceſſores etiam ſingulares, & ſi fuiſſent longiſſimi temporis.

3 *Reipublica intereſt, ne edificia facta deſtruantur.*

4 *Diuiſio facta per Iudices eundem operatur effectum, ac ſi fuiſſet facta per partes quoad præſcriptiones ſeruitutum.*

5 *Tempus longiſſimum nedum intelligitur de ſpatio 30. vel 40. annor, ſed etiam centum annorum.*

6 *Præſcriptio centum annorum excluditur, per Conſuetudines Neapolitanas aduerſus ſeruitutes.*

QVÆST. XXV.

VIgeſimoquinto quæro, *An* ſecundum noſtras conſuetudines acquiratur vel amittatur ſeruitus præſcriptione? De hac quæſtione habetur *in Conſuetudine contra habentem Caſalenum fol. 361. in Conſuet. vbi reperitur cum Conſuet. ſeq. vbi Napod. aliqua tradit Vrſill. ad Afflict. deciſ. 265. n. 117. & ſeq.* pro cuius reſolutione. Dico.

1 Primò vicinum etiam per longiſſimi tẽporis præſcriptionem, nullam acquirere ſeruitutem contra caſalenum, ſiue domũ deſtructam alterius, vt ſupradictum caſalenum nullas facere poſſit aperturas, nec aliquid aliud immittere in præiudicium prædictæ domus deſtructæ; ſic probat *tex. in d. Conſuet. contra habentem caſalenum. vbi Napod. num. 12. hoc intelligit*, ſi tales aperturas vicinus faceret, poſtquàm illa domus fuit deſtructa: ſed ſi per prius factæ erant, & pendente tempore præſcriptionis domus illa deſtruatur, corruit præſcriptio ſecundum diſpoſitionem iuris communis, nec habet locum dicta Conſuetudo, quæ loquitur de aperturis factis poſt domum deſtructam: & ſic in caſu ſuo tantum adamuſſim debet intelligi, vt pluries reperij in 1. par. ſic etiam quia initiũ ſpectandum eſt licèt res poſtea deueniat ad caſum, vnde non poterat incipere, & per alia media hoc probat *Napodan. d. n. 12. & nu. 13. fol. 362.* & ideò in hoc ſtandum eſt iuris communis diſpoſitioni, dũ eſt caſus omiſſus per Conſuetudines.

2 Dico ſecundò aduerſus ſeruitutes, quę cõtinentur in inſtrumento diuiſionis factæ inter aliquos conſortes, non dari cõtra eos, nec eorum ſucceſſores, etiam ſingulares, præſcriptionem etiam longiſſimi temporis; ſic habetur in dicta *Conſuet. vbi reperitur vbi Napod. num. 31.* ſic illum ſummat, & patet ex verbis dictæ Conſuetudinis, & quia in omni tali ſeruitute poteſt de hoc dicto poni exemplum, ideò omitto: nam Conſuetudo ponit exempla tam de ſeruitute negatiua, quàm affirmatiua: & ideò *notat ibi Napod. num. 34.* quòd ſi adſit ſeruitus, ne aliquis poſſit altius extollere domum ſuam; & non obſtante tali ſeruitute, ille extollat altius ædificium, cogitur illud diruere non obſtante præſcriptione dicti lõgiſſimi temporis, quia ædificium factum eſt contra formam dictæ Conſuetudinis, nec datur præſcriptio, & conferunt diſcuſſa per *Surd. deciſ. 168.* quatenus fundat, quod, ſi in alieno pariete, quis ſuum ædificium appodiaſſet, poſſet Dominus parietis propria auctoritate deſtruere ædificium, quamuis ſenatus ille iudicauit contrarium, & ſic etiam Neapoli pluries iudi-

3 catum fuit, quia Reipub. intereſt, ne ædificia facta deuaſtentur, quæ ratio ceſſat in hoc ſecundo dicto, ſi lumina alterius domus eſſent ſublata; & etiam quia contra formam Conſuetudinis fuit factum ædificium, vt patet ex dictis. Si tamen in inſtrumento diuiſionis inter ipſos conſortes non eſſet expreſſa ſeruitus, videlicet, quod vni debeatur ſeruitus ab altero, & intus ipſorum, vel eius hæres, aut alter ſucceſſor ſingularis reperiretur in poſſeſſione, vel quaſi alicuius ſeruitutis, nunquam præſcriberet, etiam per longiſſimi temporis præſcriptionem, & ſine aliqua inquietitudine poſſediſſet, vt habetur in d. §. amplius. fol. 366.

4 Idem eſſet ſecundum aliquos ſi per ſẽtentiam Iudicis fieret talis diuiſio, quia non minoris auctoritatis ſunt geſta actorum, quàm inſtrumentorum, *l. geſta, C. de re iudic.* ſed ſecundum noſtras Conſuetudines contrarium probat *Napod. in Conſuet. vbi reperitur fol. 365. n. 33.* quia, dum conſuetudo loquitur de inſtrumento, & ſententia Iudicis, vel arbitri non ſit inſtrumentum, & Conſuetudo intelligi debet in caſu ſuo, nec debet extendi de caſu ad caſum, *vt ipſemet notat nu. 17. in eod. tit. fol. 363.* & conſequenter ſolùm intelligitur, quod præſcriptio non detur contra inſtrumentum diuiſionis, & in alijs ſtetur diſpoſitioni iuris communi, vt etiam notat *Vrſill. ad Afflict. d. deciſ. 265. nu. 118.*

5 Dico tertiò tempus longiſſimum hic intelligi non ſolùm de triginta, vel quadraginta annis, ſed etiam de ſpatio centum annorum, quo etiam res Eccleſiæ præſcri-

ſcribuntur: hoc dictum probat *Napod. in Conſuet. vbi reperitur ſub nu. 36. verſ. vel vt longiſſimi fol. 366.* vt in hoc ſit maioris efficaciæ, & virtutis circa prǽſcriptionem quàm Eccleſia, & ratio eſſe poteſt, quia, vt ſerultus præſcriptione acquiratur, prǽcipuè dum eſt ſeruitus diſcontinua, requiritur ſpatium centum annorum, vt multoties ſupra replicatum eſt, & conſequẽter dum tempus longiſſimum in materia præſcriptionis intelligitur ſecundũ ſubiectam materiam, & aliquando requirat ſpatium centum annorum, vt fundat *Bald. conſ. 4. factum tale eſt, quidam Lucius in fi. lib. 3. quem probat Tuſch. in verb. præſcriptio. concluſ.* 554. idcircò dum ſubiecta materia ſeruitutis multoties expoſcit cẽ-
6 tenariam; idcirco præſcriptio longiſſimi temporis etiam centum annorum excluditur per has Conſuetudines in materia ſeruitutis, non tamen excluditur præſcriptio immemorabilis, *& ſic Napod.* ponit differentiam inter præſcriptionem centenariam, & immemorabilem.

DE LOCATO ET CONDVCTO PAR. XIV.

Conductor non poteſt durante tempore repetere expenſas, factas in prædio conducto, niſi requiſierit locatorem, & ille infra quindecim dies non reparauerit, tunc pro rata computat in penſione, quod expendit in refectione neceſſaria.

CONSVET. PRIMA.

SI quis conduxerir domum, terram, vel fundum, & aliquid ibi ædificauerit, conſtruxerir, ſiue inſtituerit neceſſariò, vel vtiliter, ſeu affixerit; finiro conductionis tempore, vel anre, illud extollere non poreſt, nec à domo, ſine locatore impenſam detere poteſt. Sed ſi domus locara neceſſaria refectione indigeat, & requiſitus locator ab inquilino, infra quindecim dies poſt requiſitionem retardauerit, ſiue diſtulerir reparationem, & ipſe inquilinus ſuis ſumptibus illud reparari fecerit, poſt ipſos dies quindecim poteſt, quod expenderit pro rata in penſione debita computare.

Dominus terra non poteſt, niſi de menſe Auguſti terram tollere partiario, qui ſublata vindemia, diſcedit, G.

CONSVET. II.

NOn poteſt Dominus terræ laboratori, ſeu partiario terram tollere quolibet tempore anni, anre expletum menſem Auguſti poteſt prohibere, ſiue denuntiare ſibi, quod nolit terram ipſam ipſi laboratori, vel partiario dimittere pro rempore fururo, & tunc, ſublata inde vindemia, laborator, & partiarius nihil iuris habenr in terram.

Partiar. in Menſe Auguſti renuntiat Domino terram, dummodo infra eundem menſem ſoluat illi debitam penſionem. G. D.

CONSVET. III.

E Conuerſo laborator, ſeu partiarius ipſam terram aſſignare Domino terræ poreſt, per rotum menſem Auguſti, dum tamen penſionem in pecunia, vel victualibus conſiſtenrem, ſi quam debet pro terra ipſa ſoluat, infra eundem menſem Auguſti.

Partiarius, ſi non aſſignat terram Domino, & penſiones ſoluat infra menſem Auguſti, tenetur, Domino volente, etiam pro anno ſequenti.

CONSVET. IV.

QVod infra eundem menſem Auguſti laborator, ſiue partiarius terram ipſam patrono non aſſignauerir, & penſionem, ſiue terraticum non ſoluerit, vt eſt dictum, tenetur pro ſequenti anno, ſi Dominus terræ voluerir, laborare terram eandem, & tenetur præſtare penſionem, ſiue terraticum, ſicut anno præcedenti tenebatur.

Partiarius, collecta vltima vindemia, tenetur terram arare, vt Neapoli dicitur, imporcare, & ſic illam Domino relinquare.

CONSVET. V.

IN quocunque autem caſu terra ipſa ad Dominum liberè peruenerit, laborator ipſe in vltima vindemiæ, quam percipit, prout partiarius colonus, vel in totum, ſi de terra ipſa præſtat annuam penſionem, terram ipſam debet arare, ſeu ſecundum vulgare Neapolitanum, imporcare.

Fundo, conceſſo pro annua penſione, debent ad inuicem contrahentes ſibi denuntiare de Menſe May, an habetur locationi pro anno ſequenti: conductor verò penſionem ſoluere tenetur in fine menſis Auguſti: qua non ſoluta, tenetur pro Anno ſequenti ad ſolitam mercedem, ſi Dominus velit.

CONSVET. VI.

SEd ſi fundum aliquis alicui conceſſerit ad annuam penſionem in pecunia, vel in victualibus, ſiue re alia conſiſtente, debet ſe Menſe Maii ipſi, qui fundum tenet, denuntiare, vel prohibere, quod non vult pro ſequenti anno ipſi tenenti fundum ipſum dimittere, & ſimiliter tenens fundum, debet dimittere, & ſimiliter tenens fundum, debet infra menſem Maij Domino fundi præſentiare, ſiue aſſignare eundem, quibus caſibus idem, tenens fundum ipſum habitare poteſt vſq; & per rotum menſem Auguſti eiuſdem anni; ita tamen quod ipſe tenens fundum per totum dictum menſem Auguſti prædictam penſionem ſoluat, qua nõ ſoluta infra dictum mẽſem Auguſti, fundus pro ipſo anno aſſignatus non habetur, ſi Dominus voluerit, & tenetur pro ſequenti anno pro eodem fundo ſolitam præſtare penſionem.

Partiarius dimittens fundum in menſe Auguſti percipit fructus maturos, hic enumeratos; caules verò percipere poteſt vſque ad 19. Septembris.

CONSVET. VII.

SI tamen in fundo ipſo fuerint aliqui fructus pendentes, non obſtante quod inhabitationem fundi dimittit in menſe Auguſti, percipit nihilominus fructus ipſos, vuas, & ficus, & alios fructus, ſcilicet, cum ad maturitatem peruenerint, quod ſi fuerint caules in fundo, vſq; ad feſtum S. Ianuarij, quod eſt de menſe Septembri ipſos caules poteſt colligere, & percipere, & non vltra.

Conductor non poteſt rem conductam alteri locare, inuito Domino.

COnductor domus, fundi, vel terræ, non poteſt domum, terram, vel fundum ipſum, Domino inuito, alteri locare.

Qui Hæredes in locatione ſuccedant.

Tit. 15.

Locatio facta pro ſe, & hæredibus intelligitur de deſcendentibus, qui bona locata diuidere nequeat; & in ipſis bonis vxor coloni quartam non habet.

CONSVET. VNICA.

CVm terra, ſeu fundus datur, ſeu conceditur in perpetuum alicui, & ſuis hæredibus ad laborandum, vt colono partiario, vel ad penſionem in pecunia, vel victualibus conſiſtentem, hæredum appellatio tantum ad deſcendentes extenditur, nec poſſunt ipſi deſcendentes, qui hæredes ſunt, ſi plures ſunt, diuidere inter ſe terram ipſam, vel fundum ſine voluntate Domini fundi, vel terræ; nec poteſt vxor coloni aliquam inde quartam petere ratione quartæ in bonis ſibi à marito conſtitutæ.

Omnes has conſuetudines in hac parte explicaui, vt ex earundem quæſtionum lectura cerni poteſt, prout intuenti patebit.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Locatio quid ſit.*
2 *Vſus eſt de ſubſtantia contractus locationis.*
3 *Pecunia numerata eſt de ſubſtantialibus contractus locationis.*
4 *Penſio ſi ſoluatur de fructibus an ſit cõtractus locationis.*
5 *Pretium debet eſſe numeratum, ſeu taxatum, vel remiſſum arbitrio boni viri.*
6 *Locatio, & conductio contrahitur, pro pretio conuenientè.*
7 *Locatio, vel potius donatio diceretur ſi merces eſſet modica, & res non valebat pluris, quam mercede, ob quod res vilis redderetur.*

QVÆST. I.

PRimò quæro, quid ſit locatio? De hac materia multi adſint tractatus, vt eſt omnibus notum, & præcipuè *Vinc. Carrot. qui optimè materiam iſtam examinat,* quàmuis non per methodum diſtinctam; quocirca oporter citare folia dicti tractatus; tractat & *Petr. Nicolaus Moz. in tract. de contract. lib. tit. de locat. & conduct. fol. 88. cum ſeqq. Dominic. Cardin. Tuſch. in verb. locatio à concl. 400.* vſq; ad *conclu. 434. & in verb. conductor. à concl. 604. ad concluſ. 625. Ariſmin. Tepat. lib. 2. variar. iur. ſentent. in tit. de locat. & conduct. cum plurib. titulis ſeqq.* Cardin. *Mantic. de tacit. & ambig. conuentionib. lib. 5. per tot. Molin. in tract. de contract. diſput. 445. & ſeqq. & 486. cum ſeqq. Ferdinand. Rebell. lib. 13. & 14. de obligat. iuſt. Azor. par. 3. moral. lib. 8. tit. de locat. & conduct. Leonard. Leſſius lib. 2. de iuſtit. & iur. in tit. de location. & conduct. Leonard. Leſſius lib. 2. de iuſtit. & iur. in tit. de location. & conduct. cap. 24.* & alij plures; ex quorum dictis infraſcriptas recolligere viſum eſt quæſtiones pro ornatu iſtarum conſuetudinum, eaſq; in vtroq; foro examinare: Penes dictos authores variæ reperiuntur definitiones, ſiue deſcriptiones huius contractus locationis, & conductionis, vt legenti patebit; vt tamen ſolitæ breuitati ſtudemus, omiſſis aliorum definitionibus, hanc amplector,
1 videlicet, Locatio eſt rei, vel perſonæ ad vſum facta conceſſio pro certa mercede conuenta in pecunia numerata. *ita Hoſtienſ. in ſua ſumm. hoc tit. nu. 1. Azor. Abb. Barbat. & alij, quos probat Ioann. Oino tom. in §. 1. inſtit. eod. Mantic. d. lib. 5. tit. 1. nu. 2. & plures alij deſuper citati.*

Conceſſio ſtat loco generis, quia non ſolum ad hunc contractum, ſed etiam ad feudum, emphyteuſim, precariũ & quoſdam alios adaptatur contractus, vt eſt omnibus notiſſimum, & explicant prædicti Auctores. Dicitur rei, vel perſonæ, quia non ſolùm res locari poſſunt, ſed etiam homo locare poteſt opera ſua, vt dicetur infra q. 14. & 17. Dicitur ad vſum,
2 quia de ſubſtantia huius contractus eſt, vt vſus debeatur, *Bart. in l. ſi quis domum in princ. ff. locat. Neuizan. Petr. Pechi. Gomez. Pariſ. de Put. & alij plures, quos probat Ioann. de Caſtill. lib. 3. quotidianar. controuerſiar. iur. cap. 3. num. 65. & ſeqq. Surd. conſ. 34. nu. 27. prout magis explicabitur infra de Pont. conſ. 139. vol. 2.*

3 Dicitur pro certa mercede conuenta in pecunia numerata, quia hoc eſt vnum de ſubſtantialibus in hoc contract. vt magis explicabitur infra q. 5. & conſequenter, ſi merces ſolueretur in alia re, quàm in pecunia non eſſet locatio, ſed potius contractus innominatus, do, vt des; vel do, vt facias: *gloſ. in l. naturalis, §. at cùm do in verb. ſi res, ff. de præſcript. verb. vbi Bart. & alij communiter, quos ibi cumulat Padill. plures alios cumulant Carrott. in d. eius tract. fol. 5. q. 1. de mercede memorat. Tuſch. in d. verb. locatio. concluſ. 400. nu. 1. Mantic. d. lib. 5. tit. 1. nu. 5. cum ſeqq. & tit. 2. & hoc etiam probant Theologi, & Summiſtæ, vt poſt Syluestr. in verb. locatio, el 5. num. 1. & alios notant Leſſius d. cap. 24. dubit. 1. nu. 1. Rebell. d. lib. 14. q. 1. num. 13. & alios omittam.*

4 Nec vrget, quòd multi teneant contrarium, quid etiam ſit locatio, dum penſio ſoluitur in fructibus, quos citat *Mantic. d. tit. 2. num. 25. cum ſeqq.* ſiquidem eſt potius locatio in propria, nam re vera eſt contractus ſocietatis, vt euenit in colono partiario, vt dicetur infra q. 1. prout etiam notant *Rebell. d. nu. 13. & alij, quos probant Carrot. d. q. 1. nu. 13. in fin. Tuſch. d. concluſ. 400. nu. 9. cum ſeqq. Surd. deciſ. 82. nu. 2. & 12. & deciſ. 83. nu. 6. & plures alij,*
5 & ideò vel pretium debet eſſe conuentũ inter partes, vel taxandum arbitrio boni viri: quo caſu merces diceretur etiã certa ſaltem de futuro, quia venit taxanda arbitrio boni viri, & hoc procedit, ſiue partes id remittant arbitrio alterius taxandum, ſiue locator id remitteret arbitrio conductoris, dicens, Da mihi quod vis: aut, ſolue quod tibi placuerit, nã illa verba collata in arbitrium conductoris,

da mihi pro mercede, quod tibi placet, reducuntur ad arbitrium boni viri, & ſic ad conuenientem, & ſolitam mercedem in ſimilibus, *l. ſi in lege, ff. locat. Bald. Petr. de Vbald. & Corne. quos probat Carrot. in d. eius tract. fol. 13. q. 2. nu. 14. cum ſeqq. vbi ſic pluries refert iudicatum in ſua patria; poſt alios Mant. d. tit. 2. nu. 5. 10. & ſeqq. vbi nu. 13. ſic etiam Romæ deciſum refert*: imò,
6 ſi Dominus diceret eius famulo, vadde loca mihi æquum. aut domum pro pretio pro quo poteris, *ita Bart. in l. Gallus, in princ. col. 1. vbi Iaſ. in repetit. num. 19. ff. de liber. & poſth. l. nepos Procul. vbi Alciat. ff. de verb. & rerum ſignif. Bald. & alij, quos probat Carrott. in d. eius tract. par. 2. tit. de procurator. q. 1. nu. 69. & ſeqq. fol. 70.*

Bene tamen verum eſt, quòd, ſi modica eſſet merces rei locatæ, ſi res non valebat pluris tali mercede, res illa vilis redderetur; ſi tamen redderetur viliſſima tunc etiam ſi merces in pecunia numerara cõſiſteret; nec etiam eſſet locatio, ſed donatio, *l. ſi quis conduxerit, ff. locat. Bart. Bald. Firmian. Moz. Tiraq. & alij, quos probat Carrott. in d. tract. par. 1. tit. de locat. in modico q. 10. fol. 39. col. 1. Mantic. d. lib. 5. tit. 2. nu. 21. & ſeqq.*

SVMMARIVM.

1 *Locatio diuiditur in tres ſpecies.*
2 *Locatio alia eſt temporalis alia perpetua.*
3 *Locatio perpetua fit duabus modis, & qualiter.*
4 *Beneplacitum producit perpetuam locationem.*
5 *Locatio an & quando perpetua ſit, vel cum non oblata beneplacito.*
6 *Locatio facta alicui, & eius hæredibus de quibus hæredibus intelligi debeat.*
7 *Locatio perpetua dicitur etiam quando penſio ſolueretur per ſpatium 30. annorum.*
8 *Locatio remiſſa ad beneplacitum conductoris, an ſit inualida.*
9 *Locatio temporalis dupliciter conſideratur.*
10 *Locatio facta de quinquennio ad quinquennium, an dicatur ad longum tempus, & quid ad nouennium n. 11.*
12 *Locatio ad modicum tempus, vt cognoſcatur remiſſa eſt arbitrio Iudicis.*
13 *Locatio in qua tempus non exprimitur, neq; colligitur ex pactis, neque conſuetudo an in dubio cenſetur de modico tempore,*
14 *Locator an ſemper poſſit conductorem expellere de prædio ruſtico quolibet anno, vel menſe, ſed ſtãdum erit cõſuetudini num. 15.*
26 *Vtilitates plures oriuntur ex locatione facta ad longum tempus, vel ad modicum remeſſiuè.*
17 *Poſſeſſio in conductorem transfertur ob locationem ad longum tempus, detentio vero pro modico tempore ſi facta fuerit.*
18 *Locatio ad longum tempus dicitur alienatio.*
19 *Locatio fructuum feudi ad decennium nullius eſt momenti, ſi fiat ſine aſſenſu.*
20 *Gabella ſolui, an debeat ex locatione rerum ad longum tempus.*

QVÆST. *II.*

SEcundò quæro, Quotuplex ſit locatio? Vt hæc quæſtio pateat, notandum eſt locationem ſumi tripliciter, propriè, nempe, impropriè, & largiſsimè; & hæc complectitur libellum, ſeu contractum libellarium, de quo dixi *aliqua par. 7. q. 4. n. 13.* Complectitur etiam cenſum, ſiue contractum cenſualem, & emphyteuſim. Impropria eſt, quando merces non ſoluitur in pecunia numerata, ſed in alia re, vt tetigi ſupra q. 1. & dicetur infra. Propriè ſumpta locatio, eſt quando penſio, ſiue merces ſoluitur in pecunia numerata, & de hac ſpecie locationis loquemur præcipuè, incidenter tamen explicabuntur prædictæ duæ aliæ ſpecies.

1 Locatio propriè ſumpta diuidi ſolet in tres ſpecies. Nam alia eſt rerum, alia operarum; alia rerum, & operarum ſimul. *Gloſ. communiter recepta in l. ſi vno, §. item ſi poſt, ff. locat. Et licèt ibi Paul. de Caſtr. quem probat Mantic. lib. 5. de tacitis, & ambiguis conuentionibus tit. 1. nu. 12.* quartum adiungat membrum, nempe, opus faciendum conceſſum alicui, tamen includitur in prædictis, vel in ſecunda, vel in tertia ſpecie, vt eſt locatio operarum: qui enim opus faciendum ſuſcipit, dicitur locare operas ſuas, vt rem aliquam faciat, & ſic eſt locatio operarum, & rerum ſimul, vt magis explicabitur infra. Et ſic tres tantum ſunt ſpecies.

2 Locatio rerum eſt duplex, vna tempo-

ralis

ralis, & altera perpetua: Temporalis eſt
duplex, vna expreſſa, quando verbis ex-
preſſis fit ad certum tempus; altera taci-
ta, quæ dicitur locatio renouata, *vt dice-
tur infra q.5.* Et talis locatio temporalis,
vel eſt ad modicum, vel ad longum tem-
pus, vt mox explicabitur, declarata prius
locatione perpetua; quę fit duobus mo-
3 dis. Primò quando id exprimitur in ipſo
contractu locationis, vt in perpetuum
dicatur facta locatio. Et ſecundò quan-
do eſſet facta ad beneplacitum condu-
4 ctoris ſine præfinitione temporis: nam
beneplacitum inducit locationem per-
petuam, & ad beneplacitum etiam intel-
ligitur facta locatio, quoties fit ſine tem-
poris pręfinitione, vt poſt *Alex. Dec. conſ.
204. in fi. Menoch. & alios plures probat
Surd. deciſ. 265. tota, & præcipuè nu. 54. la-
tiſſimè Carrot. par. 2. de locat. & conduct.
fol. 51. col. 4. q. 2. 5. & 6. & faciunt quæ dixi*
de beneplacito in quodam meo conſilio.
Et hoc intelligitur quoties ex coniectu-
ris non probaretur contrarium, nempe,
5 ex pactis appoſitis in dicto contractu
locationis: ſi enim colligeretur quod ſit
temporalis id obſeruaretur non obſtante
beneplacito, & quòd non adſit pręfinitio
temporis, vt poſt alios probat *Surd. d. de-
ciſ. 265. Carrot. d. q. 5. nu. 3. Tuſch. in verb.
locatio. concluſ. 403. num. 12. Beci. conſ. 35.
nu. 20. vol. 1. & conſ. 139. nu. 13. vol. 2.* Sic
etiam, ſi adeſſet conſuetudo in contrariũ,
vt intelligeretur facta locatio ad certum
tempus, vt notant prædicti DD.

6 Hinc eſt, quòd ſecundum noſtras con-
ſuetudines, ſi facta fuerit locatio Petro,
v.g. & eius hęredibus, non intelligeretur
de quibuſcunq; hęredibus Petri, ſed de
eius tantum deſcendentibus: imò ipſimet
deſcendentes, ac dicti Petri primi con-
ductoris hęredes, non poſſent ſine volũ-
tate Domini illorum bonorum, & ſic lo-
catores bona conducta inter ſe diuidere,
nec etiam ad laborandum; talis enim di-
uiſio locatori afferret incommodum; nec
etiam vxor cuiuslibet conductoris poſ-
ſet de dictis bonis deducere quartam, il-
li debitam ſecundum noſtras conſuetu-
dines, vt habetur hic in *conſuet. cùm terra
vbi Napodan. nu. 6. in tit. qui hæredes in lo-
cat. ſucced. fol. 378. & dixi ſupra par. 7. q.*

7 Inſuper perpetua etiam diceretur lo-
catio, quoties conductor ſpatio triginta
annorum ſoluiſſet locatori penſionem
vniformem, nempe, ſingulis annis duca-
tos centum, ita *Bald. in l. malè agitur, in 2.
lect. n. 7. C. de praeſcript. trigin. vel quadrag.
annor. vbi Angel. nu. 7, tenent etiam Alex.
Gozadin. Afflict. Marzar. & alij, quos pro-
bat Mantic. d. lib. 5. tit. 2. num. 57. cum ſeqq.*

8 Nec vrget contra prędicta quòd, dum
remittitur locatio ad beneplacitum con-
ductoris, cenſeatur inualida; quia depen-
deret à voluntate vnius tantum, & hic
contractus eſt vltro, citroq; obligatorius,
& non poteſt dependere à voluntate
vnius, *Bald. in l. in vendentis, nu. 4. per il-
lum tex. C. de contrah. empt. & Gomez.
quos probat Surd. conſ. 460. num. 3. vol. 3.*
ſiquidem reſponſio eſt clara, quia, ſi mer-
ces non eſſet taxata, deberet taxari iuxta
ſolitum, & arbitrium boni viri, vt q. 1.
explicatum eſt: Si tempus non eſſet prę̨-
fixum, & facta fuiſſet locatio ſine præfi-
nitione temporis, vtiq; etiam ex volun-
tate locantis intelligeretur facta perpe-
tuò, niſi ex pactis contractus, vel ex lo-
ci conſuetudine appareret contrarium
vt ſuperius explicatum eſt, & ſic obiectio
meo iuditio non vrget.

Locatio igitur temporalis, alia dici-
tur ad longum tempus, & alia ad mo-
9 dicum tempus; illa eſt, quando fit per
decennium, *gloſ. notabilis in l. 2. in fin. ff.
ſi ager. vectig. vel emphyteuſ. petat. Ca-
ſtrenſ. Alex. & cum eis circa quadraginta
Doctores penes Carrot. d. fol. 51. q. 1.* & licet
quaſdam limitationes ponat, receptior
tamen eſt opinio, quid ſit ad longum
tempus, *vt poſt* Couarr. *Nauarr. & alios
probant Leſſius d. cap. 24. dub. 10. num. 68.
Mantic. d. lib. 5. tit. 4. num. 9. Noſter de
Pont. deciſ. 28. num. 24. cum ſeqq. & conſ.
139. num. 6. §. ſi igitur. vol. 2.* Plus dicunt
10 DD. quod ſi locatio facta fuiſſet de quin
quennio in quinquennium, diceretur lo-
catio ad longum tempus; quia prædicta
tempora coniunguntur, & ſic faciunt
tempus lõgum decem annorum *ita Lap.
alleg. 12. vbi Mandoſ. alios citat. tenent etiã
Bart. Alex. Tiraq. Padill. Celſ. Vgo, &
alij, quos probant Carrot. d. 2. par. fol. 52.
quæſt. 4. num. 8. Tuſc. d. concl. 403. num. 15.
Nepita ad conſuet. Catinens. tit. 29. conſuet.
vnic. num. 52.*

Si vero eſſet ad nouennium tantum, lo-
catio non diceretur ad longum tempus,
11 niſi de iure determinatum eſſet contra-
rium, vt eſt in locatione bonorum Ec-
cleſiæ, vt dicetur infra q. 20. vel eſſet lo-
catio de nouennio in nouennium, tunc
enim prædicta, tempora coniungeren-
tur, vt dictum eſt de locatione de quin-
quennio, in quinquennium, vt probant
*Cardin. in Clem. 1. §. 1. de reb. Eccleſ. non
alienand. Ioann. Faber. Aretin. Alex. Iaſ.
Felyn. Socin. Cart. Pinell. Barbat. Caballin.
Anna, Eugen. Armill, Mandoſ. & Borgnin.
quos ſequitur Carrot. d. q. 4. num. 1. & ſub*

SVMMARIVM.

1 *Contractus lacationis differt à contractu emptionis, & venditionis.*
2 *Quoad obligationem vterque contractus locationis, & venditionis fraternizantur.*
3 *Mercator tranſmittens merces vendendas alicui, an dicatur contractus locationis.*
4 *Contractus locationis, an dicatur habens ſingulis annis pretium pro certo prædio non expreſſo verbo locationis.*
5 *Remiſſio mercedis fit in contractu locationis non autem venditionis.*
6 *Dominium directum transfertur in contractu venditionis, quod ſecus eſt in contractu locationis.*
7 *Periculum eſt emptoris in venditione in locatione eſt locatoris.*
8 *Venditor tenetur præciſè tradere rem, nec liberatur præſtando intereſſe, quod ſecus in locatione.*

QVÆST. III.

TErtiò, An contractus locationis dif-
ferat à contractu emptionis, & ven-
1 ditionis? Reſpondetur in aliquibus eos
conuenire, & in aliquibus differre: con-
ueniunt primò in origine, quia vterque
contractus eſt de iure gentium *l. ex loc.*
iure. ff. de iuſt. & iur. Secundò in ſubſtan-
tialibus, quia vterq. conſenſu perficitur
& in vtroque requiritur res, & pretium,
l. 1. & 2. ff. eod. §. 1. & 2. inſtit. eod. ſic etiã
2 quoad obligationem, quia vterq. eſt obli
gatorius, ex vtraq; parte, & ambo di-
cuntur fraternizare, *Hoſtienſ. loc. cit. nu.*
5. Ioann. de Platea, & Angel. quos probat
Oinotom, in §. 1. num. 6. Iaſ. eod. alios citat,
& probat Tuſch. in verb. locatio. concluſ.
402. num. 8. & ſeqq. Ioann. de Caſtill. lib.
3. quotidianar. controuerſ. Iur. cap. 3. num.
1. & 2. & valeat argumentum de vno ad
alium contractum, quia iiſdem regulis
ferè conſiſtunt, ſi expreſsè non ſit ſanci-
tum contrarium, *Surd. cons. 150. nu. 129.*
vol. 1. latiſſimè Molin. diſput. 487. Azor. p.
3. moral. lib. 8. cap. 11. vbi ſeptem alias
alias conuenientias ponit, vt per eum;
quas omitto.
3 Hinc inferunt primò ſcribentes, quod
ſi mercator tranſmitteret ſuas merces
vendendas alicui mercatori, cui certam
mercedem conſtituit, non dicitur inire
contractum venditionis cum dicto ven-
ditore mercium, nec etiam contractum
mandati, vel ſimplicis ſocietatis; ſed ſo-
lum inire contractum locationis opera-
rum; quia pro illa mercede cenſetur ille
mercator locaſſe operas ſuas mittenti
merces, vt eas venderet, vt fundat, *Strac-*
ca in tract. de Mercatura tit. mandati num.
37. quem probat.
4 Inferunt ſecundò, quod ſi quis pro
aliquo pretio ſingulis annis ſoluendo ha
beret v.g. à Titio aliqua prædia, ſi in il-
lo contractu non adeſſet verbum loca-
uit &c. præſumeretur contractus vendi-
tionis, quamuis in emptione, & vendi-
tione pretium ſoluatur in vnica vice, in
locatione verò ſoluatur ſingulis annis,
& ex hac modo ſoluendi pretium diſcer
nitur vnus contractus ab alio, *Bart. in l.*
1. §. 1. ff. de ſuperficieb: Angel. Alex. & alij,
quos probat Tuſc. d. concluſ. 402. nu. 17. &
ſeqq, vbi hac declarat. ſic etiam Surd. deciſ.
326. num 8. & ſeqq. latiſſimè Mantic. d. lib.
5. tit. 2. num. 39. cum ſeqq. & ſic regulari-
ter iudicaretur contractus venditionis,
niſi aliud appareret ex verbis, vel ex pa-
ctis eiuſdẽ contractus: & dum colligitur,
5 quid ſit contractus locationis nõ autem
venditionis, fit remiſſio mercedis ob pe-
ſtem, famem, & alias iuſtas cauſas, quod
præcipuè euenit in conductoribus gabel
larum, vt poſt alios notat *Carrot. p. 3. de*
locat. & conduct. in tit. de locat. vectigal.
q. 6. fol. 135. vbi latiſsimè, hanc illatio-
nem examinat, & de tali remiſſione mer-
cedis dicetur infra.
6 Differunt tamen in multis, & primò,
quoad dominij translationem. quia per
emptionis, & venditionis contractum
transfertur etiam directum dominium
in emptorem; at per locationem ſecùs;
nam etiam ſi eſſet ad longum tempus ad
ſummum transfertur vtile dominium, vt
patet ex dictis *quæſt. 1. & latiſſimè Tuſch.*
in verb. locatio, concl. 402. num. 3. Oinot.
in §. 1. num. 7. & 8. inſtit. eod.
7 Secundò differunt, quia in venditione
periculum eſt emptoris, in locatione ve-
rò eſt locatoris, niſi ex pacto ſit aliud cõ-
uentum, vt dicam *q. 15. & ex tex. in l. ex*
conducto. §. 1. ff. eod. poſt Bart. Anchar. &
Angel. Tuſch. d. concluſ. 402. num. 6. & 7.
& præcipua ratione, quia non transfer-
tur dominium vtrumq; in conductorem,
prout tranſit in emptorem.
8 Differunt quoad traditionem, quia, ſi
ven-

Digitized by Google

vel plures annos, locatio non valet, nec etiam per illud triennium *Bart. conſ. 159. Viſa quadam. num. 8. verſ. quartò eſt videndum vſq. in fin. lib. 1. & alij plures, quos probat Couarr. lib. 2. variar. reſol. cap. 17. num. 5. §. deinde. & de Barthólo meminit, Tuſch. d. concl. 401. num. 2. & eandem ſententiam probat Azor. par. 3. moral. lib. 8. c. 3. ſub q. 3. §. dicendum puto,* & alij quidam & eo eorũ opinio vereor videtur ſi enim vnica eſt locatio pro toto illo tempore, vtique debet in totum vitiari: de qua quæſtione plura tradit, *Carrot. par. 5. tit. de locat. inutil. fol. 228. col. 4. vbi Borgnin. Ann. & alios plures citat, & hanc deciſionẽ eſſe magis communem ſententiam plures alios cumulat Mantic. d. lib. 5. tit. 5. num. 1. & ſeqq.* vbi decem rationibus probat nullo modo valere talem locationem etiam infra tempus promiſſum, tenet etiam *Ricc. in prax alienat. rer. Eccleſ. deciſ. 117. num. 6.*

6 Verùm multi tenent contrarium, valere locationem infra tempus promiſsũ, vt eſt videre penes *Couarr. loc. cit. vt etiã tenet Rebell. d. lib. 14. q. 6. Quarant. in compend. bullar. in verb. alienatio. num. 18. §. hunc articulum,* vbi licet dicat vtranque opinionem eſſe probabilem, hanc ſecundam tamen dicit eſſe magis communem; quam etiam in effectu probat *Mantic. d. tit. 5. num. 19. cum ſeqq. & poſt alios Carrot. d. p. 3. concluſ. 9. num. 97. Molin. de primogen. Hiſp. lib. 1. c. 21. Lapus Aquilin. Monald. Gamm. & alij plures Ricc. d. deciſ. 117. num. 1. cum ſeqq.* Quarum rationum hæc vnica ſufficiat, quia ſumus in ſeparabilibus, in quibus vtile per inutile nõ vitiatur; & eſt, *tex. expreſſus meo iudicio in §. quod autem. verſ. nec illud Authen. de non alienandis &c. ibi* (Si res in longum tempus, v.g. decennium alienari vetita concedatur ad nouennium cum pacto renouandi locationem irritum eſſe huiuſmodi machinam cenſemus, nec vltra tempus promiſſum validam eſſe locationem) Hæc ibi, ex quo alij communiter diſtingunt: quid ſi eſſemus in locatione rerum Eccleſiæ, locatio erit nulla, & irrita etiam pro triennio quia *Text. in extrauag. ambitioſæ. de reb. Eccleſ. non alienan.* vel ſolum infra triennium permittit locationem, eamq. irritat, ſi aliter fieret; & conſequenter irritatur in totum, non autem pro illo tempore maiori, vt malè intelligit *Rebell. d. q. 6. num. 2.* nam irritatur pro toto tempore, vt melius fatetur, *Azor. d. cap. 3. q. 3. §. dicendum puto & poſt alios Carrot d. p. 3. tit. de reb. Eccleſiæ concl. 6. num. 22. & d. fol. 228. & ſeqq. in tit. de locat. inutil. num. 6. cum ſeqq.* vbi dicit hanc eſſe magis communem ſententiam, & ita pluries deciſum in Rota *Roman. affirmat Ricc. d. deciſ. 117. nu. 6. & deciſ. 121. tenent etiam Bec. conſ. 92. per tot. & præcipuè nu. 21. cum ſeqq. vbi alios cumulat vol. 1. Molin. diſput. 497. ſub n. 2. §. ſequitur etiã Noſter de Pont. d. deciſ. 28. n. 28.* vbi plus ſubdit, quod Iudices reprobant cautelam, quam contrahentes adhibere ſolent, vt tot ſint locationes, quot anni, quia eſt fraus, & ſic eſt cautela, & ſunt ſubtilitates, quæ docentur in ſcholis, ſed non admittuntur per Iudices, quia ſunt in fraudem *Iurium,* ex *Regul. Tex. in l. ſicut. §. ſi debitori. ff. quib. mod. pign. vel hyppothec. ſoluat.* Et quia iudicatur pro vnica locatione indiuiſibili, & proinde vtile per inutile vitiatur, niſi tamen partes expreſsè conuenerint, vt infra triennium locatio valeat, & pro ſuperfluo ſit irrita, quia tunc duo iudicarentur contractus, & ſaltem ex æquitate valeret infra triennium, vt notat *Leſſius d. lib. 2. cap. 24. dubit. 10. nu. 68.* & pluribus auctoritatibus, & rationibus hoc probat *Mantic. d. tit. 5. num. 32. §. nam ſupponendo quorum opinio etiam mihi probatur.*

11 Si verò eſſemus in locatione rerum aliarum perſonarum, & tunc regulariter valet locatio infra tempus permiſſum, vt patet *ex d. §. quod autem.* Quia in hoc caſu, tot cenſentur locationes, quot ſunt anni, & ſic cum ſimus in ſeparabilibus, vtile per inutile non vitiatur, *latiſſimè Carrot. d. q. 1. num. 6. & ſeqq. fol. 158. col. 3. & ita procedit eius opinio par. 5. tit. de reb. eccleſ. concluſ. 9. num. 44.* vt valeat pro triennio, & ſic malè allegatur, à Quaranta in verb. alienatio *num. 18. & §. hunc articulum,* quod loquatur de locatione rerum eccleſiæ; nam ibi concludit de de locatione aliorum quorum, & ſuperius concluſ. 6. locutus fuit de locatione rerum Eccleſiæ, vt conſequenter ſe ipsũ declarat, vt concordat d. quæſt. 1.

12 Hoc autem limitatur non habere locum ſi ex partium conuentione conſtaret vnicam eſſe locationem. vt quia vnica penſio pro tempore ſolueretur, vel conductor nollet aliter conducere, niſi pro toto illo tempore, & ſic de ſimilibus: tunc enim iudicatur vnica locatio ex voluntate contrahentium, & in hoc caſu locatio erit nulla in totum ex indiuiſibili voluntate contrahentium *Bart. d. conſ. 159. Felin. Alex. Socin. Bal. Alciat. & Tiraquell. quos probat Carrot. d. tit. de locatione inutil. num. 8. fol. 229. alios cumulat,*

&

& probat *Surd.conſ.34.num.53. conſ.43. num.52.vol.1.* vbi ſic concordat opiniones, ſi vna, vel plures locationes ſint, nā ſi ſingulis annis eſſet ſoluenda merces, tot eſſent locationes, quot ſunt anni; ſecus ſi vna ſola merces eſſet ſoluenda pro omnibus annis, latiſſimè *Bec.d.conſ.92: præcipuè num.13.& ſeqq.& conſ.139:vol.2.poſt Rebuff.in ſuis commentar.tit. de ſenten. & execut.act:9.gloſ.5.tom.1. Tepat. d. tit.de locat.& conduct.fol. 67: col:2: §: tot ſunt latiſſimè Catron:d:q:1:num.6: & ſeqq;* vbi prædictas,& quoſdam alias ponit declarationes *Farinac.in nouis.deciſ.227.nu: 13.in fin: & num:14: & in effectu ſic etiam tenet Mant:d:tit:4;num.16: cum ſeqq: & tit: 5:num:32:cum ſeqq:*

SVMMARIVM.

1 *Locatio renouata, an pro eodem pretio cenſeri debeat, & eiſdem conditionibus; & obligationibus.*

2 *Reconductio, an per ſcripturas, vel per teſtes erit probanda, & quatinus per teſtes erit probanda limitatur num.3. vbi deciſiones citantur.*

4 *Conductor prædij ad certum tempus quo elapſo ſi perſeuerauerit, an præſumatur priorem contractum renouare ſub eiſdem conditionibus, & pretium, & quatenus id præſumeretur declaratur dummodo poſſideat num.5.*

6 *Reconductio facta præſumitur in annum ſequentem non autem pro tempore primi contractus actio executiua pro penſione domus, quæ competit pro primo contractu, an locum habeat pro ſecunda conductione præſumpta.*

8 *Executiua via, ſeu præceptum guarentigie proueniens ex pacto expreſſo in contractu accedente ſtipulatione, contrarij, quod ſecus eſt in Tacita recōductione.*

9 *Inſtrumentum an poſſit liquidari contra conductorem. & quando.*

10 *Exceptio ſterilitatis opponi, an poſſit contra inſtrumentum locationis.*

11 *Conductor poſt conductionem contractus debita obligando bona ſua expreſſè, an eidem creditori prælatio ſit concedenda, vel Domino locatori propenſio.*

12 *Conductor ſi nolit continuare conductionem qualiter debet procedere, ne videatur tacitè conduxiſſe, vt ad pēſionem teneatur.*

13 *Conductor ſi denuntiationem non fecerit in tempore Auguſti, neq; penſionem ſoluerit, an cogi poſſit à locatore perſeuerare in anno ſequenti cū eadem penſione.*

14 *Conductor ſi renuntiat infra tempus præfixum cogi poterit ad ſolutionem penſionis actione locati, & hæc forma etiam in prædijs ruſticis licet ſeruetur in vrbanis ſecus commune.*

15 *Conductor ſi denuntiationes non fecerit Domino ſatis erit, quod finito tempore locationis ſoluat penſionem & ab ea recedas, & finito vltimo anno poterit domum renuntiare nec cogi continuare, non eſt in locatore permiſſum.*

16 *Denuntiationes pro affictu prædiorum mixtorum, quo tempore fieri debēt.*

17 *Denuntiationis ſi non fieri poſſint à conductoribus ex cauſſa abſentia, an per conſanguineos ipſorum fieri debeant.*

18 *Denuntiationes fieri debent Domino non tamen eius procuratori.*

19 *Quis nam ex duobus conductoribus præferri debeat in locatione facta duobus.*

20 *Reconductio non facilè præſumitur in rebus mobilibus, ideo conductor finito tempore reſtituere debet rem alias furtum committeret.*

21 *Conductor equi, & patiente Domino ſi ceperit vti quo ad inter faciendū ad alium locum præter primum pro quo conduxerit equum, an ex noua patientia locatoris cenſeatur prorogata, vt non teneatur ad aliud.*

22 *Reconductio præſumitur facta quando pro forma requirebatur certa ſollēnitas, vt puta ſcriptura.*

23 *Reconductio an præſumatur in eo, qui pro cuſtodia rei locauit operas ſuas cum finito tempore expirat locatio finito tempore continuaret cuſtodiā rerum, nec proinde ageret ex locato, ſed act'one negotiorum geſtorū.*

Pen-

24 *Penſio ſine merces ſi non fuiſſet ſpecifi
cata, & inquilinus habitauerit in do-
mo, quam locator ſolitus erat locare
eidem & ipſe eandem conducere, an
de ſolita intelligi debeat, vel agi con-
ditione ſine cauſa ad illam taxandã.

QVÆST. V.

1 QVintò quæro, quando locatio præ-
ſumatur renouata, & num reno-
uatio fiat pro eodem pretio ijſdem obli-
gationibus, & conditionibus? De hac
materia agitur in conſuet. Non poteſt
Dominus cum quatuor *ſeqq. vbi Napod.*
& alij, & de iur. communi eſt tex. in l. item
quaritur. §. qui impleto. ff. locat. latiſſimè tra
ctat Vinc. Carrot. d. tract. de locat. & conduct
p. 3. tit. de renouat. location. fol. 150. cum ſeq.
Tepat. lib. 2. var. ſent. iur. in tit. de condu-
ction. ſiue reconduct. tacita fol. 69. col. 4. Car
din. Tuſch. in verb. locatio concl. 421. Man-
tic. d. lib. 5. tit. 15. Honded. deciſ. 265. num.
57. & deciſ. 336. num. 6. par. 2. Molin. tom.
2. de iuſt. & iur. diſp. 449. num. 9. & ſeqq. &
diſp. 398. num. 14. & ſeqq. Alex. Randenſ.
var. reſolut. cap. 30. num. 2. cap: 72: & alibi.
de Pont. conſ. 2: num: 10: & ſeqq: volum: 21
2 Exquorum dictis eligo ſequentes conclu
ſiones. Hoc prius notaro, quod regu-
lariter reconductio non poteſt probari
per teſtes, ſed per ſcripturas probanda
erit; & ideo ſi aliquis conduxiſſet præ-
dium, non poteſt primus conductor di-
cere ſe idem prædium reconduxiſſe pro
dicto anno, etiam ſi eam reconductionẽ
offerat probare per teſtes, vt ex pluri-
bus fundat *Vinc. de Franch. deciſ. 278. vbi*
refert deciſum in Sacro Conſ. de quo poſt
Tapian. & Battaglin. meminit Ioann. Bap.
de Thor. in Compend. deciſ. Neapolit. in
verb. conductor primus, ſeu antiquus,
Martha deciſ. 174. num. 7. Gamma, Carthar
& alij, vt per Riccium in ſua praxi deciſ.
11. in fine in prætermiſſis, niſi tamen pri-
mus conductor multo ante tempus in-
greſſui domorum oppoſuiſſet de tali re-
conductione; quia tũc fraus non præſu-
mitur, & poterit per quinque teſtes pro-
bari talis reconductio, *vt poſt Battagl. ad*
Cyn. in l. ne cui. C. locat. & Tapia not. de
Thor. vbi ſup. in verb. reconductio. lo 2. &
3. Attamen Riccius d. deciſ. 11. num. 3. refert
deciſum contrarium in Sac. Conſ. de anno
1615. in cauſa Caſaris de Mari cũ Camillo
Lamberto penes Saccianentum ſic etiam in
d. Curia Archiepiſcopali, vt probari poſſit
locato per teſtes non obſtante d. deciſ. Vin-
centij de Franchis, ſed non eſt receden-
dum ab opinione Domini de Franchis;
3 niſi quando ex qualitate conducen-
tis poſſet Iudex arbitrari, vel ex alijs,
quod non fiat hoc oppoſitio in fraudem,
nam in perſonis nobilibus præſertim nõ
ſolet fieri ſcriptura, & ſic ſatis probare
per teſtes, vel quia ante tempus finitæ
locationis conductor dicat, eſſe ſibi fa-
ctam reconductionem, quia tunc admit-
titur probatio per teſtes, vt latius fun-
dat, *Rouit: in pragm: de locato, & con-*
duct: num: 11: & ſeqq. vbi ſic etiam deci-
ſum affirmat, & quod opinio Domini de
Franchis, vendicet ſibi locum, ſi condu
ctor finito tempore locationis allegaret
ſub conductionem hoc enim præſumere-
tur factum in fraudem.
4 Prima concluſio conductor prædij ad
certum tempus, ſi elapſo illo tempore,
perſeueret in prædio locato, præſumi-
tur priorem contractum renouare ſub
eiſdem conditionibus, & pretio. Sic
probat Tex. *in l. legem. C. locat. Molin. d.*
diſput. 449. num. 9. Menoch. lib. 2. de arbitr.
Iudicũ caſ. 159. Abb. & Marc. & Magon.
quos probat Tepat. loco citato. Tuſc. dicta
conclus. 421. num. 1. & ſeqq. & omnes
alij, & habetur expreſsè in conſuetu-
5 dinibus citatis. Ratio omnium eſt,
quia vt conductor crimen euitet, ne
inuito Domino, aliena bona occupet,
præſumitur continuare conductionem,
& ſic etiam præſumitur eſſe tacitus con-
ſenſus ipſius locatoris, quod conductor
ille eodem modo rem illam poſſideat;
de qua materia latiſſimè agit poſt alios
Carrot. vbi ſup. fol. 153. col. 3. cum fol. ſeqq.
quæſt: 22. & ſeqq. præcipuè quæſt. 30. probat
etiam Rebell. lib. 14. de locat. & conduct. q.
12. num. 2.
6 Secunda Concluſio, Hæc reconductio
facta præſumitur in annum ſequentem,
non autem pro tempore primi cõtractus
ideò finito anno, extinguitur recondu-
ctio. Concluſio probatur *in d: l. legem,*
& in d. §. qui impleto. Bald. Caldas, Valta-
ſius & Gamm. quos probat Molin. d. diſput.
449. num. 10. poſt. Alexand. Tuſch. d. concluſ
diſput. 498. num. 17. Mantic. d. tit. 15. num.
421. num. 13. Conferunt dicta per Rauden.
d. cap. 68. num. 27. cum ſeqq. Idem Molin. d.
1. & ſeqq. Afflict. deciſ. 365. num. 13. Bor-
gnin. Cornaz. & Peregrin. de quibus me-
minit Ioan. Bap. de Thor. verb. recõduct. lo 2
quoniam per annum præſumitur condu
ctio ex iuris diſpoſitione, vt ſuperius
pluries notaui præcipuè quæſt. 2.
7 Tertia concluſio, merces in hoc caſu
non habet viam executiuam, prout ha-
bebat primus contractus, ſed via ordi-

naria exigitur: hanc concluſionem probat *Bald. in d. l. legem. verſ. ſi aliquid. C. locat. Anton. Canar. Bero. Magon. Alex. Iaſ. Anton. Gabr. & Anton. Columbar. quos probat. Carrot. ſupra. fol. 154. q. 26. Afflict. deciſ. 365. quem probat Tuſch. d. concluſ. 421. num. 20. Gomez. Leon. & Rebuff. quos probat Tepat. vbi ſupra. §. quando inſtrumentum.*

8 Ratio eſt, quia via executiua, ſiue præceptum gnarantigiæ prouenit ex pacto expreſſo appoſito in contractu, accedente ſtipulatione notarij, & ideò conſenſus tacitus non poteſt ſupplere factũ dependens à ſtipulatione Notarij, vt poſt *Bald. loco cit. alios notat Tuſch. d. num. 20.* tacita tamen hypotheca durat, & etiam idem pretium, & quicquid dependet à voluntate ipſorum contrahentium, vt optimè aduertit, poſt alios *Carrot. d. fol. 154. quaſt. 30.* Contrarium tamen poſt *Intrigliol. conſ. 25. & Caſarem Barſ. deciſ. Benon. 60. notat Rouit. d. prag. 1. nu. 7. de locato, & conduct. & ſeruatur in praxi.* ſi n. verbis expreſſis fiat renouatio, tunc ſumus in claris, quod habeat viam exequutiuam: ſi eſſet reconductio tacita, videtur continuata eiſdem pactis, & conſuetudine exigendi penſionem; quamuis in hoc ſecundo caſu de tacito conſenſu, ſit verior in puncto iuris contraria ſententia, quod non habeat viam executiuam ob relatam rationem.

9 Eſt tamen notandum, quod regulariter liquidari non poteſt inſtrumentum contra conductorem, niſi in ſpecie conductor renunciaſſet patientiæ non præſtitæ, ex quo dum locator teneatur ad factum, nempe quod conductor vtatur bonis conductis toto conditionis tempore, dum non conſtat per locatorem fuiſſe præſtitam talem patientiam, inſtrumentum non eſſet liquidum, vt optime probat *Frece. in tract. de præſentat. inſtrumentor. part. 7. quaſtion. 9. vbi num. 10.* ita refert ſe bis obtinuiſſe contra auctorem, ne liquidare poſſet inſtrumentum contra conductorem; de quo ad hoc propoſitum meminit *poſt Franciſc. Anton. de Iudic. Robert. Ioan. Bapt. de Thor. in verb. inſtrumentum locationis.* Attamen, dum
10 inſtrumentum eſt liquidum ex hac parte non poſſet conductor opponere exceptionem ſterelitatis, hæc enim requirit altiorem indaginem, & conſequenter probari non poteſt in ead. inſtantia, & ideo non impedit executionem, quod eſt notandum, vt inquit *Carrot. p. 4. de locat. in conduct. in tit. de remiſſ. merced. quaſt. 8. num. 14. fol. 166.* vbi hoc non decidit, quia dicit ſe non inueniſſe Auctorem id decidentem; ſed eſt clarum, quod non impediatur executio, prout in propria materia ex multis probat *Borgnin. deciſ. 28. tot. par. 2. quem probat. Tepat. lib. 2. variar. iur. ſenten. in tit. de remiſſ. merced. fol. 70. col. 3. §. quando ex forma ſtatuti.*

Vt autem ad reconductionem reuertar, eſt aduertendum, quod ſi conductor hoc medio tempore, vel etiam poſt cæptam reconductionem contraxerit debita, & creditori obligaſſet expreſsè bona ſua, creditor ille præferretur locatori in merce de reconductionis, ex quo creditor habet hypothecam expreſſam, locator vere pro dicta reconductione non habet expreſſam, nempe, ex primo inſtrumento locationis, ſed habet hypothecam tacitam ex diſpoſitione Iuris, & ita allegatum vidiſſe in facti contingentia affirmat, *Carrot. in eod. tract. fol. 158. declaratione 12. num. 21.* Quæ quidem reconductio non præſumitur facta, ſi conductor per paucos dies, v. g. ſex, vel circiter permanſiſſet in re conducta, ſed maius tempus requiritur, ex quo arbitrio boni viri dici poſſit reconduxiſſe eadem bona pro anno ſequenti; vt latiſſimè *poſt Odoffr. & Bald. in d. §. qui impleto probat* Carrot. *d. fol. 158. declarat. 11. & à fol. 150. vſq. ad fol. 160. ſic etiam Fabius Turrett. conſ. 74. num. 11. lib. 1. Magon. in deciſ. Lucenſ. 47. quem probat Tepat. vbi ſupra. §. tacita relocatio. Molin. diſp. 468. ſub num. 10. poſt alios Mantic. d. tit. 15. per tot. & in ſpecie ſub num. 2 & ſub num. 16.* qui pro reliquis videri poſſunt; quia ſecundum noſtras conſuetudines in prædiis ruſticis eſt introducta forma circa hoc: quia ſi locator nollet pro anno ſequenti relinquere terram partiario, debet illi hoc denuntiare: quo caſu facta denuntiatione, partiarius, ſeu colonus ille debet perſeuerare in conductione prædii per totum menſem Auguſti, & ſublata vindamia, nihil iuris habet ille colonus in fundo illo; ſic habetur in d. conſuet. Non poteſt Dominus.

11 Sic è contra Colonus ipſe, ſi nolit continuare conductionem, poteſt, & debet hoc facere per totum menſem Auguſti, & infra illud tempus debet etiam ſoluere penſionem, ſiue mercedem adhoc, vt antequam labatur tempus locandi aliis, & colendi, ſiue laborandi terram, poſſit locator ſibi prouidere de alio Colono, ſiue laboratore, vt in conſuet. è conuerſo, *vbi Napodab. & de his conſuetudinibus meminit Carrot. tract. de locat. & cõduct. par. 3. fol. 146. col. 3. quaſt. 3. Ioann.*

Bapt.

Bapt. de Thor. verb. inquilinus ſi ſteterit: ſi tamen locator nihil dixit, tunc adueniente dicto menſe Augusti, poteſt conductorem de re illa expellere, & ita fuit deciſum in Sacro Conſ. vt per *Afflict. deciſ. 237. de quo meminit, enimq; ſequitur Carrot. d. q. 3. tota d. fol. 146. col. 3.* Itaq; ſi conductor in dicto Menſe Augusti talem denuntiationem Domino nō fecerit, nec ei penſionem ſoluerit, tunc ſi locator velit, cogitur pro anno ſequenti perſeuerare in conductione, & ſoluere locatori eandem pēſionem, ſiue terraticum, prout ſoluebat anno præcedente, vt in *Conſuet. ſiue §. quod ſi infra.* Non tamen copulatiuè illa duo requiruntur: ſed ſi renuntiat infra dictum tempus, poſtea cogi poteſt actione ex locato ad ſolutionem mercedis, *vt ibidem not. Napod. num. 16. fol. 374.* nam poteſt
14 eſſe, quia non teneatur ſoluere penſionem, vt latiſſimè fundat, *Surd. conſ. 197. vol. 2. & dicetur infra q. 19. & 20.* Et hæc forma ſeruatur in prædijs ruſticis, in prædijs tamen vrbanis ſeruatur Ius commune, vt docet *Napod. hic in Conſuet. ſed ſi fundum n. m. 23. fol. 375. vbi Capyc. & alij addentes poſt Afflict. deciſ. 238. referunt deciſum in cauſa Iacobi Sanazarij cum Luca Paneitero,* quod ſi etiam per viginti annos quis tenuiſſet domum conductam, nec tales denunciationes feciſſet Domi-
15 no domus, ſatis erit, quod finito tempore locationis, ſoluat debitam penſionē dictæ domus, & ab ea recedat, & finito vltimo anno, poteſt conductor domum renunciare, nec cogi poteſt continuarē conductionem, prout è contra non poſſet locator conſtringi confirmare locationem, & poſſet conductorem expellere à locatione, finito quolibet anno, vt etiam tenet *Cartar. in deciſionib. Genuæ 97. & meminit Ioan. Bapt. de Thor. in verb. inquilinus nouus.*
16 Si verò eſſemus in prædijs mixtis, nempè partim ruſticis, & partim vrbanis, vt regulariter eſt Neapoli, vbi regulariter quis habet maxarias, ſiue villas cum domibus ad habitandum; tunc tales denunciationes faciendæ ſunt in menſe Maij, & dum colonus, ſiue laborator talem denuntiationem locatori fecerit, poterit deinde habitare in dicta Villa per totum menſem Augusti, & ſoluere Domino penſionem: alias, ſi Dominus velit, cogitur Colonus pro anno ſequente continuare conductionem, vt habetur *in d. Conſuet. ſed ſi fundum vbi omnes.*
17 Plus mandant dictæ conſuetudines, quod quando conductor tales denunciationes facit, ſe nolle continuare conductionem Domino eas facere debere; qui eſſet abſens; tunc ſatis eſt, ſi coniunctis, & amicis id denunciet; & hoc valde cōmendant DD. in beneficium conductoris, *Bald. in l. 1. §. fin. ff. de eo, qui pro tutor Alex. Iaſ. & Cephal. quos probat Carrot. d. declar. 12. num. 1. fol. 158. col. 1. & poſt Bald & Iaſ. Tuſch. d. concluſ. 421. num. 12: meminit etiam Camil. Salern. in addit. ad Napod: in d. conſuet. ſed ſi fundum. ſub num. 24. in addit. incip. illa deciſio. fol. 375. in fin.* Quæ quidam denunciatio Domino fieri deberet; nec ſufficit, ſi fiat eius procuratori, vel negotiorum geſtori: quicquid dixerit *Napod. in d. Conſuet. ſed ſi fundum num. 24. fol. 375.* quia licèt denuntiatio facta Domino, id intelligitur reſpectu eiuſdem actus, in quo procurator conſtituitur, ex quo Domino imputari debet, ſi in illo actu non elegerit procuratorem idoneum, qui ea prædicta denunciaret: ſecus tamen, ſi eſſet procurator generalis; quia non præſumitur Dominus habuiſſe notitiam talis requiſitionis, vt poſt *Bald. in l. 1. ff. de eo, qui pro tutor. ſe geſſer. Anchar. & Alex. notat Salernus ad Napol. d. fol. 1275. in fin.* Sed hoc ex forma procurationis, & mandato procurationis colligi poterit.
19 Et tamen non modica controuerſia, ſi locatio alicui ns prædij duobus facta fuerit, quiſnam conductor, præferatur? De qua materia plurimum DD. diſputant, & verius videtur, quid primus præfertur, vt notat *Nepit. ad Conſuet. Catan. tit. 29. num. 56. & ſeqq. poſt alios Vicol. Mozi de locat. & conduct. in tit. de naturali bus contract. locat. & conduct. f. 194. num. 12. & 13. Carrot. loco cit. par. 3. fol. 146. col. 3. q. 3. num. 4. Flamin. Cartar in deciſion. Gen. 97. num. 4. & ſeqq. latiſs. poſt alios Marius Giurb. in deciſion. Rot. Siciliæ deciſ. 59. per tot. vbi num. 6.* ſic deciſum affirmat, quem ſequitur *Paſchalis par. 4. de virib. patriæ poteſtat cap. 6. num. 35. ſed Latius dicetur infra quæſt. 32.*
20 Illud ſolum notandum eſt, quia reconductio non facilè præſumitur in rebus mobilibus; & ideo, finito tempore locationis, ſi conductor non reſtituat rem locatam Domino, dicitur committere furtum, niſi tamen conductor bona fide id faciat; quia nempe, probabiliter credit locatorem id permiſſurum, & in dubio hoc ſemper eſt præſumendum: ita *gloſ. in d. §. qui impleto. in vltimis, vbi Bart. & alij, quos probat Molin. d. diſp. 498. nu. 15. Magon. deciſ. 56. Rot. Florent. num. 3. cum ſeqq. Tepat. lib. 2. variar. Iur. ſentent.*

tit. de locacat. & conduct. fol. 65. col. 4. §. cõductor equi. Mantic. d. lib. 5. tit. ii 5. num. 40. cum ſeqq. ſubdit tamen Molin. loc. cit. quod ſi quis conduxerit equum, & patiente locatore cæperit vti equo ad iter faciendum ad alium locum, præter primum, ad quem conduxit equum; tunc ex noua patientia, & ſcientia locatoris cenſetur prorogata conductio pro ſolita, & conuenta mercede vſq; ad complementum illius noui itineris; nec poteſt locator deſiſtere à locatione ante completum iter prædictum.

22 Secundò, nec præſumitur reconductio, quando in locatione requirebatur pro forma certa ſolennitas, nempe, ſcriptura, aliorum ſcrutinium, vel diſcuſſio (vt eſt, quando locantur bona communitatum, in quibus ſeruitutum, vel diſcuſſio requiritur) & ſic de alijs, tunc enim non præſumitur reconductio ſi non interuenerit illa ſolennitas *Cyn. in l. cum pater §. pater certam. vbi Bald. & & Imol. ff. de legat. 2. Bart. in d. §. qui impleto. Alex. Ruin. Bero, Anibar. & alij, quos probat. Surd. conſ. 460. num. 42. vol. 4.*

23 Tertiò, nec præſumitur relocatio, ſiue reconductio in eo, qui pro cuſtodia rei locauit operas ſuas: nam finito tẽpore, expirat locatio; & ſi finito tempore perſeuerat in cuſtodia dictarum rerum; nec ipſe agit ex locato; nec tenetur ex conducto; ſed actione negotiorum geſtorum, vel alia, vt eſt deciſio, *Bartholi in d. §. qui impleto num. 5. Imol. Alex. Iaſ. & Menoch. quos probat Surd. d. conſ. 460. ſub num. 41. §. Addo*, quod, finito dicto tempore.

24 Poſtremò ſi aliquis, ſciente Domino domus, habitaſſet in illa domo, nec eſſet ſpecificata merces aliqua, & habitãs ille eſſet ſolitus conducere domum. & Dominus dictæ domus ſolitus eſſet locare domos, intelligeretur facta locatio pro illa ſolita mercede: ſi verò Dominus dictæ domus non eſſet ſolitus locare nec habitans eſſet ſolitus conducere, tũc verior eſt opinio, quid Dominus domus poſſit agi conditione ſine cauſa ad taxãdam mercedem congruam, quanti ille qui habitauit, potuiſſet domum illam cõducere, *Bart. in l. in ſumma. §. & ſic. ff. de condition. indeb, Alex. conſ. 107. in cauſa. vol. 1. Iaſ. & Carol. quos probat. Mut. ad Conſuet. Panborm. cap. 34. num. 48. tenent etiam Cremens. Dec. Rimin. Iun. & alij, quos probat Mantic. d. lib. 5. tit. 2. num. 6.*

SVMMARIVM.

1 *Contractus emphiteoticus quot requiratur ſolennitates remiſſiue.*

2 *Contractus emphiteoticus quid ſit.*

3 *Requiſita pro contractu emphiteotico ſunt quatuor.*

4 *Contractus emphiteoticus habet elegãs nomen; ac ſpeciale à lege impoſitum.*

5 *Dominium vtile transfertur in contractu emphiteotica.*

6 *Locatio perpetua ad vitam protrahitur, ſed emphiteoſis tranſit ad hæredes.*

7 *Penſio ſoluitur in locatione in pecunia numerata, in emphiteoſi ſolui poteſt etiam in alia ſpecie.*

8 *Emphiteota non ſoluens ſtatutis temporibus, vel rem conceſſam deteriorauerit incidit in commiſſum pro quo ſententia declaratoria opus erit.*

9 *Præcepta ſiũs emphiteotæ ad ſoluendũ canones præteritos alias prouidebitur ſuper deuolutione, vt eſt receptum in praxi.*

10 *Dominus recipiens partem canonis poſt ſententiam declaratoriam caducitatis, an ſibi præiudicet.*

11 *Ratio cur emphiteota ob rei deteriorationem priuatur iure ſuo, & per aliam rationem relatam num. 12.*

13 *Scriptura exigitur in contractu emphiteotico.*

14 *Dominus directus præferri debet in venditione fructuum rei emphiteoticæ, vel meliorationum.*

15 *Differentiaque nam ſit inter contractum locationis, & contractum emphiteuticum.*

QVÆST. VI.

1 SExtò quero, Quid ſit contractus emphiteuticus, quot requirat ſolennitates, vt valeat, & qualiter à locatione differat. De hac materia habetur, *in l. fin. C. de iur. emphyt. §. adeò. inſtit. de locat. & conduct. vbi dixi. Tuſch. in verb. locatio. concl. 407. & in verb. emphiteuſis. Molin. tom. 2. de iur. & iur. diſp. 445. & ſeqq. præcipuè diſp. 472. & Leſſius lib. 2. de iuſt. & iur.*

Digitized by Google

& iur.cap.24.dub.8.Rebell.par.2. de obli-
gat.iuſt.lib.13.q.1. & ſeqq. Carrot. in dict.
tract.de locat.& conduct.par.1.fol.51.cum
ſeqq.& p.2.tit.de iur.emphyt.fol.87.col.4.
cum fol.ſeqq.Cardinal.Mantic.lib.22.de ta
citis,& ambiguis emphyteuticis conuentio-
nibus vbi 35.titulis hanc materiam latiſſi-
mè examinat : ſed quia hæc materia non
pertinet ad hunc tractatum , ideò breui-
ter quæſtionem propoſitam reſoluam, vt
videatur qualiter differat à locatione ;
nam pro reliquis videri poſſunt præcita-
ti DD. & omiſſis varijs definitionibus
aliorum, ponam ſequentem .

2 Dico igitur Primò emphyteuſis eſt cõ
tractus nominatus, iure ciuili introdu-
ctus,per quem dominium rei immobilis
in perpetuum , vel ad tempus ſub annua
penſione in aliquem transfertur hac le-
ge , vt quandiu penſio ſoluatur, & res
conceſſa non deterioretur, non poſſit
auferri ab ipſo emphyteuta. Hęc deſcri-
ptio mihi videtur melior alijs, quia om-
3 nia requiſita adhunc contractum expli-
cat. Nam primò requiritur , quid res
immobilis concedatur. Secundò quod
directum dominium remaneat penes cõ
cedentem. Tertiò quid emphyteuta te-
neatur ad certam penſionem ſingulis an
nis ſoluendam . Quartò, quod ſi penſio
non ſoluatur temporibus congruis ; vel
res, conceſſa culpa emphyteutæ , dete-
rioretur;poſſit auferri res illa ab illo em-
phyteuta : hæc enim ſunt requiſita ma-
gis principaliora ; quæ omnia habentur
in dicta deſcriptione ; alia duo priora
explicant originem ipſius contractus,vt
ex dicendis patebit .

4 Dicitur primò , *quid ſit contractus no-*
minatus , quia habet , elegans, & ſpecia-
le nomen, à lege ſibi impoſitum, diſtin-
ctum à cæteris contractibus . *Angel.in l.*
1.num.1.C.de iur.emphyt.& hanc eſſe com
munem ſententiam docet Iul.Clar.in §.em-
phyteuſis.q.2.vbi addentes alios citant:pro
bat etiam Surd.decif.190. num.10.& ſeqq.
vt alios omittant . quia hoc clarum eſt,
ſicut etiam quod Ius ciuile hunc contra-
ctum inuenit, *gloſ.communiter recepta in*
l.ex hoc iure.ff.de iuſt.& iur. & hoc omnes
ſciunt latiſſimè Molin.diſp.447:

5 Dicitur tertiò, *per quem dominium,&c.*
quia hoc eſt vnum requiſitum ſubſtantia-
le huius contractus , quod vtile domi-
nium transferatur in emphyteutam , &
directum remaneat penes Dominum di-
rectum , qui rem concedit, *l.1.ff.ſi ager ,*
vectig.vel emphyteut.petat.tot.tit.C.de iur.
emphyt. & hoc omnes ſciunt : Ius enim
vtrunq; Dominum vocat tam conceden
tem , quam emphyteutam , & cùm duo
Domini inſolidum eſſe nequant eiuſdẽ
rei directè: oportet vniuerſis eſſe Domi-
num directum , & alium vtilem , vt om-
nes ſciunt . Et licèt conceſſio in emphi-
teuſim regulariter fiat in perpetuum ,
poteſt tamen fieri etiam ad tempus , vt
omnes docent , & proinde in dicta
deſcriptione ponitur in perpetuum , vel
ad tempus , & vtrunq; modum conceſ-
ſionis contineat .

6 Nec vrget,quod etiam locatio poſſit
eſſe perpetua , *vt dixi ſupra q. 2.* quia nõ
eſt eodem modo , primò quoniam loca-
tio ad ſummum eſt ad vitam contrahen-
tium , emphiteuſis, tamen etiam ad hæ-
redes tranſit, vt eſt apud omnes notum
Iul.Clar.d.§.emphyteuſis.quaſt. 42. & 43.
& Latius proſequitur Molin.diſp.460.Me
noch.conſ.1066.lib.11.Rebell. d.lib.13. q.
13.& ſeqq.

7 Secundò , quia in locatione propria
ſoluenda eſt merces in pecunia numera-
ta , vt d.q.2. notatum fuit , ſed annua
penſio in emphyteuſi ſolui poteſt etiam
in alia ſpecie , prout conuentum fuit in
conceſſione ; nam in hoc ſtatur formæ
inueſtituræ *l.2.& 2. vbi omnes.* C. *de iur.*
emphyt.latiſſimè Surd.decif.95:nu.15. Mo-
lin.diſp.451.& ſeqq. vt alios omittam ,
nam accidentale eſt locationi,quod etiã
in fructibus ſoluatur merces , ſed huic
contractui eſt ſubſtantiale,quia hic con-
tractus non habet propriam naturam,&
illam accipit , ex partium conuentione,
vt latiſsimè proſequitur *Surd.loc.cit.*

8 Dicitur quartò , *hac lege &c.* quia ſi
emphyteuta non ſolueret penſionem ſta
tutis temporibus, vel rem, ei conceſſam
deterioraret , incideret incommiſſum ,
& priuaretur re emphyteutica: & quam-
uis ſit maxima quæſtio , an priuatio fiat
ipſo iure, vel ſit neceſſaria ſententia de-
claratoria Iudicis , æquor eſt opinio ,
quod neceſſaria ſit talis declaratoria ſen-
tentia , *gloſ.communiter recepta in l.2.C.*
de iur. emphyt. & latiſsimè explicat Iul.
Clar.loco cit.q.8.cum ſeq;q. De quo memi
nit Molin.diſp.453.vbi alios citat Surd.de
ciſ.194.num.70.Rebell.d.lib.13.q.7.& ſeq.
vbi etiam examinant quęſtionem quan-
do detur purgatio moræ, quod omitto:
9 nam in noſtro Regno, quod etiam poſt
litem motam fiant præcepta emphyteu-
tæ ad ſoluendum canones præteritos ,
aliàs prouidebitur circa deuolutionem;
imò ſecuta ſententia declaratoria em-
phyteutam incidiſſe in commiſſum , ad-
huc habet aliquos dies ad moram purgã-
dam; infra quod tempus ſi ſoluerit pen-

ſiones prӕteritas, euitet caducitatem, vt latiſſimè proſequitur *Ritc. deciſ. 133. in ſua praxi rer. eccleſ. vbi plures citat.*

10 *Si* igitur non ſoluit penſionem infra triennium, vel modo explicato ſuperius priuatur iure ſuo, quia dicitur *Dominũ* ſpernere; qui, ſi poſt caducitatem incurſam recipiat partem mercedis, non dicitur ſibi prӕiudicare in caducitate commiſſa, quia non prӕſumitur iuri ſuo renunciare, ſed recipere cum proteſtatione, vt ex multis connumeratis viginti tribus Doctoribus probat *Menoch. conſ.* 1188. *vol.* 12. Rebell. *d. lib.* 13. *quӕſt.* 11. Ratio autem; cur iure ſuo priuetur emphyteuta ob rei deteriorationem eſt, quia de natura emphyteuſis eſt, vt melioretur, vt ex communi ſententia probat, *Cagnol. in Authen. qui rem. num.* 14. *C. de Sacroſ. Eccleſ. Surd. deciſ.* 68. *num.* 17. *& deciſ.* 300. *latiſſimè Molin. diſput.* 457. *& alij paſſim.* Ideò deteriorando rem illam, quam meliorare tenetur, agit contra fidem promiſſam, & contra pactum, & ſic licito modo priuatur iure ſuo; imò etiam meliorationibus factis in re illa priuatur, vt ex communi ſententia probat *Clar. in d. §. emphyteuſis. q.* 45. *Surd. locis citatis. latiſſimè Molin diſp.* 455. *quia ſic expreſsè ſancitur in iure. l. fin. C. de iur. emphyt.* quamuis aliqui hoc limitent non habere locum in expenſis, & meliorationibus extra ordinarijs; ſed hoc omitto, quia nõ eſt huius loci, prout etiam omitto reliquas quӕſtiones in hac materia, nam videri poſſunt prӕcitati DD. ad quos, ſcilicet, hӕredes tranſeat, & ſi ad *Monaſterium*, & ſic de alijs *Iul. Clar. d. §. emphyteuſis. q.* 33. *cum ſeqq. Molin. diſp* 463. *& ſeqq. Rebell. d. lib.* 13. *q.* 13. *cum ſeqq. Molin. diſp.* 463. *& ſeqq. præcipuè diſp.* 473. *cum pluribus ſeqq. latiſſimè etiam Aloyſi. Ricc. in prax. alienat. rer. Eccleſ. per tot. in ſpecie deciſ.* 124. *cum ſeqq.*

Ex dictis igitur patet reſoluta quӕſtio quod ſit emphiteuſis, & quot ſint eius requiſita, quӕ ſunt illa quinque relata ſupra §. *hac deſcriptio*, & adduntur alia

13 duo. Primum eſt, quid neceſſaria ſit ſcriptura, vt voluit *gloſ. communiter recepta in l.* 1. *in verb. alienationis. C. de iur. emphyt. Iul. Clar. vbi ſupra. q.* 4. *Cacheran. deciſ.* 53; *latiſſimè. Molin. diſp.* 448. Quibus etiam in locis habetur, an detur probatio per teſtes.

14 Secunda eſt, quod Dominus ſit prӕferendus, quando emphyteuta vellet vendere fructus, vel meliorationes *Molin. diſp.* 458. ſed de hoc priuilegio dicetur infra. Sic etiam prӕfertur Dominus directus, quando emphyteuta vult bona emphyteutica alijs locare. ſic probat, *Vrſill. ad Afflict. deciſ.* 237. *num.* 6. *Mut. ad conſuet. Panhorm. cap.* 54. *num.* 49. quod multis rationibus probat *Ioannes Philip. Teſtai alleg.* 17. *vol.* 1. tum quia in venditione prӕfertur verus Dominus, vt dixi ſupra de iur. congr. tum etiam in venditione fructuum hoc procedit, plures ſunt rationes, prӕcipuè quia prӕdiũ melius gubernatur à Domino directo, quàm ab extraneo &c. tum ratione dominij directi, tum etiam ob alias rationes, quas latiſſimè examinat.

15 Patet ſecundò, differentia inter hunc contractum, & contractum locationis. Primò, quia locatio conſiſtit etiam in bonis mobilibus vt infra dicetur. Secundò, quia per locationem nec dominium vtile transfertur in conductorem, ſed vſus tantum rerum conductarum, vt dixi, *q.* 1. *&* 2. vbi hoc declaratur. Tertiò quia merces ſoluitur in pecunia numerata, vt *d. q.* 1. notatum fuit, & tamen emphyteuſis non poteſt eſſe, niſi in bonis mobilibus, per eam transfertur vtile dominium in emphyteutam, & penſio ſoluitur etiam in fructibus, vt ex dictis in hac quӕſtione cernitur. differunt etiã circa tempus, vt dixi ſupra. *§. nec obſtat* alias differentias poſt alios notat *Tuſch. d. concl.* 407. *tota.* ad quem mitto lectorem.

SVMMARIVM.

1 *Locatio, an probet dominium ſeu poſſeſſionem.*

2 *Inſtrumentum locationis, an probet dominium, vel poſſeſſionem contra tertios.*

3 *Inſtrumentum locationis antiquũ probat dominium, & poſſeſſionem, & qualiter.*

4 *Inſtrumentum locationis probat dominium, & poſſeſſionem quando præcipitur penſio rei locatӕ, ſecus ſi alius probaret contrarium, quod eſſet præſumptio iuris, quӕ transfert onus probandi in contrarium num* 5.

6 *Inſtrumentum locationis inducit præſumptionem dominij, & poſſeſſionis contra conductorem, & eius hæredes.*

7 *Exceptio dominij, an obſtat petenti penſionem, & qua actione peti debet diſtinguitur.*

8 *Hares locatoris dicitur poſſidere per colonum, licet non adierit hareditatem, ſeu acquiſiuiſſet poſſeſſionem niſi aliud factum ſequatur.*

QVÆST. VII.

1 SEptimò quæro, Num locatio probat dominium, vel poſſeſſionem rei locatæ penes locantem? De hac quæſtione plura tradunt *Cardin. Tuſch. in verb. locat. concluſ. 417. Carrot. d. tract. de locat. & conduct. par. 6. fol. 264. quaſt. 11. cum ſeqq. Maſcard. in verb. Dominium concluſ. 541. Alex. Raudens. variar. reſolut. c. vo. & alij*, infra citandi, qui videri poſſunt circa hanc quæſtionem: ego enim breuiter pono dicta ſequentia.

2 Dico Primo, per Inſtrumentum locationis, nec dominium, nec poſſeſſionẽ fundari penes locatorem contra tertios cùm etiam bona aliena quis locare poſſit: hoc dictum probatur, ex text. *in l. ad probationem C. locat. c. inter dilectos propè fin. extra de fid. inſtrum. Bart. Alex. & alij plures; quos probat Maſcard. d. concl. 542. num. 1.* vbi affirmat hanc eſſe ſententiam omnium tum conſulentium, tum etiam profitentium: plures alios citat *Carrot. d. q. 11. num. 9. & q. 12. num. 1. & 6. Tuſch. d. concluſ. 427. num. 1. Mozius loco citando num. 16.*

3 Hoc tamen communiter limitant non habere locum in inſtrumento antiquo, quo probaretur aliquem illa bona locaſſe continuatis temporibus: tunc enim hoc inſtrumentum locationis probat dominium penes locantem, & etiam contra tertios, nedum contra conductores, *Bart. in d. l. ad probationem. C. locat. Oldrad conſ. 199. Cranett. Menoch. Natt. Decian. Boer. Dec. & Borgnin quos probat Carrot. d. q. 11. num 14. Gozadin. Felyn. Craſſ. Alba Sylnan. & Burſat. quos probat Maſcard. d. conclus. 442. num. 14.*

4 Dico Secundò, Inſtrumentum locationis probare poſſeſſionem penes locantem, niſi probetur contrarium, quod alius eſſet Dominus, & poſſeſſor rei locatæ tempore locationis, dummodo locator percipiat mercedem, ſiuè penſionem rei locatæ, ita *Bart. Imol. & alij in l. vniuerſas. §. quod per colonum ff. de acquir. poſſ. Soccin. Lanfranch. Roman. Dec. Alex. Gozadin. Paris. Ruin. & Caſtrens. quos probat Tuſch. d. conclus. 427. num. 37. & ſeqq. Menoch. Purpur. Bero Rebuff. & alij, quos probat Carrot. d. q. 11. num. 16. cum ſeqq. Mozius tit. de naturalibus locationis fol. 94. col. 3. in fin.* quia adminus hæc eſt præſumptio Iuris, quæ transfert onus probandi in aduerſarium, vt optimè inferunt prænarrati DD. & hęc dicta eò maximè locum habent contra conductorẽ, vt ex dicẽdis patebit. Imò ſola penſionis perceptio probaret poſſeſſionẽ, ſi alius non eſſet in poſſeſſione domus locatæ, vt probant prædicti DD. & fuit etiam deciſum in Sacro Conſilio *Afflict. deciſ. 225. in princ. latiſſimè Peregrin. de fideicomm. art. 47. num. 35. Anton. Gabr. Bellon. & Rot. Roman. quos probat Ioan. Bapt. de Thoro in compend. deciſ. Neapol. in verb. penſionis perceptio.*

6 Dico tertiò, Inſtrumentum locationis inducere præſumptionem dominij, & poſſeſſionis contra conductorem, & eius hæredes, *Cald. & Imol. & Imol. in l. cum tale. ff. de condition. & demonſtr. Afflict. deciſ. 331. num. 7. Soccin. & Curt. quos probat Maſcard. d. concl. 542. num. 5. Grat. Rain. Ant. Gabr. Cephal. Menoch. Natt. Magon. & alij quos probat Carrot. d. quaſt. 11. num. 6. plures alios citat, & probat Tuſc. d. concluſ. 427. num. 24. cum ſeqq. Ioſeph Ludouic. & Caſſiodor. quos probat Tepat. d. tit* [illegible] *.fol. 64. col. 1. §. pen. & fin. & §. exc* [illegible] *.* itaq; cùm petis penſionem, non obſtat exceptio dominij; cum enim hoc factum ſit inter eaſdem partes benè probat tale inſtrumentum, & qui contrarium prætendit, debet id aliunde probare. Verùm hoc dicunt habere locum, quoties locator ageret actione perſonali conductorem nempe ad ſolutionem mercedis, ſecus tamen ſi ageret rei vendicatione, vel ad auocandam poſſeſſionem ob non ſolutum canonem, quia tunc debet aliunde probare ſuam intentionem, nec ſufficit inſtrumentum locationis, niſi etiam concurrent alia adminicula, vt continuatio locationis per plures annos cum ſolutione penſionis ſi eſſemus in antiquis, & ſic de alijs *Alex. conſ. 10. viſo proceſſu num. 4. & 6. volum. 4. Purpur. & Cranett. quos probat Tuſch. d. concluſ. 426. num. 29. & ſeqq. Afflict. deciſ. 12. & 14. num. 8. Balb. Dec. Alba, Cephal. Cepoll. & alij, quos probat Maſcard. dict. concluſ. 542. num. 7. cum ſeqq. Cacheran. Ioſeph Ludouic. Garſias, & alij, quos probat Carrot. d. q. 11. num. 15. Tepat. d. fol. 64. col. 2. vbi Caballin. Rebuffum, & alios citat. Alex. Raudens. d. cap. 30. num. 2. in fin.* Reliqua circa hanc quæſtionem videri poſſunt penes citatos DD. præcipuè penes *Carrot. & Tuſch. hoc ſolo annotato*, quod etiam hæres locatoris dicitur poſſidere per

per

per colonum, quamuis non adhierit hæreditatem, quamuis non acquiſierit poſſeiſionem veram, & realem, niſi aliud eius factum ſubſequatur, nempe, quia expellat colonum, vel alio modo illum recognoſcat in ſuum, vel colonus dicat bona illa tenere nomine talis hæredis, vel ei penſionem ſoluere, vt multis probat *Afflict. deciſ. 325. vbi num. 3.* ſic refert deciſum in Sacro Conſilio, *latè Maſcar. in tract. de probation. concluſ. 1185. num. 26 de Pont. deciſ. 40. num. 41. Benintend. & Magon. de quibus meminit Ioann. Bapt. de Thoro in compend. deciſ. Neapol. in verb. hæres. locatoris, & in verb. poſſeſſio defuncti per colonum.*

SVMMARIVM.

1 *Subſtantialia contractus locationis, quæ nam ſunt.*

2 *Conſenſus eſt fundamentum contractus locationis, & conductionis.*

3 *Locare vnus an poſſit ſine alio domũ communem, pluribus exiſtentibus socijs.*

4 *Res præcipua exigitur in contractu locationis ex parte locantis ſuper qua conſenſus, & merces neceſſario cadent.*

5 *Merces exigitur in pecunia numerata in contractu locationis.*

6 *Merces cenſetur in omni contractu conuenta.*

7 *Conſuetudo locantis vel conductoris, aut rei, quæ in loco exiſtit exigitur.*

8 *Solutio mercedis attenditur iuxta loci conſuetudinem.*

9 *Penſio in fructibus conſiſtens quomodo ſoluenda ſit.*

10 *Conſuetudo vltima attenditur, data varietate illius.*

11 *Merces iuſta, quæ nam dicatur.*

12 *Merces diminuitur ab præſtationem diligentiæ debitè.*

13 *Penſio conſiſtit in pecunia numerata in contractu locationis.*

14 *Fructus debiti pro penſione debita in contractu locationis, an ſint verè penſiones.*

QVÆST. VIII.

1 Octauò quæro; Quænam ſint ſubſtantialia requiſita huius contractus? De hc quæſtione plura tradunt, *Mozius in tit. de locat. & conduct. 1. de ſubſtantialibus locationis, & conductionis. fol. 91. & 92. Vinc. Carrot. par. 1. de locat. & conduct. fol. 5. cum plurib. ſeqq. & alibi paſſim in d. eius tract. Angel. & alij ſummiſtæ, quos citat Ioann. Azor. par. 3. moral. lib. 8. cap. 5. tot. vt alios mittam.*

Tria igitur ſunt neceſſaria in contractu locationis, videlicet, conſenſus vtriuſque, res ex parte locatoris, & merces iuſta in pecunia numerata, & vno ex eis deficiente, contractus eſt nullus, & inualidus, ſic ex varijs iuribus, & Doctorum auctoritatibus probant prænarrati DD. & ex infra dicendis patebit.

2 *Primò* igitur requiritur conſenſus, quia hic eſt baſis, & fundamentum omnium contractuum, & huius præcipuè, *l. 1. ff. locat. §. 1. inſtit. eod. cum alijs vulgatis.* Hinc eſt, quod ſi plures ſint ſocij eiuſdem rei communis, non poteſt vnus ſine alio rem illam locare, adeo vt neceſſarius ſit omnium ſociorum, ſiue Domi-
3 norum conſenſus maioris partis, etiam ſi potius ius quis eorum habeat in re locãda; quam cum in qualibet glebe quis habeat partem, eius conſenſus eſt neceſſarius in tali locatione, *l. fin. ff. commun. præd. cum alijs cumulatis per Moz. d. fol. 91. col. 3. num. 2. Azor. d. cap. 5. quæſt. 2. qui neminem citat latiſſimè Carrot. d. p. 1. fol. 12 col. 4. q. 2.*

4 Secundò requiritur res ex parte locantis; conſenſus enim, & merces neceſſariò cadere debent ſuper re, alias fruſtra interuenirent, *vt ex tex. in l. ſi quis domum vbi Bart. & in l. ex conducto. ff. locat. Aretino. Iaſ.* Caeber. *& Beci. probat Mozius vbi ſupra fol. 92. col. a. num. 10. & alij in princ.* relati, & hoc omnes debent concedere; alias enim hic eſſet contractus vſurarius mutui palliati, vt poſt *Syluestr. in verb. vſura. 2. quæſt. 5. Taben. &* Angel. *notat Azor. d. cap. 5. quæſt. 3. vt etiam dicetur infra q. 12.* vbi de locatione animalium dicetur. aliqua etiam quæſt. 11. Itaq; res debet eſſe ipſius locantis, & cum effectu vſus ipſius rei debet tranſire in conductorem, aliàs eſt contractus vſurarius, vt dictum eſt.

5 Tertiò requiritur merces iuſta, & in pecunia numerata, & in hoc debent omnes conuenire, & vt ſeparatim de vtraq; tradam, Dico primò iuſtam mercedem intel-

Digitized by Google

intelligi eam, quę ſecundum loci con-
ſuetudinem præſtari ſolet, & dum merces
omiſſa eſt ſemper ſolita, & conſueta in-
telligatur. vt eſt *gloſ. communiter recepta, & ab omnibus inſignis reputata in l. recepto gloſ. fin. C. locat. vbi Angel. & Salyc. Caſtr. & Alexi Iaſ. Gomez. Ant. Habt. Strau. Guid Pap. Dec. Bonacoſſ. Ioſeph. Ludouic. & Cranett. quos probat Carrot. d. par. 1. fol. 6. col. 3. q. 2. num. 6. & ſeqq. Menoch. lib. 1. de arbit. Iudic. q. 21. num. 8. vbi Bald. & alios citat, & poſt eum, & Abbat. Maz. loco cit. num.*
19. cuius dicta tacito Auctore traſcribit
Azor. d. cap. 5. vbi q. 5. in fin. hac idem ad-
mittit. Ex hoc infert ad plures illa-
tiones *Carrott. dicta quæſtione ſecunda*,
vt quia ſolita merces intelligatur conuẽ-
ta in omni negotio, nempe in operariis,
in notariis, qui inſtrumenta conficiunt;
in procuratoribus, & Aduocatis; in Do-
ctoribus, qui conducuntur ad legendum
in medicinis, & ſic de aliis, vt habetur
*d. q. 2. & alibi paſſim in d. eius tract. præci-
puè fol. 16. & ſeq.* vbi de mercede negotia
toris; de mercede teſtimoniali, iudiciali,
& de aliis pluribus tradit, aliqua etiam
ponit *Mantic. d. lib. 5. tit. 6. n. 16. cum ſeqq.*
7 Et quamuis controuerſia ſit, quænam
conſuetudo attendi debeat locatoris, vel
conductoris, vel loci, in quo res illa lo-
catur; receptior eſt opinio, quod dum
ſimus in contractibus, attendatur conſue
tudo loci, in quo res illa ſita eſt, & vbi
fit locatio *ex Regul. tex. in l ſemper in ſti-
pulationibus. ff. de regul. iur. l. quod ſi nolit, § qui aſſidua. ff. de ædilit. edict. Ioann. Andr Bart. Bald. & cum eis 17. Doctores, quos probat Carrot. loc. cit. fol. 8. quæſt. 3. num. 2. & ſeqq. & dixi ſupra par. 1. cap. 5. num. 27. & ſeqq. & præcipuè num. 47.*
8 Sic etiam ſtatur conſuetudini regio-
nis circa tempus ſoluendi talem mercedẽ
locatori, ſi aliud non ſit conuentum in-
ter ipſum, & conductorem, *gloſ. commu-
niter recepta in l. ædem C. locat. Abb. Na
uarr. Lopez, & Gomez, quos probat Mo-
lin. diſp. 497. num. 1. & ſeqq.* vbi ſubdit, &
optimè poſt prædictos, quod ſi penſio ſol
9 uenda eſſet in fructibus ſolui deberet poſt
fructuum recollectionem *Azor. d. cap. 5. q.
6. de qua materia latiſſimè tractat Mantic.
d. lib. 5. tit. 6 num. 13.* vbi alias omnia præ-
dicta approbat, quæ in hac quæſtione
ſunt diſcuſſæ in dicto titulo 6. Et quando
10 conſuetudo eſt varia, tunc vltima atten-
ditur, quia vltima derogant primis. *Bar.
in l. mela. § 1. ff. de alimen. & cibar. legat.
Bald. Iaſ, Capyc. & cum eis circa 22. Docto-
res, quos probat Carrot. d. fol. 8. col. 4. q. 5. de
merced. difform.* vbi multis medijs hoc
probat, & ad plures quæſtiones infert,
ad quem mitto lectorem.
11 Si tamen non appareret de tali conſue
tudine, & quæreretur in puncto iuris,
quanta debeat eſſe talis merces, recep-
tior, & verior eſt ſententia, quod illa
ſit iuſta merces, quæ nec plus, nec minus
eſt, quam valet commoditas vſus rei lo-
catæ, prout de pretio rei venditæ dici-
tur, adeo vt omnia, quæ obſeruantur in
pretio rei venditæ, hic etiam ſint ſeruan-
dæ, *gloſ. Bart. & alij communiter in l. ſi mer
ces §. qui calumniam ff. locat. Nauarr. cap.
17. in manual. num. 196. Rebell. lib. 12. de
locat. & conduct. q. 3. latiſſimè Carrot. in d. ſuo
tract. fol. 45. & ſeqq. Magon. decis. 22. Rota
Florent. Gomez. Leo. decis. 33. diuerſ. tom. 2.
de quibus meminit Tepat. in tit. de locat. fol.
66. col. 4. § lex 2. cum ſeqq.* itaque commu-
niter taxari ſolet ad ſummum ad rationẽ
octo pro centenario, & non amplius,
*Alex. conſ. 31. num. 5. vol. 6. Nott. Cranett.
Rot. Gennen. Lupus, Caballan. Alex. de Ne-
uo, & Borgnin. quos probat Carrot. par. 5.
fol. 228. quæſt. 14.*
12 Omnes tamen conueniunt, quod ſi ali-
quando in re conducta quis debeat etiam
aliquam diligentiam præſtare debeat di-
minui ex iuſta mercede, vt habeatur ra-
tio prædictorum laborum, & totum hoc
relinquitur prudentis arbitrio, vt vbi ma
ius ſit onus, maius ſit pretium, vel mer-
ces, & qui locat opera ſua, & ea non
præſtat, prout præſtare debeat tenetur lo
catori ad intereſſe, & ad omnia damna,
vt optimè fundat *Nauarr. loco cit. quem
ſequitur Rebell. d. q. 3. in fin. Bertazol. decis.
106. num. 36. & ſeqq. poſt hæc ſcripta viſus.*
13 Dico ſecundò in vera locatione neceſ-
ſariam eſſe ſoluere mercedem in pecunia
numerata: nam aliter non eſſet propriè
locatio, ſi in fructibus ſolueretur merces
ſic probat *gloſ. in l. ædem in verb penſionẽ
C. locat. & in alijs pluribus locis Bart. Ful-
goſ. Bero. Roland. Magon. & alij plures, quos
probat Carrot. d. p. 1. fol. 5. q. 1. de merced. nu
merata Mozius loco cit. num. 13. Azor. d. c.
5. q. 4.* Qui omnes reſpondent *ad tex. in l.
ſi hæc. C. locat.* vt loquatur de locatione
impropria, dum ſoluuntur fructus pro re
locata, & ſic potius re vera eſt contra-
ctus innominatus, & hoc patet ex ſæpiſ-
14 ſimè replicatis, quod ſit neceſſaria pecu
cunia; nam aliter eſt commutatio fructuũ
cum re locata, & ſic eſt contractus inno-
minatus, do, vt das, & quia hæc eſt re-
ceptior opinio. & verior ſolutio ad illũ
textum, omitto alias ſolutiones, quæ
videri poſſunt penes, *Mozium, & Car-
rot. locis citatis.*

SVMMARIVM.

1 *Locationis contractus habet naturalia, & accidentalia.*

2 *Natura contractus locationis eſt, vt præſtentur ea, quæ ex bono, & equo proueniunt.*

3 *Locatio actiuè, & paſſiuè tranſit ad hæredes.*

4 *Conductor an poſſit rem conductam alteri locare.*

5 *Præfertur is cui res locata fuit in contractu locationis facto duobus.*

6 *Locatio omnis æquiparatur contractui emptionis: & quomodo.*

7 *Accidentalia contractus locationis ſunt pacta, & conuentiones.*

8 *Conſuetudo loci attenditur in ſolutione mercedis contractus locationis.*

QVÆST. IX.

NOno quæro, quænam ſint naturalia, & quæ accidentalia contractus loca-
1 tionis, & conductionis? de hac quæſtione plura tradunt *Moz. in d. tit. de locat. & conduct. fol. 93. cum ſeqq. ſic etiam Carrot. d. tract. de locat. & conduct. fol. 43. cum ſeqq.*
2 Primo de natura huius contractus eſt, vt præſtentur ea, quæ ex bono, & æquo proueniunt, quia eſt contractus bonæ fidei, ita *tex. in l. conſenſu. ff. de action. & oblig.* nota *Moz. d. fol. 93. num. 1.* Et de hoc dicetur infra tractabitur ad quid teneatur conductor locatori, & contra, & de
3 expenſis &c. Secundo vt locatio actiuè, & paſſiuè tranſeat ad hæredes *l. viam veritatis. C. locat.* de quo dicetur infra. Tertiò, vt conductor poſſit rem conductam alteri ſublocare, *l. nemo prohibetur. C. locat.* de qua dicetur infrà. Quartò, vt ſi duobus ſit eadem res locata, ille præualeat, cui res illa tradita fuerit, *Alex. conſ. 122. lib. 5. Soccin. conſ. 29. vol. 4. Gab tit. de empt. & vendit. concluſ. 3. num. 5. & ita fuit deciſum in Rota Roman. vt habetur in tit. de locat. deciſ. 1 alias deciſ. 879. Cardin. Alex. in cap. 1. §. ſi facta col. fin. ſi de feud. defunct. milit. fuer. contron. de quibus meminit Mozius vbi ſupra fol. 94. num. 11. poſt Natt. conſ. 261. num. 10. Tepat. q. tit. de locat. & & conducto concluſ. 605. p. 2.*

Et licet *Iaſ. in l. quoties num. 24. C. de rei vendic.* oppoſitum teneat, quam defendit *Natt. conſ. 261.* quorum opinionem veram dicit *Moz. d. num. 11,* in locatione ad modicũ tempus, quod primus conductor præferatur, non autem in locatiône ad longum tempus, quia hæc eſt, quæ æquiparatur emptioni, & venditioni, vt in ea præferatur ille, qui primo loco res traditur, vt dixi infra de contrah. empt. quæſt. 18.

Mihi tamen etiam in hoc caſu, prima probatur opinio, quia omnis locatio
6 æquiparatur emptioni quo ad ea, quę primo notata ſunt; quamuis locatio ad longum tempus habeat cum illa maiorem conformitatem. Secundò quia prælatio conſiſtit in traditione, quia melior eſt conditio poſſidentis, & ob alias rationes, quas omitto. Si tamen omnes poſſiderent, nec conſtaret, quis prior poſſeſſionem habuiſſet, præfertur primus quia præſumitur primo loco eam habuiſſe *Alex. conſ. 92. num. 12. & conſ. 109. num. num. 6. lib. 5. quem probat Tuſch. d. concluſ. 605. num. 3.*

7 Accidentalia autem huius contractus regulariter ſunt omnia pacta, & aliæ conuentiones, quæ apponi ſolent inter locantem, & conducentem, quæ non ſunt de ſubſtantia, nec de natura huius contractus; nam ideò dicuntur accidentalia quia poſſunt eſſe, & abeſſe præter corruptionem ſubſtantialium huius contractus, vt ſunt pacta, quod merces ſoluatur tali loco, vel tali tempore de non expellendo conductorem durante tempore conductionis, & ſic de aliis, vt poſt *Roman. ſingul. 27. probat Moz. d. tract. de locat. & conduct. in c. de accidentalibus locat. fol. 95. col. 3. num. 1.* & plura de hac materia *ibidem tract. ſic enim Carrot. par. 3. de locat. & conduct. & par. 4.* & quid loci conſuetudo attendatur in ſolutione mercedis, omnes docent, *late Canalc. deciſ. 44. nu. 75. par. 1. Mut. ad Conſuet. Panhorm cap. 34. n.*

Eſt tamen aduertendum, quod dum prænarratio DD. cum dictis accidentibus inuoluant quæſtiones, ſi ſterilitas ſit cauſa accidentalis, ſed quia hæc dependet, ex dicendis quæſtione infra ideò ibi dicetur, ſic etiam ad quid teneatur conductor locatori, quæ commodius explicabuntur infra.

SVM

SVMMARIVM.

1 *Quando locatio dicatur iniuſta remiſſiuè.*

2 *Locatio in iuſta dicitur quando locator in mercede iuſta, & conductor in vſu rei decipiuntur.*

3 *Leſio quando eſſet vltra dimidiam in contractu locationis militaret.*

4 *Tempus celebrati contractus attēditur regulariter in læſione, quod exēplificatur num. 5.*

6 *Tempus futurum attenditur quando res non eſſet in rerum natura, vt læſio admittatur.*

7 *Concordantur opiniones doct. circa tempus attendendum quo ad læſionē in quibus contractibus procedat.*

8 *Læſio in locatione primo loco facta, aut ſecūdo loco qualiter admittatur.*

9 *Tempus præſens, vel futurum, attendi debeat in contractu locationis ex cauſa augmenti, vel diminutionis pretij.*

10 *Declaratur Conſil. Reg. de Ponte 137. vol 2. qualiter procedat pro temporis attentione in hoc contractu locationis.*

QVÆST. X.

1 DEcimò quæro, Quando locatio di-
catur iniuſta. De hac quæſtione
plura agunt *Carrot. locis citandis, Tepat.
de locat. & conduct. fol. 66. col. 5. §. emphyteuta. cum ſeqq. Surd. deciſ. 305. num. 8. Molin. diſp. 500. cum duab. ſeqq. Azor. p. 3. moral. lib. 8. cap. 11. Leſſius lib. 2. de iuſt. & iur. cap. 24. dub. 7. De Pont. conſ. 136. cum
plurib. ſeqq. vol. 2.* & alij infra citandi;
ſed breuiter illam abſoluam, pro reli-
quis mittens Lectorem ad citatos Auctores.
Dico igitur locationem eſſe iniu-
ſtam, quoties, vel locator in mercede
2 iuſta, vel conductor in vſu rei conductæ
deciperetur, videlicet, ſi iuſta merces re-
ſpectu locantis ſit maioris quantitatis
illa, qua rem locauit, & reſpectu con-
ducentis res conducta non ſit tantæ com
moditatis, vt pro ea ſoluere debeat tan
tam mercedem, & proinde etiam in
hoc contractu locum habet remedium
*l. 2. C. de reſcinden. vend. vt patet ex dictis
ſupra quæſt. 8. tenet etiam gloſ. in l. fin. l. olei
C. locat. & alibi, & poſt Bald. & cum eo
viginti DD. probat Carrot. loc. cit. fol. 46.
tit. de reſcind. locat. vbi hoc probat locum
habere etiam in locatione operarum. & poſt
Guttier. Graff. & alios plures tenet Maſtrill. deciſ. 106. num. 27. & ſeqq. & num.
40. cum ſeqq. vbi ſic pluries deciſum refert
in d. Regno Siciliæ. Tenet etiam de Pont.
in conſilijs citatis,* vbi idem probat locum
habere in locatione officij, & ex com-
muni ſententia poſt *Pinell. Facchin. Guttier. Cauall. Gamm. & alios probat in par-
3 ticulari d. conſ. 137. num 57.* Quòd ſi læſio
eſſet ſatis vltra dimidiam haberet locum
Tex. in d. l. 2. etiam finita locatione; de
qua materia *poſt vini. tractat etiam* Ioann.
Bapt. de Thoro. in verb. locationis contractus. & ſic eſt iniuſta locatio, quoties
ſola læſio interueniſſet; at ſi etiam inter-
ueniret mutuum, vel anticipata ſolutio
mercedis, tunc eſſet vſuraria, vt dicetur
infra q. 13.

4 Tempus autem, quod attenditur in
læſione, regulariter eſt tempus celebra-
ti contractus, vt ſunt iura vulgata *in l.
ſi voluntate. C. de reſcind. vend.* C. cum di
lecti de empt. & vendit. & vtrobiq; om-
nes, & quod præcipuè limitari ſolet duo-
bus modis. Primò in locatione, quæ
habet tractum ſucceſſiuum, & dependē-
tiam ex euentu futuro; nam ſemper
quod contractus habet tractum ſucceſ-
ſiuum, non inſpicitur tempus præſens,
ſed futurum, ita *Anton. de Butr. in cap.
propter ſterilitatem. num. 13. in fin. de locat.
vbi Imol. num. 5. verſ. contra iſtos Bart. in
l. inter ſtipulantem. §. ſacram num. 7. ff. de
verbor. obligat. vbi Iaſ. num. 28. teſtatur de
communi, & poſt Natt. Roland. Neuizan.
Couarr. Pinell. Oſaſc. Bergnin. & alios probat de Pont. d. conſ. 137. num. 62. & conſil.*
138. *per tot.* & ponunt exemplum præ-
5 narrati DD. vt; ſi fieret contractus ſu-
per re, quæ tempore contractus eſt in
rerum natura, tunc in probanda læſione
attenderetur tempus præſens, & ſic pro-
6 cedunt iura citata, & communes con-
cluſiones Doctorum in hac materia: At
ſi fieret contractus ſuper bonis, quæ tē
pore contractus, & ſic de præſenti non
ſunt in rerum natura, ſed erunt in futu-
rum, vt ſi fieret contractus de fructibus
percipiendis ab aliquo prædio, nemore,
vel officio, & tunc ad læſionem cogno-
ſcendam attenditur tempus, quo fructus
illi percipiuntur, & pro rata annorum,
ſertilium fiet remiſſio mercedis, vt no-
7 rant prædicti DD. & magis explicabitur
infra. Et quàmuis aliqui allegentur in
contrarium, illi loquuntur in venditio-
ne, vel in conceſſione in emphyteuſim,

8 non autem in locatione, vt optimè eos ponderat *de Pont. d. conſ.* 138. *num.* 33. in locatione enim prædicta diſtinctio attenditur: & proinde, ſi pendente prima locatione, quis conduxerit eadem bona per alind tempus, vt puta, per tres alios annos, læſio ſecundi contractus non attenditur, niſi elapſo tempore primi contractus; quia de locatione, non poteſt habere locum ſecunda locatio, quæ ſolum accipit vires completo tempore primæ locationis, vt patet ad ſenſum, & in ſpecie probant *Bald. in l. ne cui. vbi Salyc. Alberic. & alij communiter. C. locat. poſt alios Borgnin. decif.* 15. *num.* 14. *par.* 4. *Burſat. conſ.* 104. *vol.* 1. *Rebuff. Leſſred. & alij de Pont. d. conſ.* 137. *ſub num.* 59. *& nu.* 60. & omitto alios, quia vt dixi, hoc patet ex terminis.

9 Secundò limitatur, quoties poſt contractum infra breue ſpatium temporis ſucceſſiſſet augmentum, vel diminutio, nec ſucceſſerit cauſa talis mutationis prætij per cauſas extrinſecas, ſed intrinſecè, & ex natura rei, tunc non attenderetur tempus præſens, ſed futurum: ita *Bald. in d. l.* 2. *col. fin. num.* 61. *C. de reſcind. vendit vbi Salycet. num.* 25. *Caſtren. num.* 4. *Cagnol. num.* 238. *verſ. quod clarius Cremenſ. num.* 239. *Burſ. d. conſ.* 104. *quos probat de Pont. d. num.* 59. Sed in hoc procedendum eſt cum maxima conſideratione, quia ſi non interueniſſet ſimulatio contractus, neque deceptio, vel aliquid aliud ſimile, vt erat in facto dicti *conſilij* 137. *noſtri de Ponte, vt ibid. in fin.* ipſe refert, tunc ſola cauſa, etiam ex natura rei proueniens, non eſt ſufficiens vt non attendatur tempus prædictus, cũ ſemper initium ſpectandum ſit, prout ex multis probat *Pinell. in d. l.* 2. *par.* 3. *cap.* 4. *conferunt diſcuſſa per Menoch. conſ.* 843. *&* 844. *& quãmuis illa impugnet. de Pont. vbi ſupra num.* 65. *cum ſeqq.* in dubio tamen ſtandum eſt regulæ, quod attendatur tenpus contractus.

SVMMARIVM.

1 *Locatio quando dicatur nulla.*
2 *Locatio non valet, niſi certè ſollemnitates interueniant.*
3 *Locatio, quando ſit per irã, vel per metum, an valeat.*
4 *Locatio facta per errorem, an ſubſiſtatur.*
5 *Locator ſi contentus remanſit recipere mercedem minorem per errorem dictus contractus ſubſiſtetur.*

QVÆST. XI.

1 VNdecimò quæro, Quando locatio nulla? Reſpondetur nullam eſſe locationem, quoties fieret à perſonis, quæ ſuorum bonorũ liberã adminiſtrationem non haberent, vel ſi in eorum contractu eſſet neceſſaria certa ſolemnitas, quæ non fuit adhibita in tali locatione bonorum Eccleſiæ, minoris, prodigi, vniuerſitatis, bonorum fiſcalium, & ſic de alijs, vt *poſt alios latiſſimè proſequitur Carrot. par.* 2. *de locat. & conduct. fol.* 73. *col.* 4. *tit. de locat.* Et hoc eſt omnibus notum, & quoad omnes perſonas deſuper expreſſas ſunt tituli particulares in vtroque iure, quod locatio non valeat, niſi certæ ſolemnitates interueniant; ideo hęc omitto, & faciunt, quę dicam infra de contrahen. empt.

3 Si tamen locatio fieret metu, dante cauſam contractu, tunc contractus eſſet nullus non iam ipſo iure, ſed veniret reſcindendus actione, quod metus cauſa, vt optimè probat *Iaſ. in l.* 1. *num.* 2. *C. de tranſact. Bald. Felyn. & alij, quos probat Carrot. locat. per met. fact. quaſt.* 2. *num.* 3. *Attamen.* Si locatio fieret per iram, ſiue iracundiam talem, quę induceret locantem in alienationem ſenſum, tunc locatio reſcinderetur, ex quo calore iracundiæ facta fuit, & non voluntariè: ſecus tamen eſſet, ſi talis ira non alteraſſet nimirum mentem locantis, *l. licitatio. ff. de publican. & vectigal. Ioan. Andr. Abb. Dec. Odd. & alij, quos probat Carrot. d. fol.* 142. *q.* 3. *tot.*

4 Eſſet etiam nullus contractus locationis, ſi in eo appareret error manifeſtus, vt quia locator intellexiſſet de maiori penſione, conductor verò de minore, ius enim noſtrum in hoc caſu potius voluit contractum eſſe nullum, quam quod per illum remaneat aliquis deceptus, & damnum indebitè patiatur, *l. ſi decem. vbi Caſtrenſ. ff. locat. Bart. Bald. & alij plates, quos probant Carrot. d. fol.* 142. *q.* 4. *tot. & præcipuè num.* 8. *cum ſeqq. qui latiſſimè hoc examinat. Mantic. d. lib.* 5. *de tacit. & ambig. conuention. tit.* 1. *num.* 10. Qui omnes hoc intelligunt, & habetur *in d. l. ſi decem. in* 2. *reſpon.* vt locum habeat, niſi locator contentus remaneret recipere illam minorem mercedem, ex quo poſſet fauori ſuo renunciare, nempe, dictæ maiori ſummæ; ſi tamen contentio ſit inter

ſer conductorem, & locatorem circa mercedem, & conductor intelligat de maiori, locator vero de minori mercede, ſtatur dicto locatoris, quia in hoc agitur de eius præiuditio, & intereſſe, vt habetur *in d. l. ſi decem. latiſſimè Carrot. d. q. 4. præcipuè num. 13.* qui videri poteſt pro reliquis circa hanc quæſtionem.

SVMMARIVM.

1 *Locatio in fraudem facta quando dicatur.*

2 *Fraus probatur ex coniecturis.*

3 *Prælatus locans bona Eccleſiæ conſanguineis modo inſolito dicitur fraudem commictere.*

4 *Debitor locans bona alicui, quę paulo poſt per Iudicem fuerunt data in ſolutum eis creditoribus dicitur in fraudem verſare ſic de caſtellano militibus, & alijs.*

5 *Caſtellani bona Caſtellanie in fraudē ſucceſſorum vocantes, & Capitanei aſſerentes habere plures militias in fraudem verſarent, & ad reſtitutionem tenentur, & peccant, & pœna quadrupli punirentur.*

Capitanei ſubmictentes alias ſonas militię, quod dicuntur Paſſa volāte] in fraudem verſantur.

QVÆST. XII.

1 Dvodecimò quæro, quando dicatur locatio facta in fraudem? Reſpondetur hac euenire. quoties manifeſtè ex ipſo contractu, vel per coniecturas appareret locationem tendere in fraudem creditoris Fiſci, ſucceſſoris, & ſic de alijs quod latiſſimè probat *Carrot. par. 4. de locat. & conduct. tit. de locat. in fraud. mihi*
2 *fol. 106.* & quod fraus probetur ex coniecturis, *dixi p. 3. q. 1. etiam in addition.* Et
3 quando Prælatus locaret bona Eccleſiæ conſanguineis, & modo inſolito, diceretur in fraudem fuiſſe locationem, quia vt valdè locari poſſint bona Eccleſiæ cōſanguineis, debet apparere de vtilitate pluſquam per præſumptiones, & ſic apparere debet vtilitas, *Abb. in cap. 1. de reb. Eccleſ. non alienand. Præpoſ. Federic. Ferret, Iaſ. Anguiſſ. & alij, quos probat Carrot. d. tit. de locat. in fraud. num. 3. d. fol. 206 acias 217. col. 2.*
4 Sic etiam poſt *Bald. in cap. quoniam frequenter. §. fin. vt lit. non conteſt. Iaſon. & alios notat. Carrot. loco cit. num. 4.* quod ſi debitor locaret bona alicui, quæ paulò poſt fuerint per Iudicem data inſolutum creditoribus locantis, dicitur locatio facta in fraudem, & idem eſſet in alijs caſibus, & in Caſtellanis, qui bona caſtellaniæ in fraudem ſucceſſorum vocarent, ſic etiam, ſi ipſi, vel Centuriones, & Capitanei militum aſſererent habere ſub ſe plures milites, quam rei veritatē habent, dicuntur opera ipſorum militū locare id fraudem Principis ſui, ſiue Reipublicæ, & conſequenter non ſolum peccarent mortaliter in foro conſcientiæ, & ad reſtitutionem tenerentur totius quantitatis receptæ vltra verum numerum militum: ſed qui talia agunt pœna quadrupli puniuntur, vt in *l. agentis, & l. excellentia. C. de erogat. militar. annona. lib. 12. vbi Ioan. de Plat. & Luc. de Penn. & alij plures quos probat Carrot. par. 2. de loc. & conduct. tit. de ſublocat. lo 1. q. 31, Molin. in tract. de contractib. diſ.* & conſequen-
6 ter licet ſubmittante quos, famulos, & alias ſimiles perſonas, quæ vulgo dicuntur (*Paſſavolante*) vt etiam notatur in *l. 2. C. de curſ. public. & angari lib. 12. & poſt alios Carrot. d. q. 41. num. 2.* nihilominus ſunt milites ſuppoſiti, ac fictitij, non apti ad militandum; & in fraudem ſubrogati, & conſequenter non poſſunt habere mercedē militum, & proinde prædicti Centuriones, & Capitanei tenentur ad omnia deſuper expoſita.

SVMMARIVM.

1 *Quando locatio dicatur vſuraria remiſſiuè.*

2 *Locatio Iudicatur vſuraria quando fieret alicuius rei, & merces imponeretur non habito reſpectu ad perceptionem fructuum rei, ſed conſtitueretur pro mercede pecunia ex burſate.*

3 *Ratio nulla habetur circa locationem, an ſit mercator locans ſolitus negotiare, & ſuperlucrari ex ſua pecunia etiam vltra decem pro centenario. & qualiter hoc procedat diſcutitur num. 4.*

5 *Locatio rei ſi fieret multo minori penſione, quam valeret, an ſit vſuraria in foro iudiciali, & quid in foro conſcientia num. 6.*

7 *Merces, quod ſit minima non attendiditur*

ditur in foro exteriori.

8 *Merx iuxta etiam diceretur quando eſſet parua, & ſolutio fieret anticipate, vel mutuum certè partis intereeſſerit.*

9 *Anticipatio mercedis reſoluitur in mutuum in contractu locationis quando fieret pro minori pretio.*

10 *Conductor quando contractus locationis declaratur nullus, ſeu vſurarius debet reſtituere bona una cum fructibus perceptis deductis expenſis factis in prædio.*

11 *Pactum quod donec emptor ſoluerit pretium liceat retinere penes ſe rem emptam nominare conductionis fieri, an poſſit facta venditione cum promiſſione pretij ad certum tempus.*

12 *Merx quando ſuccedit loco pretij exẽplo oſtenditur.*

13 *Meliorationis facta à conductore in re conducta poſſunt repeti reſciſſo contractu.*

14 *Coniecturæ ex quibus contractus locationis vſurarius redditur, quæ ſint remiſſiuè.*

QVÆST. XIII.

1 DEcimotertiò quæro, quando locatio dicatur vſuraria? Reſpondetur tunc eſſe, quando fieret ſimulatè ad palliandas vſuras, vel contineret alia pacta illicita: quæ ex communi Doctorum ſententia ſaperent vſurariam prauitatem de hoc varia poſſunt exempla poſt alios *Carrot. par. 5. de locat. & cond. tit. de vſur. quæſt. 3. per tot. Maſtrill. deciſ. 106. tot. lib. 2* ex quorum dictis reaſſumari magis practicabilia. Dico igitur primò quoties locatio alicuius rei fieret, & merces, ſiue penſio imponeretur, non habito reſpectu ad perceptionem fructuum eiuſdem rei, ſed conſtitueretur pro mercede pecuniæ exburſatæ, tunc talis contractus iudicaretur vſurarius, ita *Bald. conſ. 321. col. 2. verſ. præterea fuit pactum lib. 3. & conſ. 312. lib. 5. Alex. Anani. Crauett. Natt. Decian. & Burſat. quidam alij, quos probat Carrot. d. q. v. num. 29. cum ſeqq. Maſtrill. d. deciſ. 106. num. 2. & ſeqq. Plus ſubdit. Carrot. ibid. num. 41. alias nu. 30.* quod non habeatur conſideratio in hoc caſu, quod emptor ſit mercator ſolitus negotiari, & ſuperlucrari ex ſua pecunia etiã vltra decem pro quolibet centenario, quia dum ſumus in materia locationis, ſiue emptionis conducens, vel emens non dicitur mercari, ſed locari, vel emere, & proinde obligatur legibus de hac materia loquentibus ex doctrina *Bart. in l. legatis q. penul. ff. de legat. 3. & Crauett. conſ. 6. num. 3.* ſed, vt hoc dictum procedat, non eſt ſatis, quod fiat locatio modo prædicto, ſed debent adeſſe alia requiſita, vt quod talis mercator ſit ſolitus negotiari, & ex dicto prædio maiorem penſionem percipi potuiſſe, & ſic de alijs vt ex multis probant *Hieronym. Gabr. conſ. 74. num. 18. lib. 1. Menoch. de præſum. lib. 3. præſumpt. 122. num. 51. in fin. de quibus meminit Carrot. d. q. 3. ſub num. 40.*

5 *D*ico ſecundò in foro exteriori hic cõ
tractus iudicaretur vſurarius, ſi bona locarentur pro multò minori penſione, quàm valerent: Ratio eſt, quia præſumeretur quædam pollicitario vſurarum, ita *Bald. conſ. 311. col. 2. lib. 5. Cæpoll. Crauett. Maſcard. Pinell. Afflict. Gemin. Borgnin. & alij, quos probant Carrot. d. quæſt. 3. num. 1. & 2. Maſtrill. qui Rodericum, & alios citat d. deciſ. 106. num. 8. & ſeqq. & num. 17. & ſeqq. Alex. Raud. cap. 30. variar. reſol. num. 12.* In foro tamen conſcientiæ
6 hoc non procedit; quia ſi locatio eſſet
vera, contractus diceretur iniuſtus, & conſequenter conductor ſolum teneretur ad reſarciendam merced. iuſtam, optimè poſt *Ian. Thom. Angel. & alios notat Maſtrill. d. deciſ. 106. num. 18. & num. 27. cum ſeqq. & faciunt dicta ſuperius q. 10.*
7 & in foro exteriori non ſufficeret, quod
merces ſit minima: ſic enim eſſet deceptio in mercede, & contractus redderetur iniuſtus, & conductor ſolum teneretur ſupplere iuſtam mercedem, vt patet ex dictis *ſup. quæſt. 10. & 11.* ſed deberet
8 etiam interuenire mutuum, nempè,
quod conductor ſolueret anticipatè mercedem locatori, vel ei mutuaſſet aliquã pecuniarum quantitatem: tunc enim propter tale mutuum, vel anticipatam ſolutionem illius minimè mercedis, præſumeretur remiſſa merces iuſta, & conſequenter contractus iudicaretur vſurarius, vt ex multis probauit, *Ioann. Guttier. practicar. quæſtion. canonicar. quæſ. 39. tenent etiam Menoch. Farinac. Graff. Tuſch. & alij, quos probat Maſtrill. d. deciſ. 106. num. 27. num. 32. & num. 19.* vbi ſic deciſum refert in illo Sacro Conciliorio per tres ſententias conformes, *Surd. conſ. 525. vol. 3. vbi latiſſimè.*

Idem

9 Idem eſſet, quando bona locarentue per anticipationem mercedis, & locatio fierer minori pretio, quam valerent fructus venturi, ex quo illa anticipatio mercedis, reſoluitur in mutuum, & eſt dans cauſam dictæ locationi, vt bona viliori mercede locantur, & conſequenter dicitue locatio vſurarie, vt fundat *Molin. diſp.5P2.num.2.* & quamuis nominem citet, tamen eandem ſententiam probãt *Rubeus Alexandr.conſ.26.Geminian.conſ.16.Vrſill.ad Afflict.decis.20.Guttier.* Bor*gnin.& alys, quos probat Maſtrill.d.deciſ.*
10 *506.n.8.cum ſeqq.* vbi ad ſaturitatẽ hãc materiã, examinat, ad quem mitto lectorem, hoc ſolum annotato, quod dum contractus hic declaratur vſurarius conductor deberet reſtituere bona conducta vna cum omnibus fructibus inde perceptis, deductis tamen expenſis, in prædio factis pro cultura, pro cuſtodia, & pro recollectione fructuum, & illi reſtituetur merces locatori ſoluta vnà cum legitimo intereſſe, & tali intereſſe ad plus taxatur ad rationem decem pro centenario, vt optimé poſt alios probat *Maſtril. d.deciſ.106.a num. 31.*vſq; in fin, & ita ter fuiſſe deciſum in illo Regno refert, & iure quidem; quia dum contractus eſt nullus, per illum non poteſt conductor lucrari fructus rei conductæ, & quia nõ eſt iuſtum, vt locator integrè habeat fructus, nec mercedem, vt locupletetur cũ alterius iactura, & proinde reſtituit mercedem conductori, vnà cum legitimo intereſſe, & recipit fructus, deductis expenſis pro cultura, pro cuſtodia, & pro recollectione eorundem fructuum.

11 Ex dictis infertur, quod ſi quis venderet alicui fundum, & fieret venditio, expectata pecunia, vt puta ad quinquenniũ maius, vel minus tempus, poſſet in hoc caſu fieri pactum, quod donec emptor ſolueret pretium, retineat penes ſe rem emptam nomine conductionis, dummodo vera ſit emptio, & ceſſent coniecturæ ſimulationis *l.ſicut emptio.ff. locat. Azor.par.3.moral.lib.8.cap.11.q.6.* vbi licet neminem citet, hanc tamen ſententiam probant *Caſtrenſ. Alex. Dec. Gozadin. Rip. Anton. Gabr. Natt. Cranett. Paris. Grat. Bero. Burſan. Magon. & aly, quos ſequitur Carrot.in d.tit.de vſur.q.4.* vbi latiſ
12 ſimè hanc illationem confirmat in vtroque iure, & meritò quidem, quia merces illa ſuccedit à loco intereſſe pretij, quo emptor dicta bona emit, ne habeat rem, & pretium in damnum venditoris, & conſequenter ſoluit penſionem proportionatam illi intereſſe *l.curabit vbi omnes C.de actionib.empt.poſt alios Cardin. Mantic. d.lib.5.de tacitis, & ambig. conuentionib.tit.3.num.6.* Etſi interim conductor ille melioraret rem conductam, poſſet meliorationes prædictas repetere, ſi contractus reſolueretur, quod etiam procedit ſecundum noſtras conſuetudines, quia ſatis eſt, quod ſpem haberet ex pacto de reemendo, quod illa bona recuperare poſſet, & ita fuiſſe deciſum in Sacro Conſ. de anno 1555. die 24. Decembris refert hic *Vinc.de Franch.hic in conſuet.1.fol.372. in addit. incip.* magnifica laura. Et eſt per ſe manifeſtum. Semper enim meliorationes ſolui debeant, niſi tamen expreſsé, vel ex iuris diſpoſitione præſumerentur donatæ, vt magis explicabitur infra *de pignor. & hypothec.*

4 Plures coniecturas, quibus hic contractus iudicatur vſurarius reaſſumit poſt alios *Carrot.in d. tit.de vſur. d. q. 3. per tot. ſic etiam Maſtrill. d. deciſ. 106.* ad quos pro reliquis lectorem mitto.

SVMMARIVM

1 *Locatio quando dicatur illicita, & inhoneſta.*

2 *Conducens aliquem ad bellum illicitum tenetur illi ad promiſſa.*

3 *Locatio illicita dicitur quod locat domum meretricibus ad fornicandum, & quando licita erit declaratur.*

4 *Locans operas ſuas ad res illicitas, vt in meretricibus, dicetur locatio illicita.*

5 *Pactio illicita, an ſit cum meretricibus, & quando conſideretur.*

6 *Meretrix an cogi poſſit ad exercendũ actum meretricium.*

7 *Fornicator quando ex debito iuſtitia teneatur ad ſoluendum mercedem meretrici.*

8 *Locans corpus ſuum ad peccandum grauiſſimum peccatum committit.*

9 *Locatio illicita quandoque dicitur ex parte vtriuſque vt in ioculatori paraſito, & ſimilibus.*

10 *Conducens aſſaſſinum ad occidendum an teneatur in ſolutionem mercedis.*

11 *Infamis quandoque efficitur quis per locationem operarũ, quando locaret illas ad pugnandum cum beſtys.*

12 *Bel-*

12 *Bulla Pij V. contra pugnantes cum Tauris recenſetur.*

13 *Bulla Pij V. in Regno Hiſpaniæ non viget quoad laicos, & milites.*

14 *Bulla Clem. 8. in partibus Hiſpaniæ, quoad pugnas cum Tauris pœnas contentas in Bulla Pij V. moperauit.*

QVÆST. XIV.

DEcimoquarto quæro, quando locacatio dicatur illicita, ac inhoneſta? Reſpondetur tunc euenire, quando ad illicitos, & inhoneſtos fieret vſus, vt quia fieret in re turpi, vel contra bonos mores; quæ locatio nullo modo valeret ſecundum omnes, quia etiam Sacramento non vallatur promiſſio de re turpi, & contra bonos mores.

2 Hinc primò dicunt, quod ſi quis conducat Pettum ad bellum illicitum, tamen teneatur illi ad promiſſa *Bald. in l. ſi fideiuſſor. C. mand. quem probat Carrot, in d. eius tract. par. 7. in fin. concluſ. 81.*

3 Secundò, qui locant domum ſuam meretricibus ea intentione, vt ibi fornicentur eſt locatio illicita, & peccatum mortale continet, quia locator cooperatur peccato conducentis, & in hoc dicto conueniunt omnes infra citandi; ſi vero locationes faciant domorum, vt in illis meretrices habitent, eſt licita locatio. quamuis in ea ſoleant meretrices fornicari; quia locator non tenetur euitare illa peccata, & dum meretrices in Repub. tolerantur, neceſſe eſt illas habere domos, vbi habitent, ſic probãt *Nauarr. in Manual. cap. 17. num. 195. quem ſequitur Molin. diſp. 55. præcipuè num. 3. & de Nauarro meminit eſt Leſſius d. lib. 2. de locat. & conduct. cap. 24. dub. 6. Rebell. p. 2. de obligat. inſtit. lib. 14. q. 17. num. 7.* Eadem diſtinctio adhibetur in eo, qui locat domum vſurarijs, & aliis perſonis infamibus, nam eadem ratio eſt.

4 Tertiò aliquando tamen locatio eſt illicita ex operarum locatione, vt ſi quis licet operas ſuas ad res illicitas, vt meretrix, quæ locat corpus ſuum alicui viro ad fornicandum. quæ licet rem turpã faciat, poteſt tamen licito iure pro actu meretricis aliquid tanquam pretium iuſtum recipere, & retinere, & in vtroque foro tenetur fornicator illi ſoluere iuſtam mercedem, *ex tex. in l. 4. §. ſed & quod meretrici. ff. de condition. ob turp. cauſ. & alijs pluribus probauit Couarruu. in cap. peccatum par. 2. §. 2. num. 4. in fin. Carrot par. p. de locat. & conduct. tit. de merced. remunerat. quæſt. 11. num. 94. & ſeqq. fol. 3: poſt Diuu. Thom. 2. 2. q. q. 37. art. 7. in corpore, & ad ſecundum Caietanum, Sot. Molin. & alios plures Sayrus lib. 10. tract. 5. ca. 3. num. 31. cum ſeqq.* vbi variis modis hoc probat, præcipuè hoc patet, quia, & ſi turpiter faciat, non tamen turpiter petit, & recipit, ſi proportionatum ſit locatiori; nam in exceſſu tamen tenetur ad reſtitutionem, etſi accipiat à perſona quæ bona non habeat, vt à filio familiã. à religioſo, vt poſt alios notat Sayr. *loc citat.*

5 Nec vrget, quod pactio illicita ſit, & peccatum mortale contineat, & proinde nullo modo debeat obſeruari; nam optimè reſpondent DD. quod illa pactio, ac promiſſio in actu meretricis poteſt dupliciter conſiderari. Primò antequam perficiatur actus fornicationis. Secundò poſt actum completum. In primo caſu procedit argumentum, quod pactio illa ſit illicita, & ex ea nec meretrix obligetur, nec amaſius ad complendum actum meretricium, quia talis promiſſio continet peccatum, & ideo potius reſcindi, & annullari debet, quam compleri, & hoc omnes docent, & certum eſt. Et hinc patet malè locutum fuiſſe, *Decium in l. inuitus num. 7. ff. de regal. iur.* quem aliqui alij ſequuntur. quatenus voluit, quod meretrix cogi poſſit ad exercendum actum meretricium, ex quo publicè talem artẽ fornicandi exercet, quoniam nemo cogi poteſt ad peccandum; imò ſummo opere quiſque conari debet, ne peccet, & hanc opinionẽ tãquam veriorem, & omninò ſeruandã etiam ciuiliſtæ affirmant *Aleiat. in l. rogaſti. ff. ſi cert. petat. Andr. de Iſern. & Affl. in conſtit. Regn. ſub tit. de violent. meretricib illat. latiſſimè. Couarruu. lib. 3. variar. reſolut. cad. 14. ſub num. 2. Zaſius, Purpur. & Bonacoſſ. quos probat Carrot. in tract. de locat. & conduct. par. 3. fol. 148. q. 9. num. 28. & ſeqq.* & hac maioritate rationis probant omnes Theologi, & Canoniſt. qui volunt, quod nec etiam promiſſio, in hoc caſu ſit obſeruanda.

7 In ſecundo caſu poſt actum completũ & tunc receditur à terminis ſimplicis promiſſionis. & tranſit in actum conſumatum, & dum vſus locationis, & conductionis ex parte vtriuſque ſit completus, tenetur fornicator ex debito iuſtitiæ

tix, ſoluere mercedem conductionis, quamuis illud ſoluat pro turpitudine commiſſa, ita *Sot. lib. 4. de iuſt. & iur. quæſt. 7. artic. 2. Caietan. Couar. Bann. Valen. Molin. Rodriq. & alij plures, quos probat Sayr. dict. cap. 3. num. 33. cum ſeqq. in tit. de libert. ad materiã. l. nec cui C. locat. vbi n. 39. ex communi Theolog. ſenten. probat etiam verum*, etiam ſi ho-
8 mo locaſſet corpus ſuum alteri homini ad peccadum, quia licet grauiſſimum peccatũ committat, dignum temporali, & æterno igne, tamen ille concubitus eſt pretio æſtimabilis etiam ex parte hominis; quia locatio eſt proprij corporis, & plus præbet homo, quam mulier, quia plus patitur, & maiori pœnæ, & periculo ſe exponit: ideò maior poteſt eſſe ſua merces, quàm mulieris, quæ minus præbet, minus patitur, & minori pœnæ ſe exponit: imò in foro exteriori nulli pęnę meritrix ſe exponit, quia in Republ. toleratur. Sed pro reliquis circa hanc illicitam locationem corporis ad turpitudinem videri poteſt *Sayr. loco citat.* qui etiam quædam contraria ſoluit, *& nu. 42. & ſeqq.* prædictam opinionem probat in omni muliere, quod corpus ſuum alteri locat, quamuis ſecretiſſimè id faciat, quia attenditur opus conſumatum, & locatio corporis, quæ ex parte etiam iſtarum perſonarum conſideratur, & dum maior eſt ipſarum honeſtas, quàm ſit honeſtas meretricum; ideò maiori mercede ſunt dignæ earum turpes locationes, quamuis ad euitandas inimicitias, & alio mala, quæ inde oriri ſolent; ſolet denegari actio huiuſmodi perſonis in foro exteriori.

Quartò dicitur etiam illicita locatio operarum ex parte vtriuſq; ſi ioculator, ſiue
9 paraſitus locũ alicui nobili opera ſua pro alapis, ac verberibus recipiendis poteſt ipſe paraſitus pro alapis, ac verberibus receptis mercedem recipere: nam pro illis dicitur locaſſe corpus ſuum, vt per ſe patet, & poſt *Couarr. qui alios citat in regul. peccatum par. 2. §. 2. num. 5. probat Carrot. dict. quæſt. 9. circa fin. §. addo prædictis, conferunt diſcuſſa per Vinc. de Franch. deciſ. 68.* qui dicunt, quòd, pro vno actu non eſſet paraſitus, vel ioculator, & multos alios citat *Carrot. dict. quæſt. 9. n. 31.*

10 Sic etiam, ſi quis certa mercede conduceret aſſaſſinum ad aliquem occidendum, teneretur illi mercedem ſoluere, & dum merces eſt certa, diceretur operarum, vt poſt *Hieronym. Gabr. conſ. 170. num. 18. lib. 1. Rotat Carrot. dict. part. 3. in tit. de aſſaſſino fol. 148. aliàs 144. col. 4. vbi num. 2.* alios citat, quod aſſaſſinus dicatur, qui præmium, vel ſpe premij aliquem occidit, vel occidere mandat, vt poſt *Aretin. Gabr. Viui. Clar. Maſcard. Menoch. Vinc. de Franch. & alios notat Carrot. d. n. 2.*

11 Poſtremò notandum eſt, quod aliquando quis efficitur infamis per locationem operarum, vt quando aliquis locaret operas ſuas ad pugnandum cum beſtijs in arena *l. 1. §. beſtias ff. de poſtul.* & his ex ſola locatione talium operarum efficeretur infamis, quamuis non ſequeretur effectus pugnandi cum dictis beſtijs: quia ſtatim, facta tali locatione, dicitur conſummatum delictum, ita *Bar. in dict. §. beſtias, & alij infra citandi*; quod non habet locum, quando talis locatio operarũ eſſet ad pugnandum cum beſtijs, quæ nocere ſolent Reipub. quia tunc iſte talis excuſaretur ab informa ratione publicæ vtilitatis, & conſequenter non eſſet propria pugnatio in arena, ſed extirpatio dictarum ferarum ad vtilitatem Reipub. vt notant *Bart. Fulgoſ. & alij in dict. §. beſtias, & poſt ipſos Petr. & Angel. tenet Carrot. part. 5. de locat. & conduct. tit. de infam. per tot. fol. 247. alias fol. 263 col. 4.* Sed adeſt excommunicatio Pij V. &
12 aliorum Summorum Pontificum contra pugnates cum tauris, & alijs feris beſtijs ad oſtentationem virium, & audaciæ, quæ vocantur ementa, turquiaq; Dæmonum, & non laminum ſpectacula, & contra ſalutem animarum, & Pius V. ſub pæna excommunicationis, ipſo iure incurrendæ, id prohibuit die 15. *Nouembris 1567. vt habetur in eius Conſtitut. incip. de ſalute gregis Dominici. Quam inſerit Quarant. in verb. torneamenta fol. 490.* eamq; examinant *Nouarr. in manual. c. 15. nu. 18. & ſeq. Io. Gutter. lib. 1. canonicar. quæſt. c. 7. Petr. Nauar. Rodriq. & alij, quos recenſent addentes ad Quarant. loc. cit.* qui plus addunt, quod pœnæ, & cenſuræ
13 dictę Conſtitutionis Pij V. fuerunt ſublatę in Regis Hiſpaniarum quoàd Laicos, & fratres milites tantùm quarumcunq; militiarum, dummodo ſacris ordinibus initiati non fuerint, & agitationes taurorum non fierent in diebus feſtis, necnon prouiſo per eos, ad quos ſpectabit, quod exinde alicuius mors, quòad fieri poterit, ſequi non poſſit, in reliquis verò ſeruetur *Conſtitutio Pij Quinti, vt habetur in quadã Bulla Gregorij XIII. expedita in anno 1575. die 25. Auguſti, cuius tenorem recenſet Lopez ad Diaz in pract. criminal. cap. 72.* traditur inſuper, quòd in
15 eiſdem Hiſpaniarum Regnis dumtaxat *Clemens VIII. in anno 1596. die 13. Ianuarij* abundantius amouerit pœnas prædictas, & cenſuras contentas *in dict. Conſtitution. Pij Quinti* quòad omnes perſonas, in illa expreſſas (exceptis Monachi, fratribus mendicãtibus, cæteriſq; regularibus cuiuſcumquè ordinis, & inſtituti) illam ad terminos iuris communis reducendo, non tamen illi derogando. Monet tamen, ac in Domino hortatur Clericos ſeculares, beneficia, Eccleſiaſtica habentes, vel ſacris inſignitas, ita in Eccleſiaſtica dignitate exiſtentes, ne hac eius paterna benignitate abutantur, prout habe-

tur *in dict. Conſtitution. quam refert Rodriq. tom. 4. quæſtion. regul. quæſt. 68. articul. 2.* de quo meminerunt addentes prædicti, & ſucceſſiuè patet, quid in prædictis fieri debeat.

SVMMARIVM.

1 *Perſonæ quem poſſint vendere, poſſunt pariter locare.*

2 *Milites, an poſſint eorum operas locare.*

3 *Curiales locare, an poſſint eorum operas.*

4 *Clerici an poſſint locare ſuas operas, ratio affertur n. 5.*

6 *Perſonæ omnes quibus de iure probibita eſt negotiatio locare nequeunt.*

7 *Pater, maritus ac tutor nequeunt locare ad longum tempus bona eorum ſubiectorum.*

8 *Vaxallus, emphyteota ac poſſeſſor maioratus locare, an poſſint eorum bona.*

9 *Vſufructuarius, an poſſit locare ſeruitutem, vel onus imponere oebus inquibus habet vſumfructum.*

10 *Vſufructuarius, an & quando expenſas factas in re fructuaria ammittat.*

11 *Vſum habens in aliqua re, an poſſit illū locare.*

12 *Vſurarius, quando poſſit locare vſum rei.*

13 *Proprietarius qui reſeruauit ſibi habitationem, an poſſit illum locare.*

14 *Creditor, an poſſit locare rem ſibi pignoratam retenta mercede.*

QVAEST. VX.

Decimoquartò quæro quænam perſonæ poſſint licito modo bona
1 ſua locare? De hac queſtione non oporret multa diſputare, quia omnia, quæ dicta ſunt infra de contrah. empt. adaptantur hic, cum regula ſit clara, quod omnis, qui bona ſua vendere poſſunt, poſſint etiam illa locare, & ab alijs illorum bona cōducere hāc regulam tradit *Mozius de locat. & conduct. tit. de his, qui poſſ. locar. & conducer. quem tacito Auctore recpilogat. Azor. d. par. 3. Moral. lib. 8. cap. 3. hanc, etiam regulam, vt certā probat Molin. de contract. diſp. 488. num. 1. eam latiſſime examinat Carrot. par. 2. tit. de locat. & conduct. tit. quib. locar. licet, vel non fol. 64. cum ſeqq. conferunt quæ dixi ſupra quæſt. 2.*

Primò communiter hac limitant in militibus, qui licet pro vſu propriæ perſonæ, & fa-
2 miliæ, ac pro ſtabulo equorum poſſint domos conducere; attamen ad alium finem non poſſunt, ne propter opus rurale, armerum vſum relinquant, & ob eandem cauſam nec poſſunt in conductione aliarum perſonarum eſſe mandaturas, vel fideiuſſores, *l. milites col. fin. C. locat. Maz. loc. cit. n. 2. Molin. & Azor. lo. cit.*

Secundò limitatur in curialibus, qui in
3 hoc æquiparantur militibus *l. curialis C. locat.* poſt alios *Moz. vbi ſupra num. 3. quod eo magis procedit in officialibus, vt poſt alios not. Azor. d. c. 3. q. 2. & dixi part. 1. c. 6. & in addit. & c. 16.*

Tertiò limitatur in Clericis *cap. 1. & cap.*
4 *Sacerdotibus.* Ne *Cleric. vel Monach. Hoſtienſ. Franciſ. Marc. & alij, quos probant Maz. vbi ſupra num. 6. & 7. Azor. dict. cap. 3. quæſt. 3. & 7* & alij, & ratio eſt, quia Eccle-
5 ſiaſticis eſt prohibita nogotiatio, & ſolùm conducere poſſunt alienas domos pro eorū habitatione poſſunt tamen propria bona, ſic etiam fructus beneficiorum alijs locare, durante eorum vita, quia hæc non indicatur negotiatio illicita; ſed licita, & permiſſa, & in hoc omnes conueniunt *Abb. in cap. vltim. Ne Prælat. vic. ſuaſ. alios cumulas Ricc. in ſua prax. deciſion. Roſal deciſ. 375. Azor. dict. cap. 3.* qui plures caſus reaſſumunt, in quibus eſt eis licita locatio.

Quartò limitatur generaliter in omnibus
6 perſonis, quibus ex lege communi, vel municipali, ſiuè per contractum prohibetur cōtractatio, & dum non habent liberam adminiſtrationem dictorum bonorum, & non poſſunt, & alijs locare, vt dixi ſupra q. 11. poſt alios notat Moz. loco cit. nn. 8. ex quo infertur. Primò, vt mulier, quæ ex forma ſtatuti prohibetur contrahere ſine conſenſu ſuorum propinquorum, nec etiam locare poſſit ſine tali ſolemnitate, vt patet ex dictis *ſupra quæſt. 11. & poſt Crauett. notat Carrot. d. par. 2. in tit. quib. locar. lic. q. 3. n. 4. cum ſeq.* & hoc eſt clarum.

Deducitur, ſecundò vt nec pater bona aduentia filij, nec maritus bona vxoris, nec cu-
7 rator, ſeù tutor bona minorum poſſint locare ad longum tempus, niſi decretum Iudicis interueniat: de qua materia poſt *Bart. in l. 1. vbi Pinell. per illum te. t. C. de bonis matern. Couarr. Borgnin. Simoncell & alios innumeros tractat. Carrot. in dict. tit. quib. locar lic. vel non per 12. quæſtiones, vt per eum, vt habetur à fol. 67. colum. 4. vſquè ad fol. 76.* qui latiſſimè hanc illationem examinat in omnibus dictis perſonis, & alijs pluribus, vt per eum.

De-

Deducitur tertiò, vt vaſſallus emphyteu-
ta poſſeſſor maioratus, & ſic de alijs non poſ-
8 ſint dicta bona alijs locare ad longum tem-
pus, nec in illis imponere aliud ius ſeruitu-
tis, quod ſi imponant, extinguetur cum illo-
rum morte, nec obligabuntur ſucceſſores,
*l. lex vectigalis, vbi omnes ff. de pignor. & hy-
poth. & dixi ſupra de ſeruitutib. quæſt. 24.
Molin. lib. 1. de primog. Hiſpan. cap. 2. Pinell.
Padill. & Gomez, quos probat alter Molin. de
contractib. diſput. 470. tota, & 471. Tuſch. in
verb. emphyteuta quæſt. 207. cum ſeqq. Bald.
Ruin. Afflict. Menoch. Iul. Clar. Vincent. de
Franch. & alij, quos probat Carrot. dict. par.
2. titul. de locat. emphyt. vbi per viginti tres
quæſtiones materiam iſtam examinat, & in
tit. de feud. & in tit. de poſſeſſor. maiorat.* vbi
cum pluribus alijs quæſtionibus hanc ma-
teriam declarat.

Deducitur quarto, vt nec vſufructuarius
poſſit aliquam ſeruitutem, vel onus impone-
9 nere in rebus, quarum habet vſumfructum;
& ſi imponit, reſoluuntur finito vſufructu,
adeò quod, licèt ponit vſumfructum alijs lo-
care, id procedit, durante eius vita, & ſi loca-
uerit per decem annos, & ſtatim, facta loca-
tione, mortuus fuerit, euaneſcit locatio, quia
vſusfructus fuit extinctus, quæ omnia ex *tex.
in l. ſi quis domum §. 1. ff. de locat. Ioannes
Faber. Bart. Caſtrenſ. Alex. Tiraq. Affl. Me
noch. & ex alijs pluribus confirmat Carrot.
dict. par. 2. de locat. & conduct. tit. de vſufru-
ctuario quæſt. 4. fol. 78. qui à fol. 76. vſq; ad
fol. 87.* per viginti ſeptem quæſtionis hanc
10 materiam locationis vſusfructus examinat:
Imò locator amittit expenſas factas, quia
cogitare debebat vſufructuatium præmori
poſſe, vt ex *text. in l. ſi quis domum §. idem
quærit. ff. locat. notat hic. Salern. in rubr. in
princip. addit.* Carrot. *vbi ſupra quæſt. 2. nu.
6. fol. 76. colum. 4.* Si tamē quis haberet vſum
11 tamen aliquarum rerum non poſſet talem
vſum locare, quia vſus reſpicit perſonam
vſutarij §. 1. *inſtit. de vſu, & habit.* cum alijs
cumularis per *Carrotium dict. part. 2. tit. de
vſu, & habit. quæſt. 1. fol. 86. col. 4. cum folijs
ſeqq. Azor. part. 3. moral. libr. 8. capitul. 4.
q. 2.*

Hoc tamen limitatur duobus modis. Pri-
12 mò reſpectu proprietarij, nam vſuarius po-
teſt locare vſum proprietario ipſius rei, quia
locat Domino commoditatem habitandi, &
vtendi dictis rebus *gloſ. in d. §. 1. vbi omnes
Carrot d. q. 1. n. 2.*

Limitatur ſecundò, quoties proprietarius
donaſſet mihi proprietatem ſuæ domus, re-
13 ſeruando ſibi habitationem domus, nam
durante eius vita poteſt proprietarius loca-
re alijs illam habitationem, quia reſeruatio
habitationis intelligitur etiam reſpectu alio-
rum, vt poſſit alijs eam locare, vt ex *text. in
l. cum antiquitas C. de vſufruct. determina-
uit Sacrum Neapolitanum Conſilium, vt per
Afflict. deciſ. 401. nu. 7. quem probat* Carrot.
*loco cit. quæſt. 2. num. 3. & ſeqq. fol. 87. col. 3.
Surd. de alimen. tit. 2. quæſt. 1. de quibus me-
minit Ioann. Bapt. de Thoro in compend. dec.
Neapol. verb. locare, an poſſit.* Et etiam quia
habitatio alijs locare poteſt §. *minus inſtit.
de vſu, & habit. l. arboribus §. 1. ff. de vſufru-
ctus Azor. d. lib. 8. cap. 4. ſub q. 2. Afflict. deciſ.
401. Salern. hic in rubr. verſ. habens habita-
tionem.*

Deducitur quintò vt creditor poſſit loca-
re rem ſibi pignoratam; & mercedem excō-
14 putat ſibi in ſortem, & ſi non locat, ſibi impu
tandum eſt, vt dixi infra de pignor. & hypo-
thec. q. 9. quam materiam latiſſimè exami-
nat Carrot. *d. part. 2. tit. de creditore fol. 110.
cum ſeqq. & alij cumulati d. q. 9.* vbi exami-
nata eſt hæc quæſtio.

SVMMARIVM.

1 *Quæ res locari poſſint remiſſiuè.*
2 *Locari poſſunt mobilia, imobilia, corpo-
ralia, & incorporalia.*
3 *Locari an poſſit pecunia, vt ex ea merex
præcipiatur.*
4 *Pecunia ad cambium datur quomodo;
& qualiter dicatur cambium.*
5 *Locari poſſunt mobilia, & cum eis etiā
imobilia, quod exemplificatur in Aro-
matarsa.*
6 *Res communes poſſunt locari, ſed cum
diſtinctione, ſi ſit predium vrbanum
vel ruſticum.*
7 *Socius poterit contradicere locationi rei
communis, nè fraudetur ſua portione.*
8 *Socius, an præferatur in locatione rei
communis extraneo.*
9 *Socius habitans in domo ſolita locari te-
netur ſoluere penſionis partem ſocio, &
quid ſi nollet penſionem ſoluere oblatā
ab alio, & vellet habitare, quid iuris
n. 10.*
11 *Locari poſſunt etiam respublice ſi vecti-
galia, & ſimilia.*
12 *Locari poſſunt omnes res ex quibus fru-
ctus percipiuntur.*
13 *Locatio fructuum bonorum ſuorum qui
bis in anno percipiūtur, an intelligatur
facta de primis fructibus tantum.*

QVAEST. XVI.

DEcimoſexto quæro. Quæ nam res
1 locati poſſint? Quæſtio hæc patet
ex quæſtione præcedenti dum .n.
conſtat de perſonis, quæ locare
poſſunt, conſtat etiam de rebus, quas tales
perſonæ locare valeant: clarum eſt enim,
quod quis poſſit locare bona ſua, ſic etiam
opera ſua dicetur *infra quæſt.* 20. Qualiter
autem quis poſſit locare animalia, dicam
quæſt. ſeqq. An res Eccleſiæ locari valeant;
dicetur *quæſt.* 19. Iam bona conducta, quis
2 ſublocare poſſit, dicam *quæſt.* 30. Regula
igitur eſt, vt poſſint locari, tam bona mobi-
lia, quàm etiam immobilia, corporalia, & in-
corporalia, niſi de iure inueniatur determi-
natum contrarium, *gloſ. in capit. potuit in
verb. emphyteuta extra de locat. & patet. ex
dictis quæſt prædicta Azor. dict. lib. 8. cap. 4.
quæſt. 1. Molin. diſput. 489. num. 1. Mantic.
d. lib. 5. tit. 3. de tacitis, & ambig. conuent. qui
alio cumulat.*

Hinc etiam fit, vt etiam pecuniam quis
locare poſſit, & ex ea mercedem recipere,
3 quæ eſt locatio ad pompam, & oſtentatio-
nem, vt quis diues appareat, non autem ad
alium finem, *l. ſed mihi videtur §. vlt ff com-
modat. Azor. dict. c. 4. quæſt. 6.* qui neminem
citat, *probant tamen gloſ. Abb. & alij in cap.
Ronquetius de vſuris Carrot. part. 3. de lo-
cat. & conduct. tit. de reb. quæ vſu conſumun.
fol. 138. & par. 5 tit de vſur fol. 123. & ſeqq.
quæſt 4. num. 5. & ſeqq.* vbi alios cumulat,
quamuis ipſe contrarium videatur velle,
quia pecunia eſt infructuoſa, ſed ratio non
conuincit, nam ſatis commodum affert cō-
ductori, dum illam vanam oſtentationem
habet, & locator exponit ſe periculo amictē-
di aliquem quantitatem illius pecuniæ, vel
auri, & ideò cadit ſub hoc contractu,

Qualiter autem ratione cambij licitum
ſit aliquid recipere, quia tractatur de tranſ-
4 mictenda pecunia de vno loco ad aliam, non
poteſt ſic commode hic determinari. Dicam
Deo dante ſuo ideo *in ſumma tract.* 12. *cap.
7. toto.* interim, ſi cambium eſt verum, & rea-
le: poteſt quis ratione cambij illud licitum,
& conſuetum lucrum percipere, quod tunc
in platea currit, dummodò alia mutui pallia-
tio non interueniat, vt omnes docent, adeò
quod ſi fuerit data pecunia ad certum cam-
bium, & facta promiſſio de ſoluendo intra
certum tempus cum pacto, quod liceat cre-
ditori, elapſo tempore accipere pecuniam ad
cambium, & recambium cum omnibus dā-
nis, & expenſis, ac intereſſe eiuſdem debito-
ris, & quód de his ſtetur iuramento credito-
ris contractus, fuit iudicatus pro verò, & rea-
li etiam dum ſoluitur aliquid crediiori pro
labore, quia hoc non reſpicit intereſſe pecu-
niæ, ſed aliam rem nempè laborem credito-
ris, & ſic recipit æſtimationem, *Tapia in 4.
part. iur. Regni rubric. de cambijs num. 15.
cum ſeqq. de quo meminit Ioann. Baptiſt. de
Thoro in compend. deciſ. Neapol. in verb. con-
tractus* fœneratitius, ſed pro reliquis videri
poteſt *Puteus deciſ. 121. lib. 3 ad quem ſe re-
mittit Carrot. par. 3. de locat. & conduct. tit.
de camb. fol. 138. col. 3.* & de hac materia la-
tiſſime tractat *Rebell part. 2. de obligat. inſt.
lib. 11. toto: tractat etiam Leſſius de iuſt. &
iur. lib. 2. capit. 23. toto, & Borgnin. deciſ. 48.
part. 2. Menoch. conſil. 1180. vol. 12.* qui om-
nes interim videri poſſunt à beneuole lecto-
re pro hac diſcuſſione.

Poſſunt etiam locari veſtes, & alia bona
5 mobilia, vt libri, vaſa, merces, & alia vtenſilia
poſt alios *Bero. conſ. 96. num. 12. volum. 3.
Borgnin. deciſ. 13. præcipuè num. 66. part. 2.
quos probat Carrot. dict. part 3. tit. de iure
patronatus num. 1. fol. 141. colum. 4.* Si verò
ipſo vſu conſumerentur, vt eſt frumentum,
vinum, & cætera huiuſmodi non poſſunt lo-
cari; cum domo tamē locari poſſunt; & ideò
locans Aromatariam cum domo, vaſis, me-
dicinis, & alijs rebus, in domo, & aromataria
exiſtentibus, cum pacto de reſtituendo dicta
bona in fine locationis, valet locatio, quia
domus, Aromataria, & vaſa cenſentur loca-
ta, & conducta; alia verò bona mobilia, quæ
vſu conſumuntur, cenſentur empta cum pa-
cto, vt in fine locationis teneatur conductor
reſtituere totalia bona eiuſdem qualitatis,
bonitatis, & quantitatis ex regula *text. in l.
cum fundo ff. locat. Bart.* Caſtrenſ. *& alij in
l. ſi vt certo §. & ſi forte ff. commod. Bero. &
alij, quos probat Borgnin. loco cit. vbi ſic re-
fert fuiſſe deciſum probat etiam Carrot. loco
relato, & Azor. d. c. 4. q. 7.*

In rebus communibus fit alia diſtinctio
7 videlicet, in prædio ruſtico, & in prædio vr-
bano ſi ſumus in prædio vrbano, & aliqui ex
ſocijs contradicunt, & prædium eſt ſolitum
locari; tunc præfertur ille, qui vult locare,
dummodo alij non habent iuſtam cauſam
contradicendi, vt quia locatio non fieret pro
iuſta mercede, vel locaretur prædium perſo-
næ inhoneſtæ, ita *Bart. & Caſtrenſ. in l. &
hæc diſtinctio §. cum fundum ff. locat. Bald.
Angel. Alex. Iaſ. Rauet.* Dec. Corn. *Franciſc.
Marc. Emanuel, & Florian. quos probat Car-
rot. dict. par. 3. tit. de re commun. fol. 138. col.
4. nu. 4. & ſeqq. poſt Gomez probat etiam Re-
bell. part. 2. de obligat. iuſt. libr. 14. quæſt. 16.
nu. 3.*

Bene tamen verum eſt, quod etiam ſocius
contradicens debet habere partem merce-
dis dicti prædij locari, ne pretio, debito res
ſuæ, iniuſtè priuetur ita *Corn. conſ. 222. num.
2. & 4. vol. 2. & Granat. quos probat Carrot.
vbi ſupra num. 5. probat etiam Rebell. dict.
quæſt. 16. num. 7.* Quàmuis *Gomez & qui-*

dam

dam alij; hoc negant & ratione, quia totum
periculum tunc ſpcctet ad locantem ſocium;
ſed hæc ratio non militat, quia pars merce-
dis debetur ei ratione vſus, quem haberet in
illa re locata, vt aduertit *Rebell. d. quaſt.* 16.
nu. 9.

Attamen ſi ſocius contradicens vellet il-
8 lud prædium pro vſu proprio, tunc præfertur
extraneo conductori, dummodo ſoluat ean-
dem mercedem, quam ſolueret extraneus,
ita *Caſtrenſ. in dict. §. eum fundum, Socin.
Ruin. & Ioſeph Ludouic. quos probat Carrot.
dict. tit. de re communi num.* 18. *& ſeqq. fol.*
139. *Florian. & alij, quos ſequitur Gomez de
contract. cap.* 3. *num.* 4. *quem probat Rebell.
dict. quaſt.* 16. *num.* 4. *Mantic. dict. lib.* 5. *tit.*
3. *num.* 11. Et ſi ſimpliciter hebitaret, & do-
9 mus eſſet ſolita locari; tenetur ſoluere mer-
cedem ſolitam, vt poſt alios probat *Mantic.
dict.* *dict. lib.* 5. *tit.* 2. *num.* 7. *& ſeqq* & oblatio
debet fieri in continenti, vel infra paucos
dies, quia ſi longè poſt locationem, ſiuè re-
locationem factam à ſocio, alter ſocius talem
obligationem faceret, nullo modo audire-
tur, vt fundat *Grammat. conſ. eiuſis* 54. *incip.
in Chriſti nomine, vbi ſic refert deciſum, de
quo meminit Io. Bapt. de Thor. in compend. de-
ciſ. Neapol. in ver. relocatio.*

Si nollet penſionem ab alio oblatam ſol-
10 uere, ſed vellet habitare in dicta domo pro
vſu proprio, tunc licèt *gloſ. in l. Salinus ff.
commun. diuid.* quod præferatur ille, qui vult
habitare, quam ſententiam probat *Azor. d.
cap.* 3. *quaſt.* 0. *Alberic. Roman. & alij, quos
recenſet* Carrot. *dict. fol.* 139. *num.* 19. *vbi ſie
bis refert iudicatum*, quod habiter, inuito
alio ſocio, locare volenti, & ſine aliqua pen-
ſione, conferunt dicta per *Mantic. dict. tit.* 2.
num. 8. Nihilominus hoc procedit, quando
domus illa non reciperet commodam diui-
ſionem, quia tunc Iudex partes ſuas interpo
nit, vt ille ſocius habitet in vna parte domus
& alius ſocius locet aliam partem, cui velit,
dummodo ſit perſona honeſta: & ſi ille ſocius
qui vult habitare, vellet dictam partem do-
mus alterius ſocij præfertur, ſi eandem ſoluit
mercedem, vt probant *Carrot. vbi ſupra nu.*
21. *& alij quos ſequitur Rebell. dict. quaſt.* 16.
num. 15. quæ opinio eſt admodum æqua, &
rationalibi, & vt euitetur hęc confuſio, & diſ
ſenſio, vt aduertit *Carrot. loco cit. num.* 26.
Eadem diſtinctio ponitur in prædio ruſtico,
vt notat Carrot. loco cit. num. 6. poſt Socin.
Rip. & alios citatos de locatione prædij vr-
bani, de qua materia latiſſimè *tractat Bor-
gnin. deciſ.* 12. 25. *&* 26. *par.* 2.

Poſſunt etiam locari res publicæ, vt ſunt
11 vectigalia, ſiuè gabellæ Regis, & alterius
principis, & conductores talium rerum de
iure vocãtur publicani, vt qui talia bona con
ducunt, nullum aliud ius habent, niſi com-
moditatem percipendi fructus dictarum re-
rum fiſcalium, vt probauit *Bart. in l. eat in
ferro §. qui maximus num.* 8. *ff. de publican.
& vectigal & hanc eſſe communem opinionē
poſt Rip. affirmat Carrot. dict. part.* 3. *tit. de
locat. uectigal. quaſt.* 5. *num.* 3. *qui quidem
Carrot. in tit. prædicto per* 17. quæſtiones
hanc materiam locationis vectigalium exa-
minat, ad quem mitto lectorem, agit enim
Surd. deciſ. 326. *conſ.* 336. 383. *&* 445. *vol.* 3.
vbi etiam examinat, quando huiuſmodi ga-
bellotis ſit facienda remiſſio mercedis, ſed
de hoc dicam aliqua infra quæſtione. ſed ne
prolixior ſit iſta tractatio; poſſit locari om-
nes res, ex quibus poſſunt colligi fructus, vt
ſunt officium, merces, annui redditus, colum
12 baria, naues, & ſic de alijs, vt latiſſimè proſe-
quitur *Carrot. vbi ſupra fol.* 137. *cum ſeqq.
Borgnin. dictis deciſ.* 13. 25. *&* 26. *part.* 2. &
omnes alij, qui in hac quæſtione citati ſunt,
qui videri poſſunt pro reliquis hanc mate-
riam tangentibus *Mantic. dict. tit.* 3. *tot.*

Hoc tamen anno tato, quòd, dum quis lo-
13 cat fructus bonorum ſuorum alicui, & illa
bona producunt fructus bis in anno, in du-
bio præſumuntur locati ſolùm illi fructus,
qui primo loco percipiuntur *Felin. in c.* 2. *de
treg. & pac. Alex. Natt. Curt. Iaſon. Anton.
Gabr. & Andr. Tiraqu quos probat Carrot.
par.* 1. *de locat. & conduct. tit. de locat. in du-
bio quaſt.* 8. *num* 6. *& ſeqq. fol.* 53. Et patet
ex dictis infra de contrah. empt. vbi tracta-
tum eſt, quod etiam pro primis fuctibus pre-
ſumitur facta venditio, & non pro omnibus.

SVMMARIVM.

1 *Contractus locationis ad gaudendum an
valeat.*
2 *perceptio fructuum ex domo, vel prædio
ratione habitationis, an in ſortem ex
computari debeat, & quid finito tem-
pore qaando fieret reſtitutio inuicem
de re, & pecunia, vt euitetur vſura
nu.* 3.
4 *Contractus ad gaudendum Neapoli fit
duobus modis primo, quando venditur
res cum pacto de retrouendendo, &
alio modo per pactum ſeperatum, vt
infra certum tempus non poſſit expelli
à domo, & ſimilia n.* 6.
5 *Pactum adijci ſolet in contractu ad gau
dendum reſpectu meliorationum fa-
ciendarum, & qualiter.*

Quæ-

QVEAST. XVII.

DEcimoſeptimò quæro. An valeat
1 contractus locationis ad gauden-
dum? Reſpondeo affirmatiuè, &
eſt, ſi ego pro certo tempore, v. g.
triennio ſundum meum tibi darem ad gau-
dendum, nempè, ad vſufructuandum illum
fundum; & tu è contra mihi dares domum
tuam pro eodem tempore ad eundem effe-
ctum; vel ego darem tibi mille aureos, vt tu
per triennium pecunia illa fruereris, & tu
me permitteres pro illo tempore gratis ha-
bitare in domo tua, vel fundum tuum cole-
re, & fructus eius percipere, hic dicitur con-
tractus ad gaudendum, & licitus eſt, ſi adſit
æqualitas ex parte vtriuſq; non tamen eſt
contractus locationis, ſed potius eſt contra-
ctus innominatus, do, vt des, *l. ſi rem in-
ſpiciendam § ſi cùm vnum ff. de præſcript.
verb. Roman. ſingul. 39. & conſ. 520. quem
probat Carrot. part. 1. de locat. & conduct. tit.
godere à godere quæſt. 4. fol. mihi 51. de qua
materia latiſſimè tractat Surd. conſil. 425.*
Qualiter autem fiat in hac Ciuitate dicam
paulo poſt.

Dubium tamen eſt, an quod ego percipio
2 ex domo, vel fundo tuo ratione habitationis
vel fructuum, ſit mihi excomputandum in
ſortem, an vero finito tempore ego debeam
tibi reſtituere prędium, & tu mihi pecuniam
etiam quod excomputetur mihi in ſortem
probat in ſpecie *Bald. in l. ſi is, qui bona, §. ſi
Antiphona ff. de pignor. quod dictum reputat
ſingulare Alex. conſ. 141. num. 7. vol. 5. pro-
bat etiam Aretin. in l. gerit col. 2. ff de acquir.
hæred. quos ſequitur Carrot. dict. quæſt. 4.
latiſſimè poſt alios Surd. dict. conſ. 425.* quia
3 aliter eſſet contractus vſurarius reſpectu
mei, qui talem pecuniam mutuaui, & ex di-
cto mutuo perciperem fructus dictæ do-
mus, ſiue fundi, & ſic reciperem vſuras, quod
eſt cōtra omnem diſpoſitionem iuris, quod
etiam patet ex dictis *ſupra quæſt.* 13. vbi
tractatum eſt de locotione vſuraria.

In hac Ciuitate, vt euitentur tales ſuſpi-
4 tiones vſurarum, duobus modis fieri ſolent
huiuſmodi contractus ad gaudendum. Pri-
mò venditur domus, ſiue fundus pro certo
conuento pretio inter contrahentes cum
pacto de retrouendendo quandocumq; &
cum duobus alijs pactis. Primum quòd, ſi
contingat fieri reemptio infra annum ſolitæ
habitationis, nempè, à primo die Maij vſquè
ad vltimum diem menſis Aprilis (hic enim
eſt annus ſolitæ habitationis in hac Ciuita-
te, vt ſciunt omnes) non poſſit emptor expel
li infra annum prædictum à dicta domo: Et
ſi eſt in fundo non poſſit expelli à fundo, niſi
recollectis fructibus (nam etiam ſingularis
ſucceſſor ad hoc teneretur, *vt dicam infra
5 quæſt.* 23. Secundum adijcitur pactum, quòd
ſi emptor domum, vel fundum melioraſſet,
teneatur Dominus domus, vel fundi ſoluere
illas æſtimationes (nam de iure eas ſoluere
tenetur, *vt dicam infra quæſt. 21. & ſeqq.*)
Et dum hoc modo fit contractus ad gaudē-
dum, iuſtiſſimus eſt, dummodo fructus, ſiue
intereſſe dicti pretij æquiualeant fructibus
fundi, ſeù penſionibus domus venditæ, quia
ſi non æquiualerent, contractus non eſſet
vſurarius, ſed iniuſtus: & ideò reduci debe-
ret ad æqualitatem, vt patet ex traditis *ſupra
quæſt. 10. cum trib. ſeqq.*

Secundo modo fieri ſolent huiuſmodi
6 contractus, titulo emptionis cum pactis de
ſuper expreſſis, ſed adijcitur poſtea aliud pa-
ctum, ſiuè in illomet contractu, ſiue in alio
inſtrumento ſeparato, vt Dominus fundi, vel
domus venditæ infra certum tempus, vtpu-
ta, per quinquennium, non poſſit expellere
emptorem à dicta domo, vel fundo, ſi con-
tingat fieri reemptio à venditore, & pro di-
cto tempore domus illa, vel fundus, rema-
neat locatus emptori ad rationem tanti pre-
tij ſingulis annis: & in hoc etiam caſu con-
tractus regulariter non iudicatur vſurarius,
ſed ad ſummum iniuſtus, ſi ſolita penſio, ſiue
merces non ſolueretur, & ſic reduceretur ad
æqualitatem, vt paulò ante dictum eſt, dum-
modo re vera taliter contrahatur, nec inter-
ueniat palliatio vſurarum, quia tunc contra-
ctus iudicaretur vſurarius, vt patet ex dictis
ſupra quæſt. 13. quod ex qualitate pactorum
iudicabitur in foro exteriori, & ex verita-
te contrahendi in foro conſcientiæ in quo
ſtatur dicto ipſorum contrahentium. Primus
autem contrahendi modus ad gaudendum
ſecurior eſt, & magis aſſiduè practicatur in
hac Ciuitate.

SVMMARIVM.

1 *Locatio animalium, quando licita dica-
tur.*
2 *Locatio qua lecita eſt ſi pacta illicita
non interueniant.*
3 *Mors equi, ſeù deterioratio ex culpa cō-
ductoris dupliciter apparere poteſt, &
refertur caſus alias occurſus de hoc tā
deciſus n. 4*
5 *Conductor equi vſq; ad certum locum
ſi ad alium locum asportauerit abq;
periculum incurrit ante neatur.*
6 *Cuſtodes animalium adq; tenetur ſi pe-
riculum illorum contingat.*
7 *Cuſtodes animalium, quid probare de-
bent, ne teneantur pro illorum interitu.*

Cau-

8 *Cautela refertur, ne cuſtodes teneantur pro animalium interitu.*

9 *Contractus ſocidæ animalium, an ſit licitus.*

10 *Contractus animalium ad ſocidam datorum quibus modis conſideretur.*

11 *Locatio animalium tūc licita erit quoties merces promiſſa ſit iuſta.*

12 *Contractus locationis, an ſit quoties oues locentur pro tot annis, vt lac, lana, & fetus, illorum percipiantur ſoluta certa mercede quolibet anno, & requiſita, in hoc attenduntur, n. 13.*

14 *Merces rei locatæ conſideratur ſecundum arbitrium boni viri, & ita regulatur ſecundum conſuetudinem loci.*

15 *Contractus ſocietatis, an dicatur quando animalia dantur alicui ineſtimata, vt poſt tempus aliquod in totum, vel in partem fiant communia in omnibus.*

16 *Cōtractus innominatus quoties, nec vera locatio interuenit, nec vera ſocietas, an dicatur.*

17 *Contractus ſocietatis non tamen conſiſtit in cognitione pactorum quatenus in lucro, & remiſſione mercedis.*

18 *Pactum omne, quod ſocius, vel conductor ſe obliget locatori de benè cuſtodiendo animalia recepta, eſt licitum, ac de ſoluenda certa mercede, vel quantitate fructuum, adeò quod talia pacta nullā continent iniuſtitiam, nec ſunt illicita n. 19.*

20 *Pactum, omne quo neutra pars plus iuſto grauetur in locatione, vel ſocietate eſt iuſtum.*

21 *Pacta omnia ſimul erint conſideranda, non tamen ſingula.*

22 *Contractus quod conductor animalium, vel ſocius detineat animalia per tot annos, vt fructus, & alia cōmoditates illorum ſint conductoris, & quod finita cōductione in locum animalium demortuorū teneatur ſubrogare, & merces non excedat limites iuſti pretij validus eſt, & ratio huiuſmodi oſtenditur n. 23.*

24 *Contractus aſſecurationis, an ſit implicitus in contractu locationis animalium datorum ad ſocidam, & an fieri poſſit ſucceſſionis temporibus.*

25 *Contractus ad caput ſaluum, iuxtà motum Sixti V. an ſit validus.*

26 *Contractus locationis animalium ad caput ſaluum cum pacto, quod conductor teneatur cuſtodire per triennium, quibus elapſis teneatur ſoluere medietatum expenſarum illorum, & alia damna, & commoda ſint cōia inter eos, an erit validus ſi iudicio Expertorum lucrum, quod locator ſperat habere ex illis.*

27 *Pactum omne quo damnum certum non infertur ſocio, ſed eſt indifferens ad damnum, & lucrum non eſt prohibitū apponi in ſocietate potiſſimum animalium.*

28 *Conſuetudo locorum, vt detur ruſtico par bouum ad laborem, qui traduntur eſtimati, itaut ſi omnes, vel eorum aliquis pereat, pro medietate pereant Domino, & pro alia ruſtico; fructus autem ſint communes, quia induſtria ruſtici percipiuntur, ſolum equiualent medietati pretij, & medietas fructuū qui labore bouorum percipiuntur equiualent periculo cui ruſticus ſe opponit & eius operæ, an valeat.*

29 *Locatio animalium facta inter contrahentes ſub pacto, quod cōductor per certos annos animalia detineat, & finito tempore teneatur in locum animalium demortuorum alia æquè idonea ſubrogare, & ad ſuum finem animalia æſtimata in principio contractus lucrum, & damnum ſit ipſius conductoris, an ſit valida.*

30 *Contractus iuſtus, an dicatur ſi aliquis daret alicui bouem valoris ducatorū 20. quorum conductor acciperet ducatos decem finito anno, & modios ſex frumenti, exiſtente pacto, vt ſingulis annis donec bos viuere conductor ſolueret locatori ſex modios frumenti, & bos remaneat communis ad vtriuſq; damnū, an valeat.*

31 *Contractus nullus an ſit quoties in locatione capitale, eſſet ſaluum, nec interueniret aſſecuratio, vel mercis conductoris non eſſet equiualēs periculo cui ſe ſubiecit.*

Quæ-

QVAEST. XVIII.

1 Decimooctauò quæro, locatio animalium, quando iudicetur licita, & quando non? Poteſt hæc quæſtio dupliciter examinari, primò in locatione equorum ad equitandum, & ſecundò in locatione omnium animalium *ad coliatica*, ſiue *ſouaticam*, ſiuè ad ſoccida, vel vt Neapoli dicitur *ad menandum*, vt dixi ſupra *part. 1 t. quæſt. 5.* In primo caſu quæſtio
2 eſt ſine dubitatione licitam eſſe equi locationem, dummodo pacta illicita non interueniant, & in hac omnes conueniunt: tenetur tamen conductor ſolitum bladum, ſiuè alimentum date, & onus conueniens in equo portare, & ſi aliter faciat, conductor tenetur reficere omnia damna locatori, & etiam ſoluere æſtimationem equi, ſi culpa ſua mortuus ſit, *Bart. in l. animalia C. de curſu public. lib. 12 Ioann. Vinc. de Anna ſingul. 172. Bonacoſſ. & alij plures, quos probat Carrot. de locat. & conduct. par. 4 tit. de imperit. caprarij q. 4. & q 6. n. 3. & ſeqq fol. 168. Valerius Reginaldus lib. 25. ſuæ praxis fori pœnitent. n. 401. cum ſeqq.*

3 Vt autem ſciatur, an culpa conductoris mortuus, vel deterioratus fuerit equus dupliciter poteſt hoc apparere. primo ex rei veritate. ſecundò ex ſignis. Primo caſu euenit, ſi conductor non dedit ſolitum bladum equo, vt dictum eſt, vel vltra modum illum onerauit, vt quia equitando poſuit etiam in ſella retro, vel ante valitias plenas, & graues, & hoc probauerit locator. *Bart. in l. qui Inſulam. §. qui mulos. ff. locat. & alibi. Corſett. & Cagnol. quos probat Carrot. d. q. 6. num. 3. Ioſeph Ludouic. & alij, quos probat Tepat. lib. 2. variar. iur. ſentent. tit. de locat. & conduct. fol. 65. col. 4. §. conductores equi.*

3 Euenit ſecũdò ſi conductor vltra modum percuſſiſſet equum; in quo caſu ita diſtinguitur, aut illa percuſſio fuit facta ligno, & ſine dubio mors, vel alia deterioratio euenit culpa conductoris, & tenetur Domino equi ad totale intereſſe; aut percuſſio fuit facta flagello, vel calcaribus & tunc non tenetur cõductor ad deteriorationem; & ratio eſt, quia equus ſolet ſollicitari calcaribus, & flagello, non autem ligno. *ita Bart. in l. 1. C. de curſ. public. lib. 12. Corſett. & Ann. quos probat Carrot. d. q. 6. num. 2. Tepat. d. tit. de locat. & conduct. fol. 66. col. 1. in princip.*

4 Et fuit de facto ſic iudicatum in quadam Ciuitate Apuleæ, nam quidam Studens conduxit mulum, quem ita calcaribus ſollicitando percuſſit, quod mulus infælix infra duos, vel tres dies obijt, & dictum fuit mortem eueniſſe ex dicta percuſſione: fuit iudicatum pro ſtudente, quia calcaribus ſolent equi ſollicitari. Sed hoc puto eſſe relinquendum Iudicis arbitrio: ſic quando ſigna ſint talia, vt inde mors fuerit ſecuta: ſi enim percuſſio eſſet nimis grauis, quamuis calcaribus facta, & in illa percuſſione non adhibuiſſet conductor ſolita medicamenta, nec locatores certioraſſet, ſi potuiſſet, de equi infirmitate, vtiq; culpa coductoris dicetur mortuus, & ideò ad hoc euitandum conductor etiam locatore non citato, faciat examinare teſtes de morte equi, & præcipuè Peritos in illa arte, vt ſunt illi, & licet equus ſit mortuus ex ſollicitatione calcarium, dicant qualiter conductor adhibuit equo medicamenta, expenſas &c. & vt conſtet de identitate equi deponant teſtes eſſe equum talis coloris, ſigni &c. ita *Alex. conſ. 18. col. 2. vol. 1. Iaſ. Ioa. Andr. Butr. Abb. Dec. Viui. Ann. & alij plures, quos cumulat, & probat Carrot. vbi ſup. q. 5.* qui videri poteſt pro reliquis circa talẽ deteriorationem equi conducti, poſt alios *Tuſch. in verb. conductor concl. 606. n. 17. & ſeqq.* Si tamen quis conduxiſſet equum vſq;
5 ad vnum locum, & eo vtatur ad alium locũ remotiorem, vt, ſi quis Neapoli exiſtens, cõducat equum Romam vſque, & poſtea pergit Florentiam, & equus moriatur in itinere inter Romam, & Florentiam, conductor tenetur ſoluere æſtimationem equi locatori; etiam ſi ille ſolitus ſit equum locare, & conductor credebat locatorem id ratum habiturum; quia per hoc excuſatur à furto, non autem à culpa, dum eo vſus fuit ad alium vſum, & poſt Albericum, qui per illum *tex. in l. qui rem. ff. de furt. probat Tuſch. in verb. conductor concl. 606. n. 24. dixi aliqua ſuprà q. 5.*

6 Poteſt etiam è contra quis conducere homines pro cuſtodia animalium *l. ſi paſcenda. vbi omnes. C. de pact.* & huiuſmodi cuſtodes animalium tenentur adhibere omnem curam, & diligentiam circa talem cuſtodiam, nec excuſantur, ſi lupus aliqua animalia deuoret, ſi culpa aliqua interueniat, ex quo tenentur curam diligentem talium animalium habere *c. quamuis. vbi gloſ. & Abb. nu. 1. extra de regul. iur. gloſ. in c. eos, qui clericos. in verb. ſcienter. de tempor. ordin. in 6. DD. in d. l. ſi paſcenda. Alex. Andr. Gail. & alij, quos probat Maſcard. tom. 2. de probat. concluſ. 881. præcipuè n. 9. Ioſeph Ludouic. deciſ. Lucenſ. 10. Molin. diſput. 494. nu. 20.* vbi quòd teneatur probare contrarium, de qua materia latiſſimè diſputat *Carrot. par 4. de locat. & conduct. in princip. tit. de imperitia caprarij fol. 165. vbi n. 3. innumeros citat DD. ad hoc probandum tenet etiam*
7 *Tepat. d. fol. 66. col. 1. §. 2.* quia poteſt eſſe, quod tales cuſtodes animalium illa occidãt, vt illorum carnes comedant, & ſic malitioſè, & poſtea deferant pelles, ac coria ad eorũ Dominos; & ideò talis probatio eſt neceſſaria: & ad hoc euitandum tradit optimam

cau-

cautelam *Carrot. ibid. nu. 22. & ſeqq.* & com-
muni ſententia, vt tempore mortis animaliũ
eorum cuſtodes denuncient illud factum
Domino, qui ſi ex illa denunciatione quie-
7 tus non remaneat deducant cuſtodes, quòd
morbo ſimili ſolent alia animalia ibi mori:
8 etſi acciderit, quod alia animalia ibi non
moriantur, faciant accedere expertos ad vi-
dendum qua infirmitate animalia illa mo-
riantur, nam aliter in foro exteriori illis non
crederetur, vt latiſſimè proſequitur *Carrot.
vbi ſup.* qui ad plures inſert quæſtiones; qui
pro reliquis circa prędicta videri poteſt: nam
in foro conſcientiæ ſtatur veritati, & in eo
ſatis eſt, quod cuſtodes animalium non fue-
rint cauſa, nec in culpa, vt talia animalia mo-
rerentur, quàmuis id probare non poſſint.
9 Vt igitur ad caſus propoſitos reuertar, to-
ta difficultas eſt in ſecundo caſu, quando
9 ſcilicet animalia dantur ad collatica, ad ſo-
uatica, ſeu ad ſoccidam; pro cuius reſolutio-
ne dico primo contractum ſoccidæ, ſiue ſo-
cietatis animalium de iure eſſe licitum, ſi
pacta illicita non cõtineat: hoc dictum pro-
bat *text. in l. cum duobus. §. ſi in coeunda.
§. damna. ff. pro ſoc. DD. in d. l. ſi paſcenda. C. de
pact. Franc. Marc. deciſ. 888.* & alij infra cu-
mulandi in vtroq; forò. Ne tamen in hac ma-
teria aliqua oriatur confuſio, & certa à du-
bijs, & incerta ſegregemus, examinanda eſt
quæſtio circa omnes modus, quibus dari ſo-
10 lent animalia in ſoccidam; nam euenire po-
teſt multis modis, primò vt ſit tantum loca-
tio, ſecundo vt ſit quędam ſpecies ſocietatis,
tertio vt ſit contractus innominatus, do, vt
facias, *gloſ. in l. ſi paſcenda, vbi alij C. de pact.
Rebell. par. 2. de obligat. iuſt. lib. 15. quæſt. 6.
n. 1.*

Dico ſecundò locationem animalium fa-
ctam alicui licitam eſſe, ſi merces, promiſſa
11 ſolui per conductorem, ſit iuſta, & alia pacta
illicita non contineat. In hoc dicto conue-
niunt omnes, & patet ad ſenſum; quia, vt ſæ-
piſſimè replicatum eſt, præcipuè quæſt. 16.
omnes res locari poſſunt, ex quibus aliqui
fructus, vel alia commoditas percipitur, & ta-
lis debet eſſe commoditas, vt ei correſpon-
deat merces iuſta, alias contractus hic con-
tineret iniuſtitiam, vt dixi ſupra quæſt. 10. &
alibi, & dum adſunt pacta illicita, reddunt
hunc contractum nullum, vel iniuſtum, *vt
dixi ſup. q. 10. num. quatuor ſeqq.* & ex dicendis
etiam hic apparebit.

Exempla plura DD. cumulant, ſufficit ta-
men hoc vnum; vt ſi ego habeam oues, &
12 eas tibi locaſſem pro tot annis, vt lac, lanam,
ac fœtus ouium perciperes, ſoluta mihi certa
mercede quolibet anno, & hic modus con-
trahendi eſt contractus locationis, vt poſt
alios probat etiam *Farinac. deciſ. 227. in no-
uiſſimis num. 7.* Nec in hoc caſu habetur ta-
tio, quòd locator emiſſet dicta animalia ab
ipſo conductore, & poſt emptionem incon-
tinenti illa locaret eidem venditori, nam hoc
13 ſe habet per accidens, & ſatis eſt, quod legi-
tima requiſita interueniant ita poſt *Alexan.
conſ. 121. vol. 5. Socin. Bald. & Iaſon. Carrot.
part. 5. de locat. & conduct. tit. de collatiuis
bonum quæſt. 7. num. 4 fol. 225.* vbi ſe ipſum
14 alibi citat. Iuſta merces in hoc caſu arbitrio
boni viri ſecundum loci conſuetudinem cõ-
ſideratur; regulariter enim illa eſt, quæ in
annos 10. aſcendit ad iuſtum pretium, & va-
lorem rei locatę, vt notat *Carrot. dict. quæſt.
7. num. 5.* vt alios omittam; quia in hoc dicto
omnes conueniunt. Hoc tamen non proce-
dit in locatione animalium, quia poteſt eſſe
tanta in annis ſingulis, vt excedat iuſtum
valorem rei, quia in ſuis locationibus habe-
tur ratio deteriorationis, & aliorum pericu-
lorum, quæ locator ſuſtinet, & habet ex tali
locatione, vt poſt alios notat *Carrot. dict. q.
7. n. 6. & patet ad ſenſum, Crauett. c. 145. de
quo meminit Tuſch. in verb. locatio concl. 409
nu. 3.*

Dico, tertiò contrarium ſocietatis in hoc
15 caſu interuenire, quando animalia dantur
alicui inæſtimata, vt poſt aliquòd tempus in
totum, vel in partem fiant communia, tam
quòad proprietatem dictorum animalium,
quam etiam quòad eorum vſum, vel com-
moditatem, vt poſt *Syluestrum notat Armil.
in verb. ſocietas num. 23. quem probat Re-
bell. dict. quæſt. 6. num. 5. & alij infra cumu-
landi.*

Dico quartò eſſe contractum innomina-
16 tum, quoties nec vera locatio interuenit,
nec vera ſocietas *l. ſi paſcenda, vbi gloſ. fin. &
alij communiter C. de pact. poſt alios Syl ueſt.
in verb. ſocietas el. 2. num. 5. Rebell. dict. q. 6.
num. 3.* tertiò vtilitas ad cognoſcendum hu-
iuſmodi contractus non eſt quòad cognitio-
17 nem pactorum, vt pacta illicita in vno iuſti-
ficét alium; ſed quòad lucrum, vel remiſſio-
nem mercedis. Si enim eſt locatio datur re-
miſſio mercedis, vt dicetur infra, quod non
procedit in alijs contractibus, quia ibi alio
modo communicantur lucra, vt infra dice-
tur. Sic etiam quòad actiones, quia in loca-
tione datur actio ex locato, & conducto, vt
dicetur infra. In ſocietate verò datur actio
ex ſocio in cõtractu innominato datur actio
præſcriptis verbis, vt notat *gloſ. fin. in dict. l. ſi
paſcenda, & omnes alij deſuper citati;* hoc n.
eſt per ſe notum. Si tamen non conſtat de
qualitate cõtractus, tunc reuertitur ad qua-
litatem pactorum, & prout à partibus deno-
minatur; ſi enim vocant contractum loca-
tionis, ita iudicatur, & ſic de alijs, ſi pacta non
ſint in contrarium *Bald. in tit. qui ſucceſſores
feud. dar tene. ant Socin. Calderin. Et Corrad.
quos probat Farinac. dict. deciſion 227.
num. 6.*
18 Dico quintò omne pactum, quo ſocius,

18 vel conductor ſe obligat locari de benè cu-
ſtodiendo, & gubernando animalia recepta
in conductionem, vel ſoccidam eſſe licitum.
Item de ſoluendo certa mercede, vel quan-
titate fructuum habito reſpectu ad ea, quæ
dixi ſupra. Sic etiam, quod teneatur probare
illa animalia eſſe mortua naturaliter, & ſic
iuſto Dei iudicio non autem culpa condu-
ctoris, vel recipientis animalia illa ad ſocci-
dam, & debeat mortem illam probare infra
certum tempus. Item quod conductor te-
neatur ad expenſas locatoris prouidere de
alijs animalibus in locum de mortuorum, &
ſic de alijs, vt ex multis probant *Borgnin. de-
ciſ. 3. part. 2. Carrot. dict. quæſt. 7. num. 3. &
num. 20. cum ſeqq. Tuſch. in verb. locatio con-
cluſ. 409. num. 4. cum ſeqq. conferunt dicta
per Nauarr. cap. 17. num. 259. Rebell. dict. lib.
15. de contract. ſocietat. quæſt. 5. num. 2. &
alios, quos omitto.* nam ratio eſt manifeſta
pro eius validitate, quia huiuſmodi pacta
19 nullam continent iniuſtitiam, nec ſunt illici-
ta, & conſequenter non poſſunt vitiare hunc
contractum. Imò ſi adeſſet pactum, quod in
fine locationis teneatur conductor reſtitue-
re omnia animalia ſecundum eandem boni-
tatem, pactum intelligeretur dummodo ex
iuſto Dei iudicio mortua non ſint, vel dete-
riorata, & ſic pactum verificatur, vt condu-
ctor teneatur de dolo, culpa, & negligentia,
vt affirmat *Farinac. deciſ. 227. n. 8. in fin. & n.
9. vbi ſic Romæ deciſum refert.*

Dico ſextò omne pactum, quo neutra
20 pars plus iuſto grauetur, eſſe licitum in lo-
catione, vel ſocietate animalium, ita *D. An-
tonin. part. 2. ſua ſumma tit. 1. capit. 7. §. 39.
Gabr. in 4. diſt. 15. art. 3. dub. 11. Syluestr. in
verb. ſocietas el. 1. in princ. & nu. 9. Nauarr.
dict. cap. 17. num. 261. Corrad. quæſt. 88. cum
trib. ſeqq. Rebelle. dict. quæſt. 6. num. 6. vbi
aliquot ex prædictis citat, ſic etiam Lopez, &
Angel. Molin. diſput. 503. num. 1. §. ad quod
breuiter Farinac. dict. deciſ. 227. & ſeqq. Ma
ior, & Cauarr. quos probat Leſſius lib. 2. de
iuſt. & iur. cap. 25. dub. 3. num. 24. & ſeqq.*
21 Qui etiam volunt non eſſe conſideranda
ſingula pacta, ſed omnia ſimul, quia poteſt
eſſe, vt conductor ex vno pacto grauetur, &
ex alio releuetur, & conſequenter inter con-
trahentes ipſos ſeruatur æqualitas, vt optimè
ex communi probat *Corrad. quæſt. 89. cum
ſeqq. quem probat Farinac. dict. deciſ. 227.
nu. 15.*

Ex prænarratis dictis infertur ad deciſio-
nem plurium dubiorum in hac materia pri-
22 ma deciſio ſit: validum eſſe hunc contrahē-
di modum; quod conductor animalium, vel
ſocius detineat animalia mea per tot annos,
vt fructus, & aliæ commoditates animalium
ſint conductoris, & quod finita conductione
in locum animalium de mortuorum tenea-
tur alia ſubrogare, dummodo merces, quæ
mihi ſoluitur, non excedat limites iuſti pre-
tij: hanc deciſionem probat *Molin. dict. diſ-
put.* 503. tota, qui & ſi neminem citat, tamen
illam probant, communiter ſummiſtæ, quos
probat *Corrad. dict. quæſt. 89. cum ſeqq. Fa-
rinac. d. dec. 227. vbi ſic deciſum refert in* Cu-
ria Romana, & huc etiam probant quaſi om-
nes alij citati in 6. dicto.

23 Ratio ſolita eſt, quia hic contrahendi mo-
dus duos inuoluit contractus. Primus eſt lo-
cationis animalium per tot annos, vt ex illis
fructus, & reliquas percipiat commoditates,
& ſecundus eſt aſſecurationis, vt teneatur cō-
ductor, vel ſocius aſſecurare capitale dicto-
rum animalium, pro certa mercede; itaq; ſi,
conſideratis labore, periculo aſſecurationis
receptæ, ſumptibus, ac induſtria conductoris
vel ſocij, fructus, ac aliæ commoditates ani-
malium prædictarum dignæ ſint tanta mer-
cede promiſſa locari, non eſt vnde tales con-
tractus iudicari debeant illiciti, ſed vnde-
quaq; liciti, iuſti, ac honeſti.

Nec intereſt, quòd contractus aſſecura-
24 tionis prædictæ ſit implicitus; quia hoc ni-
hil refert; nam ſi fieri poteſt ſucceſſiuis tem-
poribus, nempè, poſt factam locationem, vt
voluit Caietan. qui hanc expoſcit temporis
ſucceſſionem, non aſt ratio vrgens, cur non
poſſit fieri ſimul cum contractu locationis,
dummodo alia ſupradicta requiſita interue-
niant *Nauarr. in cap. ſi fœnerauerit notab. 14.
17. quæſt. 3. dict. cap. 17. num. 253. Maior An
gel. & alij cumulati pro 6. dicto, quos in ſpe-
cie probat Leſſius dict. num. 24. cum pluribus
ſeqq.* vbi quædam alia contraria leuiora ſol-
uit.

Et per hoc patet reſolutio ad motum Six-
25 ti Quinti, quem refert *Quarant. in compend.
bullar. in verb. contractus ad caput ſaluum,
& de quo meminit etiam Farinac. dict. deciſ.*
227. Quo motu prohibentur huiuſmodi
contractus ad caput ſaluum tanquam vſura-
rij, ex eo quia ſicut induſtria rusticorum eſt
ſub periculo, ita etiam detur eſſe capitale ip-
ſorum animalium. Nam reſpondetur bullam
prædictam locum ſibi vendicare, quoties nō
interueniret contractus aſſecurationis, prout
etiam in hoc adeſt communis opinio *Cano-
niſtarum, & Theologorum. Cardin. in capit.
fin. de vſur. Anchar. D. Antonin. Ioann. Lupus
Gabr. Angel. & Montalt. quos probat Car-
rot. dict. quæſt. 7. num. 13. cum ſeqq. Maior in
4. diſt. 15. quæſt. 48. Aragon. 2. 2. quæſt. 78.
in explicat. ſecundi articuli § ſed dubitabit.
Rebell. dict. quæſt. 6. in fin. Franciſcus Marc.
quæſt.* 887. Secus tamen eſt, dum adeſt con-
tractus aſſecurationis, vt patet ex dictis ſu-
perius; nam in hoc caſu ex mercede, & bonis
locatoris remanet ſaluum eius capitale,
quod eſt licitum, & ita ſeruatur etiam per vi-
ros timoratos.

Deducitur ſecunda deciſio alterius dubij,
vi-

videlicet ſi Petrus daret Titio aliqua anima-
26 lia ad caput ſaluum cum pacto, quod
Titius teneatur per tres annos dicta animalia
cuſtodire, & elapſis tribus annis, teneatur Ti
tius ſoluere Petro medietatem pretij dictorũ
animalium, expenſe tamen pro paſcuis, &
alia damna, & commoda ſint communia in-
ter Titium, & Petrum. Si enim iudicio exper-
torum, lucrum, quod Titius ſperat habere ex
dictis animalibus, æquiualere ſoleat medie-
tati pretij dictorum animalium, & cuſtodiæ
præſtitæ dictis animalibus, validus eſt con-
tractus, ita *D. Antonin. dict. capit. 7. §. 43. &
Ioannes Lupus, quos probat Carrot. dict. q. 7.
num. 12. Lopez in ſuo inſtructor. lib. 1. cap. 67
verſ. 1. concluſ. Rebell. dict. lib. 15. quaſt. 6.
in 3. propoſit. & melius ſub num. 6. verſic. ex
propoſitis conferunt etiam tradita per Mo-
lin. dict. diſput. 503. num. 1. circa fin. & diſp.
420. num 3. & alij citandi in. §. Hinc iuſtifi-
catur Aragon. 2. 2. quaſt. 68. in explicatione
2. art. §. ad ſecundum argumentum reſponde-
tur.* Ratio autem eſt manifeſta, vt tetigi in §.
27 dico 6. quia omne pactum, non damnum
certum non infertur ſocio, ſed eſt indifferens
ad damnum, & lucrum, non eſt prohibitum
apponi in ſocietate, & ſi eſſet ſocietas anima-
lium, quando ſatis eſt, vt communi experto-
rum iudicio contractus ille habeat æqualita-
tem ſaltem ex communiter accidẽtibus *D.
Antonin. dict. cap. 7. §. 39. Nauarr. dict. cap. 17
num. 261. Sot. lib. 6. de iuſt. & iur. quaſt. 6.
art. 1. & quaſt. 7. cum articulus ſeqq. Molin.
d. diſput. 420. diſp. 417. & alibi Rebell. d. q. 6.
n. 6. per tot.*

Hinc iuſtificatur aliquorum locorum cõ-
ſuetudo, vt detur ruſtico par bouum ad ſuc-
28 cidam, vel ad laborerium, & tradantur æſti-
mati, adeò vt, ſi omnes boues, vel eorum
aliquis pereat, pro medietate pereant Do-
mino, & pro alia medietate pereant ruſtico;
fructus verò ſint communes; quia vt pluri-
mum induſtria ruſtici ſolùm æquiualet me-
dietati dicti pretij, & medietas fructuum, qui
ex laborerio bouum percipiuntur, æquiua-
leat periculo, cui ruſticus ſe ſupponit, & eius
operæ, ideò contractus iuſtus eſt, & licitus, &
patet ex ſecunda deciſione probent etiam
*Bald. Salycceti, & Iaſon. in l. paſcendo C. de
pact. Franciſc. Marc quaſt. 887. nu. 14. cum
pluribus ſeqq.* Conferunt *etiam tradita per
Farinac. d. dec. 227. tot.*

Patet etiam deciſio ad dubium propoſi-
tum per *Farinac. d. dec. 227.* ſi fiat locatio, vel
29 ſocietas animalium inter me, & Petrum cũ
pacto, quod Petrus per aliquos annos, puta,
ſex, octo, vel minus detineat illa animalia, &
finita locatione, vel ſocietate teneatur Pe-
tru in locum animalium demortuorum alia
animalia æquè idonea ſubrogare, & adhuc
finem fuerunt dicta animalia appretiata in
principio contractus, lucrum, & damnum ſit
ipſius Petri, validum eſſe hunc contractum;
quia ſatis eſt, quod lucrum, inde proueniens,
ſit æquale periculo, cui Petrus ſe exponit, &
eius induſtriæ, & quia illa æſtimatio non fuit
facta ad alium finem, niſi vt finita dicta lo ca-
tione damnum, & commodum ſit Petri, &
ego recipiam illa animalia, vel alia in locum
eorum prout ex dictis cernitur, & particula-
riter ex dictis *per Molin. dict. diſp. 503. nu. 2.
vbi in ſpecie ponit caſum relatum à Farinac.*
quamuis de eo nullam faciat mentionem
Farinac. Sylu. verb. ſocietas 2. q. 9.

Poſtremò deciditur aliud dubium, videli-
cet, ſi Petrus daret Antonio bouem valoris
ducatorum viginti, quorum Petrus acciperet
30 ducatos decem, finito anno, ac modios ſex
frumenti: deindè ad ſit pactum, vt ſingulis
annis, donec bos vixerit, Antonius ſoluat Pe
tro ſex frumenti modios, & bos remaneat
communis ad vtriuſq; damnum, & lucrum,
an ſit contractus iuſtus: Reſpondetur enim
quod ſi hæc penſio expertorum arbitrio ſit
iuſta ſecundum loci conſuetudinem, poterit
Petr. dictam penſionem recipere, aliàs ſolùm
recipiet pro illa quantitate, quæ ſecundum
loci conſuetudinem iuſta iudicabitur, vt col-
ligi poteſt *ex Lopez dict. capit. 67. conclus. 2.
& lib. 2. capit. 34. §. dicitur Syluest. & alijs
Summiſtis in verb. locatio Aragon. loc. cit. Mo-
lin. diſp. 486. n. 1.*

Ex his paucis patet reſolutio huius quæ-
31 ſtionis, nam ex dictis deciſionibus poteſt
colligi reſolutio aliorum dubiorum, & quo-
ties in locatione capitale eſſet ſaluum, nec
interueniret contractus aſſecurationis, vel
merces conductoris non eſſet æquiualẽs pe-
riculo, cui ſe ſubiacet, contractus eſt nullus, &
inualidus, & multoties vſurarius: pro reli-
quis videri poſſunt citati DD. in hac quæ-
ſtione præcipuè *Carrot. Borgnin. Tuſch. Re-
bell. Molin. Leſſ. & Farinac.*

SVMMARIVM.

1 *Bona Eccleſiæ à locari, an poſſint.*

2 *Verba Bullæ extrauagantis recenſen-
tur.*

3 *Conſtitutio prohibens alienationem bo-
norum Eccleſiæ ſub penis, an per con-
trarium vſum tolli poſſit.*

4 *Conſtitutio prohibens alienationem bono
rum Eccleſiæ ſub pæna, ſi per contrariã
conſuetudinem aliter fuerit ſeruatum
an reſpectu pænæ, vel modi alienandi
cenſetur ſublatæ.*

5 *Conſtitutio pœnalis adhoc, vt non cenſea-
tur recepta, quæ ſint neceſſaria.*

6 *Locatio rei Eccleſiæ facta vltra triennium & ſine requiſitis, an ſit nulla.*

7 *Res Eccleſiæ ſolitæ locari ad longum tempus, an includuntur in conſtitutione prohibente alienationem illorum.*

8 *Res Eccleſiæ, quæ ſeruando ſeruari non poſſunt, an includantur in conſtitutione prohibente illarum alienationem.*

9 *Bona Eccleſiarum ſterilia, ac exigua valoris, an locari poſſint abſquè aſſenſu Apoſtol. contratio ac hoc affertur n.10.*

11 *Conſuetudo alienandi res Eccleſiæ vltra triennium, an valeat.*

12 *Bona Eccleſiarum, quæ ſingulo triennio fructus facere poſſunt, an poterint ad nonennium locari.*

13 *Locus commoditatem rerum Eccleſiarum percipiendi fructus cum reſeruatione vtilis dominij, an poſſit vltra trienniũ validam reddere.*

14 *Quæ nam requirãtur in locatione, ſeù locatione bonorum Eccleſiæ.*

15 *Cauſa iuſta alienandi res Eccleſiæ eſt quatuplex.*

16 *Sollemnitas conſueta in alienatione rerum Eccleſiæ quatuor complectitur.*

17 *Tractatus exigitur in locatione rerum Eccleſiæ inter contrahentes, & quomodo.*

18 *Conſenſus eſt executio tractatus facti per capitulum, vel maiorem partem cum conductore.*

19 *Conſenſus capituli qualiter fieri in alienatione bonorem Eccleſiæ.*

20 *Capitulum, quod ſit ſubiectum Epiſcopi exigit trium ſuperiorum authoritatem quod ſecus eſſet, quando non eſſet ſubiectum capitulo n.21.*

22 *Aſſenſus Apoſtolicus, vt valeat requiritur, quod omnia pacta appoſita in contractu ſint expreſſa aliter ſecus eſſet.*

23 *Prohibitio hominis, & ſi iniuſta eſſet adhuc reddere ſolet Principem difficilem ad denegandum aſſenſum.*

24 *Bona donata Eccleſiæ pro dote, & menſa religioſorum redduntur inaliabilia.*

25 *Bona ad Eccleſiam peruenta ex regia largitione, & munificentia ſunt inaliabilia.*

26 *Conceſſio ſi ſonaret in locationem, & emphiteoſim reſolueretur in titulum emptionis, & venditionis, quando adeſſet pactum de redimendo pro certo pretio ad arbitrium conductoris, vel emphiteutæ.*

27 *Authoritas Epiſcopi, an interuenire debeat in alienatione rerum Monaſteriorum exemptorum, quæ nõ ſunt ſubiecto Epiſcopo.*

28 *Cauſa neceſſaria exigitur in alienatione rerum Eccleſiæ infra triennium à iure promiſſa.*

29 *Reſtitutio in integrum conceditur Eccleſiæ aduerſus locationem, ſeù alienationem ob læſionem imminentem.*

30 *Aſſenſus, an ſit neceſſarius, quando locatio fieret vltra triennium.*

QVAEST. XIX.

1 Decimononò quæro, an bona Eccleſiæ locari poſſint? De hac quæſtione non oportet multa cumulare; nam de ea agitur in *extrauag. ambitioſæ de reb. Eccleſ. non alien quam Rodoan. nobiliori apparatu examinat in eodem tract. Sic etiam Quarant. in compen. bullar. in verb. alienatio. plura etiam de hac materia tractant poſt alios Garrot. part. 3 de locat. & conduct. titul. de reb. Eccleſ. vbi per 25. concluſion. Hanc materiam examinat Mantic. lib. 5 de tacit. & ambig. conuention. titul. 13. Ricc. in prax. de alienat. rer Eccleſ. in princip. per varias deciſiones Molin. in tract. de contract. diſput. 465. cum multis ſeqq. Leſſius lib. 2. de iuſt. & iur. capit. 24. dubit. 10. Rubell libr. 14 de obligation. inſtit. quæſt. 5. Surd. deciſ. 33. num. 8, cum ſeqq. Farinac in deciſionib. nouiſsim. dec. 203. 722. & 725. ex quorum dictis poſtora ſecernam, relatis prius verbis,* dictæ extrauagant, quæ ſunt, videlicet, *omniũ rerum, & bonorum Eccleſiaſticorum alienationem, omneq; pactum, per quod ipſorum dominium transfertur; conceſsionem hypothecam, locationem, & conductionem & conductionem vltra triennium, necnon infeudationem, vel contractum emphyteuticum, præterquàm in caſibus à iure permiſsis; ac de rebus, & bonis in emphyteuſim ab antiquo concedi ſolitis; & tunc in Eccleſiarum euidenti vtilitate, ac de fructibus, & bonis, quæ ſeruando ſeruando ſeruari non poſſunt pro inſtantis*

tem-

temporis exigentia, hac perpetuò valitura conſtitutione præſenti fieri prohibemus;
3 Hæc illa conſtitutio, quæ poſtea ſubtingit pœnas, ac cenſuras contra eius tranſgreſſores. Et quàmuis ſit opinio controuerſa an illa per contrarium vſum ſit ſublata, vel aliquibus in locis non ſit vſu recepta, & multi affirment, & multi negent; Romæ tamen ſeruatur indiſtinctè, & ſic multis alijs in locis, quia lex in dubio præſumitur vſu recepta, vt ſciunt omnes, & multoties in procemio replicatum eſt: & proinde qui prætenderet hanc conſtitutionem vſu non receptam in aliquo loco, debet in ſpecie id probare, vt latiſſimè *Plat. Rodoban. Beneintend. Hieronym. de Monte Creſcent, Beci. & alios notat* Carrot. *in dict. titul de reb. Eccleſ. concluſion 9. num 40. cum ſeqq. latiſſimè Guttier. lib. 1. canonicar. quæſtion cap. 8. num. 9. Molin. diſput. 456. ſub num 8. S. Caietanus Rebell. dict. quæſt. 5. num 9. Leſſius dict. dubitat. 10 num. 64. Mantic. dict. tit. 13. num. 34 cum ſeqq. & alij infra*
4 citandi, adeò vt omnes, ſeu quaſi omnes concludant illam non eſſe vſu receptam quòad pœnam; & eius cenſuras, ſecùs quòad modum alienandi, quia quoad hoc ſeruatur vbiq; ſi expreſſo non appareat conſuetudo in contrarium, & dùm à principio non fuerit recepta, duo probari debent, primò, quòd populus probauerit contrarium per aliquos actus, vt iudicetur arbitrio boni viri illam
5 non receptam. Secundò quod Summus Pontifex id ſciuerit, & non contradicerit, quia hoc commune in omni lege, & ſtatuto, ita *Cardin. Abb. Imol. & alij in cap. 1. de treg. & pac plures aliàs cumulant, & probant Surd. conſil. 420. num. 80. & ſeqq. vol. 4. Mantic. dict. tit. 13. num. 35. & ſeqq. Ricc. in dict prax. alienat rer. Eccleſ. deciſ 95. vt alios omittam, & vt deueniamus ad aliquos caſus particulares, ſubijciam dicta ſequentia.*

Dico primò locationem rei Eccleſiæ factam vltra triennium, & ſine debitis requiſi-
6 tis eſſe nullam, & inualidam. Hoc dictum probatur ad literam ex dictis verbis extrauag. Et notat omnes DD. citati in principio, & eſt clarum, quia ſecundum receptiorem ſententiam talis locatio, nec etiam valeret infra triennium, vt dixi ſupra quæſtione quarta.

Dico ſecundò caſus, à iure permiſſos, eſſe
7 infraſcriptos primus eſt, quando ille res eſſent ſolitæ locari ad longum tempus, hic etiam caſus patet ex verbis dictæ conſtitutionis, & in eo conueniunt omnes, vt notat *Leſſ. d. dub. 10. n. 59. Molin. d. diſput. 466. num. 17. Ricc. loc. cit. deciſ. 113. cum ſeqq* quia hæc non eſſet noua alienatio, ſed quædam continuatio alienationis, primo loco factæ, & præcipuè probant hunc caſum habere locum, quando illa bona non eſſent adhuc incorporata Eccleſiæ qui etiam probant quod adhoc, vt illa bona dicantur ſolita locar, requiruntur duæ conceſſiones, vel vna ſolenniter facta cum ſpatio quadraginta annorum à die dictæ primæ conceſſionis, vt etiam ex communi ſententia probat *Iaſon. conſ. 155. lib. 2. tenent etiam Curt. iunior Iul. Calr. & alij, quos ſequitur Farinac. dict. deciſ. 722. num. 3. vbi ſic deciſum refert in Curia Romana de anno 1579. die 14. Decembris.*

Secundus caſus eſt, quando eſſent res, quę
8 ſeruando ſeruari non poſſent, & hic etiam caſus habetur in dicta extrauag. vt ſunt fructus, bona, vſu conſumptibilia, & alia, quæ, ſeruando, ſeruari nequeunt, vt ſunt verba *expreſſa dictæ extrauagantis, vbi omnes poſt Rodoban. Carrot. in dict. titul de reb. Eccleſ. concluſ. 2. n. 51. & 52. Ricc. vbi ſupra.*

Tertius eſt, quando eſſent bona ſterilia, &
9 exigui valoris, tunc enim etiam ſine aſſenſu Apoſtolico valet locatio perpetua, Canon. *terrulaſ. 12. quæſt. 2. Quarant. in dict. verb. alienatio ſub num. 18. §. 2. declaratur Andr. de Iſern. Addent. ad ipſ. d.; & alij, quos probat Vinc. de Franch. deciſion. 561 part. 4. vbi ſic refert deciſum in Sacro Conſ. in anno 1595. die 5. Octobris in cauſa Monaſterij, ſeù Hoſpitalis Sanctæ Catherinæ de nouellis ordinis ordinis Sancti Benedicti, Congregationis Oliuetanæ cum quibuſdam particularibus Terræ Soleti, Prouinciæ Hydruntinæ, Nauarr. Rebuff. Rodohan. & alij quos probat Camill. Borrell. in ſuis controuerſ 91. num 5 Andr. Facchin. lib. 10. controuer. iur. cap. 98. in fin. Maſcard. in tract. de probat. concl. 75. vol. 1. Fab. de Ann. conſ. 38 vol. 1 Rodoban. Borgnin. Graff. Villaut. & alij plures, quos probat Ricc. in prax. alien. rer Eccleſ. deciſ 39. & deciſ. 113. num. 5.*
10 Et ratio euidens eſt, quia in hoc caſu locatio fit in euidentem Eccleſiæ vtilitatem, cùm dicta bona ſint inutilia, & ex dicta locatione fiunt fructifera, & reddititia Eccleſiæ cum ſpe deuolutionis, &c. Et quia dicta conſtitutio euitare contendit damnum Eccleſiarum ideò quoties locatio vergit in earum vtilitatem, vt hic, valida erit in hac caſu, ſi tamen in conceſſione eſſet neceſſarie ſolemnitas, nec fuit obſeruata, tunc etiam ſi tendat in vtilitatem Eccleſiæ non valet contractus, vt ex multis probat *Præſ. de Franch. deciſion. 36.*

vbi

*vbi ſic refert deciſum in Sacro Conſilio
tenent etiam Amodeus de Pont. Aloyſ. de
Leo, Quaran. Borgnin. & Ricc. quos re-
cenſet Ioann. Bapt. de Thoro in compend.
deciſion. in verb. contractus factus de re
Eccleſiæ.*

Quartus caſus eſt, quando adeſt conſuetu-
do locandi dicta bona vltra triennium,
quia conſuetudo hæc valet ſecundum,
*Pariſ. conſ. 98. vol. 4. Quem probat Qua-
ran. d. n. 18. fin. Macerat. & Gamm. quos
probat Ricc. vbi ſupra deciſ. 113. num. 4.*
Sed hic caſus procedit, an in illo loco fuerit
in vſu dicta conſtitutio, & ſic patet ex autho
ribus relatis ſupra, vel quando ſunt bona ſo-
lita alienari, tūc enim ſeruari debet ſolitum,
nec illud alterari, *Alex. Curt. iun. Pariſ.
& alij, quos probat Ricc. loc. cit. deciſ. 26.
& 116.*

Quintus caſus eſt, quando illa bona ſingu
lo quoq; triennio ſolent fructus facere; tunc
12 enim poterint locari ad nouennium, quia
ſingula triennia reputantur pro vno anno, &
vnita ſimul faciunt triennium commune, &
ſic etiam procedit, ſi alternis annis fructus
faciant, quia tunc locatio fieri poteſt ad ſex
annos ob eandem rationem, vt ex pluribus
firmauit, *Couarru. lib. 2. variar. reſolut.
cap. 16. num. 6. Nauarr. in commentar. de
alienat. rer. Eccleſ. num. 21. quos probat
Quarant. d. n. 18. in princ. poſt Iaſon Car-
rot. in d. tit. de reb. Eccleſ. fol. 130. concl. 1.
n. 50. Leſſius d. dub. 10. n. 69. Mantic. d. tit.
13. n. 32. Rebell. d. q. 5. n. 12. vbi de ſolo Co-
uarruuia meminit, qui quidem Rebell.
dubitat de tali ſententia*, ſed immeritò,
quia ſingula triennia in hoc caſu pro
vno anno habetur, *& eandem ſententiā
noſtram poſt Barbat. Couar. Guttier. Alex.
Raudenſ. Tepat. & alios probat Ricc. in
dict. prax. alienation. rer. Eccleſ. deciſion.
115.*

Sextus eſt caſus, quādo quis locat ſolum-
13 modo commoditatem percipiendi fructus
cum expreſſa reſeruatione, quod nullum do
minium etiam vtile, nec etiam ius in re trāſ-
feratur in conductorem, quia tunc valet talis
locatio vltra triennium Ioann. de Arnon. cau
tel. 23. vbi dicit hanc eſſe optimam cautelā,
*probat etiam Carrot. dict. concluſ. 9. num.
53. Molin. diſput. 466. num. 5. vbi alium
Molin. citat de Hiſpanor. primogen. lib. 1.
cap. 21. num. 25. & hanc ſententiam poſt
ipſum, & Rebuff. probat Quarant. dict.
titul. 13. num. 33. Conferunt latè diſcuſſa
per Ricc. dict. prax. alien. rer. Eccleſ. dec.
114. vbi latiſſimè fundat ius commune,
beneficiatum etiam ad vitam poſſe loca-
re fructus, quàmuis multi teneant con-
tra ium, quos ibi recenſut numer. 3.*
Puto tamen valere, nec in pœnas incurrere,
quàmuis ſciant ius reuocandi. Non tamen
locum habet, quando adeſt prohibito legis
& hominis ſimul, vt dicetur infra q. 21.

Dico tertio, requiſita de iure in tali loca-
14 tione, prout etiam in alienatione eorundem
bonorum eſſe duo, nempè, iuſtam cauſam,
ac legitimam, ſiue conſuetam ſolemnitatem
*cap. 1. de reb. Eccleſ. non alienan. in 6. &
alij innumeri penes Quaran. loco citato
num. 2. Hunded. conſ. 31. numer. 14. de
Franch. deciſ. 35. Molin. diſputation. 468.
num. 4. & ſeqq. Ricc. in dict. ſua prax. à
princ. per multas deciſiones ſequentes, &
omnes alij initiò citati hac notant.* Cauſa
15 iuſta eſt quadruplex. Prima eſt vtilitatis,
quia veram vtilitatem Eccleſiæ, non autem
apparentem reſpicit. Secunda eſt neceſſita-
tis, quia adſit vera neceſſitas, vt ob ſoluen-
dum æs alienum Eccleſiæ pro emendis prę-
dijs contiguis pro ampliatione eiuſdem Ec-
cleſiæ, & ſic de alijs. Tertia eſt pietatis, quo-
ties locarentur, vel alio modo alienarentur
pro redemptione captiuorum pro alendis
pauperibus, & ſic de alijs. Quarta eſt incom-
moditatis, at ſi bona illa eſſent ſumptuoſa, &
parum vtilia Eccleſiæ *gloſ. in cap. 2. in
verb. caſibus de reb. Eccleſ. non alienan. in
6. Abb. Syluest. Nauarr. Couar. Molin. &
Rebuff. quos probat Quaran. vbi ſupra n.
3. Leſſius d. dub. 10. nu. 63. & alij citati in
princ.*

Solennitas conſueta, ſiuè legitima, qua-
17 tuor complectitur videlicet, tractatum,
conſenſum capituli, ſubſcriptionem ſaltem
per notarium, eorum, qui in capitulo inter-
uenerunt, & authoritatem legitimi ſuperio-
ris, *ita Sylueſt. & alij Summiſt. in verb.
alienation. Abb. Dec. Rebuff. & Rodoban.
quos probat Quarant. loco citat. numer. 4.
Molina, & Leſſius locis citatis, & alij*,
17 qui etiam tradunt tractatum in hoc conſi-
ſtere, vt inter illos de capitulo, quales ſunt
habentes adminiſtrationem dictorum bo-
norum, diſcutiatur diligenter, an licita ſit ta
lis locatio, vel alienatio, nempè, ſi adſit cau-
ſa iuſta id faciendi, quæ diſcuſſio illos tantū
eſt neceſſaria, quia ipſi tantum de iure com-
muni, vel municipali, nempe, ſecundum eo-
rum regulas, vel conſtitutiones adminiſtra-
tionem habent illorum bonorum, vt ex ſe
patet, & notant poſt alios Molin. & Leſſ. locis
18 citatis. Conſenſus eſt executio tractatus fa-
cti per capitulum concorditer, vel per ma-
iorem eius partem; clarum eſt enim, vt, quod
maior parte illorum facit, dicatur factum à

toto

toto Capitulo, vt autem hic conſenſus appareat, conſequenter eſt ſubſcriptio, ſaltem per Notarium, quando ille interuenit in tali actu nam ille tunc ſtipulatur actum factum fuiſſe de conſenſu, & voluntate earundem de capitulo, & ita obſeruatur, & notat etiam *Abb. in capit. 1. numer. 5. de ijs, quæ fiun. à Prælat. ſine conſenſ. capit. Caldas, Couarr. & alij penes Molin. dict. diſp. 468. nu. 18. Leſſi ſub d. n. 63. verſ. tertio, vt capitulũ;*
20 authoritas ſuperioris in hac conſiſtit; quod ſi capitulum ſit ſubiectum Epiſcopo, trium ſuperiorum requiratur authoritas. Primò illius, qui præeſt capitulo. Secundo authoritas Epiſcopi, & tertiò authoritas Summi Pōtificis, quando eſſemus in caſibus, vbi de iure requireretur, *capitul. Abbatibus 12. quæſt. 1. Turrecremat & alij quos probant Molin. dict. diſp. 468. num. 2. Quaran. dict. verb. alienationum 4. Leſſ. dict. num. 63. verſicul. 4. vt adſit authoritas Ricci loco citat. deciſion. 51. & 54.* Si verò capitulum non eſſet ſubiectum Epiſcopo, tunc ſa-
21 tis eſt authoritas ſuperioris, qui præeſt capitulo, & authoritas Summi Pontificis, ſi cōſenſus illius, ſiuè authoritas; ſit neceſſaria, vt eſt regulariter, & in caſibus à iure expreſſis, ſecus ſi ex priuilegio Summi Pontificis, ſufficeret authoritas ſuperioris illius capituli, vt infra dicetur.

Eſt tamen aduertendum, quòd dum requiritur authoritas Summi Pontificis, expri-
22 mi debent omnia pacta appoſita in contractu; ſi enim aliquod non exprimatur, quo expreſſo Summus Pontifex denegaſſet aſſenſum, vel illum difficile conceſſiſſet, aſſenſus erit ſubreptitius, ſeù obreptitius, vt in *cap. ſuper literis de reſcrip. & hoc eſt axioma omnibus notum; & ponunt Doctores* plura exempla talium pactorum, ſeù circunſtātiarum, quorum aliqua recenſeam. Primum eſt, ſi Eccleſia, vel Monaſterium illa bona haberet ab aliquo cum pacto, quod non poſſit illa alienare; quia in hoc caſu legis, & hominis concurrit alienandi prohibitio, & ideò alienatio redditur prohibita etiam in caſu licito, & à iure permiſſo. *Opizon in l. filiusfam. §. Diui num. 103. ff. de legat. 1. vbi Loazeſ. numer. 30. & alij communiter gloſ. 1. in l. fin. C. de reb. alien. non alienan. Socin. ſenior conſ. 75. num. 4. vol. 1. Mantic. in tract. de coniectur. vlt. volunt. lib. 9. in tit. ſi res Eccleſ. ſit legata, an debeatur æſtimatio nu. 4. & 5. & alij,*
23 Et talis prohibitio hominis, & ſi iniuſta eſſet, adhuc reddere ſolet Principem difficilem ad denegandem aſſenſum, vt probat *Ioan. Vincent. de Ann. in repet. Conſtitut. Regn. Conſtitutionem Diuæ memoriæ nu. 46. vbi refert ſic de facto euéniſſe, & fuiſſe denegatum talem aſſenſum.*

Secundum eſt, ſi illa bona fuiſſent donata Eccleſiæ pro dote, & menſe religioſorum; nam hæc bona redduntur inalienabilia, non obſtante quouis iuramento *capit. poſſeſſiones, & cap. vt ſuper aliqua extra de reb. Eccleſ. non alienan. facit etiam text. in capit. intellecta extra de iur. iurand.*

Tertium eſt, ſi bona illa perueniſſent ad ipſam Eccleſiam ex Regia largitione, & mu-
25 nificentia, quia tunc adeſt particularis prohibitio alienandi, ex quo iura mandant talia bona eſſe inalienabilia, vt perpetuò conſeruentur in Eccleſia Principis munificentia, *§. ea verò, quæ iuncto §. ſeq. vbi gloſ. in verb. concedimus authent. de alienat. & emphyteu. gloſ. in authentic. hoc ius porrectum in verb. perpetuò C. de Sacroſ. Eccleſ.* vbi omnes, quia indecens eſt, quod bona per alios in Eccleſiam collata contra concedentium voluntatem ab Eccleſia diſtrahantur, *capitul. indignè 12. quæſtion. 2. vbi omnes.*

Quartum ſi conceſſio ſonaret in locationem, & emphyteuſim, reſolueretur tamen
26 in titulum emptiones, & venditionis, vt quia adeſſet pactum de redimendo pro certo pretio ad arbitrium conductoris, vel emphyteutæ, quia tale pactum, tanquam continens in ſe pretium certum, in effectu operatur venditionem rerum prædictarum, vt patet ad ſenſum, & dum hæc qualitas in ſupplicatione non exprimitur, aſſenſus redditur difformis à ſupplicatione, vt optimè aduertit *Frecc. lib. 2. ſubfeud. q. 24. nu. 4. fol. 162. in antiq.* Et ideò, ſi qualitates prædictæ, vel earum aliqua ſi adſint non exprimantur, ſiue dubio aſſenſus eſt nullius momenti, vt fuit *annis elapſis ſolenniter diſcuſſum in Sacro Conſilio inter Monaſterium S. Martini de Neapoli cum Duciſſa Caſtrouillarum, conferuntur tradita per Farinac. d. dec. 722.*

Redeundo tantum ad authoritatem ſuperioris, dico, quod ſi illa Monaſteria ſint
27 exempta, nec ſubſint Epiſcopo, vt regulariter hodie ſunt omnes regulares, tunc Epiſcopi authoritas nullo modo debet interuenire in tali alienatione; ſed ſatis eſt authoritas Prælati eiuſdem Monaſterij, & poſtea accedit aſſenſus Summi Pontificis virtute dictæ conſtitutionis Pauli II. niſi tamen illa religio habeat priuilegium particulare Summi Pontificis, quod ſatis ſit authoritas Præpoſiti Generalis ipſius religionis. Et ita obſeruatur in noſtra Religione, *vt habetur in compendio noſtrorum priuilegiorum*

in

Digitized by Google

in verb. alienatio bonorum fol. 30. & ſeq. Nam Patres Prapoſiti noſtrarum domorum cum conſenſu maioris partis vocalium poſſunt alienare, & conſenſu noſtri Patris Generalis tantum, & ſic eſt in quibuſdam alijs religionibus, ideo vnuſquiſq; ſuę religionis priuilegia inſpiciat.

Dico quartò, etiam in locatione inſtà triennium, & in alia alienatione à iure per-
28 miſſa neceſſariam eſſe cauſam legitimam, vnam nempè de explicatis ſupra alias eſt ipſo iure nulla, vt probat, *text. in dict. extrauag. ambitioſæ, ibi. Et tunc in Eccleſiarum euidente vtilitate. Et post gloſ in cap. 1. de reſtitut. In integr. vbi Abb. num. 17. & alios hoc probat Couarr. lib. 2. variar. reſolut. cap. 17. num. 2. quem ſequitur Molin. dict. diſput. 468. num. 14. & alij ſupra relati. Et licet gloſ. in ſumma & in capit. ſine exceptione in verb. profuturum 12. quæſtion. 2. & alij quidam pauci penes* Couarruuium *loco citato*, teneant ſatis eſſe interuenire ſolemnitatem in his caſibus, nam & ſi iuſta cauſa non adeſſet, Eccleſia, vti læſa, reſtitueretur in integrũ aduerſus talem locationem, vel alienatio-
29 nem. Receptior tamen eſt prima ſententia, quia ex iuris diſpoſitione eſt nulla locatio, vel alienatio, aliter facta, & quod nullum eſt, reſcindi non poteſt, nec opus eſt reſtitutione in integrum, quia illa eſt neceſſaria, quando valide fuit celebratus actus, & per illum Eccleſia, vel alia perſona priuilegiata læderc-
30 tur, niſi tamen adeſſet conſuetudo, quod aſſenſus non ſit neceſſarius etiam quando locatio fieret vltra triennium, vt poſt *Pariſ. conſ. 98. vol. 4. Gamm. & Maceratenſ probat Ricc. dict. decif 113. numer. 4. & dec. 116. de quibus etiã ſupra meminit.* Et hæc recenſui de hac quęſtione pro reliquis videri poſſunt authores, in illa citati, præcipuè in principio.

SVMMARIVM.

1 *Homo an poſſit locare operas ſuas.*
2 *Locatio operarum licita eſt dummodo nõ ſit perpetua.*
3 *Teſtis pro depoſitione pretium recipere non debet aliter falſum committeret quod limitatur ſi ſolitus erat locare operas ſuas pro tali teſtimonio recipere quod poterat pro locatione operarum pro illis diebus n. 4.*
5 *Medicus locat operas ſuas pro curanda infirmitate, & pariter aduocatus pro defenſione clientum etiam ſi non ſteterit per ipſum n. 6.*
7 *Salarium debetur legatis pro itinere, & quid pro laboribus n. 8.*
9 *Sacerdos locare poteſt operas ſuas inſeruiendo in Diuinis, & ratio affertur n. 10. & refellitur ratio illa quia ſi non haberet ſalarium non applicaret miſſam pro illo n. 11.*
12 *Famulus poteſt locare operas ſuas iuſta mercede interueniente, & quod in nobilibus n. 13.*
14 *Famulorum genera duo ſunt.*
15 *Famuli parui nobiles deſeruire ſolent nobilibus abſq; mercede, licet eis ſoliti ſint aliqua elargiri nu. 16. & ſolent ob talem ſpem quandoq; furari n. 17.*
18 *Salaria famulis debentur iuxta conuentionem alias ea non interueniente, conſuetudini ſtandum erit.*
19 *Conductor famulorum tenetur ad omne damnum locanti operas, quando per eius factum non potuit opus facere.*
20 *Operarij ſinguli eorum operas locare non prohibentur, qui cum fuerit conducti ad operandum non tenentur de damno dato, turbata poſſeſſione, & ſimilium.*

QVAEST. XX.

1 Vigeſimò quartò, an homo poſſit alicui locare operas ſuas, & ad quæ tempora, & quæ nam dicatur iuſta famulorum merces, ſiue ſalarium. De hac quæſtione latiſſimè diſputat *Vinc. Carros part. 2. fol. 117. cum ſeqq. titul. de medico cum ſeqq. Surd. conſ. 460. volum. 4. Molin. diſput. 505. & 506. Rebell. part. 2. de obligat. inſtitut. lib. 14. de locat. & conduct. quæſt. 13. Sayr. lib. 9. Clau. regia cap. 16. num. 27. Leſſius lib. 2. de iuſtit. & iur. capit. 24. de locat. & conduct. dubitat. 4. Mantic. libr. 5. de tacit. & ambigu. conuent. titul. 6. numer. 13. cum ſequentib.*
2 Pono igitur hanc vnicam concluſionem locatio operarum licita eſt, dummodo non ſit perpetua, quia hæc eſſet ſpecies ſeruitutis, & non valeret. Sic probetur ex *text. in l. Titia. §. Titio ff. de condition. & demonſtr. l. cum antiquitas C. de vſuf. in cap. inter dilectos de donat. Innoc.* Roman.

Rip.

Rip.& alij, quos probat Surd. dict. conſil.
400. num. 1. Merces tamen regulariter
ſoluenda eſt, completo opere, de qua ma-
teria poſt alios tractat Mantic. dict. tit.
6. num. 16. & ſeqq. ad quem mitto lecto-
rem.

Et hoc in tantùm eſt verum, quòd, licèt
3 teſtis pro dicenda veritate non poſſit pecu-
niam recipere, & ſi recipiat, incurrat crimen
falſi, l. ſi quis in fin. C. de teſtibus can. noli-
te timere 2. quæſt. 2. cap. intimauit extra
de teſtib. vbi omnes cum alijs cumulatis
per Carrot. par. 1. de locat. & conduct. tit.
de merced teſtim. q. 6. n. 18. cum ſeqq. &
4 alij paſſim. Attamen ſi teſtis ſolitus erat lo-
care operas ſuas, poſſet pro tali teſtimonio
recipere quicquid habuiſſe in illis diebus
pro locatione eius operarum: ſic etiam pro
diebus, quibus vacat pro teſtimonio feren-
do, ita Cyn. Butricar. & alij cit. in l. quo-
niam liberi. C. de teſtib. Guid. Pap. dec. 68.
n. 4 probant etiam Alberic. Butr. Fælyn. &
alij, quos ſequitur Carrot. d. q. 6. num. 50.
quod probat habere locum in vtroq; foro,
& rectè, vt probãt etiam plures alij Theo-
logi, & ſummiſtæ, quos ſequitur Sayr. lib.
12. Clau. regiæ capit. 19 num. 12. & ſeqq.
quia, licèt teſtis pro veritate dicenda non
debeat eſſe in lucro, neq; in damno, ex eo
quia tenetur dicere verum; non tamen te-
netur amittere mercedem ſuarum operarũ,
ac ſuorum laborum.

Hinc deducut omnes prædicti, & alij paſ-
5 ſim, quod medicus dicatur locare operas
ſuas pro diligenti cura infirmorum; ſic etiã
aduocatus, procurator, & alij cauſidici pro
defenſione clienrum, & proindè debent ha-
bere iuſtum, & conueniens ſalarium ad arbi-
trium boni viri, quando à principio non
fuiſſet taxatum inter partes l. 1. vbi omnes
ff de variar. & extraord. cognit. poſt alios
Carrot. in d. titul. de medico, vbi per 15. q.
hanc materiam examinat, ad quem mitto
lectorem: hoc ſolo annotato, quod, ſi non
6 ſteterit per Aduocatum, quò minus ſeruiret
eius clientulis, deberetur illi integrum ſala-
rium, quia ſatis eſt, quod per ipſum non ſte-
terit l. qui operas vbi Bart. & alij ff locat.
Bald. Salicet. & alij in l. fin. C. de condi-
tionib. ob cauſ. Afflict. in Conſtitut. Regn.
hac edictali num. 5. & ſic plures fuiſſe de-
ciſum refert Ioan. Bapt. de Thoro in verb.
ſalarium an debeatur aduocato, poſt alios
Carrot. loc. cit.

Deducitur ſecundò, quod etiam Legatis
7 debeatur iuſta, & conueniens merces pro
labore itinere in eorum legatione pro ex-
penſis, & alijs: licèt enim legati non dicantur
propriè locare ſuas operas, & ſic non ſit pro-
pria locatio, prout nec etiam eſt inter aduo-
catum, & clientulum, inter præceptorem, &
diſcipulum, inter medicum, & infirmum, &
proinde non actio ex locato, & conducto,
ſed datur actio præſcriptis verbis ad hono-
rarium, ſiue iuſtam mercedem ſoluendam
ratione laborum, ita Bart. in l. 1. ff ſi men-
ſor falſum mod. dixer. Alex. Socin. Iaſ. &
Cephal quos probat Carrot. dict. part. 2, de
location. & conduct. in titul. de magiſtris.
De Franch. dec. 146. de Pont. dec. 17. n. 11
et in tit. de poteſt. Proreg. tit. 11. in princ. n.
45. tamen pro dictis laboribus, & pro ex-
8 penſis itineris iuſtum eſt, quod debeatur il-
lis iuſta merces ſiue ſalarium: imò quòd
ſi legatus deceſſerit ante finitam legatio-
nem, debeatur illi integrum ſalarium, vt ex
tex. in l. legatus §. ſi quis in munere ff. de
legationib. Alex. Firmian. & alij, quos
probat Carrot. dict. part. 2. in titul. de am-
baſciator. q. 2. n. 2. & ſeqq. & per totum
illum titulum, vbi per octo quæſtiones hãc
materiam examinat.

Deducitur tertiò, vt etiam Sacerdos poſ-
ſit locare operas ſuas ad ſeruiendum in Di-
9 uinis alicui Eccleſiæ, dummodo merces ei
ſoluatur pro labore, & damno, quæ ſubſiſtet,
ſeù in ſubſtentationem perſonæ, non autem
pro Diuinis peragendis; ſic enim eſſet ſimo-
nia capitulò cùm in Eccleſiæ de ſimonia
Cardinal. in can. indicet. verſic. in eo. 1.
quæſt. 1. Villalob. Iul. Clar. Angel. Armill.
Emanuel Suarez, & Burſat. quos probat
Carrot. dict. fol 124. col 4. tit. de Sacerdo-
ce, Azor. part. 3. moral. lib. 8. cap. 3. quæſt.
6. Diu. Thom. 2. 2. quæſt. 10. articul. 2.
& omnes alijs, & vſus Eccleſiæ hoc pro-
bat, vt rectè annotauit Suarez. tom 1. de
religion. lib. 4. de Simon. c. 36. n. 3. cũ ſeqq.
10 Et ratione, quia merces illa non ſoluitur pro
agendis Diuinis, ſic enim eſſet commutatio,
ſiue compenſatio rei ad eſſentia ſimoniæ;
ſed datur ratione perſonæ, quæ ſuſtentatio-
ne indiget: ideò propter eius laborem, vt in-
de victum habeat, cùm dignus ſit operarius
mercede ſua, datur ei hæc merces per mo-
dum ſtipendij, ac ſubſtentationis.

Nec vrget ratio aliquorum, quod aliter
11 quod Sacerdos miſſam pro aliquo non ap-
plicaret, nec alia Diuina faceret, niſi merce-
dem haberet: hæc enim ratio nihil aliud cõ-
cludit, niſi ſtipendium illud eſſe conditionẽ,
ſine qua non, hoc eſt, eſſe conditionem,
quòd ſine illo ſtipendio Sacerdos non face-
ret ſacrum pro illa perſona; non tamen ſe-
quitur, ergo per hoc datur in pretium rei ſa-
cræ: eſt enim conſequentia fallax, cùm illud
recipiatur pro ſubſtentatione vitæ ipſius Sa-

cerdotis. *Auguſt. in lib. de paſtoribus cap.
2. poſt enim, Diu. Thom. Durand. & Pa-
ludanus Suarez in 3 part. tom. 3. diſp. 86.
ſect. 1. §. ad authoritates, & dict. cap. 36.
de Simon. ſub num. 7. & alij, quos cumula-
ui, ſuo loco in tract. de Sacrif. miſſæ prout
etiam pro prædicatione deciſum refert
Io. Bapt. Thor. in compen. dec. p. 1. verb. ſa
larium.*

Deducitur quartò, vt poſſit famulus loca-
re operas ſuas ad ſeruiendum alicui, iuſta
12 mercede accepta; & hoc omnes ſciunt, &
quotidie practicatur: ideò non cumulo au-
thores: iuſta autem merces, ſecundum om-
nes, dicitur illa, quæ non eſt minor pretio in-
fimo, nec maior pretio ſupremo, quo ſolent
famuli in illo loco operas ſuas locare
*Archid. in cap. ſunt 1. quæſt. 1. Alex. conſ.
109. num. 12. volum. 6. Natt. Rebuff. Sa-
cin. Caſtrenſ. & alij plures probat Car-
rot. part. 1. de locat. & conduct. tit. de fa-
mul. quæſt. 10. num. 4. & ſeqq. fol. 34. Mo-
lin. diſp. 506. num. 6. Leſſi. dub. 4. num. 23.
Gamm. Gomez. & Pinell. quos probat Re-
bell. dict. quæſt. 13. num. 3. & ſequentib.*
13 Non tamen re vera eſt propria locatio, quia
in nobilibus, qui recipiunt pecuniam ad ali-
quod opus faciendum potius dicuntur fa-
cere contractum innominatum, do, vt fa-
cies; vel do, vt des; quàm locare operas ſuas;
quia hoc propriè euenit in operarijs, & in
famulis, prout in ſpecie docet *Bald. in l. ſi
pecuniam col. 1. in 1. oppoſit. ff. de condi-
tion. ob cauſ latiſſimè Tiraquell. de nobi-
lit. capit. 37. numer. 43. de quibus memi-
nit Mantic. dict. libr. 5. de tacit. & am-
bigu. conuent. titul. 2. ſub numer. 18.* Vt
14 ſciatur, quando famulis debeatur ſalarium
duo genera famulorum conſideranda ſunt;
vnum eorum, qui gratis ſeruire ſolent; alte-
rum eorum, qui, accepta mercede, ſerui-
unt, prout omnes diſtinguunt, præcipuè
*Carrot. Molin. & etiam Rebell. locis pau-
lò ante citatis.*

Qui igitur gratis ſeruire ſolent, vt ſunt
multi pueri nobilium, ac alij nobiles, qui ſo-
15 lent ſe ipſos deputare ad ſeruitium aliquo-
rum Principum: & iſtis ſine dubio nullum
debetur ſalarium, quia talis deputatio ad ſer
uitia Principum fieri ſolet, vt tales pueri be-
nè morati euadant; imò dedecus illis eſſet,
ſi præmium aliquod inde haberent, & iſtis
non debet Dominus, niſi victum, & veſtitum
*vt fundat Nauarr. in Manual. capit. 17.
num. 109. quem probat Rebell. d. quæſt.
13. num. 1. & 3. Et ſic procedit text. in l.
ſed & ſi quid §. ſufficienter. ff de vſu-
fruct. vbi Bald. & poſt eum Alex. Dec.
& alios* Carrot. *dict. quæſt. 10. numer. 3.*
debeatur ſolus victus, & veſtitus, ſi aliter nō
ſit conuentum mercède, alias ſecus, ſed cō-
trarium deciſum per S. C. refert Io. Baptiſta
de Thoro in comp. dec. p. 2. verb. ſalarium
an debeatur.

Hinc eſt, quòd, ſi tales Principes talibus
16 famulis, conductis ſine mercede ſoleant cō-
pleto tempore ſeruitij, vel quando vxorem
ducerēt, aliquod dare officium, vel ab alio,
nēpe, à Rege impetrare, vel aliam remune-
rationem condignam dare, vtiquè tenentur
Principes omnibus eorum famulis talem
remunerationem impendere, quoniam ſub
hac mercede cenſentur illi famuli operas
ſuas locare talibus perſonis, vt optimè fun-
dat, *Molin. dict. diſputation. 506. ſub nu.
3. §. quando autem Leſſius dict. dubit. 4.
numer. 28. Conferunt diſcuſſa per Car-
rot. dict. quæſtion. 10. num. 5. cum ſequent.*
17 Ob hanc ſpem ſolent tales famuli fraudare
eorum Dominus: ſurripiunt enim ab illis ali-
qua bona, & ideò cauti ſint, & docti confeſ-
ſarij, vt ſciant prædicta diſcernere, & regula-
riter comprimant prædictos famulos à ta-
libus furtis, quia expectandum eſt totum tē-
pus ſeruitij pro tali remuneratione, quàm-
nis ſi adſit dubium de ſatisfactione daretur
interim retentio famulis, de qua re videndus
eſt Molin vbi ſupra, nam hoc pendet ex ma-
teria reſtitutionis, de qua ſuo loco.

De his verò qui ſeruire ſolent, accepta
18 mercede, ſtandum eſt conuentioni; quæ ſi
non ſit iuſta, reduci debet ad æqualitatem,
vt decens, & conueniens merces detur fa-
mulis ſecundum loci conſuetudinem, de
qua re legendi ſunt omnes citati ſupra §. de
ducitur quartò; Omnes enim docent, quod
etiam non facta conuentione de mercede,
intelligatur tacitè conuentum, quod eis ſol-
uatur illa merces, quæ ſecundum loci con-
ſuetudinem ſolui ſolet pro ſimilibus famu-
lis: & ideò facta probatione, quòd iſto ſoleāt
locare operas ſuas, & quod in illo loco ſecū-
dum conſuetudinem ſolui ſoleat certa mer-
ces, ſtatim habent famuli intentionem fun-
datam, & condennantur Domini ad illam
mercedem, vt colligitur *ex text. in l. li-
cet C locat poſt alios probat Carrot. dict.
quæſtion. 10. numer. 5. & ſequentibus,
Surd. conſil. 460. numer. 30. & ſequentib.*
& ſic procedit in foro conſcientiæ, quod te-
neantur Domini ſoluere famulis illam mer-
cedem, *vt notant Nauarr. Molin. Rebell.
& alij in loc. cit. & hæc hactenus pro hac
quæſtione.*

Hinc etiam dicunt, quòd ſi facto condu-
19 ctoris quis non potuit opus facere, nec alte-
ri operas ſuas locare, tunc tenetur condu-
ctor ad omne damnum locanti ſuas operas

&

& ſoluere totam mercedem operarijs, quia per illos non ſtetit quin opus facerent; ſecus ſi potuerint operas ſuas alijs locare, vel cum effectu locauerunt; quia hæc omnia habentur in conſideratione, & pro rata operarum amiſſarum ſoluitur eis merces, ita ex *text. in l. qui operas l. ſed addes §. fin. vbi Caſtrenſ. ff. locat. & alij s probat Borgnin. deciſ. 26. part. 2. Romano, & alijs notat, Carrot. de locat. & conduct. par. 4. titul. de remiſſion. merced. q. 8. n. 182. cum plurib. ſeqq. vbi hoc declarat etiam in conduct. equi, & in omni alia materia.*

Deducitur quintò, quod ſinguli operarij
10 in quolibet artificio licito poſſunt locare operas ſuas, vt eſt notiſſimum, adeò quod ſi tales operarij adducti ad diurnam mercedem ad laborandum, nec de damno dato, nec de turbata poſſeſſione, nec quouis alio modo tenentur ad pœnam aliquam, quia bona fide præſumuntur accedere, eredentes, locum illum eſſe locatoris, qui tenetur ad omnem pœnam, & damnum *l. 1. §. hoc interdictum ff. ne quid in loco public. gloſ. notab vbi Bart. in l. in rem aliàs ſi rem §. tignum ff. de reiuendicat. Alberic. Socin. Felyn. Iaſ. Boſſ. Roland. Iul. Clar. Magon. Vrſill. Pinell. Ioann, Vinc. de Ann. & alij; quos probat Carrot part. 6. de locat. & conduct. tit. de retinend. poſſ. except. 2. incip. operarius f. 259. col. 3. in fin. col. 4. & fol. 269. col. 1. tot. vbi hoc limitat pluribus medijs modis, vt per eum: meminit de aliquibus ex prædictis de Pont. tract. de pot. Proreg. tit. de abundant. ciuitatis §. 4. in fin.*

SVMMARIVM.

1 *Locator conductori, an teneatur de euictione, & ad qua alia recenſentur.*
2 *Locator tenetur rem tradere, & ad patientiam ſicq; agens ex locatione prædicta tenetur probare n. 3.*
4 *Locator tenetur toto tempore locationis durante patientiam præſtare, & è conuerſo conductor probare tenetur ipſam fuiſſe præſtitam n. 5.*
6 *Conductor ſi moleſtiam patiatur ab aliquo tertio, cui locator contradicere poteſt, tenetur ad totale damnum, & intereſſe conductori, niſi in odium conductoris fuerit illata numer. 7. aut ſi culpa conductoris euenerit, ne vti poſſit re conducta num. 8.*
9 *Locator locans rem alienam, vel feudum ſcienter ignorante conductore tenetur ad omne damnum.*
10 *Conductor pro tempore quo non fuit impeditus vti re conducta tenetur ſoluere penſionem.*
11 *Locator locans vaſa vitioſa, & ea tacuiſſet licet vitia ignoraſſet tenetur ad dãna, & an procedat in foro coſcientiæ n. 12.*
13 *Paſcua locata, vel vendita, & inde vitioſa reperta ex vtroq; foro ad nihilum tenerentur locator, & venditor, quod limitatur quando ex conuentione inita inter eos fuerit conuentum teneri pro omnibus damnis, & intereſſe n. 14.*
15 *Locator, an & quando tenetur de euictione.*
16 *Hæres vſufructuarij, an teneatur erga conductorem, vti frui, ac etiam de euictione.*
17 *Locator, an teneatur ſoluere conductori expenſas neceſſarias ſiue ad modicum ſiue ad longum tempus factas in re cõducta.*
18 *Conductor ſecundum Conſuet. Neapol. tenetur requirere locatorem, vt faciat expenſas neceſſarias, quas ſi non fecerit infra 15. dies ipſe faciet, & ex computabit in penſione, & quod ſupereſt repetet de iure communi.*
19 *Locator, an teneatur benefacta, & meliorationes facta in re conducta ſoluere.*
20 *Locator tenetur conductori de dolo lata culpa, & leui, non tamen de leuiſſima.*

QVAEST. XXI.

1 VVigeſimo primò quæro. Ad quid teneatur locator conductori, & nũ ad euictionem. Reſpondeo, quod vltra dolum, latam, & leuem culpam ad quatuor regulariter tenetur locator conductori. Primò ad traditionem rei locatæ. Secundò ad patientiam. Tertiò ad euictionem. Quartò ad expenſas factas in re conducta, & aliquando etiam ad remiſſionem mercedis. De hoc vltimo dicetur quæſt. ſeq. de prim is quatuor dicetur hic.

Primò igitur tenetur locator conductori

2 tradere rem locatam, vt omnes ſciunt. Secũ-
dò tenetur ad patientiam, nempè, vt patiatur
ipſe locator conductorem vti re locata
ſecundum formam locationis factæ, aliàs te-
netur conductori ad omne damnum, & etiã
ad intereſſe lucri ceſſantis, *l. ſi in lege §.
colonus verſ. item ex conducto vtil ſer l.
ſi fundus verſ. nam & ſi colonus ff. locat.
latiſſimè Surd deciſ. 131. num. 1. & deciſ.
326. num. 25. Tuſch in verb. locatio. con-
cluſ 414. Azor. loco citat. capit. 8. in princ.
Alex. Raudenſ var. reſolut. capit. 29. num.
18. & ſeqq. Ioann. del Caſtill. lib. 2. quoti-
dian. controuerſ iur. cap. 3. num. 4. cum
ſeqq. Surd conſ 332. num. 8. volum. 4. de
Pont. conſ. 137. num. 61. & conſ 139. nũ. 1.
vol.*

Hoc adeò eſt verum, vt agens ex locatio-
ne non ſolùm teneatur probare traditionem
3 rei locatæ, ſed etiam fuiſſe præſtitam patien-
tiam ſucceſſiuam, vt conductor potuerit vti
re conducta ſine aliqua indebita moleſtatio-
ne dummodo ex parte conductoris hoc ap-
ponatur, vt ex multis fundant *Ioſeph Lu-
donic. deciſ. 2. Rot. Lucenſ. Hieronym. Ma-
gon. in deciſ. 11. eiuſdem Rotæ, quos pro-
bat Tepat. lib. 2. variar. iur. ſenſen tit. de
locat. & cond. col. 1. & 2. Aretin. Iaſon. &
alij quos probat Tuſch. dict. concluſ 414.
num. 5. cum ſeqq. Surd. deciſ 201. num. 5.
& dict. deciſ 326 præcipuè num. 17. cum
ſeqq. conſ. 400. num. 8. cum ſeqq. lib. 3. vbi
plures alios citat. quod etiam repetit conſ.
442. num. 5. & ſeqq. eod. volum. 3. Caſtill.
dict. cap. 3. num. 6. & ſeqq. vbi Becium,
Petr. Greg. Rim. aliosq. modernos cumulat*
quos omitto, quia de ſubſtantia locationis
4 eſt, quod locator toto illo tempore ſucceſſi-
uam patientiam preſtet adhoc, vt conductor
vti poſſit re conducta; nam aliter non dice-
retur tradita poſſeſſio rei locatæ, ſi non dura-
ret toto tempore locationis, & ideò patien-
tiæ præſtatio dicitur indiuidua, quia non po-
teſt pro parte adimpleri, & pro parte non
Itaq; tantæ efficaciæ præſtatio patientiæ ſuc
ceſſiuis temporibus, vt ſemper opponi poſ-
ſit illam non eſſe adimpletam, quamuis per
ſtatutum remanerent omnes exceptiones,
*Roman. conſ. 244. num. 5. verſ. primò enim
Crauett. conſ. 127. num. 14. Roland. Ce-
phal. Decian. Pedrocch. Beci. & alij, quos
probat Caſtill. dict. cap. 3. num. 15. & ſeq.*
5 Debet tamen probare conductor illam non
eſſe præſtitam, quia hoc eſt fundamentum
ſuæ intentionis, vt in terminis ex *text. in l. in
exceptionibus ff. de probat. poſt Felyn. &
Oſaſc probat. Mantic. A. lib. 5. tit. 1. nu. 17.
in fin.* Et ſatis eſt, vt locator probet ſe à prin-
cipio rem locatam tradidiſſe, quia impedi-
mentum poſtea non præſumitur niſi probe-
tur *l. qui commeatus ff. de re milit. cũ vulg.
alijs.*

Plus dicunt DD. quod ſi conductor talem
6 moleſtiam patiatur ab aliqua perſona tertia,
cui poteſt locator contradicere, adhuc te-
neatur ad totale damnum, & intereſſe ipſi
conductori *Roman. conſ. 178. pro deciſ.
Tuſch. dict. concluſ. 414. num. 12. & 13.
Nauarr. in Manual. cap. 17. num. 187.
Azor. part. 3. Moral. libr. 8. titul. de locat.
& conduct. capitul. 7. quæſtion. 6.* ſecus
tamen, ſi potuit locator contradicere, quia
regulariter ſolùm tenetur ad remiſſionem
mercedis, vt poſt *Roman. loc. cit. & Alex.
conſ. 127. num. 7. & 8. vol. 5 probat Tuſch.
d. concluſ. 414. n. 14. de Franch. deciſ 451.*
7 quod verum eſt, niſi in odium locatoris ille
tertius inferat damnum conductori, nempè
propter locatoris inimicitias, quia in hoc ca-
ſu etiam ſi locator non poſſit contradicere,
tamen dicitur factum culpâ locatoris, & te-
netur conductori ad totale damnum, & in-
tereſſe *l. merces §. culpæ ff locat. vbi Bar
poſt alios Surd. deciſ. 326. num. 26. conſ.
34 & alibi Tuſch. vbi ſupra numer. 15.
Molin. diſputat. 493. præcipuè num. 8. &
diſput. 494. num. 15. Azor. dict. quæſt. 6.
Caſtill dict. cap. 3. num. 18. cum ſeqq. præ-
cipuè numer. 33. cum ſeqq. vbi plures alios
cumulat Carrot. de locat. & conduct. par.
4. in titul. de caſib. quæſtion. 7. fol. 172.*
8 Si tamen culpa conductoris euenerit, ne vti
poſſit re conducta, tunc ſibi debet hoc im-
putari, quia in omni promiſſione intelligi-
tur excéptuata culpa artis, & in terminis eſt
*text. in l. ſi merces §. culpa ff. locat. & poſt
alios probant Surd conſ. 64. num. 8. vol. 1.
Tuſch. d. concluſ. 414. n. 12. Rebell. lib. 14.
in tit. de locat. & conduct q. 8. n. 2. & ſeq.*
Prout nec etiam fieret ei remiſſio mercedis
quando culpa ſua euenit, ne ex fundo perci-
peret fructus præcipuè ſi deficeret in cultu-
ra fundi *l. ſi vno §. cum quidam vbi gloſ.
in verb. remiſſio, & l. ſi merces §. cõductor
ff. locati,* & proinde vt obtineat remiſſionem
mercedis ob ſterilitatem fundi, debet pro-
bare ſe illum coluiſſe ſuo tempore, vt poſt
*Salycet. Neuizan. Bero. Roland. Boſſ. Me-
noch. Burſat. & alios probat Surd. deciſ.
87. num. 3. quod magis explicabitur infra
quæſt. ſeq.*

Ex his deducitur, quòd, ſi quis locaſſet
9 alicui bona aliena, vel etiam feudum, & lo-
catio eſſet pro ille tempore, quo non ſubſi-
ſteret, vtiq; ſi locator id ſciuerit, & condu-
ctor ignorauerit, ſine dubio tenetur ad om-
ne

Digitized by Google

ne damnum, & intereſſe locator conductori,
vt ſundat Surd. dict. conſ. 442. toto, vbi con-
traria ſoluit, & dum locat ſcienter rem alie-
nam, & ad damnum lucri ceſſantis etiam
extrinſecum tenetur conductori etiam in ſo
ro conſcientiæ, *Molin. dict. diſputat. 493
num. 6. ex text. in dict. l. ſi fundus, & l. ſi in
legge §. colonus ff. locat. & patet ex dictis
ſupra in §. ſecus tamen Carrot. d. q. 7. n. 16*
& ſeq. pro tempore tamen, quo non fuit im-
peditus re conducta, vti, frui, tenetur ſoluere
penſionem, *l. ſi quis domum in princ. ff. lo-
cat. poſt Baro Mantic. d. lib. 5. tit. 3. nu. 1.*
11 Deducitur ſecundò, quod ſi locator locaſ-
ſet alicui vaſa vitioſa ad vinum, oleum, & ſic
de alijs, & vitia tacuiſſet, quamuis vitia igno-
raſſet, tenetur conductori damnum reſarci-
re, quoniam debet locator attendere, qualia
vaſa locabat *l. ſed addes. §. 1. locat. vbi*
12 *Gloſſ. & omnes.* Hoc tamen non procedit in
foro conſcientiæ, & ideo ſi arbitrio pruden-
tis nulla ad fuit culpa in locãte, vel venden-
te, illa vaſa vitioſa, nullum damnum reſarci-
re debet, quia in hoc foro attenditur
veritas ipſa, non autem iuris præſumptio.
*ita Syluest. in verb. locatio quæſt. 18. Na-
uarr. in manual. cap. 17. num. 196. quos
probat Molin. diſp. 494. n. 10. & eandem
ſententiam probat Azor. in dict. tit. de
loc. & cond. cap. 7. in fin. quamuis citet, vt
ſolet.*

Quando tamen venduntur, vel locantur
paſcua, quæ poſtea vitioſa reperiuntur in
13 vtroq; foro ad nihilum tenetur venditor, &
locator, ſi id neſciuit, vt habetur in dict. §. 1.
& notat omnes præcitati DD. quamuis con-
ductor nõ teneatur ſoluere mercedem pro-
miſſam, cum illa paſcua potius noceant,
quàm iuuet animalibus, vt omnes notant,
& rectè. Si tamen expreſsè conuentio fieret
inter locatorem, & conductorem, quod te-
neatur locator de omnibus damnis, & in-
tereſſe, tunc locator teneretur etiam de
vitijs, de quibus aliàs non teneretur
*l. tenetur § ſed ſi vas ff. de action. emption.
Molin. dict. diſputat. 494. num. 6. in fin.
Surd conſil. 442. num. 11. & ſeqq. vol. 3.*
vbi hoc eò magis locũ habere probat, quo-
ties in tali promiſſione adeſſet clauſula quo-
modocumq; & qualitercunq; damnum eue
niat, locator teneatur in caſibus, in quibus
aliàs de iure nullo modo teneretur, quod ex
multis probat authoribus, vt per eum.

Deducitur etiam ex dictis, quando loca-
tor teneatur de euictione; nã primò tenetur
15 locator tradere rem conductori, & ſi ab ali-
quo res illa euinceretur teneretur locator
agere cum illo, vt contentus remaneat, quod
conductor permaneat in locatione per illud
tempus, quo rem illam conduxerat & ſi loca-
tor hoc impetrare nequibit tenetur condu-
ctori, dare rem æquè idoneam, quam ſi non
habeat, & euictio eius culpa euenerit, tene-
bitur conductori ad omne damnum, & in-
tereſſe etiam lucri ceſſantis: ſi vero ſine eius
culpa acciderit, tunc tenebitur ſolùm ad re-
miſſionem mercedis, & conductor tenebi-
tur ſoluere mercedem pro rata tẽporis, quo
re conducta vſus fuit, vt notant omnes præ-
citati *DD. ex text. in l. item quæritur §.
exercitu l. ſi fundus cũ duab. ſeq. ff. locat.*
quoniam locator non ſolùm tenetur rem
locatam ſemel tradere conductori, ſed tene-
tur etiam præſtare patientiam ſucceſſiuam,
toto tempore locationis, vt dixi ſupra, & poſt
alios tradunt *Carrot. part. 4. in titul. de
euiction. vbi per plures quæſtiones hoc
examinat. fol. 207. cum pluribus ſequen-
tibus, Tuſch. dict. concluſion. 414.* Verum
16 hæres vſufructuarij non teneretur erga co-
ductorem vti, frui, nec etiam teneretur de
euictione: conductor enim cogitare debe-
bat, & ſcire vſumfructum morte finiri, & ſe
informare, an vſusfructus bonorum, eſſet lo-
cantis, vel alterius ex regul. *text. in l. qui cum
alio ff. de regul. iur. & in ſpecie probant
Cuman. conſ. 170 col. 2. Bver. Cephal. Ri-
min. & Borgnin. quos probat Carrot. part.
2. de loca. & conduct. in titul. de vſ. fruct.
quæſt. 7.*

Poſtremò, quod attinet ad expenſas tene-
tur locator ſoluere conductori, ſiue ad mo-
17 dicum, ſiue ad longum tempus, expenſas
neceſſarias factas in re conducta, vt ſunt om
nes illæ expenſæ, ſine quibus, vel res condu-
cta periret, vel deterior fieret, vel ſine il is
non poſſet conductor illa vti, *l. Dominus §. 1.
vbi Caſtreſ. & l. ex conducto in princ. ff.
locat. Salycet. Alex. Ruin. Bald. Ioann.
Andr. & Aretin. quos probat Tuſch. in
vera. locatio. concluſ. 415. tot. tenet etiam
Azor. dict. titul. de location. & conduction.
capitul. 8. §. 3. obligatio. latiſſimè Molin.
diſputation. 496. tot. & poſt alios Carrot.
part. 4. de location, & conduct. in titul.
de expenſ. mihi fol. 223. cum ſequentibus.*
Qui latiſſimè hanc illationem examinant,
18 vt per eos: Nam ſecundum noſtras conſue-
tudines eſt introductum, quod conductor
teneatur requirere locatorem, vt faciat ex-
penſas neceſſarias in re conducta, quas ſi nõ
fecerit infra quidecim dies, poterit condu-
ctor illas facere; quas excomputabit ſibi po-
ſtea conductor in penſione, ſiue mercede rei
conductæ, vt habetur in conſuet. ſi quis con-
duxerit in fin. & ſi plus ſit ab eo vtiliter ex-
penſum, repetit à locatore per actionem ex
conducto, vt ibid. notat Napod. quia in hoc
ſeruatur ius commune, & ſola requiſitio lo-
ca-

Digitized by Google

catoris eſt neceſſaria, ſecundum noſtras cō-
ſuetudines;& proinde in reliquis ſeruatur ius
commune,& proinde tenetur locator ſolue-
19 re benefacta, ſiue meliorationes factas in
re conducta,vt ſciunt omnes, & in illarum
taxatione non attenditur tempus, quo fa-
ctæ fuerunt, ſed tempus finitæ locationis,
*Bart.& alij communiter in l.domos ff. de
legat.primò latiſſimè Carrot.dict part.4.
titul de melioramẽt.quæſt.2.per tot. vbi
etiam explicat qualiter probentur me-
liorationes probant etiam poſt alios Me-
noch.conſ 14. volum.1.& de arbitr.iud.
lib.2.caſ.215. Tepat. in dict. titul. de lo-
cat.& cond fol 63. colum.4.§.2. Mantic.
dict.lib.5.titul.7.num.22.cum ſequentib.*
& interim, dum conductori non ſoluuntur
meliorationes, quæ appareant per rei euidē-
tiam, poſſet rem conductam retinere,vt latiſ
ſimè fundat *Conſilar.de Anna conſil. 43.
volum 1.vbi num.16.& 20 ſic deciſum
refert in Sacro Conſilio per duas vices, de
quo meminit Ioann. Bapt. de Thoro in
verb.retentio pro expenſis, & dixi ſupra
part.7.quæſt.vltim.num.18.& ſeqq.quã-
uis contrarium teneant. Becius. conſ.35.
num.4.vol.1.& Surd.conſ.183. num.15.*
Moti ea ratione,quia in iure hoc non inue-
nitur expreſſum, ſed non eſt recedendum à
prima ſententia dum meliorationes eui-
denter apparent, & dicam etiam infra
q.26.

Vltimò tenetur locator conductori de
20 dolo,lata,& leui culpa,non autem de leuiſ-
ſima, quia hic contractus celebratur gratia
vtriuſquè, & proinde non venit leuiſſima
culpa, niſi expreſsè id ſit conuentum inter
locatorem,& conductorem *l. item quæ-
ritur §.ſi gemma in l. ſi quis fundum, &
l. ſed & damna ff. locat. Molin. diſputat.
493. num.3. Bartol. Caſtrenſ.* Connan.
*Surd.& alij plures,quos probant Caſtill.
dict.c.3.n.35.cum ſeq.Carrot.dict.par.4.*
ferè per tot.vbi concernentia hanc quæſtio-
nem,& alia plura examinat, ad quem pro
reliquis mitto lectorem, & dicam aliquan
infra quæſt.26.

SVMMARIVM.

1 *Locator quando teneatur remictere mercedem conductori remiſſiuè.*

2 *Locator tenetur non ſolum remittere mercedem conductori,ſed etiam reſarcire damnum quando vti re conducta non poterit facto locatoris, vel alterius ſed hoc intelligitur pro rata temporis num.3.*

4 *Conductor repetit mercedem ſolutam locatori tanquam indebitè ſi vti non potuit re conducta.*

5 *Cautela refertur in beneficium conductoris,quando re conducta vti non potuit.*

6 *Vſus in locatione attenditur pro quo ſit locatio alias non valeret, & exemplo oſtenditur.*

7 *Remiſſio mercedis ſit conductori ob cauſam belli,peſtis mali aeris,& malorum ſpirituum ſi re locata non vtatur.*

8 *Timor iuſtus eſſe debet non autem vana ſuſpictio,vt conductori recedere liceat à re conducta.*

9 *Remiſſio mercedis ob cauſas iuſtas tunc fieret ſi in conuicinio rei locate, vel in aliquam ex re locata aduenerit bellũ peſtis,& ſimilia.*

10 *Damnum in re locata debet eſſe magnũ non tamen paruum,vt remiſſio fiat,& ratio oſtenditur n.11.*

12 *Damnum ſiue magnum,ſiue paruum fiat à locatore ſemper erit reficiendum quod ſecus ab extraneo ſi non fuerit magnum,& in hoc caſu etiam reficere lucrum compellitur locator n.13.*

14 *Damnum magnum,& irreparabile dicitur quando fructus percepti non ſufficiut pro medietate penſionis deductis expenſis.*

15 *Valor fructuum attenditur non autem quantitas illorum ad ſoluendum penſionem.*

16 *Remiſſio mercedis,an fieri poſſit quoties conductor in vna parte haberet ordeũ in alia parte frumentum ſi in vna patiatur damnum in alia non.*

17 *Damnum cauſatum conductori ex iuſto facto,vel impedimento Principis, an erit reſarciendum à locatore, & quando differitur.*

18 *Locatio rei alienæ facta per Princi-*

ci-

eipem ob quod reſultaret damnum cõductori quatenus dominus rei teneatur ad emendationem quomodo, & qualiter.

19 *Remiſſio mercedis, an ſiat quoties Gabella Imponeretur circa extractionẽ frumenti, ac aliarum rerum extrahi probitarum per bannimenta.*

20 *Remiſſio mercedis fieri, an debeat conductori Gabelle pro certo pretio conuento, & poſt locationem fuerint banna emanata ad inſtantiam Ciuitatis, quæ habebat frumentum vetus, & nouum, vt poſſit moli, & conſumari aliud frumẽtum prꝫter tale frumentum Ciuitatis refertur deciſio n. 21.*

21. *Ciuitas poteſt promulgare banna, quod in loco illo conſumi non poſſit aliud frumentum niſi vetus ipſius.*

23 *Ciuitas poteſt repartire, & diuidere frumentum vetus inter Ciues adhoc, vt cõſumetur inter eos. & ne marceſcat, quod ſecùs eſſet in frumento nouo numer. 24.*

25 *Remiſſio ſit conductori propter ſterilitatem, vt compenſari non poſſit cum vbertate fructuum, & qualiter oſtenditur.*

26 *Conductor, an compenſare poſſit fertilitatem, ſiue vbertatem cum ſterilitate affirmatiua opinio probatur.*

27 *Compenſatio cum ſterilitate, & vbertate procedit quando locatio facta fuerit pro pluribus annis, ſecus ſi pro vno anno.*

28 *Dominium, & omne ius rei empte transfertur in contractu venditionis in emptorem, & pariter omne damnum, & lucrum, ſecus in locatione.*

20 *Compenſatio vbertatis cum ſterilitate in contractu locationis, quare de iure admittatur.*

30 *Pactum ſi fierit, quod conductori remiſſio mercedis fieri debeat ob ſterilitatem, tunc non conſiderabitur vbertas fructuum annorum præcedentium, vel futurorum.*

31 *Pactum appoſitum in contractu locationis, vt merces ſoluatur non obſtante quocunq; caſu opinato, & inopinato qualiter intelligatur.*

32 *Vſus inſoliti qualiter dicantur iudicis arbitrio relictum eſt.*

33 *Remiſſio mercedis, an fieri debeat quando conductor ſuſcepiſſet in ſe caſus inſolitos, & inopratos.*

34 *Pactum ſuſcipiendi in ſe caſus inſolitos & inopinatos, an iure ſubſiſtat.*

35 *Renunciatio caſuum inopinatorum, & inſolitorum procedit de ſtilo Notariorum.*

36 *Vbertas exceſſiua ſi caſu repentino, & inopinato euenerit, an penſio augeri debeat referuntur opiniones.*

37 *Suſcipiens in ſe omnes caſus fortuitos, an præſumatur ſuſcepiſſe illum, qui venit ex facto iniuſto locatoris, & quid ſi in ſpetie hoc ſuſcepiſſet periculum n. 38.*

39 *Caſus de iure non promiſſus contrahentibus, an cenſeatur incluſus in ſuſceptione caſuum inopinatorum, & inſolitorum.*

40 *Iuramentum non ſe extendit ad alios caſus, qui in ſpetie in promiſſum non comprehenduntur.*

41 *Exceptio remiſſionis mercedis, an poſſit opponi per conductorem aduerſus inſtrumentum habens executionem paratam.*

QVAEST. XXII.

1 Vigeſimoſecundò quæro, quando teneatur locator remittere mercedem conductori? De hac materia tractatur *in l. licet* C. *locat. C. locat. in cap. propter ſterilitatem de location. & conduct. latiſſimè Carrot. par. 4. titul. de remiſſ. merced. fol. 188. cum ſeqq. vbi per plures quæſtiones, & concluſiones materiam examinat Caſtill. dict. cap. 3. num. 19. 25. & ſeqq. latiſſimè, Surd. deciſ. 316. & in pluribus conſilijs infra cumulandis* Molin. *diſputat. 454. & 495. Becc. conſ. 233. lib. 2. Tuſch. in verb. locatio. concluſion. 431. & 433. & in verb. conductor concluſion. 611. & ſequentib. Mantic. lib. 5. titul. 8. Rebell. Azor. Leſſius Tepat. & alij infra cumulandi*, ex quorum dictis ponam ſequentes concluſiones.

Prima concluſio, ſi conductor non potuit
2 vti re conducta facto locatoris, vel alterius, in quo locator prouidere; tenetur locator non ſolùm remittere mercedem conductori, ſed etiam tenetur ei reſarcire omne damnum,

num, & omne lucrum ceſſans; concluſio hæc
patet ex dictis quæſtione præcedent. quam
poſt alios *Carrot. dict. titul de remiſſion.*
merced. q. 8. n. 146. cum ſeqq. innumeros
citat, & probat Caſtill. d. c. 3. n. 31. & ſeq.
quia tacitè ſaltem intelligitur facta conuen-
tio, ne quid fiat per locatorem directè, vel
indirectè in præiudicium conductoris, pro-
pter quod impediatur vti re conducta, & ſi
ſecus fiat, teneatur ad omne damnum, & lu-
crum ceſſans.

Secunda, ſi conductor non potuit vti re-
3 conducta ob factum alterius, ad quod loca-
tor non poterat prouidere, debet ei locator
remittere mercedem pro rata temporis, quo
re conducta vti non potuit: concluſio etiam
patet ex dictis dicta quæſtione præcedent.
quam etiam poſt alios probant *Morott.*
conſ. 76. Surd. conſ. 34. Burſat. conſ. 193.
num. 97. Caſtill. dict. capitul. 3. num. 30.
cum ſeqq. Carrot. dict. quæſtion 8. num.
157. cum ſequent. de Franch. decis. 451.
4 Et ſi mercedem ſoluiſſet datur repetitio, tan
quam indebitè ſoluta, *l. ſi quis fundum*
§. Imperator ff. locat. vbi gloſ. & alij Boer.
Beci. & deciſ. Pedemont. quos probat Car-
rot. vbi ſupra q. 8. nu. 103. & n. 139. cum
ſeqq.

Cautela eſt tamen, vt conductor denun-
tiet locatori ſe non poſſe vti re conducta ex
7 tali cauſa, quia in hoc caſu datur locatori
ſpatium ad hoc vt valeat tollere impedimen
tum, vel etiam reficere illud modicum dam-
num, quę ſi facere non valet, tunc conductor
ad libitum diſcedit à conductione, & ceſſant
omnia iurgia, *ita Caſtren. in l. ſi in lege*
§. colonus ff. locat. Alexan. Socin ſen. Ruin.
Neuizan. Menoch. & alij, quos probat
Carrot. dict. quæſtion. 8. num. 142. & ſeq.
6 Semper enim conſideratur vſus rerum, pro
quo fuit facta conductio, & ideò ſi conduxi
ſcholam ad legendum, & caſu aliquo legi ibi
non poſſit, licèt domus deſeruiat ad alios
vſus, non tenet locatio, quia ceſſat vſus
principalis, ob quem fuit conducta domus,
ita Caſtrenſ. in l. cùm plures ff. locat. vbi
ita dicit ſe obtinuiſſe, & fuiſſe firmatum
per plures Doctores, & eum probat
Carrot. dict. quæſtion. 8. numer. 86. dixi
ſi non potuit vti re conducta, quia tale debet
eſſe impedimentum; nam ſi impedimentum
eſſet paruum, non eſſet conſiderabile, & ha-
beretur, ac ſi non eſſet, *l. ſi in lege §. colo-*
nus ff. locat. cum alijs cumulatis per Car-
rot. dict. quæſt. 8. num. 153. cum trib. ſeq.
& num. 158. cum plurib. ſeqq. & hoc om-
nes docent.

Tertia concluſio, ſi conductor iuſto ti-
more

3 more belli, peſtis, mali aeris, malorum ſpiri-
tuum, & ſimilium vti non potuit re condu-
cta, debetur ei remiſſio mercedis, *l. ha-*
bitatores § fin ff. locat. Alex. conſ. 28. vol.
1. & alibi, Imol. Anchar. Dec. Boer. Ioan.
Vinc. de Ann. & alij, quos probat Carrot.
dict. quæſt. 8. num. 16. cum ſeqq. Nauarr.
cap. 17. num. 187. Azor part. 3. moral. lib.
8. de locat. & conduct. cap. 10. §. pen. Co-
uarr. & alij, quos probat Leſſius lib. 2. de
iuſt. & iur. cap. 24. dub. 2. num. 7. Tuſch.
dict. concluſ. 431. num. 18. & ſeqq. latiſſi-
mè Mantic. dict. titul. 8. præcipuè num.
26. cum ſeqentibus, & numer. 38. timor
tamen debet eſſe iuſtus, quia vana ſuſpitio
nõ ſufficit, & cum iuſto timore debet etiam
ſequi, quod receſſerit à conductione; nam
aliter non fit ei mercedis remiſſio, quia iam
vſus fuit re conducta: ſi tamen aliam etiam
domum ob illum iuſtum timorem condu-
xit; tunc fit ei remiſſio habita ratione pen-
ſionis ſecundæ domus conductæ *l. ſi domus*
§. idem iuris ff. locat. Carrot. vbi ſupra
numer. 10. in ſecundo caſu. Idcircò
9 ad euitandas huiuſmodi cauillationes con-
ductorum, ſolet conſiderari, ſi in conuinci-
nium rei locatæ, vel in aliquam ex re locata
aduenerit bellum, peſtis, vel ſimile impedi-
mentum, tunc crederetur cõductori ad hoc
vt fieret ei talis remiſſio, aliàs ſecus,
Guid. Pap. deciſ. 630. in fin. Bart. in l. ſo-
tem ferro §. qui maximos num. 5. ff. de
publican. & vectigal. Bald. Neuizan.
Boſſi Cagnol. Alphan. Deci. Borgnin. & alij
quos probat Carrot. dict. quæſtion. 8.
num. 7.

Inſuper damnum debet eſſe magnum,
10 quia ſi paruum eſſet, non haberetur in con-
ſideratione, vt dictum eſt de impedimentis,
& in damno probat *gloſ. in l. damnum*
C. locat. ſi merces §. vis maior ff. locat.
Bald. Roman. Fulgoſ. Hippolyt. Natt. Boſſ.
Rimin. Cephal. Capr. Eugen. & Bellon.
quos ſequitur Carrot. dict. quæſt. 8. num.
8. tenent etiam Surd. & alij, quos probat
Caſtill. d. c. 3. nu. 25. & nu. 37. cum ſeqq.
11 & ratio eſt euidens, quia iura damnum ma-
ximum in hac materia, non autem paruum
inſpiciunt; nec ſi conductor non faceret ſo-
litum lucrum, debet enim æquo animo ſu-
ſtinere modicum damnum, quia contingere
poterat, quod etiam maximum haberet lu-
crum, prout etiam notant alij, quos probant
Rebell. dict. lib. 14. titul. de conduct. & lo-
cat. q. 7. numer. 3. & ſeqq. Farinac. deciſ.
225. num. 3. & 4. Tuſch. dict. concluſion.
431. numer. 6. Ricc. in ſua collectan. capi-
tul. 92.

Hoc

Hoc tamen procedit, ſi damnum fieret conductori à perſona extranea, quia ſi ab ip-
12 ſamet locatore, vel ab alio eius nomine, vel culpa fieret, tunc ſiue magnum, ſiue paruum eſſet, ſemper reficiendum eſt conductori, ita *Catellian. Cott. in verb. conductor, verſ. quartò adde. Eugen. conſ. 50. numer. 58. Florian. Bertachin. Hippolytus Riminald. & Bertazol. quos probat Caſtill. dict. cap. 3. num. 39. & ſeqq. poſt Carrot. & aliquos ex prædictis notat Tuſch. d. concl. 431. n. 55. & ſeqq.*

Quod eſt clarum, quia in hoc caſu locator
13 tenetur conductori reficere etiam lucrum, vt patet ex dictis in prima concluſio, & magis explicabitur concluſione ſequenti, quod intelligitur, quando factum locatoris eſſet iniuſtum, quia, ſi iuſtum eſſet, non fieret cõductori remiſſio mercedis, niſi dãnum eſſet magnum, ita *Bart. in l. ſi vno §. item cùm quidam nu. 20. ff. locat. Alex. Socin. Pariſ. Boſſ. Bero. & alij, quos probant Surd. dict. conſ. 34. num. 9. & ſeqq. vbi quadam contraria ſoluit, Tuſch. dict. concluſ. 431. n. 62. & ſeqq. conferunt dicta per Caſtill. d. c. 3. n. 44. & ſeqq. quòd magis explicabitur concluſ. ſeq.*

Damnum autem magnum ſiue intolera-
14 bile dicitur, quando fructus percepti non ſufficerent pro medietate pẽſionis, deductis expenſis, & ex ſententia cõmuniter vſus obtinuit ex doctrina *Cyn. in l. licet vbi Bart. C. location. tenent etiam Butr. Abb. Alex. Aretin* Corn. *Socin. Neuizan. Capyc. Couarr. Menoch. Bero. & alij, quos ſequuntur Surd. conſ. 34. numer. 7. Carrot. dict. quæſt. 8. num. 8. Teſaur. deciſ. 108. Rebell. dict. lib. 14. quæſt. 7. numer. 3. & ſeqq. & quæſt. 8. ſub num. 11. Molin. diſput. 445. num. 2. & ſeqq. Tepat. lib. 2. variar. iur. ſentent. titul. de remiſſ. merced. §. 3. cum ſeqq. Tuſch. in verb. locatio. concluſ. 431. num. 2. cum ſequent. & ita fuit Romę deciſum, vt refert Farin. dec. 188. in princ.*
15 & ad ſoluendam talem penſionem non attenditur quantitas fructuum perceptorum ex re conducta, ſed valor eorumdem, & ideò ſi valor, ſiue pretium fructuum aſcenderit ad quantitatem, qua ſolueretur medietas mercedis, nulla fieret ei remiſſio, vt firmat *Roland. conſ. 86. num. 8. vol. 3. quem probat Tepat. loco citat. §. de remiſſione mercedis, & poſt eundem Roland. & Corn. probat Tuſch. dict. concluſ. 431. num. 9. notant etiam Farinac. deciſ. 727. Bartholom. de Capua, quem probat Carrot. d. q. 8. num. 126.* vbi infert, quod ſi in vna parte territorij conductor habent hordeum, & in alia
16 parte habeat frumentum, ſi in vno patiatur damnum, & ſterilitatem, in alio non, non fit ei remiſſio, quia aut totum debet renunciare, aut totum retinere, & pro eadem ſententia *Carrot. citat Signorolum Veronenſ. & Franciſ. Trignin. probat etiam Pinell. & alij quos ſequitur Rebell. dict. lib. 14. q. 8. nu. 10.*

Quarta concluſio, damnum cauſatum cõ-
17 ductori ex iuſto facto, vel impedimento Principis non eſt ipſi conductori reſarciendum a locatore, quamuis intolerabile ſit, quamuis ſit ei facienda remiſſio mercedis: probatur concluſio quoad omnes eius partes. Prima patet ex dictis, quia ſi ab alia perſona modicum damnum detur, non habetur in conſideratione in remiſſione mercedis, tantò magis non debet haberi in conſideratione in perſona Principis. Secunda pars patet etiam ex terminis; quia locator non poteſt factum Principis impedire, quando non dependet ab ipſo, ideò ad damnum reſarciendum non tenetur *latè Carrot. dict. quæſtion. 8. numer. 10. ſequentibus.* Tertia etiam pars probatur, quia & ſi factum Principis dicatur peruenire ex iuſta cauſa, vnde multi dicunt eſſe caſum fortuitum, qui præuideri, nec prouideri poteſt ab inferioribus, *l. Lucius Titius ff. de euiction. Afflict. deciſ. 54. vbi Vrſillus num. 1. alios cit.* Attamen cùm damnum eſt intolerabile, non debet hoc eſſe totum reſpectu conductoris, & proinde debet ei fieri remiſſio mercedis etiam ſi conductor in ſe aſſumpſiſſet caſus fortuitus, quia hic caſus ex facto Principis dicitur valdè inſolitus, non præuiſus, nec cõprehenſus in tali renunciatione *l. Lutius ff. de euicton. Alex. conſ. 220. volum. 2. Galliaul. conſ. 22. num 13. & conſ. 23. num. 29. Afflict. deciſ. 54. vbi Vrſillus num. 1. alios citat; Carrot. dict. quæſt. 8. num. 71. Socin. & alij, quos probat Surd. deciſ. 326 num. 15. latiſſimè conſ. 445. toto volum. 3.* in omni materia, & remiſſio mercedis fieri debet à locatore, & ſic à Domino rei, non autem à Principe, vt quia text. in dict. l. Lucius, loquitur inter venditorem, & emptorem, & dicit, quod emptori reſtituatur pretium, quod intelligitur à recipiente, quod clarè ſequuntur pręcipuè authores citati per Vrſill. loc. cit.

Si tamen Princeps eſſet, qui talem loca-
18 tionem feciſſet, & tunc non ſolùm teneretur ad remiſſionem mercedis pro rata temporis, ſed etiam reſarcire omne damnum conductori, quia ex pacto, & ratione naturali tenetur contractum obſeruare, ne conductor indebitè damnum patiatur, vt ſcripſerunt *Bald. in l. Princeps ff. de legib. Bolognett. Socin. iun. Burſat. conſ. 104. num. 9.*

Z *vol.*

Digitized by Google

*volum. 1. quos in propria hac materia pro-
bat Caſtill. dict. cap. 3. num. 76. latiſſimè
Surd. conſ. 34. per totum aliqua etiam
conſ. 445. volum. 3. Carrot. dict. quaeſt. 8.
num. 72. & 73. & melius, quàm alij hanc
eandem materiam in Fiſco Regis decla-
rat noſter de Pont. conſ. 88. vol. 2. vbi n. 1.*
ex Caſtrenſ. & communi ſententia tradit in
hoc venire totale intereſſe, & etiam lucrum,
quod conductor rerum Fiſcalium habuiſſet,
ſi tale impedimentum, ei factum non fuiſſet;
ſiquidem materia excomputi, ſiue remiſſio-
nis mercedis, fit dum adeſt ſterilitas, vt dicā
concluſ. ſeq aut ſi aliter conductor vti non
potuit re conducta ſine eius culpa, vt patet
ex concluſione præcedent. quando tamen
adeſt impedimentum venit ex cauſa volun-
taria, etiā ad lucrum tenetur. Si tamen quod
conductor percipere debuiſſet, eſſet in ſuo eſ
ſe, vt ſunt diritus extractionum olei, fru-
ment & ſic de alijs; quia Fiſcus impedirent,
ne exigerentur; tunc debentur ipſi condu-
ctori, & ſic eſt caſus conſilij prædicti 88. de
Pont. quod latiſſimè probat etiam ex con-
uentione expreſſa, quæ in caſu ſuo facta erat
& fieri ſolet in omnibus conductionibus et
rerum Fiſcalium, & ita refert pluries deciſum
in ſimilibus conſ. 89. in fin. eod. vol. 2.

Hinc fit, quod, ſi gabella eſſet circa extra-
19 ctionem frumenti, & aliarum rerum, & per
bannimenta prohiberetur extractio talium
rerum, & exinde damnum notabile eueniſſet
ſine conductori, debet ei ad minus fieri re-
miſſio mercedis, vt patet ex dictis, & probāt
etiam *Franciſ. Marc. deciſ. 62. de quo me-
minit Carrot. d. quaeſt 8. nu. 107. probant
etiam Anna in alleg. 21. Ricc. in eius col-
lect. deciſion. c. 148. Ioan. Bapt. de Thor. in
verb. excompotum.*

Decidi etiam poteſt alia quæſtio, quę diu,
20 multumq; agitata fuit in anno 1623. in Ci-
uitate Panhormi, cum ibi tunc acquietem
cum enim illa Ciuitas locaſſet gabellam fa-
rinæ cuidam gabelloto pro certo conuento
pretio, & poſt dictam locationem ad eiuſdē
Ciuitatis inſtantiam fuerint emanata quæ-
dam banna, quod nec moli, nec conſumari
poſſet aliud frumentum, præter frumentum
eiuſdem Ciuitatis, quæ habebat frumentum
vetus, & nouum, conductor pretendebat bā-
num prædictum fuiſſe cauſam, maximi dam-
ni, ſui quia Ciues non habuerunt libertatem
molendi alia frumenta, & ſic pretendebat re-
miſſionem mercedis, & hinc inde diu certa-
tum fuerit, & hinc inde varię prolatæ ſenten-
tię mea opinio fuit non deberi remiſſionem
mercedis pro veteri frumento dictę Ciuita-
21 tis, ſed pro nouo tantùm, & ita fuit deciſum
per Sacrum Conciſtorium dicti Regni die
12. Aprilis 1614. inter dictam Felicem Vr-
bem, & Antonium Labadrinum, ac D. Lucre
tiam Valdinam coniuges.

Pro frumento veteri afferebatur conuin-
22 cens ratio, quia ſecundum iuris communis
diſpoſitionem, poteſt Ciuitas promulgare
banna, quod in illo loco conſumi non poſ-
ſit aliud frumentum, niſi vetus frumentum
ipſius Ciuitatis; quia hoc bannum reſpicit
commune bonum ipſorum ciuium,
*Lucas de Penn. Ioannes de Plat. & alij in
l. 1. C. vt nemin. lic. in empt. Spect ab. lib. 10.
D. Ioannes Franciſ. de Pont. in tract. de
poteſtat. Proreg. tit. de abundan. ciuitatis
num. 19. Aſol. ſuper Statut. ſubaud. titul.
de edict. annon. gl. ſſ. 6. numer. 22.* Quod
22 adeo eſt verum, quod Ciuitas poſſit reparti-
re, & diuidere frumentum vetus inter Ciues
adhoc, vt per eos conſumetur, & ne marce-
ſcat, & Ciuitas ſit in damno, vt ex multis ſcri-
pſit, *Mexia in pragmat. taxæ panis fol.
38. Bobadill. in ſua politica lib. 3. cap. 3.
num. 4. Franciſ. de Auiles in tract. de
offic pretor, c. 17. in gloſ. Arationableſ. de
Pont. loco citat. num. 17. cum ſeqq. Decian.
in tract. crimin. tom. 2. lib. 7. capitul. 22.
num. 23.*

Cùm igitur reſpectus veteris frumēti hoc
factum ſit iuſtum, & licitum, & permiſſum
Ciuitati, de banno prædicto conqueri non
poteſt conductor, ſi tale bannum fuit ema-
natum, & ideo nulla ei debetur remiſſio mer
cedis, niſi tantum fuiſſet damnum intolera-
bile, vt eſt videre in locis citatis. Quod verò
24 ad frumentum nouum, non conſideratur ta-
lis ratio, cùm iure cautum non reperiatur,
quod poſſit Ciuitas emere frumentum no-
uum, & prohibere ciuibus, ne aliud frumen-
tum conſumant, & ſi hoc fieret ex pacto in-
ter Ciues; non tamen hoc pactum poteſt no-
cere conductori, & ideò cum dicatur factum
iniuſtum reſpectu conductoris; ideò dam-
num, quod inde ſibi euenit, eſt ei reſarcien-
dum à locatoribus, vt ex tertia, & quarta
concluſionibus patet, & videtur conductor
agat contra Vniuerſitatem pro damno, & in-
tereſſe illi cauſato ex culpa, & facto Vniuerſi-
tatis, *Farrett. in tract. de gabell. num. 608
cum ſeqq. & faciunt diſcuſſa d. conſ. 88. n.
2. dicti de Ponte.*

Quinta concluſio, conductori fit remiſſio
mercedis propter ſterilitatem, ſi res condu-
25 cta pereat, verilitas talis ſit, vt compenſari
non poſſit cum vbertate fructuum aliorum
annorum. Prima pars concluſions proba-
tur ex *text. in l. ex conducto §. 1. ff. locat.
vbi Bart. & alij*, quo loco habetur, condu-
ctori fieri remiſſionem mercedis, ſiue in to-
tum res conducta pereat, ſiue pro parte licèt
non ſit vltra dimidiam; nam pro parte peni-
tus

tus extincta, fit ei ei mercedis remiſſio,
quia rem totam conduxit, non autem par-
tem *Bald. Boſſ. Crauett. & alij quos pro-
bat* Carrot. *dict. quæſt. 8. num. 7. Molin.
diſputat. 495. num. 1. Rebell. lib. 14. de
conduct. & locat. quæſt. 7. num. 1. Azor.
part. 3. moral. lib. 8. de locat. & conduct.
c. 10. q. 1. Leſſius dict. c. 24. nu. 51. Tuſch.
dict. concluſ. 431. num. 8. Mantic. d. tit. 8.
n. 41.*

Secundam partem probant DD. commu-
niter, quia conductor compenſat ſterilitatẽ,
26 ſiue vbertatem cum ſterilitate, vt eſt
*text. in cap. propter ſterilitatem extra de
locat.* & ideò quod vno anno lucratur, dedu-
cta mercede locatoris, excomputantur cum
mercede, quam ſoluere tenetur alio anno,
& ſic iudicare debet bonus Iudex, *Salycet.
in l. licet. quæſt. 4. vbi etiam Cyn.* C. *locat.
Boſſ. Rodoban. Roland. Roman. Gozadin.
Sebaſtian. Medic. Ioſeph. Ludou. & alij,
quos probat Carrot. dict. quæſt. 8. num. 46
cum pluribus ſeqq. vbi hoc declarat vſq;
ad num. 65. Molin. dict. num. 1. cum ſeqq.
præcipuè num. 9. & ſeqq. Guttier. & alij,
quos probat de Pont. conſil. 137. num. 61.
volum. 2. Franciſ. Marc. Andr. Gail, &
Papon. quos probat Tepat. in dict. titul.
de remiſſ. merced fol. 70. §. ſecundò nõ ſit;*
27 qui dicunt hoc eſſe verum, quando locatio
facta erat pro pluribus annis, ſecus ſi pro
vno, vel primo pluribus: ſed partes voluerũt
tot eſſe locationes, quot ſunt anni, vt etiam
poſt alios probat *Tuſch. dict. concluſ.
441. num. 10. & ſeqq. Farinac. deciſ. 225.
225. & 224. Rebell. dict. quæſt. 7. num. 2.
cum ſequentib. & quæſt. 8. num. 10. cum
ſeqq. Leſſi dict. dub. 3. numer. 16. & ſeqq.
præcipuè num. 19. & 20. & rationem red
dit Cyn. in dict. l. licet, & ibi etiam Salyc.
num. 5. cum ſeqq. Bald. num. 15. Guttier.
& alij, quos probat de Pont. dict. num. 61.*
28 in hoc contractu fiat diuerſa conſideratio à
contractu emptionis, & venditionis, quia in
venditione de præſenti transfertur domi-
nium, & omne ius rei emptæ in venditorem
& ſic omne damnum, & lucrum ſuum erit
in futurum, & ſatis eſt, quod in præſenti non
29 ſit in damno, vel lucro: attamen in contra-
ctu locationis partes habuerunt reſpectum,
ad tempus perceptionis fructuum, & quia
hæc inſpectio durat toto locationis tempo-
re, ideò lex induxit compenſationem anno-
rum fertilium, & infertilium; & ſi, ea facta,
conductor adhuc læſus inueniatur, tunc fit ei
mercedis remiſſio, vt optime notant præ-
narrati DD. qui etiam hoc intelligunt, quã-
do fructus ſunt adhuc in agro, quia ſi eſſent
collecti, & in horreo reconditi, & ibidem eſ-
ſent corrupti, vel aliter deuaſtati, non fieret
eis mercedis remiſſio; ſic etiam ſi vinum in
cellis vinarij corruptum eſſet; & ſic de alijs;
*vt etiam docet Bart. in l. ex conducto § ſi
vis maior ff. locat. Gomez. & Valaſc. quos
probat Molin. dict. diſputat. 495. num. 8.
poſt alios Carrot dict. quæſt. 8. num. 33.
§. ſextum tempus Angel. Tabien. Nauar.
& alij, quos probant Rebell. dict. lib. 54.
quæſt. 8. num. 13. & 14. Azor. dict. cap. 10.
quæstion. 2. verſicul. ſecunda cauſa;*
30 Verùm ſi adeſſet pactum, quod conducto-
ri fieret remiſſio mercedis ob ſterilitatem,
tunc non conſideraretur vbertas fructuum
annorum præcedentium, vel ſequentium,
ſed ſingulis annis attenderetur ſterilitas; hoc
eſt, ſi pluribus annis accidiſſet fertilitas, &
vno anno eueniſſet ſterilitate aliorum anno-
rum, quia ex illo pacto intelligitur receſ-
ſum à natura huius contractus, vt probat
*Angel. conſ. 312. num. 6. & Boſſi. quos ſe-
quitur Surdus conſil. 34. numer. 30. vo-
lum. 1.*

Sexta concludo, qui promiſit mercedem
31 ſoluere, non obſtante quocumq. caſu opi-
nato, & inopinato, vt communiter fieri ſolet;
per illud pactum intelligitur ſolùm ſe obli-
gaſſe pro caſibus ſolitis euenire, non autem
pro inſolitis, & raro contingentibus, ſiue
euenientibus: Hanc concluſionem probat
*Bartol. in l. ſed & ſi quis §. quæſitum num.
3. ff ſi quis cautionib. quem ſequuntur
Fulgoſ. Alexand. Socin. Iaſon. Corn. Rip.
Imol. Felyn. Afflict. Grat. Natt. Pinell.
Vaſq. Gomez, Crauett. Alciat.* Rolbnd. *Cæ-
uall. Guttier. Boſſ* Moxius, *Renatus Cop-
pin. & alij innumeri, quos cumulat, &
multis medijs probat Caſtill. dict. capit. 3
num. 80. cum ſeqq. & vltra per ipſum cu-
mulatos idem probant Molin. dict. diſput.
495. numer. 11. cum ſeqq. Rebell. dict.
quæſt. 8. num. 18. Farinac. deciſion. 188.
num. 8. & ſeqq. Tuſch. dict. concluſ. 431.
num. 23. & ſeqq. & in verb. conductori
concluſ. 615. Surd. conſ. 445. num. 41. cum
ſequentibus volum. 3. Menoch. tamen lib.
2. de arbitrar. iudic. caſ. 80.* ait hoc re-
32 linquendum arbitrio Iudicis, nempè, quan-
do dicantur caſus inſoliti, qui non compre-
hendantur in dicto pacto, appoſito in
inſtrumento, & eandem ſententiam poſt
*Guttier. Axebed. Cæual. Albam, Carro-
tium, & alios probat in effectu Caſtill.
dict. capit. 3. num. 103. cum ſequentibus,*
& iure quidem; Iudex enim debet inſpicere,
& conſiderare, quod ſolitum eſt euenire, &
iudicium expertorum in ſimilibus adhibere
debet.

Et licèt multi velint, quòd, ſi conductor
33 ſuſcepiſſet in ſe caſus inſolitos, & inopinatos ei nulla debeatur mercedis remiſſio, vt eſt videre penes *Caſtill. d. num. 193. cum ſeqq. mihi tamen contraria probatur opinio*, ſi enim ex tali pacto læderetur conductor vltrà dimidiam iuſt. pretij, vtiq; pactum non valeret, & conſequenter, eò non obſtante, fieret, ei remiſſio mercedis, vt poſt alios fundat *Mozius de locat. & conduct. in titul. de accidentalibus num. 58. quem probat Carrot. dict. quæſt. 8. num. 113. in fin. latiſſimè Farinac. deciſ. 727. num. 4. Molin. Rebell. & Caſtill. locis citat. Leſſius d. c. 74. dub. 2. num. 12. Mantic. d. lib. 5. n. 3. & ſeqq.*

Confirmatur hæc opinio primò, quia hoc pactum videtur continere iniquitatem, iniuſtitiam, & inæqualitatem, conductor enim ſe exponit omni periculo, & nulli ſe exponit locator, vt patet; & etiam pia merces iudicatur iniuſta, habita conſideratione fructuum, qui ex prædio conducto percipi ſolent, ſiue ſit prædium ruſticum, ſiue vrbanum, *l. cum plures ff. de locat. l. ite ſi fundi ff. de vſufruct. Surd. dec. 270. n. vbi alios cit.* Si igitur fructus percipi nequeunt, vtiq; cõductor ſolueret penſionem ſine perceptione fructuum, & conſequenter non ſolùm adeſt inæqualitas, ſed etiam iniuſtitia, & manifeſta iniquitas.

Confirmatur ſecundò, quia talis renuntiatio potius apponitur de ſtylo Notario-
35 rum, quam de voluntate conductoris, & cõſequenter huiuſmodi renunciationes ſunt nullius momenti, ac conſiderationis, vt dixi conſil. 4. n. 5. alias; quod manifeſtè patet in facto noſtro, quia quamuis conductor renũtiaſſet omnibus caſibus fortuitis in ampliſſima forma, nunquam præſumitur cogitaſſe de caſu inſolito, & omninò inopinato, quem in ſpecie non remiſiſſet, dum conduxit prædium, & ſic dicta verba reſtringuntur ad caſus ſolitos, ita *Abb. conſ. 1. nu. 5. Bec. conſ. 82. volum. 1. Menoch. conſ. 27. vol. 1. conſ. 671. lib. 7. Surd. deciſ. 320. num. 52. Magon. deciſ. 67. Rotæ Florentiæ nu. 15. quem probat Tepat. dict. fol. 70. col. 2. §. Quintò non fit. Bar. in l. ſi vno §. item cùm quidam num. 2. ff. locat. cum alijs cumulatis per Carrot. vbi ſupra quæſt. 8. num. 2. Alex. Raudenſ. in tract. variar. reſolut. cap. 25. num. 23. & 24. capit. 26. num. 1. & alibi Brunor. A ſole in ſuis quæſtion. quæſt. 31. num. 42. Anna allegat. 21. Azebed. lib. 9. recopilation. titut. 9. l. 2. num. 13. & ſeqq. Ioſeph Ludouic. concluſ. 21. Molin. dict. diſputat. 495. ſub num. 6. verſicul. dixi me non arbitrari Surd. conſ. 532. volum. 4. Mantic. d. tit. 8. toto, & præcipuè n. 21. cũ ſeqq. & ita pluries fuit deciſum in Regno Siciliæ, prout ibi per plures ſententias atteſtatum vidi*, quod dum damnum eſt irreparabile, & prouenit ex caſu inopinato, & ex facto iuſto, fiat remiſſio mercedis, non obſtante quocunq; pacto in contrarium.

Confirmatur tertio, quia ſi caſu repentino & inopinato veniat vbertas eccceſſiua, adeò
36 vt fructus agri percipiantur pro medietate in maiori ſumma vltra ſolitum, augeretur penſio; ſic etiam ſi in illo loco erant plura molendina tempore locationis, & poſtea omnia eſſent diruta, & vnum ſolum remanſiſſet, augeretur penſio; quia hic caſus erat inopinatus, nec præuiſus, nec etiam merces eſſet iuſta, habita conſideratione ad fructus perceptos; *ita Caſtrenſ. in l. Cotem §. qui maximos num. 2. ff. de publican. & vectigal. Socin. Angel. Pinell. Franciſ. Marc. & Brun. quos probat Carrot. dict. quæſt. 8. nu. 119. & ſeq. tenent etiam Syluest. Nauarr. & alij penes Molin. dict. diſputation. 495. ſub num. 15. Azor. dict. capit. 10. quæſt. 3. Leſſius dict. dubitat. 3. num. 21. & 22.* quamnis aliqui contrarium teneant, quod non augeatur penſio, vt penes illos videri poteſt: ſed ſi vbertas eſſet ſolùm pro vno anno, tunc procederet illorum opinio, quod non augeretur penſio; ſecus ſi pro pluribus annis, quia tunc contractus reduceretur ad inæqualitatẽ, & conſequenter fieret augmẽtum penſionis, prout fit remiſſio mercedis ob ſterilitatem, & proinde dum alia molendina ſunt diruta, & vnum tantùm remaneret, conueniunt etiam ipſi, quòd augeatur penſio.

Excluditur etiam caſus eueniens ex facto,
37 vel culpa locatoris, quia ſuſcipiens in ſe omnes caſus fortuitos, nunquam præſumitur ſuſcipere illum, qui venit ex facto iniuſto locatoris *Bart. & Caſtrenſ. in l. ſi merces §. culpa ff. locat. Roman. ſingul. 435. Monteſperell. conſ. 36. toto, & conſ. 37. præcipuè num. 10. Carrot. de locat. & conduct. par. 4. tit. de caſibus, & d q. 8. n. 96. & ſeq. latiſſimè Caſtill. dict. cap. 3. nu. 65. & ſeqq.*
38 vbi probat, quod ſi in ſpecie conductor talem caſum in ſe aſſumpſiſſet, contractus eſſet nullus, quia hoc pactum eſt contra ſubſtantiam huius contractus, in quo locator debet patientiam ſucceſſiuam, vt conductor vti poſſit re conducta, & tale pactum hęc omnia tolleret *Tuſc. dict. concl. 431. n. 25. & n. 51. vbi alios citat, Mantic. dict. titul. 8. nu. 7.*

Nec deniq; comprehendit caſum de iure non permiſſum contrahentibus, & qui delictum

ctum contineret *Felyn. in cap. auditis n. 29. de reſcript. Grammat. deciſ 56. n. 17. cum ſeqq. Pedroch. conſ. 40. nu. 151, cum alijs cumulatis per* Caſtill. *d. c. 3. n. 66. & ſeqq.*

Et in hoc iuramentum nihil iuuat, quia
40 iuramentum non ſe extendit ad alios caſus, qui in ſpecie in promiſſum non comprehenduntur, ſed ſolùm confirmat promiſſa, vt ex *text. in l. vltim. C. de non numer. pecun. Bartholo, & alijs communiter probat Valaſc. quæſt. 17. num. 37. & poſt eum, & Guttier. Molin. dict. diſputation. 463. num. 13. & de Valaſco meminit Rebell. dict. lib. 14. quæſt. 8. ſub num. 18. verſic. Nec verò ex eo Neuizan. Alciat. Alba, & Alex. quos probat Farinac. deciſion. 188. num. 9.*

Plura diſputari poſſent in hac quæſtione, ſed remitto lectorem, *ad Carrot. in dict. titul. de remiſſion. merced. vide etiam Tuſchum dict. concluſ. 431. & ſequentib.* ex quibus ſupradictos paucos recollegi, & aliorum dictis comprobaui; videri etiam poſſunt omnes Doctores, quos in principio huius quæſtionis recenſui, & quia ipſe Carrot. reliquit ibi ſequentem caſum indeciſum; ideò illum ſubijciam cum eius deciſione.

Caſus eſt huiuſmodi, ſi in loco contra-
41 ctus adſit ſtatutum, quod inſtrumenta habeant executionem paratam, vt eſt Neapoli, in Regno Siciliæ, & in pluribus alijs locis conductor velit poſtea opponere de remiſſione mercedis; non auditur, quia talis exceptio dicitur requirere altiorem indaginem, ex quo conductor debet illam aliunde probare per teſtes, & ideò tenetur ſoluere, præſtita cautione per locatorem de reſtituendo, late *Borgnin. deciſ. 28. part. 2. quem probat Tepat. dict. titul. de remiſſion. merced. fol. 70 colum. 3. §. quando ex forma ſtatuti, & Carrot. dict. quæſtion. 8. numer. 114.* ſubdit ſe non inueniſſe deciſam hanc quæſtionem penès illos Doctores, qui agunt de inſtrumentis guarantigiatis, vt dixi ſupra *q. 3. § dum igitur.*

SVMMARIVM.

1 *Quæ perſonæ teneantur ſtare locationi remiſſiue.*

2 *Locator tenetur ſtare locationi.*

3 *Succeſſor Vniuerſalis, vt eſt hæres tenetur ſtare locationi.*

4 *Hæres locatoris continuat poſſeſſionem etiam non apprehenſam per colonum defuncti locatoris.*

5 *Hæres ſuccedens conductori intelligitur de deſcendentibus tantum.*

6 *Fideicommiſſarius tenetur ſtare locationi, & quomodo.*

7 *Filius eligendo ſibi legitimam in bonis locatis tenetur ſtare locationi, ſeu colono.*

8 *Succeſſor Fiſci etiam ſingularis tenetur ſtare locationi.*

9 *Succeſſor quilibet neceſſarius etiam ſingularis tenetur ſtare colono.*

10 *Redemptor bonorum ſuorum vigore pacti de retrouendendo, tenetur ſtare locationi.*

11 *Emptor rei locatæ, non tenetur ſtare locationi, quod procedit etiam in colono partiario, cui non tenetur ſtare emptor.*

12 *Emptor rei locatæ, tunc ſtare tenetur locationi quando promiſiſſet cōductorem non expellere, vel pro tacitam conuentionem recipiendo penſionem n. 13. Et deciſio S.C. affertur n. 14.*

15 *Singularis ſucceſſor tenetur ſtare colono quando in contractu adeſſet pactū cum ſpetiali hypotheca.*

16 *Succeſſor tenetur ſtare colono quando habuiſſet conductor prædium in cultum modum, & ſine ſemine ſaltem pro illo anno, quod procedit etiam in ſucceſſore ſingulari Eccleſiaſtico n. 17.*

18 *Expenſæ ſolui debent conductori habenti prædium in cultum vacuum ex, ſine ſemine.*

19 *Succeſſor ſingularis Eccleſiæ tenetur ſtare colono.*

20 *Milites hieroſolimitani, & alij Comendatarij Eccleſiarum tenētur ſtare colono.*

21 *Succeſſor in dignitate tenetur ſtare colono, ſed ſub dixtinctione reſoluitur num. 22.*

23 *Comendatarij regulariter habentur ad inſtar Prælatorum habentium liberam adminiſtrationem.*

24 *Fiſcus quando eſſet ſucceſſor ſingularis non tenetur ſtare colono, ſecus quando eſſet Vniuerſalis.*

25 *Vſufructuarius non tenetur ſtare colono.*

26 *Proprietarius non tenetur ſtare locatione*

ne facta per vſufructuarium, niſi prædium locatum ſoleret facere fructus ſingulis quinquennijs & eo tempore durante n.27.

28 *Minor non tenetur ſtare locationi factæ per tutorem, vel curatorem niſi eſſet facta per annum, vel ad longum tempus cum decreto iudicis.*

29 *Vxor regulariter non tenetur ſtare locationi factæ per maritum niſi eſſet facta per annum, vel infra quinquennium ſi fructus perciperentur eo elapſo.*

30 *Creditor imiſſus in poſſeſſionem ex primo decreto, an teneatur ſtare colono.*

31 *Creditor imiſſus in poſſeſſionem non tenetur ſtare colono quando in fraudem locatio facta fuiſſet.*

32 *Creditor imiſſus in poſſeſſionem ex ſecundo decreto, ſi dominium haberet nō tenetur ſtare colono.*

33 *Prælatus ſucceſſor non tenetur ſtare locationi factæ per prædeceſſorem.*

34 *Locatio facta per Prælatum nomine proprio ad eius vtilitatem valida erit durante eius vita, nec eius ſucceſſor ſtare tenetur.*

35 *Beneficatus non poteſt alio modo fructus beneficij locare niſi nomine ſuo, nec vltra tempue ſuæ vitæ.*

36 *Locatio ſi non in facto per annum, & aget eſſet ſeminatorius, an ſucceſſor beneficij ex equitate teneatur ſtare colono, & ſi in quocunq; colono procedat n.37.*

38 *Succeſſor Prælati, an teneatur ſtare colono quando locatio rei Eccleſiæ facta ſui nomine eius infra tempus à iure permiſſum ſi in euidensem vtilitatem cederet.*

39 *Vtilitas euidens Eccleſi non ſufficit, quod enuntietur à contrahentibus, ſed debet aliunde probari.*

40 *Eccleſia ſi inueniretur leſa, & reſtitueretur in integrum, vel annullaret contractum, & precedeſſor habuiſſet anticipate ſolutiones, & illas expendiſſet in propriam vtilitatem an hæres eius teneretur ad reſtiiutionem accepti, ſin autem in vtilitatem Eccleſiæ fuerit ſolutio facta anticipatè ſucceſſor tenetur ſtare locationi.*

41 *Succeſſor tenetur ſtare colono, quando id ex conſuetudine introductum eſſet.*

42 *Succeſſor in beneficio tenetur ſtare colono quando locatio facta fuiſſet cum iuramento.*

43 *Iuramentum regulatur ſecundum naturam actus ſuper quo interponitur valet, & tenet.*

44 *Succeſſor ſingularis non tenetur ſtare colono in locatione facta cum iuramēto, & ratione comprobatur.*

45 *Iuramentum quando dicatur habere vim ſpecifice expreſſionis, & deciſio aſſertur.*

QVAEST. XXIII.

1 VIgeſimotertiò quæro, quæ nam perſonæ teneatur ſtare locationi? De hac quæſtione plura tradit *Cardin. Tuſch. in verb. locatio concluſ. 418. cum duobus ſeqq. Carrot. de locat. & conduct. part. 4. titul. de ſucceſſore fol. 205. & ſeqq. & alibi Molin. diſp. 490. cum duab. ſeqq. Raudenſ. variar. reſol. c. 30. & alij infra cumulandi.*

Primò igitur tenetur locator ſtare loca-
2 tioni, quia ſuum contractum obſeruare tenetur, nec poteſt contra illum venire, & hoc eſt clariſſimum, adeò vt præcisè tenetur ſtare locationi, nec poteſt expellere conductorem à re conducta etiam ſi vellet ei ſoluere intereſſe, vt poſt *Socin. conſ. 99. in cauſa eximij n. 6. lib. 1. Aretin. Alex. Neguſ. & alios Tuſc. vbi ſupra concl. 420. vbi hoc declarat, & dicam infra.*

Secundò locationi ſtare tenetur ſucceſſor
3 vniuerſalis, vt eſt hæres, vt omnes ſciunt, & hoc eſt adeò verum, & clarum, vt viam veritatis ignoret, qui contrarium dicit, *l. viam veritatis C. locat. cum alijs traditis per Carrot in dict. titul. de ſucceſſor. quæſt. 7. num. 3. cum ſequentib. Tuſch. dict. concluſ. 418 num. 70. & n. 85. & 87.*
4 In tantum quod hæres locatoris continuat poſſeſſionem etiam non apprehenſam per colonum defuncti locatoris, vt poſt *Bald. Alex. Natt. Aſſlict. & Ioſeph Ludou. probat Carrot. dict. q. 7. num. 6. cum ſeqq.* qui videri poteſt pro reliquis circa hoc dictum; cùm enim ſit ſucceſſor vniuerſalis, tranſeunt in eum iura, actiuè, & paſſiuè, vt prædicti notant, *Rebell. lib. 14. de locat. & conduct. q. 11. n. 2. Mantua lib. 5. tit. 9. nu. 2.*

n.2.& ſeqq. Attamen ſecundum noſtras cõ-
ſuetudines hæres ſuccedens conductori, in-
telligitur de deſcendentibus tantum ſiue ma
ſculi ſint, ſiue fęminæ, *vt in conſuet. cum
terra ſub tit. qui hæredes in locat. ſucced.
fol. 378. vbi Napod. num. 6. vt dixi ſupra
a. 1.*

Tertiò procedit in fideicommiſſario,
6 quia hic talis habetur loco hæredis, &
ad inſtar ſucceſſoris vniuerſalis, vt poſt
*Rayner. de Turlict. penes Alberic. in l. po-
ſtulante §. 1. ff. ad Trebellian. Alex. Mar-
zar. Rip. Angel. Menoch. Cephal. Burſat. &
alios notat Carrot. d. tit. de ſucceſſor. q. 10.*
tota, dummodo teſtator faciat locationem,
ſecùs tamen ſi hæres grauatus illam feciſſet,
quia non tenetur fideicommiſſarius ſtare
tali locationi, quia hæres non poteſt illi
præiudicare, vt ex communi ſententia
*probat Molin. de primogen. Hiſpanor. lib.
1. cap. 21. num 1. cum ſeqq. Gomez, Lopez,
& Valaſc. Molin. de contract. diſput. 491.
num. 3. ex text. in l. peto. §. prædium ff. de
legat. 2. & l. ſi quis domum §. hic ſubiungi
ff. locat.*

Quartò filius, eligendo ſibi legitimam in
bonis locatis à patre, tenetur ſtare locationi
7 factæ per patrem, quia iniquũ videtur, quod
per talem electionem poſſit filius deſtruere
cõtractum locationis factæ per eius patrem,
ita poſt *Roderic. Suarez in l. quoniam in
prioribus lim. 7. ſub num. 11. C. de inoffic.
teſtament. probat Carrot. de locat. & con-
duct. par. 2. titul. de filiofam. q. 4. fol. 126.
col. 3. & par. 4. tit. de ſucceſſor. q. 15. nu. 3.
& 4.*

Quintò ſucceſſor fiſci etiam ſi eſſet ſingu-
laris tenetur ſtare colono, & ſic locationi fa-
8 ctæ per Fiſcum l. fin. ff. de iur. Fiſc. Et ratione,
quia præſumitur reſeruatum ius conductori
fauore Fiſci, ne Fiſcus aliquod patiatur in-
tereſſe, & ne teneatur reſarcire damnum cõ-
ductori, & ideò in Fiſci ſucceſſorem, tranſit
ius in re, *Bald. Angel. Calderin. & Alex.
quos probat Tuſch. dict. concl. 418. num.
49. cum ſeqq. vbi hoc declarat poſt alios
Carrot. in dict. titul. de ſucceſſor. quæſt. 14
num. 3. & 5. Molin. diſputat. 490 ſub nu.
8. §. quintus, Mantic. dict. tit. 9. nu. 28. &
ſeqq.*

Sextò omnis ſucceſſor neceſſarius etiam
9 ſingularis tenetur ſtare colono, vt eſt, quan-
do per ſententiam Iudicis, quis alteri ſucce-
dit, *l. in venditionem §. 1. ff. de bon. auctor.
iudic. poſſid. gloſ. communiter recepta in
l. diuortio in verb. 3. portio ff. ſolut. matri-
mon. vbi Bartol. num 6. & alij, Bald. Ro-
lond. Dec. Tiraquell. Cacher. & alij plu-
res penes Surd. deciſ. 40. num. 2. & 3. conſ.
532. num. 9. vol. 4. Tuſch. dict. concl. 418.
nu. 54 Mantic. d. tit. 9. num. 10. cum ſeqq.*
10 ſed hoc explicabitur infra in verb. ſextò eſt
contentio: ſi tamen quis redimeret bona ſua
virtute pacti de retrouendendo, tunc tenere-
tur ſtare locationi factæ per emptorem, quia
ex pacto adiecto, efficitur ſucceſſor neceſſa-
rius, dummodo bona fide fuiſſet facta loca-
tio, *ita Bald. in l. 1. in fin. C. de iur. fiſc. lib.
10. Alex. Neguſant. Cagnol. Tiraquel. So-
cin. ſen. Rolan. Carrot. Borguin. Peregrin.
& Marilian. quos probat Maſtrill. deciſ.
5. num. 5. & ſeqq. lib. 1. poſt alios probant
Tuſch. dict. concluſ. 418. num. 78. Alex.
Raudenſ. in ſuo lib. variar. reſolution. cap.
30. num. 1. Mantic. dict. titul. 9. num. 34.
& ſeqq. & lib. 4. titul. 32. num. 97. cum
ſeqq.*

Plures tamen ſunt perſonæ, quæ nullo
11 modo tenentur ſtare locationi, & primò
emptor rei locate, quia dicitur ſucceſſor ſin-
gularis l. emptorem C. locat. vbi omnes, &
etiam quia obligatio, quæ oritur ex locatio-
ne eſt perſonalis, quæ non tranſit in ſingula-
rem ſucceſſorem, vt ibidem habetur, & no-
tant omnes infra cumulandi; nam ſatis eſt, vt
conductori ſoluatur ſuum intereſſe à vendi-
tore, *l. ſi merces, §. qui fundum ff. locat.
poſt noſter de Pont. dec. 28. n. 15. & alij in-
fra cumulandi.*

Hoc etiam procedit in colono partiario,
quia nouus emptor non teneatur ſtare eius
conductioni, ſed tamen illum expellere, vt
poſt alios probat *Vinc. de Franch. deciſ.
334. qui reſpondet dictis per Cacheran.
deciſ. 82. & per Theſaur. deciſ 55. qui
contrarium tenuerunt, & Præſidem de
Franch. ſequuntur Marta voto 139. &
Paſchal part. 13. de viribus patr. pot. par.
6. n. 27.* & opinio contraria procedit in ter-
minis limitationis tertiæ, & iuxta inferius di-
cenda.

Hoc tamen limitatur pluribus modis. Pri-
12 mò ſi fuerit facta conuentio inter emptorē,
& venditorem, quod teneatur emptor per-
mittere conductori permanere in condu-
ctione, & eum non expellere *l. emptori
§. locari, & l. ſi merces §. 1. ff. locat. Ro-
man. Ioann. de Imol. Guid. Pap. Duen. &
alij, quos probat Tuſch. dict. concluſion.
418. num. 2. & ſequentibus, & num. 74.*
vbi etiam ait, ſatis eſſe tacitam conuentio-
13 nem, & quod emptori ſoluatur penſio rei
locatæ, quia tacitè præſumitur actum, vt cõ-
ductor expelli nequeat, quod euenit, dum
emptor ſciuit rem illam eſſe locatam; quia
cum illo onere præſumitur emiſſe, & ſic etiã,
vt ſingularis ſucceſſor tenetur ſtare colono,

Bero.

Digitized by Google

Bero.conſ.2.num.2.& 15.lib.1.Burſat.&
Cephal.quos probat Carrot. in dict. titul.
de ſucceſſor.quæſt.25.num.24. Surd.de-
ciſ.265. tot. quamuis contrarium probet
Vinc.de Franch.deciſ.334.num.2. Ioſeph
Ludou.deciſion.63.num.10.Rota Peruſin.
14 Et ſic fuit deciſum in anno 1599. in Sacro
Conſilio ad relationem Conſiliarij de Sala-
manca in cauſa Iacobi Antonij Martignani
cum Anello de Fatio in Banca de Fælice,
quia ſola ſcientia emptoris non ſufficit, ex
quo ſciebat ius ſuum duraturum; quæ opi-
nio magnam habet æquitatem; ſed in pun-
cto iuris verior eſt contraria opinio, quia ſi-
bi imputare debet emptor, cur tempus lo-
cationis non vidit, ſed quando eſt expreſſa
conuentio veriſſima eſt limitatio, vt latiſſi-
mè probat Mantic. dict. titul.9. num.22.
probat etiam Valaſc. conſult.78. de quo
meminit Ioannes Baptiſta de Thoro in
verb. alienatio rei alteri locatæ, qui
plus ſubdunt, nempè quòd, ſi conductor eſ-
ſet expulſus de facto ab emptore, eſſet reſti-
tuendus in priſtinum ſtatum rei condu-
ctæ.

Limitatur ſecundo, quando in primo cō-
15 tractu locationis adeſſet pactum cum ſpe-
ciali hypotheca dictorum bonorum, ne bo-
na locata poſſint alienari, durante tempore
locationis; tunc enim ſingularis ſucceſſor te-
neretur præcisè ſtare locationi, nec audire-
tur offerret intereſſe l. eos C. de pignor.
quia ratione dicti pacti impeditur tranſ-
latio dominij, durante locationis tempore
l. ſi pignori § fin ff de pignorat. action. vbi
omnes Bart. in dict. l. emptorem Alex. Cu-
man. Guid. Pap. Couarr. Roland. Neguſ.
Tiraquell. Crauett. & alij penes Tuſch.
dict. concluſ. 418.num.8.cum ſeqq. latiſſi-
mè, Carrot. dict. quæſt.25. de ſucceſſor. nu.
25.cum ſeqq. vbi innumeros cumulat, ſic
etiam Maſtrill. deciſ.5.num.23. vbi teſta-
tur de magis communi, & non eſſe ab hac
opinione diſcendendum in iudicando,
Molin. diſput.490.num.4.& num.7.& 8
Rebell. dict. quæſt.11.num 5. Azor. in dict.
titul de locat. & conduct. cap.6. quæſt.9.
verſ. tertia eſt cauſa, poſt alios Mantic.
dict. titul.9.num.15.cum ſeqq. Surd. conſ.
331.num.18.cum ſeqq. vol.3. Philipp. Pa-
ſcalis part.3. de viribus patriæ poteſt. c.6.
n.14. cum ſeq. vbi aliquas alias declarationes
circa iſta limitatione ponit.

Limitatur tertiò quando conductor ha-
16 buiſſet prædium incultum, nudum, & ſine
ſemine, quare ex æquitate tenetur ſtare co-
lono, ſaltem pro illo anno, quo ſumptus fecit
in prædio, cum illud non teneatur dimittere
ſeminatum, ita poſt Bald. in dict. l. empto-
rem num.7. verſ. ſed pone colonus, Ma-
rium Cacheran, & Borgnin. notat Surd.
deciſ.40.num 1. Maſtrill. dict. deciſ.5.nu.
14. Ruin. conſ.80. Quia in facto colum.2.
verſ ſed præmiſſis, volum.1. quem probat
Tuſch. dict. concluſion.418.num.45.&
46. Borgnin deciſion.44.& alij, quos pro-
bat Ricci. in prax. alienation. rer. Eccleſ.
deciſion.112.num.5. cum ſequentibus,
vbi etiam in ſucceſſore ſingulari Eccleſiaſti-
17 co id probat habere locum. Hanc limitatio-
nem probat Surd. d. dec.40. quoties illa lo-
catio fuiſſet facta à vero Domino; ſed ſi à non
Domino facta fuiſſet, quia tunc eſſet nulla;
ideò nec pro illo anno ſingularis ſucceſſor
tenetur ſtare colono, & ita dicit determinaſſe
illum Senatum, vt ibidem legitur num.4.
& dicam infra in verb. quod procedit.
18 Quamuis in hoc caſu expenſæ ſolui debeāt,
etiam ſi eſſet malefidei conductor, de qua re.
plura tradit, Carrot. dict. part.4. titul. de
expenſ. fol.211. colum.4. cum folijs ſeqq.
ex text. in l. ſi duo § in quibus ff vti poſſi-
det Cyn. & alij, quos probat Tuſch. d. con-
cluſ.418.n.88.

Limitatur quartò in ſingulari ſucceſſore
19 Eccleſiæ, hic enim tenetur ſtare colono, pro-
vt ſucceſſor ſingularis Fiſci, quia Eccleſia, &
Fiſcus æquiparatur, l. fin. C. de Sacroſ. Ec-
cleſ. Alex. conſ.118.num.19.vol.5. Tuſch.
dict. concluſ.418.num.65. Soarez Roman.
& Magon. quos probat Carrot. dict. titul.
de ſucceſſor. quæſt.20.num.3. quicquid di-
cat Molin. diſput.490.nu.8. in §. quintus,
vbi quod in Fiſco procedit, non in Eccleſia,
ſed malè dicit, cùm ſit eadem ratio, ſic cen-
ſentur illa bona vendere, ſiue alio modo alie
nare, quamuis Valaſc. deciſion.40. de quo
meminit Ricc. part.1. collect. deciſ. cap.93.
deciſum referat negatiuè, quod teneatur
ſtare.

Ob eandem rationem cruce ſignati, vt
20 ſunt milites Hieroſolymitani, & alij commē-
datarij Eccleſiarum tenentur ſtare colono in
locatione facta ab Eccleſia à qua habent cō-
mendam, Ioan. Andr. in cap. ad deliberā-
dum de iud. Franciſ. Marc. deciſ.97. part.
2. quos probat Carrot. loco citato quæſtion.
21. vbi ait hoc paſſim occurrere poſſe,
poſt Calderin. Tuſch in dict. verb. loca-
tio concluſion.419. num.17. & ſub n.52.
21. eſſe poteſt, quia eſt ſucceſſor in dignitate, &
talis ſucceſſor iam tenetur ſtare colono, &
ſic contractus talis obligat ſucceſſorem,
capitul.1. de probation. capitul. Abbate
ſanè de ſenten. & re iud. & cum alijs cu-
mu-

mulatis per Mantic. dict. titul. 9. num. 38.
& latiſſimè titul. 14. toto, vbi ex com-
muni ſententia ſic diſtinguit, quod ſi eſſet
22 commendatarius ſimplex, qui tantum ha-
beret cuſtodiam beneficij, vt ſolet eſſe pro
victu habere commendam ſuper tali benefi-
cio Epiſcopatu, & tunc eſt admictat benefi-
ciarij, ſcilicet quod eo mortuo extinguatur
locatio, quia cum eius vita finitur commen-
da, ſi tamen eſſet commendatarius, qui ad
inſtar Prælati habent liberam adminiſtra-
tionem commendatum, tunc procedit opi-
nio, vt eorum ſucceſſores teneantur ſtare lo-
cationi factæ, Ioan. Andr. & Archid in
cap. nemo deinceps de electon. in 6. Calde-
rin. Fulgoſ. Natt. & alij, quos probat Man
tic. dict. titul. 14. num. 5. in fin. cum ſeqq.
23 ſed cùm hodie commendatarij regulariter
habêantur ad inſtar Prælatorum, habentes
liberam adminiſtrationem, & in dubio præ-
ſumantur facere locationem nomine digni-
tatis, & Eccleſiæ, ideò in eis procedunt om-
nia, quæ de locatione Prælatorum dicta ſunt
hucuſq; & ſupta q. 16.
Secundò Fiſcus non tenetur ſtare colono,
24 quando eſſet ſucceſſor particularis; ſe-
cus tamen, ſi eſſet ſucceſſor vniuerſalis,
l. ſi fuudus vbi 1. gloſ. ff. locat. vbi Bald.
Curt. ſenior, & alij quos probat Carrot.
dict. titul. de ſucceſſor. quæſt. 14. Tuſch.
dict. concl 418. num. 51. & 52. Gomez, &
Nauarr. quos probat Molin. diſput. 491.
num. 1. Azor. dict. titul. de locat. & con-
duct. c. 6. q. 4. Mantic. d. tit. 9. num. 5. cum
ſeqq.
Tertiò vſusfructuarius non tenetur ſtare
25 colono, quia per hoc de libertate vſusfru-
ctus multum perderet. vſufructuarius,
l. arbores verſ ſed ad exemplum ff. de vſu-
fruct. vbi Angel. Alexand. Deci. Caſtrenſ.
Io. Dilect. Socin. Viui. Rolan. Crauett. &
alij, quos probat Carrot. par. 2. de locat. &
conduct. tit. de vſufructuario quæſt. 18.
quem videat lector pro reliquis concernen-
tibus hanc materiam, nam viginti ſeptem
quæſtiones ibi ponit à fol. 76. ad fol. 87.
Bart. Ioan. de Plat. & Gregor. Lopez, quos
probat Molin. diſp. 490. n. 5.
Sic è contra non tenetur proprietarius ſta
26 re locationi facta per vſufructuarium, quia
hic non habet ius in re, & proinde eius mor-
te finitur locatio, Fulgoſ. conſ. 125. in
fin. Anchar. Cæphal. & alij, quos probat
Tuſch. dict. concluſ. 418. num. 32. & ſeqq.
vbi hoc explicat Azor. part. 3. moral. lib. 8
titul. de location. & conduction. capitul. 6
quæſtion. 3. Carrot. dict. titul. de vſufru-
ctuar. quæſtion. 2. cum plurib. ſequentib.
vbi ſimiliter materiam iſtam explicat, ad
quem remitto, hoc enim limitant, quando
vſusfructuarius habebat liberam admini-
ſtrationem, vt in Prælato, de quo mox dice-
tur, ne in alijs officialibus, de quibus dicetur
q. ſeq.
Hoc tamen limitatur niſi predium loca-
27 tum ſingulis quinquennijs ſoleret fructus
producere, ſi tunc durant quinquennio loca-
tionis moriatur vſusfructuarius tenetur pro-
prietarius ſtare colono, quia cenſetur facta
per eum tacita relatio dicto conductori,
vt poſt, Bald. in l. 1. C. de iur fiſc. & Alex.
probat Carrot. dict. tit. de vſufruct. q. 11.
Surd. deciſ 52.
Quartò minor non tenetur ſtare locationi
factæ per tutorem, vel curatorem, niſi eſſet
facta per annum, vel ad longum tempus cũ
decreto Iudicis, l. codicilli §. inſtituto ff.
locat. Cyn. Bart. Caſtrenſ. Alex. Socin. Co-
uarr. Simoncell. Roland. Craſ. Cephal. Viu.
& alij plures, quos probat Carrot. par. 2.
de locat. & conduct. tit. de tutorib. & cu-
rator. quæſt. 6. tota fol. 65. col. 4. & fol. 66.
col. 1. Molin. diſputat. 492. num. 1. Rebell.
dict quæſt. 11. n. 14. 15. & 16. Azor. d. c. 6.
q. 5.
Quintò in vxore; quæ non tenetur regula-
29 riter ſtare locationi factæ per maritum, &
ideò ſoluto matrimonio per mortem viri,
vxor recuperat bona dotalia, nec colono ſta
re tenetur, niſi facta eſſet infra annum, vel in-
fra quinquennium, ſi fructus bonorum do-
talium ſingulis quinquennijs percipi ſolerēt,
ita communiter DD. in l ſi ſi. io §. ſi vir in
quinquennium ff. ſolut. matrim. cum in-
numeris alijs cumulatis pea Carrot. part.
2. de locat. & conduct. titul. de iur. dot.
quæſt. 7. tot. fol. 66. Benintend. deciſ. Bonon.
54. Roland. qui alios citat conſ. 46. num. 5
vol. 6. Et hæc eſt vera diſtinctio quicquid
dicat Tuſch. dict. concluſ. 418. à num. 55.
ad num. 70. & hanc eandem ſententiam
poſt Couarr. & Gomez probat Rebell. d.
q. 11. nu. 10. 11. & 12. Molin. diſp. 492. n. 3
& 4. Azor. d. c. 6. q. 8. Mantic. dict. titul. 9.
nu. 9.
Sextò eſt contentio inter DD. An credi-
tor miſſus in poſſeſſionem ex primo, vel ſe-
30 cundo decreto teneatur ſtare colono, & opi
nio affirmatiua videtur ſecurior, quod te-
neatur ſtare colono, quia per talem immiſ-
ſionem in bonis debitoris factam ſemper
cenſetur reſeruatum ius tertij, ita ex
text. in l. in venditione §. 1. vbi Iaſon. nu.
4. ff. de bon. auctor. iudic. poſſid. Alex. &
Magon. probat Carrot. part. 2. de locat. &
conduct. titul. de credit. quæſt. 7. fol. 111.

col.4.& part.4. titul. de ſucceſſor. quæſt. 6. ibi citat Bald. Arnon. & deciſ.82. Cacherani, Calder. R.in. & *Roman. quos probat Tuſch. dict. concluſ 418. num.53. Mantic. dict. titul 9.n.25. cum ſeqq. Petr. de Benintend. in deciſ. Rotæ Bonon. deciſ. 54. Marius Giurb. deciſ.63. num 6. vbi meminit de Mantic. & pluribus alijs citatis, alioſq; cumulat, nempè, de Franch. deciſ.488.n.7. Gratian. Tepat. Carpan. & alios.*

Hoc tamen limitatur, quando illa locatio
31 facta fuiſſet in fraudem, quia paulò ante ſententiam adiudicationis, ſeu immiſſionis, & accedente modico pretio, *Bald. in cap. quoniam frequenter §. fin. in fin. extra, vt lite non conteſt. Iaſon. pract. Papienſ Cotta, Tiraquell. Cacher. Pinell. & alij, quos probat Carrot. dict. quæſt.7. num. 10. Surd. dict. deciſ.40.n.4. & ſeqq. quoniam locatio in fraudem non eſt locatio Mantic. vbi ſupra.*

Declaratur ſecundò habere locum, ſi talis
31 creditor ex ſola iudicis ſententia dominiũ habuiſſet, vt quia mittitur in poſſeſſionem ex ſecundo decreto, vel ei dantur illa bona in ſolutum; ſed ſi ex ſententia id non haberet, quia ſolum declararet Dominum talium rerum, ſecus eſſet; quia illa ſententia non dat ei dominium, ſed declararet illum eſſe Dominum, vt eſt in emptore, qui auocat rem in iudicio à venditore in legatario, fideicommiſſario, & ſimilibus, vt poſt *Socin. iun. conſ.45.n.1. vol.2. probat Surd d. dec. 40. n. 11. & 12.*

Septimò relatus ſucceſſor non teneatur
33 ſtare locationi factæ per eis prædeceſſorem de bonis Eccleſiæ, de qua materia multùm inuolutè loquitur *Tuſchus in dict. verb. locatio concluſion.* 419. ſed vt commodiori diſtinctione procedamus, pono ſequentes concluſiones cum *Carrot. par.3. de locat. & princip.*

Prima eſt, locatio rei Eccleſiæ facta per
34 Prælatum nomine proprio, & ad eius propriam vtilitatem valida eſt durante ipſius Prælati, vita, nec eius ſucceſſor ſtare tenetur tali locationi, concluſio eſt clara, quia dum eius nomine facta eſt, nulla viget ratio cur tranſire poſſit ad ſucceſſorem, quia omne ſuum ius morte ipſius finitur, *Cardin. conſ 95. Caſtrenſ. Anchar. Angel. Couarr. Franciſ. Marc. Rodoban. Borgnin. & alij, quos probat Carrot. vbi ſupra num.5. poſt Bart & Abbat. Tuſch. dict. concluſ.419 num.3. Molin. diſputat.492. ſub num.6. Azor. dict. cap.6. quæſtion.7. Mandell. conſil. 108. Peregrin. de fidei-commiſſ. art.40. num.104. Paſcalis d.c.6. n.30. & ſic debet intelligi dec.40. Valaſc.*

35 Et hinc eſt, quòd dum beneficiatus non poteſt alio modo locare fructus beneficij, niſi nomine ſuo tantum, nec vltra tempus ſuæ vitæ, quia eſt vſufructuarius in vita ſucceſſor in beneficio, non tenetur ſtare dictæ locationi *Rot. deciſ.132. in nouis Lapus, Barbat. Caſtrenſ. Rodoban. Beci. Anchar. & alij plures, quos probat Carrot. dict. titul. de reb. Eccleſ concluſ.3. fol.128. col.3. Tuſch. d. concl 419. n.2. Surd. conſ.183. n.24. vol. 2. Mantic. d. lib.5. tit.12. toto præcipuè n. 18. cum ſeqq.*

Quod procedit, vt dixi ſuperius, dummo-
36 do locatio non ſit facta per annum, & ager ſeminatus eſſet, quia tunc ex æquitate ſaltem teneretur per illud tempus ſtare colono, vt poſt alios probat *Carrot. loc. citat. concluſ 13. numer. 61. & in titul. de ſucceſſore quæſtion.25. numer. 14. & 16.* & quod procedit in quocunquè colono partiario, & ita debet intelligi dec.334. Vinc. de Franch. quatenus affirmat, quod ſucceſſor particularis non teneatur ſtare colono etiam partiario: nam intelligitur vltra annum inchoatum, & non aliter.

Secunda concluſio, ſi locatio rei Eccleſię
38 facta per prælatum, vel alium Rectorem nomine Eccleſiæ infra tempus à iure permiſſum, ſit in euidentem Eccleſiæ vtilitatem teneretur ſucceſſor ſtare colono: hanc concluſionem ex communi ſententia probat *Abbb. in capit. fin. vbi Anania num.4. ne Prælat. vic. ſuas Bald. Alber. Franciſ. Marc. & Rodoban. quos ſequitur Carrot. dict. titul. de reb. Eccleſ. concluſ.1. num.7. & 8. tenent etiam Bartol. Angel. Caſtrenſ. Alex. Gemin. Anchar. Zabar. Bellamer. & Rot. Roman. quos probat Tuſch dict. concluſ.419. à num.6. ad nu.15. & poſt alios hoc idem probant Molin. dict. diſput.492. ſub num.6. verſ. idem intellige, Rebell. dict. quæſt.11. num.17. & 18. Surd. dict. conſ.183. num.25. & conſ.333. num.8. & 33. & alibi, latiſſimè, Mantic. dict. lib. 5. titul.13. tot. præcipuè numer. 8. cum ſeqq.*

Dixi, ſi ſit in euidentem vtilitatem Eccle-
39 ſiæ, quia non ſufficeret ſola partium aſſertio, ſed aliunde probari deberet illa vtilitas, *ita Bald. conſil.350. libr.3. Anchar. Rhegienſ Ruin. Abb. Crauett. Felyn. Roland. à Venuch. Borgnin. & alij, quos probat Carrot. dict. concluſ 2. numer.* 10. & omnes alij docent adeò, quod ſi aliquo modo id non appareret, vel locatio facta eſſet vltra tempus a lege permiſſum, locatio eſſet nulla,

nec

nec ligaret ſucceſſorem, vt poſt alios probat
*Surd. dict. conſil. 183. per totum, & in ſpe-
cie numer. 23. & dixi ſupra quæſtion. 4.*
40 Quo fit, quòd ſi Eccleſia inueniatur læſa,
vel reſtitueretur in integrum, vel annullaret
cõtractum, vt habetur in locis citatis, & ideò
ſi prædeceſſor habuiſſet anticipatas ſolutio-
nes, & illas expendiſſet in propriam vtilita-
tem, & commodum, id non præiudicaret
ſucceſſori, ſed dicti prædeceſſori hæres reſti-
tueret conductori mercedem receptam: ſi
verò anticipatæ ſolutiones illæ verſæ fuiſſent
in vtilitatem Eccleſiæ, id noceret ſucceſſori,
& teneretur ſtare locationi, vt patet ex præ-
dictis, & latiſſimè probant *Abb. quæſt. 3.
Calderin. Geminian. Put. Rhodoan. & alij
quot ſequuntur Tuſch. dict. concluſ. 419.
num. 15. cum plurib ſeqq. Carrot. in d. tit.
de reb. Eccleſ. concluſ. 11. & 12. Surd. d.
conſ. 183. n. 26. & ſeqq.* Mantic. *d. tit. 13.
n. 24.*
Limitatur etiam, ſi ex conſuetudine eſſet
41 introductum, quod ſucceſſor in beneficio
teneretur ſtare colono; quia conſuetudo hęc
eſſet ſeruanda, dixi alias ſupra tenent etiam
*Franciſ. Marc. deciſ. 244. part. 1. quem
probat Carrot. dict. titul. de reb. Eccleſ.
concl. 14. qui concluſ 15. poſt alios ſubdit,*
42 quod ſi prima locatio fuiſſet facta cum iura-
mento teneretur ſucceſſor in beneficio ſtare
colono, quia iuramentum habet vim expreſ-
ſi, & facit ceſſare rem eſſe integram, quod ēt
poſt alios probant *Surd. dec. 22. & 264.
Moz. in §. fi n 16. circa fin. in tract. de
locat. & conduct.* Marilian *deciſ. Rot. Ge-
nuæ 23. de quo meminit Ricc. in ſua
collectanea part. 1. capitul. 93.* ſed hæc
43 opinio mihi nòn probatur, quia iuramen-
tum regulatur ſecundum naturam actus,
ſuper quo interponitur, vt millies ſuperius
eſt replicatum, quod etiam procedit in ma-
teria locationis, & in particulari de locatio-
44 ne facta cum iuramento, quod non tenea-
tur ſucceſſor particularis ſtare colono, quia
iuramentum legat tantùm iurantem, & eius
hæredes, non autem particularem ſucceſſo-
rem, qui non ex prędeceſſere, ſed aliunde ha-
bet beneficium, *ita Socin. Alciat. Couarr.
Gabr. Aij plures, quos probat, Vincent. de
Franch. deciſion. 302. numer. 9. & ipſemet
Surd. conſil. 331. numer. 32. volumin. 3.*
45 Et etiam quia iuramentum dicitur habere
cum ſpecificæ expreſſionis quoad ea tan-
tum, quæ ſunt neceſſaria ad actus validita-
tem, non autem quòad ea ſine quibus actus
conſtare poteſt, & vbi deficeret conſenſus, &
poteſtas, vt eſt in hoc caſu, & ita fuit etiam
deciſum in Ciuitate Aquilæ, & etiam in S. C.
vt refert *Viu. in ſuis communibus concluſ.
opin. 127 ſub n. 10. de quo meminit Ioan.
Bapt. de Thor. in verb. emptor rei alteri
locata*, vt alios omittam, & hæc ſatis ſint
pro hac quęſtione, pro reliquis videri poſsũt
*Carrot. in dict. tit. de reb. Eccleſ tot. Tuſch.
dictis concluſionibus 418. & 419. Mantic.
dict. titul. 13. Surd. &* Molin. *in locis ci-
tatis.*

SVMMARIVM.

1 *Succeſſor in officio, an teneatur ſtare colono potiſſimum in officij locatione magiſtri poſtarum.*

2 *Succeſſor vniuerſalis in officio, an teneatur ſtare colono, vt eſt tutor, vel curator.*

3 *Procurator conſtitutus ab Vniuerſitate capitulo, & ſimilibus, an teneatur ſtare colono.*

4 *Procurator, ſeù Actor Regis, & Principis non habentis ſuperiorem, an teneatur ſtare colono.*

5 *Succeſſores vniuerſales procuratores prædicti ſi locationes fecerint prætendentes habere ius in bonis locatis tenẽtur ſtare colono.*

6 *Princeps ſuccedens alteri Principi, an & quando teneatur ſtare colono.*

7 *Succeſſor tenetur habere ratum, & geſtum à prædeceſſore ex natura officij.*

8 *Agitur de officio maioris Curſoris, ſeù Magiſtri Poſtarum Regni ſuper quo prodierunt varie deciſiones remiſſiue.*

9 *Officium Curſoris in iure multiſariam nuncupatur, & diuerſimode in alijs Regnis, ſed verius ſtratores appellari debere probatur ſed in Regno Neapol. & Hiſpaniæ vocatur* Correo maior, *& multa ad eum pertinentia referuntur n. 10.*

11 *Officia non traſmiſſibilia ad hæredes, nec de ſui natura vendibilia nequeunt alienari abſq; aſſenſu, & potiſſimum Officium Curſoris, verum ſi ad longum tempus alienatio facta fuerit non valeret n. 12.*

13 *Hypoteca, an erit ſufficiens in alienatione prohibita fieri.*

14 *Alienatio, ſeù locatio valida erit de offi-*

eijs tranſmiſſibilibus ad hæredes.

15 *Succeſſor in officijs, an & quando teneatur ſtare locationi factæ per prædeceſſorem diſtinguitur.*

16 *Fructus, & prouentus ordinarij non extraordinarij intelliguntur in locatione officiorum.*

QVAEST. XXIV.

1 VIgeſimoquartò quæro, an ſucceſſor in officio teneatur ſtare locationi, & quid ſi eſſemus in locatione officij Magiſtri Paſtorum? Hanc quæſtionem poſui diſtinctam à præcedenti maioris claritatis gratia. Dico igitur primò quod ſucceſſor in officio eſt duplex vniuerſalis, videlicet, & particularis, & vterq; eſſe poteſt ad bona propria & ad bona aliena, & ideò de ſingulis ſeparatim dicetur.

Dico ſecundò ſucceſſorem vniuerſalem
2 in officio ad aliena bona adminiſtranda teneri ſtare colono iam cõſtituto ab eius prædeceſſore modo legitimo, & hoc de cauſa tutor, & curator ſuccedens in officio alterius tutoris, vel curatoris, vel aſſumens adminiſtrationem bonorum pupilli, quæ alteri locata erant, tenetur ſtare locationi, etiam ſi eſſet locatio iuriſdictionis, vt ex multis probat *Vinc. de Franch. deciſ. 216. Borgnin. deciſ. 25. par. 2. & part. 1. in repertorio in verb. electio, quos probat Carrot. par. 2. de locat. & conduct. titul. de tutorib. & curator. quæſt. 6. nu. 3. fol. 65. col. 4. vbi num. 4.* ex vera ſententia explicat eſſe verum, ſi erat verus tutor, qui primam locationem fecit aliàs ſecus.

Idem procedit in procuratore conſtituto
3 ab Vniuerſitate, capitulo, vel ab alia dignitate, quia tenentur ſtare colono; nam etiam tenetur huiuſmodi procurator ſoluere ſalaria perſonis conductis ab huiuſmodi communitate capitulo, *Puteus deciſ. 1. part. 3. & poſt eum Federic. de Sen. Alex. Dec. & Socin. Carrot. part. 4. de locat. & conduct. tit. de ſucceſſor. quæſt. 25. n. 2. f. 207. col. 3.*

Procedit etiam in agente, ſeù procuratore
4 re Regis, vel alterius Principis non recognoſcentis Superiorem, quia tenetur ſtare colono Principis etiam ſi locatio facta fuerit ab alio procuratore, dummodo cum legitimis ſolennitatibus, de quibus toto titul. C. de location. prædior. ciuil. lib. 11. quia etiam in eis ſeruatur diſpoſitio iuris, dum ſunt legitimè factæ, *l. vnica C. de conductor. ſiue procurator. prædior. fiſcal. lib. 11. vbi omnes poſt alios D. Ioann. Franciſ. de Pont. in tract. de poteſt. Proreg. tit. de regalib. impoſitionib.*

Bene tamen verum eſt, quod ſi huiuſmodi
5 perſonæ tales locationes fecerint, & prætendunt ex propria perſona habere ius aliquod ex bonis locatis; tunc talis locatio illis non nocet, quia conſenſum præſtiterunt alieno nomine, nec præſumuntur habuiſſe animum ſibi præiudicandi in eorum iuribus *gloſ. 1. in l. aduerſus §. tutor. ff. de in offic. teſtament. Ioann. de Platea, Aretin. Caſtrenſ. Bald. Alex. Tiraquell. & alij, quos probat Carrot. part. 2. de location. & conduct. titul. de locatione ratione officij q. 1. tota præcipuè numer. 23. & ſequentib. fol. 73. vbi in omni adminiſtratione hanc materiam examinat, & patet ex dictis ſupra in addit. ad conſ. 7. nu. 13. cum ſeqq.*

6 Sic etiam ſi Princeps aliquis ſupremus ſuccederet alteri Principi, niſi tamen eſſet ſucceſſio per electionem, quia tunc non teneretur ſtare colono primi Principis, vt fundat *Loffred. conſ. 38. n. 18. Boſſ. Rub. Socin. iun. Rimin. Purpurat. Afflict. Neuizan. Brun. Suarez, Alberic. & Roland. quos probat Carrot. dict. quæſt. 25. num. 8. & 9.* quia ſucceſſor tenetur habere ratum geſtum à prædeceſſore ex natura officij, & nõ aliter. vt etiam poſt *Bald. & alios ſcripſit Frecc. lib. 2. de ſubfeud. in 1. auctor. quæſt. 27. num. 2. & faciunt quæ dixi ſupra part. 4. titul. de renunc. q. 4. n. 27. cum ſeq. etiam in addit.*

Quod attinet ad officium Curſoris, ſiue
8 Magiſtri Paſtorum. Hæc cauſa annis elapſis diu, multumq; agitata fuit, & in Regia Camera, & in Collaterali Conſilio, ſed quia dum hoc opus diſponebam fuerunt editæ *deciſiones noſtri Patris D. Ioannis Franciſ. de Ponte, qui deciſ. 28. ſatis luculenter materiam iſtam examinat, & in 2. vol.* conſiliorum in pluribus etiam locis id tangit: idcircò pauca ſubijciam pro huius quæſtionis dilucidatione, & quæ dicuntur de hoc officio procedunt etiam quòad omnia alia officia, quæ non ſint tranſmiſſibilia ad hæredes, quia iſtorum omnium vna eſt natura quòad hoc, vt poſt alios notat ipſe de *Pont. dict. deciſ. 28. num. 45. cum pluribus ſeqq.*

Dico igitur primò officium hoc varijs
9 vocari nominibus per varios authores, quidam enim eos vocant curioſos, ex quo habebant officium nunciandi delicta commiſſa in re militari, vt Scot. ad Theodoſ. ſcribit in officio Magiſtri Officiorum eſſe curioſum,

vnum

vnum curſus publici, quales ſunt magiſtri curſorum, quos poſtas Galli dicunt. Alij eos vocabant ſtratores, eo quod caſtra militum præibant, vt loca ſternerent, & facerent accomodatiora, Alciatus tamen ex Cicerone putat vocari ſtatores, nō autem ſtratores, vt etiam notat *Petr. Bellin. in tract. de re milit. titul.* 10. *numer.* 36. Prima tamen expoſitio magis conuenit eorum officio ſi enim loca ſternebant, & accomodatiora faciebant, vt dictum eſt, & ſic publico curſui præerant, vt militibus conduci facerent annonam, & arma in plauſtris, quę ducebantur in æquis, vel cum ipſis equis, *l. curſum C. de curſu publ. lib.* 12. *vbi gloſ. in rubr.* vtiq; ſtratores dici debent, vt nomina ſint conſequentia rebus, & officijs iuxta *tex. in §. est & aliud inſtitut. de donat.*

In Regno tamen Neapolis, ſic etiam
10 in Hiſpania vocatur Correo Maior, vt in *pragmatica ſub titul. de offic. ad Reg. Maiest. collation. ſpectan.* vbi etiam ſancitur, vt officium curſoris maioris ſpectet ad collationem Regis, quia eſt officium fideliſſimum, per quod ardua negotia exercentur, & maximè circa conſeruationem ſtatus, & Regnorum: nam omnes Regias prouiſiones per eius miniſtros aſportare facit, vt eſt notiſſimum, & notat *de Pont. d. dec.* 28. *ſub n.* 47. *vbi n.* 48. *ex text. in d. l. curſum in fin.* ſubdit nomini licere concedere licentiam poſtarum, nec alia ſpectantia, & concernentia hoc officium ſiue licentia eiuſdem curſoris maioris, quod officium de iure communi ſpectabat ad Præfectum Prætorio, vt habetur *in d. l. curſum iuncta* 1. *gloſ. vbi Luc. de Penn. & alij.*

Dico ſecondò officia non tranſmiſſibilia
11 ad hæredes, nec de ſui natura vendibilia, nullo modo locari poſſe ſine Regio Aſſenſu, & ſi aliter locentur nullam eſſe locationem, etiā ſi adſit ſpecialis hypotheca de non alienando, durante tempore locationis Hoc dictum latiſſimè proſequitur *de Pont. dict. deciſ.* 28. *num.* 42. *cum ſequentib. vbi ferè omnes DD. de hac materia loquentes cumulat, & conſil.* 136. *cum plurib. ſeqq.* vbi de hac materia latiſſimè diſputat, ex cuius dictis, & ex dictis allegationibus hæc
13 pauca reaſſumpſi. Patet igitur hoc dictum, quia aut eſt alienatio ad longum tempus, aut ad modicum: ſi ad longum tempus, clarum eſt eſſe nullam, & inualidam ſine Regio aſſenſu; quia hoc officium eſt de regalibus, & ſine Regio aſſenſu nullo modo poteſt quouis modo alienari, nec etiam obligari, nam alienationis nomine comprehenditur locatio ad longum tempus *l. fin. vbi id notat Caſtrenſ. C. de reb. alien. non alienan. Tiraquell. & Vincent. de Franch.* quos probat de Ponte dict. deciſ. 28. *num.* 25. *cum ſeqq. & dixi ſupra quæſtion.* 3. quia locatio, & quia hoc latiſſimè fundat ipſe de Ponte locis citatis, omitto reliquas probationes. Hoc in tantùm eſt verum, vt etiam locum habeat, ſi adeſſet pactum, quod per talem locationem ad longum tempus, nec dominium trāſferatur in conductorem, nec ex ea conſtituitur ius aliquod in re, quia hæc omnia dicuntur fieri in fraudem legis, & eius prohibitio de non alienando contendatur, & eludatur Domini Authoritas, *Bald. in cap. Imperialem. de prohibit feud. alien. per Federic. Couarru. Molin. Pinell. Capyc. Tiraquell. & Schrader. quos probat de Pont. dict. deciſ.* 28. *ſub num.* 42. *idem Bald. conſ.* 327. *ad euidentiam lib.* 6. *Iaſon. in l. manumiſſiones num.* 8. *ff. de iuſtit. & iur. Mandoſ in addit. ad Lapum allegat.* 12. *Beci. conſ.* 42. *num.* 15. *libr.* 1. *Borgnin. deciſ.* 43. *num.* 5. *& ſeqq. part.* 1. qui etiam docent eſſe facta in fraudem locationem, ſi diceretur tot eſſe locationes, quot ſunt anni, faciunt dicta ſuperius *q.* 1. *cum ſeqq.*

Si verò eſſet locatio ad modicum tempus, tunc Neapoli nec etiam admittitur in officijs, quia adſunt ordinationes. Inuictiſſimi noſtri Regis, quibus mandatur, quod nemo poſſit officia exercere per ſubſtitutum, & cōſequenter nec locare, quoniam in eius dicitur electa induſtria perſonæ, & ſic Regis licētia eſt neceſſaria *iuxta tex. in l. inter artifices ff. de ſolut. Capyc. qui alios cumulat in propria materia dec.* 151. *de Pont. d. dec.* 28. *n.* 45. *& ſeq.*

Nec quicquam valet hypotheca, quia,
13 dum eſt prohibita alienatio aliquarum rerum, etiam eſt prohibita hypotheca, quæ eſt ſpecies alienationis, *vt ex tex. in l. fin. C. de reb. alien. non alienan. Andr. cap. Imperialem num.* 2. *de probib. feud. alienat. per Federic. & alios probat de Pont. dict. dec.* 28. *num.* 50. *cum ſeqq. vbi alios citat, & dixi ſupra.*

Dico tertiò ſi officia ſint tranſmiſſibilia
14 ad hæredes, & alienabilia, tunc non ſolùm valet locatio, ſed etiam omnis alia alienatio, *ita communitar DD. in l. omni modo § imputari C. de inoffic. teſtam. Bart. in l.* 1. *§. nec Caſtrenſe num.* 4. *verſ. quædam ff. de collat. bonor. Roland. conſ.* 11. *vol.* 2. *Tellius Fernandez in l. Thauri* 26. *num.* 11. *Ioann. de Royas in epitbem. ſucceſſ. cap.* 7. *nu.* 59. *d. Pont. dict. deciſ.* 28. *pluribus in locis, pracip. nu.* 56. *cum ſeqq. vbi, & alios citat.*

Ex

Ex his reſoluitur propoſita quæſtio, an
15 ſucceſſor in huiuſmodi officijs teneatur ſta-
re locationi factæ, nam ſic reſpondetur, ſi of-
ficium eſt ſui natura alienabile, ac ad hære-
des tranſmiſſibile, quia tunc iudicatur, vt
quid patrimoniale tenetur ſucceſſor ſtare
colono, ſi eſt ſucceſſor vniuerſalis, vel parti-
cularis, & adſit ſpecialis obligatio, vt dictum
eſt, & ſic procedunt deciſiones illorum, qui
dicunt officia locari poſſe. Si verò ſit officiũ
ad hæredes non tranſmiſſibile, nec quouis
alio modo alienabile tunc ſucceſſor nullo
modo tenetur ſtare colono, etiam ſi adſit
ſpecialis hypoteca, quia illa hypotheca, eſt
nullius momenti, prout ex dictis, & optimè
reſoluit idem *de Pont. dict. deciſ. 28. vbi
in fin. ſic pluries refert deciſum*, & hanc
eſſe communem obſeruãtiam in Regno no-
ſtro, & ea ratione quia hic talis ſucceſſor ſin-
gularis non ſucceſſit per viam traſmiſſionis,
vt in eum prædeceſſor tranſmittat illud offi-
cium, ſed potius per viam priuationis iuris,
quod erat in dicto eius prędeceſſore, quo ca
ſu nunc ſingularis ſucceſſor nõ tenetur ſtare
colono, vt probant etiam *Socin. conſ. 32.
volum. 1.* Cacheran. *deciſ. 82. de Franch.
deciſion. 216. num. 5. Surd. deciſion. 40.
numer. 10. Maſtrill deciſion. 5. numer. 2.*
Si tamen locatio facta eſſet cum huiuſmodi
cautela, vt cenſeatur ſimplex locatio fructuũ
talis officij, nec adeſſet ſpecialis prohibitio
in conceſſione officij, vt illud nec etiam ad
modicum tempus locari poſſit, tunc valeret
talis locatio, vt in ſimili dixi ſupra de vaſall.
& de Prælato Eccleſię, ſed tunc ſingularis ſuõ
ceſſor non teneretur ſtare colono, quoniam
in locatione fructuum ſucceſſor ſingularis
non tenetur ſtare colono eo tamen modo,
& forma, vt explicatum eſt quæſtione præce
dent.

Illud poſtremò notandum eſt quod dum
16 locantur huiuſmodi officia, intelliguntur
locati fructus, & prouentus ordinarij, qui iu-
re ordinario percipiebantur, non autem ex-
traordinarij, vt ſunt munera, & ſic de alijs, vt
ex multis probat Carrot. *part. 3. titul.
de rebus Eccleſiæ locandis concluſ. 8.
tota, & præcipuè ſub numer.* 33. qui
etiam, & alij ſupra citati videri poſſunt
per reliquis concernentibus hanc quæſtio-
nem.

S V M M A R I V M.

1 *Conductor eſt nomen genericum ad vrbanum, & ruſticum prædium tendens licet conductor predij ruſtici colonus dicitur.*

2 *Colonorum ſpeties duplex eſt mercenarius, & partiarius licet vterq; dicatur colonus n. 3.*

4 *Coloni ad longum tempus domini emphiteute, ſed extra emphiteoſim dicuntur ad modicum tempus.*

5 *Colonorum ſpeties octo ſunt ſecundum aliquos.*

6 *Coloni ad ſcriptitij, qui dicantur.*

7 *Interdictum vti poſſidetis competit Domino coloni cui prohibetur prediũ arare, & ſimilia facere.*

8 *Dominus coloni aſcriptitij poterit propia authoritate ipſum aufugientem capere.*

9 *Coloni cenſiti, qui dicantur, & coloni perpetui, qui nam ſint n. 10.*

11 *Coloni conditionales, qui nam dicantur, & coloni inquilini curdicantur num. 12.*

13 *Differentia inter inquilinum ſimpliciter & colonum oſtenditur.*

14 *Coloni originarij, qui nam dicantur, & coloni ſimplices n. 15.*

16 *Coloni liberi, qui dicuntur.*

17 *Colonorum ſpeties triplex eſt l. cõductionum, partiariorum, & numerariorum.*

18 *Coloni partiarij, qui ſint, & coloni numerarij n. 19.*

20 *Priuilegia colonorum, quæ ſint referuntur.*

21 *Coloni partiarij ſtante neceſſitate poſſint ſeminare, & alia agere diebus feriatis honorem Dei.*

22 *Colonus coloni mei, & conductor conductor mei, an ſit meus colonus, vel conductor, ſicut ſeruus ſerui mei, & vaſallus vaſalli mei nu. 23. & ſocius ſocij mei n. 24.*

25 *Remedia iuris, an competat Domino predij contra turbantes colonos coloni mei, & ſimilium.*

Quæ-

QVAEST. XXV.

1 Vigeſimo quintò quæro, quot ſint conductor, ſeù colonorum ſpecies? Pro dicẽdis ſuppono vnum, quod conductor ſit nomen genericum, & adaptatur tam ad prædium vrbanum, quàm ad prædium ruſticum, ſed conductor prædij ruſtici dicitur propriè colonus, quia fundum colit; in prædio verò vrbano conductor dicitur inquilinus, qui certa mercede domum alienam conducit, *l. vltima ff. de migrado l. 4. §. Prætor. ait ff. de damn. infect. Afflict. deciſ. 238. Carrot. part. 1. de locat. & conduct. q. 1. in verb. locationis diuiſio n. 4.* & alij omnes, penes quos eſt vulgatum.

Dico igitur primù duas eſſe proprias co-
2 lonorum ſpecies; nam alius dicitur colonus mercenarius, & alius partiarius: colonus mercenarius eſt ille, qui certa mercede fundum colit: partiarius verò eſt, qui non pecunia, ſed certa fructuum portione fundum colit, *l. ſi in lege, §. ſi domus ff. locat. Napod. in conſuet. 1. num. 13. in quibus caſibus lic. auctor. propr. & ex pluribus iuribus hoc probat Carrot. loco citat. numer. 5.* & vterq; dicitur colonus, quia non attenditur merces, ſed attenditur prædium, quod talis conductor colit, vt etiam poſt *Alex. conſ. 32. nu. 2. & 3. lib. 1. notat Tuſch. in verb. colonus 661. n. 3.*

Alij tamen aliam faciunt diuiſionem, vt
4 quidem dicantur coloni ad longum, & quidam ad modicum tempus: primi dicuntur emphyteutæ, quia emphyteuſis hanc habet naturam, quod ſit ad longum tempus, vt patet ex dictis ſupra quæſt. 6. in alijs verò caſibus extra emphyteuſim dicatur conductor ad modicum tempus, ſed non eſt vera diuiſio, quia etiam locatio, ſiue conductio, quæ non ſit emphyteuſis, datur ad longum tempus, vt dixi ſupra quæſt. 2. itaq; propriè duæ ſunt colonorum ſpecies, mercenarij, ſcilicet, partiarij. *Beneuerum tamen eſt, quòd gloſ. in rubr. C. de agricol. & cenſit. lib. 11.* Octo enumerat colonorum ſpecies, videlicet, aſcriptios, cenſitos, perpetuos, conditionales, inquilinos, originarios, ſimplices, & liberos: & ad dictam gloſam ſe remittunt *Napodan. ſupra in rubric. in quo caſu ſtet. dict. colon. fol. 347. Carrot. & Tuſch. loc. citat.*

Coloni adſcriptitij ſunt, qui prædijs ruſti-
9 cis adſcripti ſunt; vt ea perpetuò colant *l. cum ſcimus C. de agricol. & cenſit. lib. 11. Napodan vbi ſupra numer. 2. Carrot. loco cit. in verb. colonorum facultates n. 5.*

Adeò vt huiuſmodi coloni dicantur pars
7 prædij, & inter immobilia computentur: quo ſit, quod ſi meus colonus adſcriptitius prohiberet ab aliquo prædium arare, ſeminare, fructus colligere, vel aſportare, daretur mihi interdictum directum, vti poſſidetis; quia tanquam Dominus dicor turbari in quaſi poſſeſſione mei iuris, *gloſ. in l. iubemus la 2. in princip. C. de Sacroſ. Eccleſ. Bart. Afflict. Rip. Menoch. & alij plures, quos probat Carrot. vbi ſupra quæſt. 2. tota.*
8 Inſuper, ſi huiuſmodi coloni aufugerent à Domino, poſſet Dominus authoritate propria illos capere, & ſi alio ſe tranſtuliſſent, ſtatim, ac Dominus de illis notitiam habet illos reſtituere, etiam ſi receptator neſciuerit eos eſſe fugitiuos, & poſt reſtitutionem diſceptabitur de origine, & proprietate ipſorum colonorum, *l. ſi coloni C. de agricol. & cenſit. Orian. Innoc. Butr. Menoch. & alij, quos probat Carrot. in dict. principio ſui operis q. 3. tot. vbi latiſſimè hanc illationẽ examinat.*

Coloni cenſiti ſunt, qui cenſibus ſunt ad-
9 ſcripti, nempè, qui certum conſum; vel penſionem ſoluunt, *l. 2. C. in quib. cauſ colon. cenſit. Domin. accuſ. poſſ. lib. 11. hoc eſt, qui conſcripti ſunt in libris cenſualibus pro ſua terra l. hi penes quos vbi gloſ. in verb ſuis C. de agricol. & cenſit. Napod. dict nu. 2. verſ ſecundo ſunt coloni cenſiti,* itaquè in effectu coloni cenſiti, & adſcriptitij conueniunt, quia ambo ſunt homines liberi, & ambo prædijs adſcripti ſunt, vt notat *gloſ. in l. iubemus, iuncto text. in authentic. adſcriptitius C. de Epiſcop. & Cleric. & hanc eſſe communem ſententiam probat Carrot. in d. princ. oper. q. 5. ſol. 4. col. 3.*

Coloni perpetui ſunt illi, qui fingunt ſe eſ-
10 ſe mendicos, debiles, & infirmos, & re vera per fictionem id faciunt, quia fingunt ſe eſſe infirmos, ac debiles, ex quo laborare nolunt ſed mendicando ſine labore viuere: quo caſu ſi tales ſint homines liberi, & aliquis probauerit eorum fraudem, & fictionem, in eo conſequeretur perpetuò ius colonatus, vt illi perpetuò colerent ipſius prædia, & ſi eſſent ſerui, conſequeretur eorum dominium, ſalua actione ſerui corrupti Domino *l. vnica C. de mendicantibus validis lib. 11. Napod. loc. cit. n. 3.*

Coloni conditionales ſunt ipſimet adſcriptitij, quia ſunt huiuſmodi conditionis, vt nullo tempore, etiam triginta annorum poſſint ſe liberare ab huiuſmodi conditione, quia prædio inhæreant, & ſi ſe celauerint, furtum ſuorummet facere dicuntur, & qui eos occultare præſumunt, varijs puniuntur

pœ-

pænis, *l. cùm ſatis* §. 1. *C. de agricol. & cenſit. libr.* 11. *Napodan. loco citato nu-
mer.* 4.

Coloni inquilini ſunt in prædio vrbano,
12 & ſic in Ciuitate; ſed, vt ſimul ſit colonus in-
quilinus, oportet eum in vno loco habitare,
& in alio colere ſundum ſecundum vnam
diſpoſitionem, *gloſ. in l. definimus in
verb. inquilinos, C. de agricol. & cenſit. &
hanc expoſitionem ſequitur Napodan.
ſub d. n. 4. verſ. ſextò ſunt coloni inquilioni*
13 Itaquè inquilinus impliciter pronunciatus
eſt in prædio vrbano, vt dictam eſt in princi-
pio colonus verò inquilinus eſt, qui habitat,
& colit fundum, & iſti dicuntur perfecti co-
loni, vt habetur *in dict. l. diffinimus, &
Napod. loc. cit. Et Neapoli eos vacant Cor
tiſanos, ſeù Bubuleos, vt aduertit Napod.
d. n. 4. & n. 8. & ſeqq.*
14 Coloni originarij ſunt, qui ex patre, & ma-
tre colonis naſcuntur, *l. ne diutius l. cùm
ſatis, & l. fin. dict. tit. de agricol. & cenſit.*
Et ſic ex colonis adſcriptitijs terræ, & iſti ta-
les nulla dignitate, vel prærogatiua libetan-
tur à poteſtate Dominorum, quin eorundem
Dominorum prędia colant, & ſemper eorum
Dominis ſunt reſtituendi, *l. originarius
eod. tit. agricol. & cenſit.*

Simplices coloni ſunt, qui nullam ex pre-
15 narratis habent conditionem, & ſic ſunt il-
li, qui ſimpliciter titulo condictionis, num-
mis, vel alia certa mercede ſundum colunt,
*l. per colonum eodem titul. de agricol. &
cenſit. Napodan. loc. citat. num. 5. vbi ait,
de hac ſpecie coloni loqui illum titulum.*

Poſtremò coloni liberi dicuntur illi, qui
16 ruri manent, & ruſtici dicuntur, *l. 1. C. ne
ruſticani ad vllum obſequium deuoc. lib.*
11. Quod dicitur, eos eſſe liberos non dici-
tur ex eo, quod alij coloni, deſuper expreſſi,
ſerui ſint: quia, licèt habeant explicatas con-
ditiones, liberi tamen ſunt, *dict. l. ne diu-
tius, & l. cùm ſatis cum alijs panes Car-
rot. in dict. princip. eius operis in titul. ad-
ſcriptiorum facultates quæſt. 5. Qui in
verb. colonorum proprietates q. 5. ſic etiam
Napod. loc. cit.* explicant differentias prædi-
ctorum colonorum: quod omicto, quia ho-
die non ſunt in vſu: & proinde alij DD. qui
his temporibus ſcripſerunt (prout etiam ad-
uartit Napod. loco citato num. 7. tres tamen
dicunt eſſe colonorum ſpecies, nempe, con-
17 ductitios, partiarios, & nummarios: con-
ductitij ſunt, qui fundum conducunt, & mer-
cedem non in pecunia numerata, ſed infru-
ctibus ſolum, non inſpectis fructibus, qui col
liguntur ex prædio conducto, ſed pro vt in-
ter ipſum, & locatorem fuit conuentum; &
tunc non datur actio ex locato, & conducto,
ſed actio præſcriptis verbis, quoniam hic eſt
contractus innominatus facio, vt des, prout
dicetur infra.

Coloni partiarij ſunt illi, qui alienum fun-
18 dum colũt ad partem fructuum, qui ex fun-
do conducto percipiuntur, itaq; cum Domi-
no fundi damnum, & lucrum diuidunt, & per
conſequens hic non eſt proprius contractus
locationis, & conductionis, ſed potius eſt
quædam ſocietas, & ſic inter eos, & locato-
rem datur actio pro ſocio, *l. ſi merces, §.
vis maior ff. locat. poſt alios Ioann. Oino-
ton. in §. præterea num. 4. inſtit. de locat.
& conduct. Tuſch. in verb. colonus par-
tiarius concluſ. 664. tota vbi etiam expli-
cat*, qualiter diuidendi ſint fructus inter ip-
ſum partiarium, & Dominum fundi, & par-
tiarius tenetur ad portionem fructuum pro-
miſſam, non deductis expenſis, factis in præ-
dio, & tenetur etiam illos fructus regulariter
aſportare ſuis expenſis ad Dominum fundi,
non tamen teneretur ſoluere gabellam, quæ
ſolui debet pro dictis fructibus; quia illa ſo-
ui debet à Domino fundi, *Bald. in l. ac-
ceptam quæſt.* 14. *C. de vſur. Salycet. So-
cin. Franciſ. Marc. & alij, quos probant
Carrot part. 5. de locat conduct. titul. de
fideiuſſor. q. 8. Tepat. lib. 2. variar. iur. ſen
tent. in tit. de colon partiar. qui plura tra-
dunt de talibus.*

Deniq; coloni nummarij ſunt, qui num-
mis prædia colunt, & in pecunia numerata
19 penſionem ſoluunt Domino prædij, & iſti
propriè de iure dicuntur conductores, & in-
ter eos, & Dominum fundi datur actio ex
locato, & conducto, vt poſt alios explicat
Oinotom. d. n. 4. & ſæpe ſæpius ſupra replica-
tum eſt, & ex terminis patet.

Coloni habent varia priuilegia ex diſpo-
20 ſitione iuris. Primo, vt in ſeminandis, & col-
ligendis frugibus, nullo modo ab eorũ exer-
citio amoueantur, ne quouis modo turben-
tur *l. 1. C. de agricol. & cenſit.* Secundò
21 vt etiam diebus feriatis, & in honorem Dei,
ſi neceſſitas vrgeat, poſſint ſeminare, & fru-
ctus colligere, quamuis in hoc ſit neceſſaria
licentia Epiſcopi eiuſdem loci, vt eſt omni-
bus notum. Tertiò poſſunt validè contrahe-
re matrimonium ſine dotalibus inſtrumen-
tis, & filij dicuntur legitimi. Quartò poſ-
ſunt condere teſtamentum corã quiq; teſti-
bùs, *l. fin. C. de teſtam. Menoch. de arbitr.
iudic. caſ.* 594. *num.* 34. *Bald. Alberic. Cra
uett. Crot. & alij plures, quos cumulat, &
probat Carrot. d.* 1. *part. in princ. q.* 4. *tot.*
qui plura alia priuilegia eorundem colonorũ
enumerant, vide eos.

Poſtremò notandum eſt, ſi quæratur an
22 colonus coloni mei, vel conductor condu-
cto-

ctoris mei ſit colonus, vel conductor meus, ita diſtinguitur, ſi quæratur reſpectu obligationi, an debent mihi eaſdem obligationes, prout mihi obligatus eſt colonus, vel con-
23 ductor meus, tunc non dicitur colonus, nec conductor meus, quia vaſallus vaſalli mei non eſt vaſallus meus, nec ſociùs ſocij mei
24 eſt ſocius meus, l. conſilij §. fin. ff. de reg. iur. Si verò quæſtio ſit quoad rem ipſam, tunc quia eadem eſt res, tunc dicitur colonus, & conductor meus, quia mihi poſſidet, prout primus conductor, & ſi expellatur, vel turbe-
25 tur in re conducta habeo ego eadem remedia contra turbantem, ac ſi turbaretur primus conductor, vt poſt *Ruin. Curt. iun. Neuizan. Iacob. Menoch. & alios notat* Carrot. *part. 2. de locat. & conduct. in titul. de ſublocatione q. 35. tota fol. 108. col.* 4. An autem teneatur Domino pro tota penſione primi conductoris dicetur infra.

SVMMARIVM.

1 *Conductor, ſeu locator ad quas expenſas, & intereſſe teneatur.*

2 *Conductor vti debet reconducta ad vſum deſtinatum non ad alium alias expelli poſſit.*

3 *Conductor nauis pro exportatione tritici, & ſimilium non poteſt alia bona exportare.*

4 *Colonus tenetur arbitrio boni viri colere prædia ſeminare ex proprio ſemine.*

5 *Conductor de ſuo propio tenetur facere omnes expenſas, & quid reſpectu aliarum expenſarum n. 6.*

7 *Conductor, an teneatur de ſuo cooperire tectum, ſcalas oſtia, & ſimilia, & quid in foſſatis faciendis.*

8 *Conductor poteſt ex pacto aſſumere onus iure faciendi expenſas neceſſarias.*

9 *Conductor, an teneatur de dolo lata culpa, & leui.*

10 *Conductor, an teneatur de incendio domus, & quid ſi culpa præſumeretur n. 11.*

12 *Caſus fortuiti promiſſio, an implicite cenſeatur facta.*

13 *Conductor de leuiſſima culpa pro aliquibus rebus tenetur.*

14 *Exactiſſima diligentia, an dicatur leuiſſima culpa.*

15 *Culpa Iudicis in iudicando, Doctoris in conſulendo, ac medici imperitia, agrimenſoris, craparij, & ſimilium aliquando attenditur.*

16 *Locator, an teneatur reficere expenſas conductori factas reſtituere, ac melioramenta.*

17 *Intereſſe conductoris tripliciter euenire poteſt.*

18 *Intereſſe conductor ſi arbores fructiferos excidiſſet dolo, vel lata culpa, vt predium deterior fiat, intereſſe erit notabile, aut damnum aliud notabile, ob quod conductor expelli debeat n. 19. & ſoluere penſionem.*

20 *Conductor, quod tenetur conſeruare fructus locatori, ſi ob malam culturam detrimentum euenerit, tenetur reſarcire damnum eum teneatur prædium accomodatum relinquere, vt habuit.*

21 *Locator habet intentionem fundatam ex inſtrumento in quo conductor promiſit fundum bene colere, & ei incumbit onus probandi bene coluiſſe.*

22 *Teſtes idonei in materia contractus locationis, qui nam dicantur.*

23 *Conductor ſi vltra conuientem modum fundum exfructuaſſet erit caſus intereſſe, quod ex exemplo oſtenditur.*

24 *Conductor molendini ſi ſe concordauerit pro medietate mercedis ſolite ſolui, male verſari diceretur in re conducta, & tenetur reſarcire damnum ſucceſſori.*

QVÆST. XXVI.

1 Vigeſimoſextò quæro. Ad quid teneatur conductor locatori, & num illi teneatur ad expenſas, vel intereſſe? De hac quæſtione plura poſt alios tradunt *Cardin Tuſch. in verb. locator. concluſ. 425. & in verb. conductor. concluſ. 606. cum ſeqq. Vinc. Carrot. part. 4. de locat. & conduct. in titul. de melioramnet. quaſt 3. & 4. Molin. in tract. de contract. lib. diſput. 456. 493. 494. & 496. Ioann. Franciſc. Caſtill. lib. 3. quotidian. contrprincipe iur. capitul. 3. præcipuè num.*

21. cum ſequentib. & alij infra citandi.

2 Pro cuius reſolutione dico primò conductor vti debet re conducta ad vſum deſtinatum, & non ad alium & in vſu deſtinato ea vti debet arbitrio boni viri, aliàs expelli poteſt à re conducta, & tenetur locatori damna reſarcire hoc dictum probat *text. vbi omnes in Lædem, C. locat. poſt alios Tuſch. in dict. verbo conductor. concluſ. 623. nu. 1. & 2.* quod explicabitur magis infra quæſt. 34. poteſt tamen in prædio conducto facere aliqua quæ non repugnant vſui rei conductæ, nempe, inquirere venas auri, & argenti in prędio conducto, *Angel in l. ſi vſuſructuarius. §. fructuarius. ff. de vſuſruct. Crauett. conſ. 209. num. 2. & ſic de alijs, vt poſt ipſos, Aretinum, Alex. Ioann. Andr. Capoll. & alios notat Carot. dict. part. 4. in titul. de neceſſitate vſus quaſtion. 10. & per totum illum titulum* : & hinc eſt, quod

3 conductor nauis ad certum vſum, nempe, pro aſportando tritico, ſi triticum habere non poſſit, poſſet aſpertare alia bona, quæ naues ſolitæ ſunt aſpertare, tum ex prædictis, tum etiam, quia vſus conductionis in ſubſtātia non variatur, & proinde locator nauis contradicere non poteſt, ita *Gomez Leo deciſ. 33. diuerſor. tom. 2. quem probat Tepat. lib. 2. variar. iur. in tit. de locat. & conduct fol. mihi 66. colum. 4. § locator, quod eſt clarum.*

Dico ſecundò conductor, ſiue colonus te-

4 netur arbitrio boni viri colere prædia conducta, eaq; ſeminare ex proprio ſemine, ſiue ſit colonus partiarius, ſiue nummis colat. Hoc dictum probat *text. in l. ex conducto, § ſi vis, ff locat. vbi omnes Bald Abb. Franciſ. Marc. & alij, quos probat Carot. dict. par. 4. tit. de paleis, oliuis, glandib. lib. 1.* & aliàs teneretur ad emendam damnorum, nec ei fieret remiſſio mercedis, ſi prædicta non faciat: quod arbitrium boni viri eſt, vt non ſolum illa faciat, ſed benè faciat, ſed benè faciat, & tempore congruo, vt explicant prædicti Doctores probant etiam *Salycet. in l ſi vno colum. 1. §. locat. Neuizan. Bero. Roland. Menoch. & alij, quos ſequitur Surd. deciſ. 87. num. 3. & dixi ſupra.*

Dico tertiò conductor de ſuo proprio te-

5 netur facere omnes expenſas neceſſarias pro cuſtodia, & collectione fructuum; quia onus ſuum hoc eſt; hoc dictum ex multis probant *Natt. conſ. 13. & 149. Menoch. conſ. 64. & lib. 2. de arbitrar. iud. caſ 215. per tot. quos probat Tepat. loc. cit ſ. 63. col. 3. §. impēſe, Carr. in d. tit. de melior. q. 3. & alibi.* Imò ſi collectæ ſoluerentur ex fructibus eas teneretur ſoluere ipſe conductor; ſed ſi ratione rei ſoluerentur, eas teneretur ſoluere Dominus rei, vt infra dicetur; & poſt alios notat *Rebell. lib. 14. de locat. & conduct. q. 9. in fin. Carrot. d. part. 4. titul. de collect. fol. cum ſeqq. vbi latiſſimè hanc materiam examinat.*

Quod verò attinet ad alios expenſas, hanc

6 diſtinctionem faciunt DD. ſi enim ex illis impenſis locator aliquam ſentire commoditatem tam tempore locationis, quàm poſtea, tunc pro modo illius commodi teneretur ad illarum expenſarum portionem, at ſi totum commodum eſſet conductoris, tunc ipſe ſolus teneretur impenſas facere, vt ex multis probat *Menoch. dict. capit. 315. num. 4. Carrot. d. q. 3. n. 4. & ſeqq. vbi plures alios cumulat, ſic etiam q. 4. tot. Tepat. d. col. 3. & 4. & omnes alij.*

Ex hac regula deducitur, quod conductor

7 non teneatur de ſuo cooperire tectum domus cōductæ, facere ſcalas, feneſtras, & oſtia; nec etiam purgare puteum, nec adaptare, ſiue reparare viam, nec collectas ſoluere, nec etiam mundare foſſata, quæ tendunt ad perpetuam vtilitatem rei conductæ, & vltra locationis tempus, quia hæc omnia reſpiciunt commodum locatoris, & ad eius onus ſpectant, & ideò ſi conductor hæc fecerit, repetit tales expenſas à locatore, ita *Bart. in l. penul. ff. de impenſ in reb. dotalib fact. Roland. conſ. 82. num. 24 lib. 1. Caſtrenſ. Capoll. Alex. deciſio. Peruſin. & alij, quos probat Carrot. dict. quæſtion. 3. num. 4. & ſeqq. Marc. quæſt. 457. num. 35. Borgnin. deciſ. 15. num. 49. & ſeqq. Menoch. dict. caſ. 215. Tepat. dict. colum. 3. §. conductor non tenetur de ſuo Molin. de contract. diſputation. 496. numer. 2.* Si tamen modicæ eſſent expenſæ, & illæ potius deſeruirent pro conductoris commoditate, tunc conductor eas facere tenetur de proprio, & ideò tenetur purgare foſſata, quando talis foſſatorum purgatio non traſcendit tempus locationis, & ita in facti contingentia conſuluit *Bart. vt ipſe fatetur in dict. l. fin. tenet etiam Roland. Caſtrenſ. & alij, quos probat Carrot. dict. q. 4. nu. 4. & 5. Sed vt optimè notat Carrot. dict. quæſt. 3. num. 3.* In hoc primo ſtatur loci conſuetudini, prout etiam *dixi ſupra quæſtion. 18. circa fin. Molin. diſputat. 496. nu. 1. & alij paſſim,* quia contractus in dubio præſumatur factus ſecundum loci conſuetudinem, ſi aliud non exprimatur, vt multoties replicatum eſt.

Bene tamen verum eſt, quod poteſt con-

8 ductor ex pacto in ſe aſſumere onus omnia

præ-

prædicta faciendi, & in hoc ſtandum eſt pacto, quòd, ſi non eſt in ſpecie, vt teneatur toties, quoties opus fuerit, vel per alia verba ſimilia, idem denotantia, ſolùm tenetur conductor pro prima vice, quia ſic pactum præſumitur ex iuris diſpoſitione, *l. ſi. feicommiſſa §. ſi quis decem ff. de legat. 3. Bald. in l. licet num. 6. C. locat. Alex. Felyn. Dec. Bertachin. Tiraq. Gabr. & alij quos probant Borgnin. deciſ. 28. nu. 35. par. 1. Caroc. loc. cit. q. 4. n. 8. Tepat. d. fol. 63. col. 4. §. cùm fundum.*

Dico quartò conductor tenetur locatori
9 de dolo, lata, & leui culpa: hoc dictum fuit explicatum ſupra quæſt. 21. in fin. & eſt clarum, quia, cùm hic contractus fiat gratia vtriuſquè in eo non venit leuiſſima culpa, nec etiam caſus fortuitus, niſi in ſpecie promittantur, *l. ſi quis fundum §. ſed. & damno ff. locat. §. fin vbi omnes inſtit. eod. poſt alios Gramat. deciſ. 4. Molin. dict. diſput. 494. num. 3. Caroc. d. part. 4. in princ. q. 1. cum ſeqq. Tuſch. in verb. conductor concluſ. 606. n. 1. & ſeqq. Surd. d. dec. 87. n. 7. & ſeqq.*

Hinc DD. communiter docent, quod con-
10 ductor non teneatur de incendio domus conductæ; quia, licèt incendium præſumatur commiſſum culpa inhabitantium domum, hæc tamen dicitur culpa in omittendo, & eſt leuiſſima culpa, de qua non tenetur conductor, vt dictum eſt, & regulariter incendium præſumitur caſu fortuito; de quo nec etiam tenetur conduct, vt in ſpecie, *gloſ. docet in §. præterea in verb. debet, vbi Aretin. inſtit. quib. mod. re contrab. obligat. Maſcard. de probation concl. 892. num. 8. cum ſeqq. concluſ. 494. Tuſch. dict. concluſ. 606. nu. 9. latiſſimè Surd. deciſ. 98. num. 5. & deciſion. 198. tot præcipuè numer. 5.*

11 Si tamen adeſſet præſumptio, quod adeſſet culpa inhabitantium, ob quam eſſet cauſatum incendium, teneretur conductor ad emendam damni combuſiæ domus, vt probat *Grammat. dict. deciſ. 3. vbi ſic deciſum refert in Sacro Conſilio tenent etiam poſt alios Vrſil ad Afflict. deciſ. 57. num. 8. Gail. Miſynger. Ioſeph Ludouic. Borgnin. Alex. Raudenſ. Farinac. & Ricc. de quibus meminit Ioann Bapt de Thor. in verb. incendium cauſatum.*

Promiſſio caſus fortuiti etiam implicitè
12 facta præſumur, vt ſi conductor promiſiſſet in domo conducta fœnum, & paleam non tenere, deinde tenuit, & caſu fortuito palea, ſit accenſa igne, & domus incendio comburatur, tenetur de hoc caſu fortuito conductor, quia trangreſſo pacti fuit cauſa incendij, *l. ſi quis fundum §. 1 ff. locat. Molin. d. diſp. 494. n. 7.*

Bene tamen verum eſt, quod ſunt aliquæ
13 res, pro quibus tenetur conductor locatori de leuiſſima culpa, ſiue vt rectius loquamur, de exactiſſima diligentia, & ſic de leui tantum culpa; cùm illa tamen diligentia, quam diligẽs paterfamilias in talibus rebus adhiberet, *§. qui pro vſu inſtitut. de location. & conduction. vbi text.* hoc exemplificat in rebus mobilibus, quando quis veſtem, equum, vel torquem aureum conduxit. Sic etiam ſi quis locauit operas ſuas ad aſportandum columnas de vno loco in aliũ vel vaſa vini, olei, & ſimilium rerum, aut vaſa vitrea tunc talis conductor, ſiue locator tenetur ad exactiſſimam diligentiam aſportandi talia bona, prout diligentiſſimus paterfamilias ſi eſſet bona propria adhiberet, vt ex *tex. in l. ſi merces § qui colomnam ff locat. probat* Molin *dict. diſput. 484 ſub num. 4. §. iam, Caroc. dict part. 4 quæſt. 2. vbi varijs intellectibus Doctores relatis,* an hæc exactiſſima diligentia dicatur leuiſſima culpa, in effectu concludit non eſſe, ſed diligentiam illam deberi, quæ ex natura rei requiritur pro recta cuſtodia, vel tranſportatione talis rei conductæ, vt etiam explicat *Molin. dict. diſputat. 494. num. 5. cum ſequentib. Leſſius lib. 2. de iuſtit. & iur. c. 24. dub. 5. de locat. & conduct. n 29. cõcordat Azor par. 3. moral. lib. 8. tit de locat. & conduct. c. 7. q. 3 in fin.*

Omitto recenſere culpam Iudicis in iudi-
15 cando, ac Doctoris in conſulendo nam de his agit *Caroc. d part. 4. in princ. q. 3. tot.* vbi etiam agit de medici imperitia, quę plus proximum lędit, cum à ſententia Iudicis datur appellatio, vel reclamatio a ſententia verò medici nequaquam, & ſic impurè etiam occidit proximum. De imperitia agrimenſoris, caprarij, aliorumq; cuſtodum animalium agit ibid. à fol. 164. col. 4. vſq; ad fol. 168. & ſic de alijs: clarum eſt enim, quod in vtroquè foro teneantur de dolo, lata, & leui culpa, vel de exactiſſima diligentia non poſita, vt expliratum extat.

Ex his patet reſolutio de expenſis, & in-
16 tereſſe: Quod attinet ad expenſas, tenetur & omnes alios, quæ commodum eius reſpiciunt, & ſi aliàs faciat, teneretur locator reſtituere conductori tales expenſas, ac melioramenta, & pro eis habet conductor retentionem rei conductæ *l. ſi colonus ff locat. & dixi ſupra quæſt. 21. cum alijs innumeris cumulatis per Caroc. part. 8. de locat. & conduct. titul de expenſ. fol. 211. col. 4. & ſ. l. ſeqq. vbi latiſſimè hanc materiam examinat, tradit etiam aliqua Borgnin deciſ*

44. part. 2. Molin dict. diſput. 496. Rebell.
part. 2. de obligat. iuſt. lib. 14. de locat. &
conduct. quæſtion. 9. numer. 5. & ſeqq Ca-
ſtill. dict. cap. 3. num. 21. cum ſequent. &
omnes alij, qui in vtroq; foro id probant:
nam ſi teneatur conductor ex vi contractus
aliquas facere expenſas in re conducta, ſe-
cundum iuſtitiam, tenetur ad obſeruantiam
pactorum; alias tenetur reſarcire expenſas;
ſic è contra, dum expenſæ pertinent ad loca-
torem, & eius bona meliorata ſunt facto cō-
ductoris, de iuſtitia deſcendit, vt reſarciat ex-
penſas conductori, non iam prout facta ſunt
à conductore, ſed prout bona conducta me-
liorata ſunt, & habita conſideratione ad
tempus locationis finitæ, vt ſæpè dictum
eſt.

Quod attinet ad intereſſe, tribus modis
17 euenire poteſt. Primò ſi bona conducta de-
teriorarer ex dolo, lata, vel leui culpa. Secū-
dò ſi illa prædia non coluiſſet iuxta ſolitum,
& tertiò ſi illa extenuaſſet, vt ex dicendis
patebit.

Primus caſus eueniet, ſi conductor dolo,
lato, vel leui culpa arbores fructiferas prædij
18 conducti excidiſſet, vel prædium illud aliter
deterioraſſet, dummodo damnum illud ſit
in prædio, nempè, quòad deteriorationem
ipſius prædij, non autem pro fructuum de-
terioratione, cùm fructus ſint conductoris,
& ſecundo, vt damnum ſit notabile, *l. ele*
ganter §. non ſolùm ff. de dol. DD. commu-
niter in l. diuortio §. ſi fundum ff. ſolut. ma
trimon. Federic. de Sen. Alex. Ruin. Boer.
Rolan. & Natt. quos probat Tuſch. in
verb. conductor. concluſ. 623. nu. 10. cum
pluribus ſequentib. latiſſimè Caroc. part. 4
de locat. & conduct. titul. de neceſſitate
vſus quæſt. 7. tot. fol. 181. & ſequentibus,
vbi plures ampliationes, & limitationes po-
nit, ad quem me remitto.

Inſuper in hoc caſu poſſet conductor ex-
19 pelli de bonis locatis, *l. ædem. C. locat. cū*
alijs cumulatis per Tuſch. d. concl. 623. n.
7. & dicetur infra q. 34. adeò, vt Bald. in
d. l. ædem probat Tuſch. vbi ſupra nu. 10.
doceat conductorem in hoc caſu teneri ſol-
uere penſionem locatori; quia modum cul-
pa ſua non poteſt habitare, dum rem condu-
ctam deteriorauit, & ideò in eius præiudi-
cium habetur pro habitatore, dummodò
locator non poſſet illud prædium alteri lo-
carè pro reſiduo dicti temporis: ſi enim
illud locaſſet, deduceretur merces ſecun-
dæ locationis, vt patet ex terminis, & poſt
gloſſ. Salyc. Nauarr. & alios probant Re-
bell. dict. lib. 14. de location. & conduction.
quæſt. 10. num. 11. & 12. Molin. diſput.
499. ſub num. 14. Caroc. dict. quæſtion. 7
vbi nouem ampliationes, & ſex limitationes,
ponit in hoc primo caſu, vt per eum; nam ſa-
tis eſt pro reliquis indicare loca.

Secundus caſus eueniet ex mala cultura
20 conductoris, qui tenetur conſeruare fun-
dum locatori in eo ſtatu, in quo illum rece-
pit tempore conductionis, alias teneretur re
ſarcire omne damnum locatori, *l. cùm*
conductorem, vbi gloſ. C. locat. Ruin. conſ.
88. numer. 2. & ſeqq. lib. 2. quem probat
Tuſch. in verb. locator. concl. 417. num. 56
tenent etiam Vinc. de Franch. deciſ. 96. Te
pat. in dict. titul. de locat. & conduct. fol.
66. col. 2. in princ. & ita millies vidiſſe pra
cticatum affirmat, Caroc. dict. part. 4.
titul. de neceſſitate vſus quæſtion. 8.
num. 16. cum ſequent. vt alios omittam,
& ſecundum noſtras conſuetudines tenetur
colonus relinquere prædium imporcatum,
nempe, tenetur illud arare prima vice, & hoc
dicitur imporcare ſecundum vſum vulga-
rem Neapolitanum, vt in Conſuetud. in quo
cunq; hoc titulo, & conſequenter, vt ex ſupe-
rius dictis patet, tenetur benè colere toto
tempore conductionis, qua finita, tenetur
prædium ita cultum, ſeu accomodatum re-
linquere, prout illud recepit: in qua quidem
accomodatione habetur etiam ratio, ſi agrū
non ſtercorauit, qui ſtercorari ſolebat; ſic
etiam, ſi palos ad vineam non poſuerit; ſi
prædium per inexpertos colere feciſſet, & ſic
de alijs, vt per *Bart. in l. 1. C. de mancip.*
lib. 11. Corſet. verb. colonus, Tepat. loco ci-
tat. fol. 67. colum. 3 §. coloni, Ruin. & Ro-
lan. quos probat Tuſch. d. concl. 623. n. 8.
21 & locator habet intentionem fundatam;
nam ſatis eſt præſentare inſtrumentum loca-
tionis, in quo conductor promiſit benè co-
lere fundum, & ei incumbit onus probandi
prædium benè coluiſſe, vt probant etiam
Alex. conſ. 60. conſ. 78. & conſ. 158. vol. 4.
Burſat. Bero. Magon. Benitend. & deciſio
Peruſin. quos probat Caroc. part. 6. de
location. & conduction. in titul. de probat.
quæſtion. 17. & toto illo titul. tractat,
22 quis nam dicatur teſtis idoneus in materia
contractus locationis, an colonus, vel famu-
lus pro Domino, an Aduocatus, procurator,
& ſollicitator in cauſa eorum clientum, an
Notarius proxeneta, & ſic de alijs, vt per
eum, quod omitto, volui tantum indicare
loca.

Tertius deniq; caſus ſuccedit, quando
23 conductor vltra conuenientem modum
extenuaſſet fundum conductum, vt puta
ſi in vinea conducta non faceret debitam,
ſeu ſolitam putationem, ſed dimiſit palmites
ſiue capita longa, vt plus redderent tempore
conductionis; eſt enim clarum, quod vites
po-

poſtea in annis ſequentibus minus reddeꝛent;& ſic teneretur conductor reſarcire hoc damnum locatori arbitrio expertorum in hac arte, *l. & hæc diſtinctio §. fin. vbi Bar. & alij ff. locat. Bald. Caſtrenſ. Iaſon. & alij quos ſequitur Tuſch. dict. concluſ. 623 n. 4. & ſeqq. probant. etiam de Franch. dict. deciſ. 96. Ioſeph Ludouic. deciſ 62. Rota Peruſin. part. 2. Tepat dict. fol. 66. col. 2. in princ. addent. ad Napod. hic in Conſuet. E conuerſo f. 373 in fin. in addit. incip. quid ſi tempore receptionis.*

Hinc poſt *Bald. Caſtrenſ. Cepoll. & alios infert Tuſch. dict. concluſion. 623. numer. 6. & 9. ſic etiam Carrot. part. 7. concluſion. 98. verſicul. non tamen poſſint,*
24 quòd, ſi aliquis conduxerit molendinum, & in fine conductionis ſe concordaret cum alijs, vt molerent frumentum pro medietate mercedis, ſolui ſolitæ, hic talis per hanc fraudem diceretur malè vti re conducta, & teneretur ſucceſſori reſarcire illud damnum arbitrio expertorum. Sic etiam ſi quis conduxiſſet lacum, ſiue ſtagnum in quo piſcatur, & ab eo caperet omnes piſces, nec alios inibi poneret, teneretur reſarcire hoc damnum arbitrio expertorum, & ſic de alijs, vt eſt videre penes prædictos Authores: ſed in conductoribus molendini in aliquibus locis vidi ſeruari contrarium; quia conducuntur molendina per annum à primo die menſis Septembris per totum menſem Auguſti anni ſequentis, & de menſe Auguſti, & etiam in præcedente menſe Iulij ſolent fieri huiuſmodi fraudes; & in his plurimum valet conſuetudo loci.

SVMMARIVM.

1 *Conductor ſi velit fructus vendere an teneatur requirere locatorem, vel ad ſui libitum vendere, & quid ſi pro ſuo vſu, velit præferri numero 2.*

3 *Locator ſi vellet fructus prædij vendere extraneis, an erit audiendus reſpectu ſuæ Prælationis, vel conductor ad ſui libitum vendere.*

4 *Colonus ſiue inquilinus vendere poterit fructus facta requiſitione Domini diſtulentis per certum tempus emere, & quid attento iure conſuetudinario Neap. n. 5.*

6 *Fructus pendentes finita locatione, an ſint coloni, vel ſucceſſoris in prædio.*

QVAEST. XXVII.

1 Vigeſimoſeptimò quæro, an ſi conductor velit vendere fructus teneatur requirere locatorem, an vero poſſit ad libitum eos vendere ſine tali requiſitione, ſi locator illos velit. Hæc quæſtio dupliciter agitari poteſt, primò ſi locator illos fructus velit pro ſuo, & ſuæ familiæ vſu ſecundò ſi illos vellet pro perſona extranea. Dico igitur primò ſi locator vellet fructus pro ſuo, & ſuæ familiæ vſu, eſt præferendus alijs extraneis, tanquam Dominus rei, & etiam ob conuenientiam, vt in fructibus perceptis ex re ſua præferatur extraneis: & ideò conductor volens vendere fructus tenetur requirere locatorem. In hoc dicto conueniunt omnes ex rationibus prędictis, & etiam quia conductor nullum burſale patitur damnum, quia locator tenetur ei ſoluere idem pretium, quod ipſe conductor ab alijs re vero, & ſine fraude inuenit, *ita Bart. per illum text. in l. 1. C. de metallar. & metallis lib. 11. Lucas de Penn. Rebuff. Roman. Socin. Iaſon. Felyn. Rip. Tiraquell. Bellon. Ioſeph Ludouic. Caphal. & alij, quos probat Surd. conſil. 205. tot. & conſ. 282. num. 19. volum. 2. de Pont. deciſ. 28. num. 12. Napodan. Petr. de Rauenn. Calcan. Boer. Rimin. iun. & alij, quos ſequitur Carot. part. 3. de locat. & conduct. ſub titul. ad l. inuitus C. locat. quæſt. 2. Capyc. ad Napodan. in conſuetud. ſi quis emit ſupra de iur. congr. fol. 324. in addit. incip. nota, quòd iſta conſuetudo, & patet ex dictis ſupra de iur. congr. quæſtion. 14.* & ſæpè aliàs, vbi etiam explicatum eſt, quòd, ſi emphyteuta vellet vendere vtile dominium rei emphyteoticæ, vel eius melioramenta eſt requirendus Dominus directus, & præferendus alijs, & ſi ei non fiat denuntiatio, emphyteuta incideret in commiſſum, vt ex receptiori ſentent. probat Molin. diſput. 459. tota.

Verùm hoc dictum procedit, quando con-
2 ductor vellet vendere fructus, ſecus ſi pro vſu ſuo, & ſuæ familiæ illos vellet, quia ipſe præfertur Domino directo, qui ſolùm habet prælatum quando conductor vellet vendere fructus, vt notant omnes prædicti DD. præcipuè *Surd. dict. conſ. 205 nu. 9. cum ſeqq. quod eſt manifeſtum.*

Dico ſecundò ſi locator vellet illos fructus

3 ctus pro perſonis extraneis, non eſſet audiendus, quia priuilegium ſuę pręlationis eſt perſonale reſpectu ſui, & familiæ, & proinde poſſet illos vendere conductor ad eius libitum, vt multis medijs probat, *Surd. dict. conſ. 205. num. 20. cum ſeqq vbi num. 23. in particulari citat Rebuff. in d. l. 1. C. de metall. & Marin. Frec. lib. 2. ſubſeudor. auct. 38. col. 2. §. 4. intellige, alios cumulat, & probat de Pont. deciſ. 28. num. 12. & patet ex dictis in dict. quæſt. 14. de iur. congr. & alibi.*

Limitatur etiam; ſi Dominus fuiſſet re-
4 quiſitus à conductore ad fructus emendos & recuſauit, vel diſtulit per aliquod tempus emere tales fructus, quia tunc colonus poterit vendere illos fructus, cui melius ſibi placuerit *Odofred. & Rebuff. in d. l. 1. C. de metallar.* & tempus longum aliquando dicitur per menſem, aliquando per vnam hebdomadam, & aliquando vnius diei, prout fructus reperiuntur, vt poſt *Frec. dict. author. 38. col. 1. verſ. tertiò intellige, probat Card. d. conſ. 205. n. 19. & nu. 17. & ſeqq.* alios citat ad probandum, quod obligatus vendere etiam ex conſuetudine, ſit excuſatus ſi poſt requiſitionem ille, cui promiſit, recuſat, vel diſtulit emere ex *text. in l. Romæ §. cohæredes ff. de verb. oblig.*

Ex his infertur, quòd, dùm noſtræ conſuetudines contrarium non introduxerunt, hæc
5 omnia procedant etiam ſecundum earum terminos; illa enim ſolùm prouident circa fructus pendentes tempore conductionis finitæ, & mandant, quòd, licet Fiſcus, & omnes alios fructus percipiat, cùm ad maturitatem peruenerint, ſi verò eſſent caules, vel alia olera, ſiue herbæ ſeminatæ in dicto prædio, hæc omnia percipiat, vſq; ad feſtum Diui Ianuarij, quod celebratur die 19. menſis Septembris, *vt habetur in Conſuet. Si tamen in fundo, hoc titul. vbi Napodan. & alij*, & in prædictis fructus prædicti intelliguntur non ſolùm vuæ, & ficus, ſed etiam nuces, caſtaneæ, glandes, oliuæ, & ſic de alijs, vt habetur in locis citatis, *Vinc. de Franch. dec. 108. Ann. allegat. 79. Carot. loco citando*, nam ſinguli fructus prædicti colliguntur diuerſis anni temporibus, & tunc colonus debet illos percipere, quàmuis ſit finitum tempus locationis: quæ quidem prouiſio fuit facta ad tollendam omnem dubitationem, ne orta fuiſſet quæſtio, an fructus pendentes, finita locatione, eſſent coloni, vel ſucceſſoris in prædio: nam de iure communi ita diſtingui ſolet; quod ſi colonus habuiſſet fundum vna cum fructibus pendentibus, cum illis etiam teneretur fundum relinquere: ſi verò ſine fructibus illum recepiſſet, ſecus eſſet; quia, vt dictum eſt quæſtione præcedent. tenetur fundum relinquere in illo ſtatu, prout illum inuenit tempore conductionis, & habetur etiã *in l. ſi merces, § conductor. & l. videamus, § proſpicere ff. locat. latiſſimè Carot. part. 4. de locat. & conduct. in titul. de paleis, oliu. & glandib. num. 4. cum ſeqq.* vt patet ex dictis quæſtione præcedente, quia non ſolùm tenetur colonus relinquere prædium accommodatum ſiue cum accomodationibus repertis tempore conductionis, ſed etiam in eadem quantitate tenetur relinquere fructus pendentes, paleam, fœnù, & omnia alia, quæ tempore conductionis in eodem prædio inuenit.

SVMMARIVM.

1 *Conductor, qui promiſit ſoluere in pecunia numerata, vel penitere, & ſoluere fructus niſi forte conſuetudo eſſet in contrarium nu. 2. vel quando vnum ponitur cauſa demoſtrationis numero 3.*
4 *Exceptio compenſationis admitti, an debeat ſi fuerit opoſita per conductorem.*
5 *Penſio ſubrogata in locum alterius penſionis, an ſapiat naturam eiuſdem.*

QVAEST. XXVIII.

1 VIgeſimo octauò quærò, an conductor, ſiue colonus, qui promiſit ſoluere locatori mercedem in pecunia numerata, ſe pœnitere valeat, & poſſit ſoluere in fructibus, & è contra, & an aliqua exceptione in hoc poſſit ſe iuuare, vt à ſolutione mercedis excuſetur? Quæſtio hęc facilis eſt, & in primo caſu eſt ſine difficultate, quòd dùm colonus promiſit ſoluere locatori mercedem in fructibus, non poteſt illam ſoluere in pecunia, quia aliud pro alio non ſoluitur creditori, eo inuito, imò debet eſſe fructus percepti ex prædio conducto, & non aliorum prædiorum ob affectionem locatoris ad fructus prædiorum ſuorum, ita *ex text. in l. Domini prædiorum, C. de annon. & tribut. lib. 11. vbi Bart. & Petr. de Rauen. ſingul. 22. notat Carot. part. 5. de locat. & conduct. in titul. de difformitate quæſt. 3. num. 4. & 5. fol. 243. idem Petr. ſingul. 131. quem Tepat. lib. 2. variar. iur. ſent.* 2

Digitized by Google

ſentent. titul. de location. & conduction. fol. 67. colum. 2. in fin. Mantic. lib. 5. de tacit. & ambig. conuent. tit. 2. n. 35. cum ſeqq.

Hoc limitatur, quando conſuetudo eſſet
2 in contrarium, quod vnum pro alio ſoluatur
vt poſt Bartol. notat Tepat. vbi ſupra.
Et quando hoc fit, non per hoc non dicitur
vera locatio, quia ſatis eſt, quod conuentio
fit in pecunia numerata, nam poſtea ſolutio
fieri poteſt in quaлibet ſpecie, & voluntate
contrahentium, vt poſt alios probat *Mantic. d. n. 35. & 36.*

Secundò quando vnum ponatur cauſa
demonſtrationis, quia tunc ſuppletur vnum
3 ex alio, & in hòc caſu fructus vnius anni cō-
penſantur cum fructibus aliorum annorum,
adeò vt ſi conductor hoc anno non percipit
fructus ex illo prædio illos preſtat aliunde,
aut ex fructibus annorum præcedentium, &
ſequentium, vt poſt *Papienſ. ex varijs iuribus probat Carot. dict. quæſtion. 3. num. 6. dict. fol. 246.* & patet ex dictis ſupra, vbi
actum eſt de excompnto, ſiue remiſſione
mercedis.

Quod attinet ad exceptiones, in hoc con-
4 tractu datur exceptio compenſationis, adeò
vt ſi conductor objiciat de compenſatione
ex alio verò debito de prætorio non poſſit
expelli à prædio conducto, *l. a de C. locat. de qua materia latiſſimè tractat Carot. par. 5. de locat. & conduct. titul. de compenſat. except. 4 fol. 260. & à fol. 259. except. 1. vſq. ad fol. 261. col. 3. tit. de probat.*
diuerſas alias exceptiones ponit, quæ admit
tuntur in hoc contractu, ad eum mitto lecto
rem: quæ nam exceptio opponatur contra
inſtrumentum guarantigiatum in hoc con-
tractu dixi ſupra. Vt autem pœnam, ac etiam
caducitatem; euitet conductor ſatis eſt, vt
mercedem promiſſam, offerat integrè in pe-
cunia ſolui promiſſa, ſiue in fructibus aptis
recipi, & fiat debito loco, & cōgruo tempo-
re, alias non ſatis eſt oblatio, vt & magis cō-
muni ſententia probat *Socin. iun. conſ. 60. num. 18. volum. 2. Iaſon. Iul. Clar. Vinius, Tiraquell. & alij, quos probat Caroc. part. 6. de location. & conduction. titul. de oblation fol. 265. volumin. 4* Eſt ta-
5 men aduertendum penſionem ſubrogatam
in locum alterius penſionis ſapere naturam
prædictæ penſionis, in cuius locum fuit ſub-
rogata, quia hęc eſt natura ſubrogationis, ita
pluribus conſulit *Ruin. conſ. 200. num. 8 lib. 1 Anton. Gabr. in commun. opin. titul. de regul. iur. concluſ. 2. num. 54. Caroc. part. 3. de location. & conduction. titul. de ſublocat. quæſtion. 36. tot. fol. 109.*

Qui videri poteſt pro reliquis circa hanc quæſtionem ſatis eſt enim hæc pauca recollegiſſe.

SVMMARIVM.

1 *Conductor ſeu eius familia, an poſſit aliquo modo præiudicare locatori in re conducta, & qualiter hoc procedat diſſeritur n. 2.*

3 *Conductor deſerens fundum malitiosè animo præiudicandi Domino ſua poſſeſſione, an præiudicium afferre poſſit.*

4 *Sententia lata contra colonum, an & quando Domino præiudicat.*

5 *Solutio Gabellæ facta per colonum pro fundo immune, an Domino præiudicet.*

6 *Delictum conductoris, ſeu nautæ an præiudicet Domino nauis, & quando.*

7 *Bona extracta per negotiorum geſtorem non facta ſolutione iurium competentium Dohane ob, quod inciderunt in commiſſum, an in beneficium Fiſci dicantur intercepta declaratur num. 8.*

9 *Aſſecuratores Nauis, an teneantur de fraude commiſſa per nautas exemplo oſtenditur, & deciſio Sac. Conſ. affertur n. 10.*

11 *Conductores ad longum tempus, an poſſint in poſſeſſione afferre præiudicium Domino.*

12 *Solutio penſionis facta per triennium cōtinuum per ſcripturam, an præiudicet Domino ex preterito.*

QVAEST. XXIX.

VIgeſimo nonò quæro, an condu-
1 ctor, vel eius familia poſſit aliquo-
modo præiudicare locatori in re
conducta? Hæc quæſtio non eſt
quòad rei deteriorationem ex mala cultura,
vel alijs modis; nam de hoc dictum eſt ſupra
quæſtione 23. ſed eſt, an in dominio, vel in
poſſeſſione poſſint quouis modo Domino
rei præiudicare: & hęc quæſtio eſt notanda,
quia multoties euenit in praxi ſicuti mihi, &
experientia notum eſt

Dico igitur primò, nec cōductor, nec eius
fa-

Digitized by Google

ſter de Pont. conſ. 85. volum. 2. vbi hoc idem probat habere locum in eo, qui nominaret, ſiue præponeret aliquem bonæ famæ ad aliquod officium, nominans enim non teneretur de illis rebus, quæ ob delictum, vel ob culpam pœnæ nomine illi famulo, vel perſonæ irrogarentur *l. libertus §. fin. ff. ad municip. l. fideiuſſores magiſtratuum, vbi Bart. Bald. Caſtrenſ. & alij ff. de fideiuſſor. l. vnic. C. de pericul. eor. qui pro magiſtr. interuen. cum alijs per ipſum de Ponte loc. cit. cumulatis*, ſecus vero, ſi Dominus ſeruiſſet malas qualitates dictorum negotiorū geſtorum, vt ex dictis cernitur.

Occaſione dictorum de aſſecuratione na-
9 uis, & fraudibus negotiorum geſtorum, eſt aduertendum eſſe maximam controuerſiā, an aſſecuratores nauium teneatur de fraude, commiſſa per nautas, exempli gratia, ſi dolo ipſorum nauis pateretur naufragium, & multi affirmant, & multi negant, vt eſt videre apud *Petr Santerna in tract. de aſſecurat. part. 3. nu. 68. cum ſeqq. Stracch. in eod. tract. gloſ. 31. n. 4 ſed in hoc ſtatur cōſuetudini locorum, vt poſt Bald. & alios probat Rot. Gen. deciſ. 17. num. 11. deciſ. 39. num 8. & deciſ. 91. nu. 5. Stracch. vbi ſupra in vltima part. vltimæ part. princip. n. 12. Pariſ. conſ. 93. n. 8. vol. 1. eadem Rot. de Genua dec. 3. n. 15. verſ. præterea, & cū Petr. Anton. de Amato prætenderet,*
10 annis, elapſis, quod Neapoli adeſſet eadem conſuetudo, & multum laboraſſet pro abſolutione aſſecuratorum Octauij Blanditij, nihilominus in anno 1615 die 16. Iunij ad relationem Conſiliarij Vargas fuit deciſum contra dictos aſſecuratores, quod nempè tenerentur de barattaria, vt dicunt commiſſa per dictos nautas, vt in allegationibus dicti Doctoris in dicta cauſa atteſtatum vidi.

Solet tamen hoc limitari in emphyteuta,
11 & in conductore ad longum tempus, qui poſſunt in poſſeſſione afferre aliquod præiudicium Domino rei; quia ipſi ad minus naturaliter poſſident, & conſequenter, ſi ab alio, quàm à vero Domino recognoſcant rē conductam, priuarent verum Dominum ſua poſſeſſione *l. colonus ff. de vi, & vi armat. l. 3. §. in amittenda ff. de acquir. poſſeſſ. poſt alios, Surd. conſ. 407. num. 21. cum ſeqq. vol 3. de qua materia latiſſimè diſputat, & plures caſus conſiderat Carrot. part. 2. de location. & conduction. tit. de ſublocation. quæſtion. 8. tota, ſed in effectu idem dicit, vt ſuperius explicatum eſt.*

Dico tertiò ſi colonus probaret ſe mer-
12 cedem ſoluiſſe Domino tribus annis continuis, mediante ſcriptura, ſiue apoca per tres diuerſas ſolutiones, intelligitur præiudicatum Domino in alijs annis præcedentibus; nam illæ ſolutiones arguunt colonum ſoluiſſe in præteritum, l. quicunq; C. de apoc. public. lib. 10. Sed hoc remittitur arbitrio Iudicis, qui ex varijs circumſtantijs perſonarū, locorum, & temporum id dijudicat: de qua materia latiſsimè poſt alios tractat *Carrot. part. 4. titul. de paleis, oliuis, & glandil. num. 18. cum ſeqq. Tuſch. in verb. ſolutio triennalis concl. 346. n. 5. cum ſeqq.*

SVMMARIVM.

1 *An conductor poſſit rem conductam alteri ſublocare, & quando.*
2 *Domus nō poteſt ſub locari mulieri exercenti lupanaria.*
3 *Conductor domus pro vno exercitio tenetur ſublocare alteri eiuſdem exercitij.*
4 *Socius ſub locare nolens domum conductam tenetur alteri æquè idoneo ſublocare.*
5 *Conducens domum pro ſuo vſu habens vxorem non tenetur ſub locare domū viris ſolutis.*
6 *Conductor de iure conſuetudinario, an poſſit inuito Domino ſub locare domum & quid in ſublocatione taberne deciſio affertur.*
7 *Sublocatio domus permittitur ex pacto particulari conuento ſecundum Conſuet. Neap.*
8 *Sub conductor, an teneatur ſoluere locatori mercedem illam quam promiſit ſoluere primo conductori quomodo, & qualiter procedat diſtinguitur n. 9.*

QVAEST. XXX.

1 TRigeſimò quæro, an conductor poſſit rem conductam alteri ſublocare, & an ſecundus conductor poſſit rem conductam alteri ſublocare, & an ſecundus conductor teneatur ad totam mercedem primi conductoris? Prima pars huius quæſtionis tam ſecundum ius commune, quàm ſecundum noſtras conſuetudines examinari debet: ſecundum ius cōmune, clarum eſt, quod conductor poſſit rē conductam alteri ſublocare perſonæ tamen æquè idoneæ, & pro eodem, vel ſimili exerci-

citio reſpectu ipſius primi conductoris: ita
habetur *in l. nemo prohibetur C. locat. vbi
omnes latiſſimè Caroc. part. 2. de loeat. &
conduct. quæſt. 1. num. 4. & ſeqq. & quæſt.
6. ſub num 6. Tuſch. in verb. conductor.
concluſ. 621. Rebell. part. 2. de obligation.
inſt. libr. 14. quæſtion. 17. à numer. 1. ad
num. 7.*

Hinc eſt, quòd, dum aliqua mulier condu-
xit domum ad habitandum, non poteſt ibi
exercere lupanaria, nec alia operain hone-
ſta facere, quæ vicinis ſint malo exmeplo, vel
ſcandalo, & ideò, nec perſonas inhoneſtas
ibi recipere *l. non aliter, vbi gloſ. & alij
ff. de vſu, & habitat. cum alijs cumulatis
per* Caroc. *dict. quæſtion.* 1. & hoc, exem-
plum eſt notiſſimum, quia meretrices etiam
ad vicinorum inſtantiam expelli poſſunt à
conuicinio honeſto, & Neapoli ſic diſponi-
tur per capitula Regni, prout etiam notant
*Anna ſingul. 338. de Franch. deciſ. 316
ſic etiam Panlormi ad ſunt,* particulares
conſuetudines, & ſic de alijs locis, quorum
conſuetudini ſtandum eſt.

De ſimili exercitio eſt etiam clarum, quia
ſi aliquis conduxiſſet domum ad habitan-
3 dum, & ſimul in ea aliquam artem exercen-
dam, deberillam ſublocare pro ſimili exrci-
tio, vel pro eodem, quia pro viliori non po-
reſt, ſi in illa vicinia non exercerentur artes
ſimiles, vt verbi gratia, conduxit Perrus do-
mum, & apothecas in vicinia, vbi exercerur
ars pānorum, vel ad ſunr ſutores pannorum,
& ſic de alijs honeſtioribus artibus, & mer-
cimonijs, non poſſet conductor ſublocare
domum ad exercendam ibi macellariam,
vel aliam artem ſordidam, tum quia dete-
rioraretur conditio domus, & etiam vicino-
rum ob artem illam ſordidam, & proinde
nec ipſe conductor poſſet prædicta exercitia
ibi facere, tum etiam, quia hoc repugnat diſ-
poſitioni iuris, & etiam decentiæ, & honeſta-
ti, vt habetur in locis citatis, & poſt alios no-
tat *Caroc. dict. quæſt. 1. num. 9. vbi ſic de-
ciſum refert per Illuſtriſſimum Prouin-
ciæ Legatum, non obſtante ſolito aliarum
apothecarum in dict. platea, & latiſſimè
in titul. de vſufructuaria quæſt. 15. num.
6. ex text. in l. æquiſſimum §. fin. ff. de vſu-
fruct.*

Inſuper, ſi duo ſocijs (vt regulariter eue-
nit in ſcholaribus, ſiue ſtudentibus) aliquam
4 domum ſeu cameram ad habitandum ſimul
conduxiſſent, deiude vnus ex eis nollet cum
alio habitare, ſed ſublocaret alteri dictam
habitationem, poſſet hoc facere, dummodo
perſona illa ſubſtituta eſſet æquè idonea, ſi-
cut erat primus ſocius, nec ſic rixoſa, vel aliā
patiatur infirmitatem: hoc enim facere
non poteſt, vt patet ex dictis, & habetur in
*l. idemq; ff. pro ſocio. Port. in §. fin. ſub nu.
2. inſtitut. de location. & conduct. alios ci-
tant, & probant* Caroc. *in dict. titul. de
ſublacat. quæſt. 6. num. 3. cum ſeqq. Rebel.
dict. q. 17. num. 1. & ſeqq. Tuſch. dict. q.
621. Azor. par. 3. moral. lib. 8. tit. de locat.
& conduct. cap. 3. quæſt. 8. & alij paſſim.*
5 Adeò quod ſi qnis conduxit domum pro
vſu ſuo, & ſecum habebat vxorem, non poſ-
ſet ſublocare domum uiris ſolutis, & non
habentibus vxorem, procipuè ſi locator ha-
beret vxorem, & filias, & tanto magis ſublo-
catio fieri non poſſet hominibus rixoſis, vt
ſunt milites, & ſic de alijs, vt latiſſimè pro-
bant prænarrati DD. quod patet ad ſen-
ſum.

De iure conſuemdinario huius Ciuitatis
6 eſt ſpecialiter prouiſum, non poſſit condu-
ctor domum, terram, vel ſundum conductū
alteri ſublocare, inuito Domino, vt ad literā
diſponit *tex. hic in Conſuetud. conductor
domus, vbi Napod. nu. 31. & alij notant,*
quod per illam conſuetudinem expreſsè ſit
correctus *text. in dict. l. nemo prohibetur,
& quamuis Addentes ibi dicant,* quod
locum habeat etiam in ſublocatione Taber
næ, nihilominus contrarium fuit deciſum in
Sacro Conſilio nempe, quòd conductor Ta-
bernæ poſſit illam ſublocare, etiam inuito
locatore, vt refert *Vrſill. ad Afflict. deciſ.
401 ſub num. 3. de quo meminit Ioann.
Baptiſt de Thoro in verb. ſublocatio,* di-
citur etiam adeſſe ſimile ſtatutum Florentię,
vt inuito Domino, non poſſit ſublocari præ-
dium conductum, vt teſtatur *Tuſchus d.
concl 621. num. 17. ſic etiam Lucæ, vt re-
fer Ioſeph Ludouic. deciſion. Lucenſ. 57.*
& ſic de alijs; ex pacto tamen recedi poſſet à
7 prædictis ſtatutis, quod liceat ſublocari, pro-
ut etiam poteſt adeſſe pactum, quod etiam
ſi licitum eſſet ſublocari, non poſſit ſubloca-
ri, inuito Domino, vt eſt vulgatum, & pacta
ipſa ſeruanda eſſent, vt notant prænarrati Au
ctores, ſic etiam *Hieronym. à Laurentijs
deciſ. Auenionenſ. 68. Tepat. in titul. de lo-
cat. & conduct. fol. 65. col. 4. §. conductor
poteſt alteri locare.*

Quod attinet ad mercedem, veriſſima eſt
opinio, vt ſubconductor teneatur ſoluere lo-
8 catori mercedem illam, quam ſoluere pro-
miſit primo conductori, quia pro iſta ſum-
ma ſubconduxit, & pro iſta ſumma, non] au-
tem pro illa, qua primus couductor ſe obli-
gauit, lex introduxit obligationem ſubcon-
ductoris, & vt eius bona eſſent tacitè hypo-
thecata locatori, *l. ſolutm §. ſolutum,* §.
*ſolutam ff. locat. vbi gloſ. Bart. & alij Na-
pod. in dict. Conſuet. conductor domus in
verb.*

verb. alteri vbi Maricond. in addit. incip. eſto fol. 378. & tenent alij innumeri, quos probant Alex. Raudenſ. in ſuo lib. variar. reſolut. cap. 28. cum trib. ſeqq. Carot. part. 5. de locat. & conduct. tit. de inuectis q. 3. quod magis explicabitur quæſt. ſeq. quod
9 procedit, ſi ſubconductor non ſoluiſſet mercedem conductori, quia ſi ſoluiſſet, non poſſet moleſtari à locatore, nec expelli à prædio ſubconducto, quia legitimo iure ſoluit primo conductori, & conſequenter liberatus remanet, *ita Bald. per illum tex. in l. æde col. 3. C. locat. Neguſant. Menoch. & alij d. §. ſolutam. & alibi notat Caroc. d. q. 3. n. 7. cum ſeqq. & in d. tit. de ſublocat. q. 11.* qui etiam docent, quòd, dùm ſubconductor penſionem non ſoluit, teneretur locator dare cautionem ſub conductori de illo extrahendo indemnem, & illeſum à primo cõductore, & quòd ab illo non moleſtabitur pro dicta penſione; & ita practicatur, prout etiam aduertit *Caroc. d. q. 11.*

SVMMARIVM.

1 *Bona inuecta, & illata in prædium, quæ ſunt tacite hypotecata pro penſione, an etiam ſi fuerint alibi aſportata idem erit iudicium.*

2 *Bona inuecta, & illata in domum de iure ſunt tacite hypotecata pro penſione domus.*

3 *Bona habitantis gratis in domo aliena, an ſint tacite obligata pro penſione domus.*

4 *Locator, an poſſit retinere bona inuecta, & illata pro alio debito ſi fuerit penſio ſoluta.*

5 *Bona inuecta, & illata in domum, an ſint pypotecato, etiam in caſu reconductionis.*

6 *Locator ſi ſpetialem hypotecam reſeruaſſet, an præſumatur receſſiſſe ab hypoteca legali.*

7 *Bona inuecta, & illata in porticum domus, an ſit hypotecata, pro penſione domus.*

8 *Bona inuecta in domum tam à primo, quã à ſecundo conductore, an ſint, hypotecata pro penſione.*

9 *Bona inuecta, & illata per colonum partiarium, an ſint obligata pro penſione domus.*

10 *Bona inuecta per ſub conductorẽ prædij ruſtici, an ſint obligata pro penſione domus.*

21 *Fructus prædij, an ſint obligati pro penſione domus ſiue eſſent primi ſiue ſecũdi conductoris, & ſi de illis nulla facta fuerit conuentio n. 12.*

13 *Fructus ſecati relicti in fundo, an ſint obligati pro penſione domus, & maxime ſi extarent n. 14.*

15 *Dominium fructuum prædij, an tranſeant in conductorem, etiam ſi ſint ſeperati, vel reconditi, & quid ſi extarent, impediant tranſlationem dominij numer. 16.*

17 *Bona minorum, an ſint tacite hypotecata pro penſione domus, & refertur tuta opinio n. 18.*

19 *Bona inuecta, & illata in nauim, an ſint obligata pro illius penſione.*

20 *Bona inuecta, & illata in molendinum an ſint obligata pro penſione illius.*

21 *Scientia Domini prædij, an exigatur quando in eo bona inferuntur.*

22 *Inquilini conducentes prædia vti callidi non ſolent omnia bona in domum conductam inferre ſicuti ruſtici.*

23 *Locator, an prræferatur habentibus expreſſã pypotecam in bonis inuentis tacite hypotecatis.*

24 *Conductor bona fide poſſidens bona aliena inuecta in domum, an ſint tacite hypotecata Domino aut quando de voluntate Domini fuiſſent illata.*

25 *Scientia ſola Domini rei, an ſit ſufficiẽs, vel niſi concurrat dolus aut eo animo ſint bona illata in domum, vt ibi permaneant adhoc, vt ſint obligata.*

26 *Bona inuecta per famulum in domum conductam à ſuo Domino, an ſint hypotecata pro penſione.*

27 *Bona ſupellectilia ſ. veſtes lectus libri pecunia, & ſimilia, an ſint pypotecata pro penſione.*

28 *Berruarij iniqui ſolent contra ſtudentes exequi pro penſione domus libros, & alia.*

29 *Bona mobilia ſi libri ſcolarium arma militum, bobus, & alia in ſubſidium exequuntur pro penſione domus.*

30 *Merces, & pecunia deſtinata pro emptione merciam, an ſint hypotecata pro penſione domus.*

31 *Bobus aratorij, & cætera inſtrumenta pro cultura agrorum, an ſit obliga-*

gata pro penſione.

33 *Bona inuecta, & illata in domum ſi alibi ex portarentur, an ſint obligata.*

34 *Requiſita duo ſunt, vt executio fieri poſſit in alijs bonis in ſubſidium.*

35 *Hypoteca à quo die inducta cenſeatur inter ſocios, vel à die conductionis, vel reddita Dominis.*

QVAEST. XXXI.

1 TRigeſimoprimò quæro, an omnia inuecta, & illata in prædium conductum, ſint tacitè hypothecata pro mercede còductionis, & quid ſi poſtea bona illa ad alium locum aſportentur? De hac quæſtione tractant communiter DD. *in §. item ſeruiana inſtit. de action. vbi de hac materia plura dixi, tractat etiam Caroc. part. 5. de locat. & conduct. titul. de inuectis à fol. 218. ad fol. 223.* & alij infra cumulādi, ex quorum dictis præcipuas concluſiones circa hāc materiam diſputemus, nam pro reliquis eoſdem Auctores videre poterit amicus lector; tradit etiam plura *Card. Mantic. lib. 11. de tacitis, & ambig. pign. conuent. tit. 15.*

2 Primò igitur bona inuecta, & illata ſunt tacitè hypothecata pro penſione domus, & hoc eſt manifeſtum, & iuris certi, *l. certi iuris, C. locat. & omnes ſciunt*, adeò, vt procedat etiam pro deterioratione domus, ſiue alterius prædij locati *l. cùm conductorem, C. locat. Ioann. Oinotom. in §. item ſeruiana num. 19. inſtit. de action. Ioſeph Maſcard in tract. de probat. concluſ. 210. num. 10. Neguſant. & & alij, quos probat Caroc. dict. titul. de inuect. quæſt. 9. fol. 220. col. 3. Molin. de contractib. diſputat. 497. num. 5. Mantic. lib. 11. de tacit. & ambig. conuent. tit. 15.*

3 *n. 1. & 2.* Imò ſi quis gratis in domo aliena habitaſſet, adhuc bona inuecta ſunt hypothecata pro deterioratione domus, quia Dominus præſumitur remittere mercedem, ſiue penſionem, nō autem deteriorationem, *l. Pomponius ff. in quib. cauſ. pign. vel hypothec tacit. contrahat. Ioann. Oinotom. in §. item Seruiana n. 46. in fin. Iaſ. & Neguſant. quos probat Caroc. d. tit. de inuect. quæſt. 9. num. 3. & 4. Mantic. dict. tit. 15. n. 10.*

Et id adeò hoc eſt verum, vt etiam ſecundo procedat, ſi penſio eſſet ſoluta, nec adeſſet

4 alia deterioratio ipſius prædij, adhuc poſſit locator illa bona retinere pro alio debito pecuniario, quia hoc priuilegium tacitæ hypothecæ in hac materia de bonis inuectis, & illatis eſt, quod etiam pro alio debito detur, ita *Bart. in l. ſolutum, §. ſolutam in fin. ff. de pignor. action. Angel. in dict. §. item Seruiana num. 5. Iaſon. num. 22. Oinotom. num. 20. 55. & ſeqq. vbi latiſſimè hoc examinat Neguſ. de pignor. 4. memb. 2. part. num. 129. quem probat Caroc. loc. cit. quæſt. 10. vbi dicit hanc quæſtionem fuiſſe omiſſam à Menoch. in tract. de adipiſc. poſſeſſ. Mantic. d. tit. 15. n. 9. 12. & ſeq.* Procedit etiam in reconductione tacita, ſi nempè, elapſo tempore perſeueret in conductione, vt probat *Flamin. Cartar. deciſ. 80. vbi ſic deciſum refert, de quo meminit Ricciùs cap. 158. ſuæ collect.*

Ampliatur tertiò, vt locum habeat, quã-

6 uis locator ſibi prohibiſſet de ſpecial hypotheca, adhuc non præſumitur receſſiſſe ab hypotheca tacita legali, vt in terminis per illum *text. notauit Iaſon. in l. item quia num. 4. ff. de pact. & poſt eum, & Ioann. Fabr. Caroc. vbi ſupra quæſt. 11. & poſt Neguſant. & alios probat Surd. conſ. 209 nu. 12. vol. 2. Mantic. dict. tit. 15. n. 19. & 20.*

Quarto ampliatur, vt locum habeat etiam

7 ſi bona illa fuiſſent illata in porticum domus conductæ, quia porticus domus inhæret domui, & cenſetur locatus cum ipſa domo, ſaltem per quandam neceſſariam extenſionem, prout ex *text. in l. cetera §. hoc ſenatus ff. de legat. 3. & in l. eo iure §. 1. ff. in quib. cauſ pign. vel hypoth. contrab. Negnſant. &* Menoch. *probat Caroc. loco cit. q. 12. Maſcard. in tract. de probat. concluſ. 210. num. 5. Mantic. dict. tit. 15. num. 3. & ſeqq.*

Ampliatur quintò, vt locum habet hæc

8 regula, tàm ſi à primo, quàm ſi à ſecundo conductore bona illa illata fuiſſent, quia ſunt tacitè hypothecata pro penſione domus, pro illa tamen ſumma, pro qua ſecundus conductor domum illam ſubconduxit, *Bart. in l. ſolutum §. ſolutam num. 5. ff. de pignor. act. vbi Caſtrenſ. num. 4. Roman. Socin. Gomez. Zaſius, Iaſ. Bellon. Neguſ. Balduin. & Connanus, quos probat Caroc. d. tit. de inuect. q. 3. n. 3. & 4. Maſcar. d. concluſ. 210. n. 11. Mant. d. tit. 15. n. 14. & ſeq.*

Sextò ampliatur habere locum in colono

9 etiam partiario, quia nihil intereſt, an mediante pecunia culturam exerceat, an verò vti partiarius, nam ratio formalis, quã bona inuecta, & illata ſunt hypothecata pro penſio-

ſione prædij conducti, eſt ad finem, & effectum, vt Dominus prædij ſit tutus pro iure ſuo, & vt ei penſio ſoluatur quæ ratio viget etiam in colono, ſiue partiarius ſit, ſiue per pecuniam, ita tenet *gloſ. in dict. §. item Seruiana in verb. quis, vbi Aretin. num. 13. Gomez num. 9. vbi teſtatur de communi Oinotom. nu. 21. & ſeqq. Cyn. Bald. Alex. Iaſ. Menoch. & alij plures, quos probat Caroc. loc. citat. q. 1. & 2. Maſcard. d. concl. 210. nu. 12. & 13. Mantic. d. tit. 15. n. 31.*

Fuit tamen contentio inter Doctores, an hoc procedat reſpectu ſubconductoris, & an
10 bona per eum illata in prædium ruſticum ſubconductum à primo conductore, ſint tacitè hypothecata Domino rei pro penſione dicti prædij: *& licèt Roman ſingul. 391. Connanus, & Corodaſius, quos citat Caroc. dict. titul. de inueſt. quæſt. 3. num. 15.* teneant opinionem negatiuam; tamen ſine valido fundamento iuris mouentur, quia eadem ratio procedit in ſubconductore, quę in conductore; quia ſemper attenditur ratio finalis, vt penſio ſoluatur Domino rei, & *tex. in d. l. ſolutum §. ſolutam, loquitur generaliter in quolibet ſubconductore*, ideò in vtroq; prædio debet intelligi, præcipuè ob vnitatem rationis, prout ex magis communi ſententia hanc opinionem probat *Menoch. in tract. de adipiſcend. poſſ. §ſ q. 11. nu. 99. & Nicolao Mozia probat Caroc. d. q. 3. n. 16. & ſeq.*

Hinc eſt, quod fructus prædij etiam ruſti-
11 ci conducti ſiue ſint primi, ſiue ſecundi conductoris ſunt tacitè hypothecati Domino prædij pro penſione dicti prædij, quamuis Dominus neſciuerit ſubconductionem, vt *eſt text. ad literam in l. ſi in lege §. ſi colonus ff. locat. l. in prædijs ff. in quib. cauſ. pignor. tacit. contrahat. Caroc. dict. quæſt. 3. num. 18. Molin. diſput. 497. ſub num. 4. Tuſch. in verb. locator. concluſion. 428. num. 2. & 3. Mantic. qui alios citat dict. titul. 15. num. 25. & 26.* quod adeò eſt, verum, vt locum habeat, etiam ſi nulla facta
12 fuerit conuentio, quod fructus dictorum prædiorum ſint tacitè hypothecati pro penſione ſoluenda locatori; quia hæc hypotheca venit ex iuris diſpoſitione, vt ex dictis iuribus, præcipuè *ex dict. §. ſi colonus poſt Balduin. in tract. de pignor. c. 9. notat Caroc. d. q. 3. n. 19. Molin. diſp. 497. ſub nu. 4. Mantic. vbi ſupra.*

Imò locum habet hæc opinio, etiam ſi
13 fructus ſecati ſint, dummodo adhuc ſint in prædio, quia poteſt Dominus prædij illos ſequeſtrare, donec ex illis, vel aliunde penſionem habeat, *gloſ. in l. ſi ſeruus §. locaui, ff. de furt. Bald. in l. æde colum. 1. C. locat.* & alij infra cumulandi, qui communiter do-
14 cent id locum habere, ſi fructus extarent, quoniam, ſi extaret eorum pretium, in eo ceſſaret tacita hypotheca, ex quo in particularibus, vt eſt hic, pretiũ non ſuccedit loco rei, *Bartol. in l. 1. ff. de diſtract. pignor. Neguſant. Menoch. & alij, quos probat Caroc. dict. quæſt. 3 numer. 25. licèt aliqui penès Molin. diſputat. 497. nu. 3.* teneant, quod
15 nullo modo tranſeat dominium dictorum fructuum in conductorem, etiam ſi ſeparati eſſent à ſolo, reconditi in horreo, ac venditi, niſi ſoluatur pẽſio locatori, nihilominus ipſe *n. 4. poſt Valaſc. de iur. emphyth. q. 20. nu.* contrarium tenent, quia ex iuris diſpoſitione locator, & ſic Dominus prędij habet tacitam hypothecam pro ſecuritate penſionis, quæ quidem hypotheca non impedit tranſlationem dominij dictorum fructuum in emptorem. Attamen ſi fructus extarent iam communis eſt opinio, quod impediatur trãſ-
16 latio dominij, & durat in illis tacita hypotheca penes quoſcunq; tranſeunt, & eſt prohibita dicta dominij tranſlatio ſub conditione, donec eidem locatori ſoluatur penſio, quia non eſt conueniens amittere fructus prædij, & penſionem, & in hoc æquiparatur iſte contractus contractui emptionis, & venditionis, in quo impeditur trãſlatio dominij rei venditæ in emptorem, donec illi ſoluatur pretium, ne venditor amitteret rem, & pretium; & idem eſt in propoſito, vt patet, & *probat gloſ. in d. §. locaui in verb. facere, vbi Bart. & hanc eſſe communem ſententiam affirmat idem Molin. d. diſp. 497. n. 3. & poſt alios probat Mant. d. tit. 15. n. 29 cum trib. ſeq.*

Septimò ampliatur etiam in bonis minorum, quia, cùm hæc ſit obligatio legalis, non
17 eſt minoribus interdicta iuxta text. in l. ſi ſine hærede §. Lucius ff. de adminiſtr. tutor. & conſequenter, ſi minor conduceret domum condecentem ſuo ſtatui, teneretur ſaltem ex æquitate dictam penſionem ſoluere, & proinde illa bona inuecta, & illata ſint tacitè hypothecata, *ita Iacob. de Aren. Alberic. Bald. Angel. Roman. Caſtrenſ. Iaſon. Alexand. Ioann. Andr. Neguſant. Gomez. Bellom. & alij, quos probant Caroc. in dict. tit. de inuectis q. 8. nu. 5. cum omnibus ſeqq. Mantic. d. tit. 15. num. 37.* & de hoc non poteſt ſubſiſtenter dubitari ſaltem ſecundùm æquitatem; nam licèt ex *iuris rigore gloſ. in d. l. item quia in verb. illata, vbi Bar. & alij penès Caroc. d. q. 8. n. 11. & ſeqq.* teneant, quod ſecundum iuris rigorem bona minorum inuecta non dicantur

tur

18 tur tacitè hypothecata, ex quo obligari ne-
queunt ſine decteto iudicis;nihilominus te-
ceptior eſt opinio, & æquior, quod dicantur
hypothecata pro illa tantum penſione, pro
qua conduxit domum condecentem ſuo ſta-
tui,& conditioni, quia in hoc dicitur vtile
negotium facere, nec eſt in aliquo damno,&
ita concotdantur opiniones.
Octauo ampliatur in bonis inuectis,& il-
19 latis in nauem,ſeu alia nauigia, nã pro nau-
lo ſoluendo ſunt tacitè hypothecata Domi-
no nauis, *Bald. in l. certi iuris num. 7. C. locat. Neguſ. Menoch. & Stracc. quos probat Caroc. vbi ſupra quæſt. 13. nu. 2. & 3.*
quod eſt clarum:nam Domino nauis debe-
tur metces,ſiue naulum,cuius ratione habet
tacitam hypotheca, ſiue nauis veniat appel-
latione bonorum mobilium, ſiue immobi-
lium, hoc enim nihil tefert quòad penſionẽ
ſoluendam,vt patet ex tetminis.
Nono ampliatur in bonis inuectis in mo-
20 lendinum,ſic etiam in bonis inuectis in hoſ-
pitium,ſiue tabernam,in hotreum,& ſic de
alijs;nam eadem eſt ratio ſolutionis penſio-
no dictorum ptædiorum, *Bald. in dict. l. certi iuris num. 5. & ſeqq. Alex. Neguſ. & alij*, *quos probat* Caroc. *in dict. titul. de inuect. quæſt. 14. & 15. n. 21. & ſeq. & quæſt. 18.*
Eſt tameu aduertendum,quòd,ſi bona aſ-
portarentut,ſeu inueherentur in prædium
21 vrbanum ,non eſſet neceſſaria ſcienria Do-
mini dicti prædij,quod ſciuerit bona fuiſſe
illata in dictum ptædium ; ſed in prædio
ruſtico eſt neceſſaria talis ſcientia , ita
text. ſic magis communiter intellectus in dict. l. certi iuris C. *locat. Bartol. in dict. §. ſolutam, Iaſon. Garzias, & alij plures, quos probant Bellon. in dict. §. item Seruiana num. 38. vbi Oinotom. n. 28. & 29. latiſſimè Caroc. vbi ſupra quæſt. 3. num. 23. Tuſch. in verb. hypotheca concluſion. 118. num. 56. Molin. diſputat. 497. nu. 5. Mantic. dict. titul. 15. num. 2. cum ſeqq.*
& ratio eſt,quia inquilini, conducentes præ-
22 dia vrbana, ordinariè ſolent eſſe homines
callidi, qui non ſolent palàm omnia bona
inferre in domum conductam,ſed multo-
ties,& vt plurimum ita ſecreto inferunt,vt id
à nemine ſciatut,ſiue hoc fiat in fraudem lo-
catoris,ſiue vt eotum paupertatem,vel diui-
tias non manifeſtant alijs:ſed ruſtici bona fi-
de procedere ſolent, quia ſancta ruſticitas
neſcit vti verſutia, & ideò palàm inferre ſo-
lent bona inuecta in prædia conducta, quæ
ab omnibus videri poſſunt,ideT neceſſaria
eſt eorum ſcientia , quia voluntate fieri
non videtur , quod ignoratut , *l. non videtur ff. de liber. cauſ. ita gloſ. in dict. l. certi iuris, vbi alij, Oinotom. d. num. 28. & 29.*
Quando igitur bona inuenta ſunt tacitè
23 hypothecata, eſt adeò efficax talis hypote-
ca,vt in illis bonis præferatur locator etiam
habentibus expreſſam hypotecam;& hoc ad
minus pro tata penſionis domus neceſſariæ
pro conſeruatione talium retum inuentarũ
in domum conductam, *ita Bart. in l. interdum num. 2. verſic. nota etiam, qui pot. in pignor. hab. Iaſ. & Neguſ. quos probat Tuſch. in dict. verb. hypotheca concluſ. 118. num. 58. deciſio Peruſina 84. part. 2. Firmian. & Stracc. quos probat Caroc. d. tit. de inuect. quæſt. 21. nu. 4. vbi num. 6.*
poſt alios ſubdit, quòd eò magis locum ha-
beat in fructibus prædij conducti, quia illi
percipiuntut ex bonis locatotis: ſic etiam in
noualibus factis in eodem prædio ; & ita in
facti contingentia fuiſſe iudicatum refert;ſed
de hac illatione dixi infra de pignor. & hypo-
thec. q. 7.
Pluribus tamen modis limitatur regula
24 dictæ tacitæ hypothecæ, ne habeat locum
in bonis inuectis in prædium conductum.
Primò ſi eſſent bona aliena, niſi tamen con-
ductor bona fide illa poſſideret: tunc enim
intelligerentut tacite hypothecata;ſic etiam
quando de voluntate Domini eorundem
bonorum fuiſſent illata in dictum prædium
ea occaſione,& intuitu, vt conductor ditior
apparetet,ita *Iaſon. in dict. in §. item Seruiana num. 53. Muſcard. dict. concluſ. 210. num. 15.* Molin. *dict. diſp. 497. §. bona aliena. Bald. Afflict.* Menoch. *Aſinius, & quos probat* Caroc. *dict. titul. de inuectis quæſt. 14. num. 7. cum ſequentib. vbi ex æquiori ſententia affirmat num. 9. & 10.*
35 quod ſola ſcientia Domini rei non ſit ſatis,
niſi etiam cõcurrat dolus, vel eo animo ſint
illata, vt ibi permaneant toto conductionis
tempore, & hoc probare debet Dominus
prædij Mantic. *vbi ſupra n. 38.*
Hinc eſt,quod bona inuecta per famulum
in domum conductam à ſuo Domino,non
ſunt hypothecata pro penſione, quia ſunt
26 hypothecata pro penſione,quia ſunt aliena,
nec etiam ſunt hypothecata pro ſeruitio fa-
muli,quia iure cautum hoc non inuenitur,
Bald. in dict. l. certi iuris n. 6. Neguſ. Mo*noch. Scodobius, & Bonacoſſ. quos probat Caroc. d. tit. de inuectis q. 16 fol. 222.* Man*tic. d. tit. 15. n 39.*
Secundò limitatur in omnibus rebus,quę
pro vſu quotidiano deſeruiunt , vt veſtes
27 quotidianæ, lectus, libri ſcholarium, pecu-
nia deſtinata pro vſu quotidiano, & ſic de
alijs *Ioann. Faber in dict. §. item Seruia-*
na

na num 2. *vbi Angel. num.* 1. *Zaſius num.*
22. *Gomez n.* 20. *Oinotom. num* 40. *&* 41.
Afflict. decis. 184. M*aſcard. dict. concluſ.*
210. *num.* 16. *cum plurib. ſeqq. plures alios*
citat, & probat Caroc. dict. tit. de inuect.
quæſt. 20. *num.* 8. *cum ſeqq. & q.* 15. *n.* 16.
& ſeqq. Mantic. dict. tit. 15. *n.* 33. *& ſeqq.*
28 Verùm, licèt hoc procedat ſecundum iuris
diſpoſitionem, tamen iniqui birruarij id non
ſeruant, quia, dum contra ſtudentes execu-
tionem faciunt pro penſione domus, in pri-
mis, & antea omnia ſoluunt libros, ac lectũ,
vt etiam notat *Caroc. d. q.* 20. *n.* 18. *&* 19.
29 nam adeſt opinio, quod hæc bona veniant
in hac tacita hypotheca in ſubſidium, quam-
uis aliqui etiam hoc negent in libris ſchola-
rium, in armis militum, & in bobus,
ac alijs inſtrumentis aratorijs, vt per
Caroc. dict. quæſt. 20. *num.* 8. *& ſequent.*
quia tamen prima opinio eſt vſu recepta,
ideò onus probandi adeſſe alia bona incum-
bit conductori, qui ſponte debet alia bona
offerre pro tali exemptione, & ſic aliquando
ſeruatum vidi.

Tertiò limitatur in rebus, quæ ibi perpe-
30 tuò, nempè, toto conductionis tempore nõ
eſſent ibi permanſuræ, vt ſunt merces, quæ
quotidiè vendi ſolent in apothecis condu-
ctis; pecunia deſtinata pro emptione mer-
cium, pro vſu quotidiano, & ſic de alijs: hæc
enim omnia non ſunt hypothecata in ſpe-
cie, ſed tantum in genere, nempe, vt tempo-
re penſionis ſoluendæ locator intelligatur
habere obligatas, in ſubſidium prædictas
merces, & pecunias, quæ tunc in dictis apo-
thecis inueniunt, ſi nempe, alia bona ibi non
eſſent, ita *Ruin. conſ.* 112. *num.* 4. *libr.* 5.
quem probat Tuſch. in dict. verb. hypothe-
cha concluſ. 118. *num.* 59. *Zaſius, & alij,*
quos probant Oinotom. in dict. §. *item Ser-*
uiana. num. 37. *cum duobus ſeq.* M*aſcard.*
dict. concluſion. 210. *num.* 6. *&* 20. *Molin.*
dict. diſput. 497. *num.* 6. M*antic. dict tit.*
15. *num.* 35. *Menoch. & alij, quos probat*
Caroc. dict. tit de inuectis quæſt. 15. *n.* 14.
cum ſeq. vbi hanc limitationem latiſſimè
proſequitur.

Quartò deniq; limitatur in bobus arato-
rijs, & in inſtrumentis deſtinatis pro agro-
31 rum cultura; quia hæc non veniunt in hac
tacita hypotheca, niſi in ſubſidium aliorum
bonorum, non exiſtentium in prædio con-
ducto, *l. executores, vbi gloſ. & Angel.*
C. quæ res pignor. obligation. poſſ. Rip.
Plot. & alij, quos probant Caroc. vbi ſu-
pra quæſt. 20. *num.* 2. *&* 6. M*antic. dict.*
tit. 15. *num.* 34. *&* 36. *& dict. quæſt.* 15.
vbi idem probat habere locum in inſtru-
32 mentis, chyrographis, & alijs libris, in qui-
bus ſcripta ſunt nomina debitorum: hæc
enim non circunſcribuntur loco, & ſic non
dicuntur propriè illata in prædium condu-
ctum, & ſucceſſiuè non veniunt in hac hypo-
theca, de qua etiam materia tractat poſt
alios *Riccius in ſua collectanea capitul.*
158 *ſic etiam Neguſant. & Maſcard. lo-*
tis citatis, qui videri poſſunt pro reliquis
limitationibus.

Quod verò ad ſecundam partem quæ-
ſtionis, quando ſcilicet, ſumus in caſibus,
33 quod bona illata in prædium conductum
ſint tacitè hypothecata pro ſoluenda pen-
ſione, permanet hypotheca illa in bonis in-
uectis etiam ſi ad alium locum poſtea aſpor
tarentur, adeò vt eorumdem bonorum poſ-
ſeſſores poſſint à locatore conueniri tam pro
ſoluenda penſione, quàm pro deterioratio-
ne dicti prædij conducti, vt patet ex dictis
ſupra numero poſt alios Caroc. dict. quæſt.
15. *& quæſt.* 7. *Molin. dict. diſputat.* 497.
num. 7. M*antic. dict. titul.* 15. *numer.* 23.
qui etiam probant, quod duo ſint neceſſa-
ria.

Primò, vt non adſint alia bona; quia exe-
34 cutio contra tertios poſſeſſores fit in ſubſi-
dium, vt millies ſupra replicatum eſt. Secun-
dò, quod locator probat bona illa fuiſſe illata
in prædium conductum animo ibi perma-
nendi toto conductionis tempore, & quod
poſtea conductor illa bona in alios aliena-
uit, vel in alium locum tranſtulit *Bartol. &*
alij communiter in l. ſi non inducta C. in
quib. cauſ. pignor. tacit. contrahat. & om-
nes alij de ſuper citati, nam vnuſquiſq; tene-
tur probare ſundamentum ſuę intentionis.

Poſtremò notandum eſt, quod, ſi duo ſo-
35 cij ſimul conduxerint aliqua prædia, & du-
bitetur à quonam die ſit inter eos inducta
tacita hypotheca, nẽpe, an à die conductio-
nis factę, an vero à die redditæ rationis; quã-
uis hæc quæſtio multum controuertatur in-
ter Doctores, breuiter tamen reſoluitur, ſi n.
quærimus de hypotheca expreſſa, vtiq; vires
habet à die initæ ſocietatis etiã ſi deindè ex
lapſu temporis inter ſocios fiat compotum,
& liquidentur credita, ac debita inter eos, ſi
verò ſit hypotheca tacita attendatur tempus
quò alter ex ſocijs apparet creditor, vt ex
multis probat *Menoc* 4 *conſ.* 851 *nu.* 23. *cum*
ſeq. vol. 9. ſed in hoc contractu locationis cõ-
trarium tenent plures, quia & ſi hypotheca
ſit tacita; tamen attenditur initium condu-
ctionis, licet poſteà fiat liquidatio ſummarũ,
& calculus, & proinde vltima ſumma retro-
trahitur ad principium cõductionis dixi ſu-
pra.

SVM-

*Grat. lib. 2. diſcept. forenſ. c. 357. Ann.
conſ. 77. & alij, quos probat Paſcal. par.
3 de patr. ppt. c. 6. n. 33.*

Limitatur tamen concluſio pluribus
modis, vt eſt videre in locis citatis; & pri-
6 mo in locatione rei communis; quia ſo-
cius pro eadem mercede præfertur ex-
traneis, quod etiam dixi ſupra.

Limitatur ſecundo ex conſuetudine, ſi
7 enim ex conſuetudine, vnus præferretur
alteri, & Dominus certis perſonis tenere-
tur locare; ita ſeruandum eſſet, vt patet ex
1. concluſ.

Tertiò limitatur ex partium conuen-
8 tione, ſi, nempe, inter partes fuiſſet conuē-
tum, quod non liceret Domino bona ſua
alter, locare, quandiu primus conductor
vellet eadem prædia conducere, ſed tria
debent interuenire. Primò, vt conuentio
fiat liberè, & ſine dolo, & fraude. Secundò,
vt per ſcripturam appareat conuentiò, &
hoc vt conductorum præcipuè fraudibus
obuietur, ſi probatio fieret per teſtes, &
9 tertiò quod primus conductor ſoluat ean-
dem mercedem, quam re vera offert ſe-
cundus conductor, & ſine fraude, ita
*gloſ. per illam text. in dict. l. ne cui vbi
Cyn. Bald. & alij, quos probat Caroc. d.
quæſt. 1. num. 4. tenet etiam Molin. dict.
diſput. 484. num. 2. & ſeqq. & diſput.
498. vbi numer. 9. cum ſequentib.*
tractat de conuentione tacita, nempe, de
reconductione, ſi præſumatur renouata
conductio; ſed de hac materia dixi ſupra
q. 5.

Quartò limitatur fauore ſcholarium,
10 qui pro eadem mercede in pari cauſa
præfertur non ſcholaribus, dummodo no-
tus ſit, & habeat in bonis ad hoc, vt Do-
minus domus tutus ſit de eis mercede,
alias ſtudens non audiretur, niſi idoneè
caueret Domino de mercede, vt ex pluri-
bus probat *Rebuff. de priuileg. ſcholar.
priuileg. 7. quem probat Caroc. dict.
quæſtion. 1. numer. 20. & ſequentib.*
vbi plura licentioſè dicit, & admodùm
obſcenè loquitur in beneficium iuuenū,
quod liceat eis frangere oſtia domus me-
retricum ad explendam, & ſuam libidinē;
cùm conſtet etiam per Conſtitutiones hu
ius Regni eſſe prouiſum, ne inicratur vio-
lentia meretricibus, vt in rubr. de violent.
meretricib. illat.

Quintò limitatur fauore paupertatis,
11 quia in pari cauſa potius pauperi, quàm
alteri tenetur domum ſuam locare,
*Dec. conſ. 640. Capell. Tholoſan. quæſt.
447. vbi addentes alios citant, &
poſt alios Caroc. dict. quæſt. 1. num. 26.*
quàmuis de conſuetudine malè hoc ſer-
uetur: imò ſi grauis eſſet neceſſitas pau-
peris, ob quam ſub pœna peccati morta-
lis teneretur locator illi ſubuenire, ſi illum
expelleret à domo conducta, ob non ſolu-
tam penſione, locator peccaret mortali-
ter; vt poſt alios notat *Rebell. dict. lib.
14. quæſt. 10. num. 4. vt alios omittam*:
12 eſt enim clarum, quod ſumus aſtricti pau-
peribus ſubuenire, & quòd mortaliter pec
cant illi, qui eis non ſubueniunt in graui
neceſſitate, & conſequenter in vtroq; foro
pauperes pro eadem mercede habent
prælationem.

Sextò limitatur in colono, qui meliora-
uit prædium conductum: hic enim pro
eadem mercede præfertur ſecundo con-
ductori, etiam ſi eidem primo conductori
offerrentur melioramenta, quia iniquum
13 exiſtimatur, quod ei præferatur alter, dū
prædia meliorauit ad hoc, vt poſtea per
aliquos annos percipiat fructus ſuorum
laborum, ita *Bald. in dict. l. ne cui,
Dec. qui teſtatur de magis communi
conſ. 53. 78. & 321. Roman. Caſtrenſ.
Cephal. Marant. deciſ. Peruſin. Curt.
ſen. Alciat. Natt. & Menoch. quos pro-
bat Caroc. dict. quæſt. 1. num. 27. & q. 5
tota, vbi etiam citat Bart. in l. quicunq;
C. de omn. agr. deſert. lib. 11.* & ob eaſ-
dem rationes, vel ſaltem ratione æquita-
14 tis, & conuenientiæ conductor ad longū
tempus, finita locatione, præferretur pro
eadem mercede ſecundo conductori, ſi
Dominus vellet fundum alteri locare,
etiam ſi locator eſſet Eccleſia; quia eo ma-
gis tunc ex æquitate ad id teneretur,
*Bart. in l. 1. ff. de priuileg. creditor. An-
char. Roman. Marſil. Alexand. Dec. Go-
zadin. Barbat. Ruin. Socin. iun. Curt.
Anton. Gabr. Rip. & quidam alij, quos
probat Caroc. dict. quæſt. 1. numer. 29.
cum pluribus ſeqq. tenent etiam Vinc.
de Franch. deciſ. 123. Molin. d. diſp. 484
n. 2. & ſeq.*

Septimò limitatur in conductore præ-
15 diorum fiſcalium; primus enim condu-
ctor præfertur ſecundo in pari conditio-
ne, nempe, pro eodē pretio, ſiue mercede,
*l. congruit. C. de prædijs Cur. lib. 10. vbi
Ang. Rebuff. & alij et infra cumulandi;*
16 qui docent, quòd, ſi conductor gabella-
rum anni præteriti ſit paratus tantum da-
re pro anno præſente, quantum alter pro
dicta gabella offerret primus præferretur
ſecundo, vt poſt *Afflict. & alios probat
Andr. Tiraquell. de retract. lignag. §. 1.
gloſ. 18. num. 6. Carroc. dict. q. 1. num.
25. & eadem part. 3. in tit. de locat. ve-
ctigal. q. 13. n. 7. & ſeq. Paſcal. d. c. 6. nu*

& vidi deciſum in Regno Siciliæ; licèt n.
17 l i. ſ. inde multùm certatum fuiſſet, tan-
dum fuit concluſum habere locum præ-
lationem, ſiue ius congrui, vt etiam dixi
ſupra de iur congr. dum modò duo copu-
latiuè concurrant. Primò quod reddide-
rit rationem conductionis præcedentis
anni, ne fiat damnum fiſco, vel communi-
tati, & ſi rationes redditæ non ſint, præ-
ſtet idoneam cautionem, nempe, det ido-
neos, & habiles fideiuſſores de ſoluendo
quicquid contingerit debere, & ſecundò
quòd offerat eandem mercedem, oblatam
a ſecundo conductore, ita *Paul. de*
Caſtr. in dict. l. licitatio §. ad locandum,
Caroc. dict. q. 1. n. 25. & d. q. 13. num. 7.
qui quidem authores videri poſſunt pro
reliquis limitationibus.

Tertia concluſio, nemo inuitus cogitur
18 bona, conducta pro vno anno, recondu-
cere pro alio anno; quia contractus ſunt
voluntarij, non autem neceſſarij, vt ad li-
teram probat *tex. in l. inuitus, vbi om-*
nes C. locat. de Franch. dec. 123. Ioſeph
Ludouic. in deciſionib. Peruſin. dec. 106
n. 24. & 26. par. 2. Paſcalis d. c. 6. n. 28.
Verù ſi colonus in primo locatione adeò
19 debilitaſſet fundum conductum ex nimia
perceptione fructuum, quod Dominus
fundi non poſſet pro anno ſequenti illum
locare pro ſolita mercede; tunc cogeretur
primus conductor perſeuerare in condu-
ctione pro anno ſequenti, vt ſterilitatem
huius anni compenſet cum fertilitate an-
ni præcedentis, *ita gloſ. in l. ſicùm her-*
mes C. locat. Bart. in l. cotem ferro. §. 1.
n. 2 ff. de publican. & vectigalib. Caroc.
dict. part. 3. tit. ad l. inuitus, C. locat. q. 1
num. 3. & 3. dixi aliqua ſupra quæſt.
26.

Nec etiam procederet concluſio in cō-
20 ductoribus gabellarum, qui eorum tem-
pore habuerunt lucrum ex dictis gabellis:
ſi n. non inueniatur pro anno ſequenti,
qui pro gabella eandem offerret mercedē
cogeretur primus conductor illam recō-
ducere pro anno ſequenti, vt dū anno pre-
cedent exorbitans habuit lucrum, & ex iu-
ris diſpoſitione haberet prælationem pro
anno ſequenti, vt dictum eſt, habeat nunc
contra eius voluntatem tale incommodū
reconductionis; *ita Bart. in d. l. cotem*
ferro §. qui maximas n. 4. Caſtrēſ. Alex.
Iaſ. Signorol. Menoch. & Borgnin. quos
probat Caroc. d. q. 1. n. 4. in d. tit. ad l. in-
uitus, & in d. tit. de locat. vectig q. 15. n.
9. & ſeq. vbi Bald Boſſ. & Martin. de
Phano citat, & hæc ſatis ſint pro hac
quæſtione.

SVMMARIVM.

1 *Contractus locationis finitur lapſu temporis.*

2 *Locatio rei finitur ſi pereat in totum, ſin autem in partem pro parte, & ratio affertur n. 3.*

4 *Eſſentia contractus locationis eſt, vt conductor vtatur reconducta, & locator patientiam præſtet.*

5 *Conductor, an teneantur ad penſionem ſi res pereat ſine culpa ſua.*

6 *Contractus locationis finitur ſi facto ſuperioris conductor vti frui non poteſt re conducta.*

7 *Contractus locationis finitur ex voluntate vtriuſq.*

8 *Contractus locationis finitur ſi locator nolit pacta ſeruare.*

9 *Contractus locationis finitur aliquādo ex conductoris tantū ſi non ſoluit mercedem.*

10 *Contractus locationis finitur ob venditionem rei conductæ.*

11 *Contractus locationis, & conductionis finitur quando conductor propter peſtem vti non poteſt re conducta, & fiat remiſſio mercedis, & quid ſi fuerit renutiatum.*

QVAEST. XXX.

1 TRigeſimò tertiò quæro, quibus
modis finiatur hic contractus
locationis, & conductionis?
Hanc queſtionem paucis abſol-
uam. Primò igitur finitur ex lapſu tempo-
ris, ad quod fuit facta locatio; nam inuitis
ipſis contrahentibus, non prorogatur hic
contractus l. inuictos C. locat. niſi tamen
eo modo, & forma, vt quæſtione præce-
dente explicatum eſt, & hoc eſt certum, &
omnes ſciunt, vt notant *Moztus in*
hoc tract. §. fin. n. 2.

Secundò ſi res locata omninò pereat,
2 in totum reſoluitur, & finitur; ſi verò pro
parte pereat, pro illa tantum parte locatio
finitur *l. item quæritur § fin. l. habita-*
torēs §. fin. & l. ſi fundus §. fin. ff. locat.
Bart. Imol. Bero. Tiraquell. Gomez Bru-
no, & alij, quos probant Surd. conſ. 400
num. 13. & ſeq. volum. 3. Caroc. part. 4,

de

de locat. & conduct. tit. de remiſſione mer
cedis concluſ. 14. n. 66. fol. mihi 184. Mo-
zius dict. § fin. num. 19. & 20. Franciſ.
Marc. deciſ. 20. par. 2 Azor. par. 3. moral.
lib. 8. tit. de locat. & conduct. capitul. 15.
3 Ratio eſt euidens, quia dum deficit contra-
ctus nequit ſubſtineri *l. 1. C. de iur. em-*
phyt. vbi Doctores communiter, ſed de
ſubſtantia, & eſſentia huius contractus eſt,
4. quod conductor actu vti poſſit re conducta,
& locator præſtet patientiam ſucceſſiuis tem
poribus, nec ſatis ſit primæua traditio, vt op-
timè notant prænarrati DD. cum alijs cumu
latis ſupra pluribus in locis, quod latiſſimè
proſequitur Surd. d. conſ. 400. & quædam
5 contraria ſoluit, & locum habere probat, etiã
ſi adeſſet pactum, quod conductor teneatur
ad penſionem, ſi res conducta pereat ſine
eius culpa, quia, re conducta deficiente, defi-
cit contractus, & omninò reſoluitur, nec agi
poteſt de remiſſione mercedis, ſic etiam
conſ. 445. eod. vol. 3.

Tertiò finitur hic contractus, ſi cõductor
6 facto ſuperioris prohibitus fuerit vti, frui
re conducta, & hic eſt proprius caſus dicti
conſ. 445. Ioan. Petr. Surd. vt ibid. legitur:
quia, dùm conductor impeditur ex facto ſu-
perioris vti, frui re conducta nec ei præſtatur
pacientia ſucceſſiuis temporibus ad penſio-
nem non tenetur, & poteſt à contractu rece-
dere *l. ſi fundus verſ. nam & ſi colonus,*
& l. ſi in lege §. colonus verſ. item ex con-
ducto vtiliter ff locat. Bart. Bald. Socin.
Dec. & alij, quos probat Surd. d. conſ. 445.
n. 18. cum ſeq. Neq; tenet pactum, duraturam
locationem, etiam ſi res conducta periret,
quia hoc pactum eſt contra ſubſtantiam
contractus iſtius, vt ſuperius dictum eſt, &
latius habetur *dict. conſil. 445. tenet*
etiam Mozius dict. §. final. numer. 18.
ſic etiam ſi ab inimicis locatoris eſſet prohi-
bitus vti re conducta, *l. ſi in lege §. colo-*
nus ff. locat. Ruin. Pariſ. & Beec. quos pro-
bat Mozi. d. §. fin. n. 9. & dixi ſupra q. 18.
& 19.

Quarto reſoluitur hic cõtractus ex vtriuſ-
7 què voluntate, & conſenſu; ſi nempè, locator
ſimul, & conductor recedere velint à condu-
ctione, quia hoc in eorum eſt facultate, cùm
contractus eodem vinculo ſoluatur, quo li-
gatum eſt; dummodo ſit res integra, vt con-
ſtat ex titulo quando liceat ab empt. di-
ſcend. *Mozi. dict. §. fin. num. 1. Caroc.*
dict. part. 4. de locat. & conduct. titul. de
neceſſitate vſus q. 1. f. 189. vbi alios citat,
ſi tamen eſſemus in principio locationis,
nempe, in ſola promiſſione de locando, da-
tur etiam pœnitentia, ſed pecuniam datam
non amittit conductor *gloſ. Bald. & alij*
in l. 2. C. quando lic. ab empt. diſced. cum
alijs cumulatis per Caroc. d. q. 1. nu. 3. &
ſeqq.

Quintò finitur hic contractus, ſi locator
8 nollet obſeruare pacta oppoſita in benefi-
cium conductoris; nam prius conductor
tenetur denunciare locatori, vt pacta ob-
ſeruet, aliàs poteſt recedere à conductione,
Bart. in l. 2. C. de agricol. & cenſit. lib. 11.
Ruin. Boſſ. Alexand. de Neuo, & Hiero-
nym. Gabriel, quos probat Moz. dict. § fin.
nu. 7.

Sesto multoties finitur ex culpa, & cau-
9 ſa conductoris tantum, ſi non ſoluit merce-
cedem promiſſam malè vtatur re condu-
cta, & ſic de alijs, vt dicam quæſtione ſe-
quent.

Septimò finitur ob venditionem rei con-
10 ductæ, quia emptor tanquam ſucceſſor ſin-
gularis non tenatur ſtare locationi factæ à
venditore *l. emptorem, C. locat. Mozius*
dict. §. fin. num. 15. & 16. & dixi ſupra
quæſt. 23. vbi hanc materiam explica-
ui.

Octauo finitur locatio, & conductio,
11 quando conductor propter peſtem vti non
poteſt re conducta; tunc enim ſatis eſſet,
ſi locatori conſignet claues domus, vel
denunciet ſe vti non poſſe re conducta,
Abb. in capit. propter ſterilitatem extra
de locat. & conduct. Boſſius Caccialp. &
alij, quos probat Mozius dict. §. fin. num.
3. cum quatuor ſequentib. ſed de hac illa-
tione dixi ſupra quæſtion. 22. nempè,
quando fiat remiſſio mercedis; nam ſi peſtis
duret per aliquod tantùm tempus, non po-
teſt conductor recedere à contractu locatio-
nis, & conductionis, ſed ſolùm ei fieri debet
remiſſio mercedis, ſi huic caſui non renun-
ciauit, vt dictum eſt dicta quæſtione 22. ſi ta-
men peſtis eſt pro toto tempore conductio-
nis; tunc finitur locatio, & conductio, & ſic
concordat diſſidentes opiniones, *Mozius*
dict. §. final. num. 4. & 5. ad materiam
plures citat Caroc. part. 4. de location.
& conduction. titul. de neceſſitate vſus
quæſtion. 4. numer. 3. fol. 190. column. 3.
faciunt quæ dixi ſupra quæſtion. 21. &
ſæpe alias.

SVMMARIVM.

1 *Locator an poſſit ſemper propria auctoritate expellere conductorem.*

2 *Conductor expelli poteſt à domo ob illius deteriorationem.*

3 *Deterioratio rei conductæ qualitèr intelligatur.*

4 *Deteriorare dicitur conductor meretrices, & alias perſonas in honeſtas inducendo ad domum.*

5 *Conductor ſi tempore præfixo non ſoluerit mercedem poterit expelli non obſtante pacto contrario,*

6 *Expulſio conductoris ex vrbanitate fieri debet auctoritate Iudicis, & qualiter in hoc locator verſari debeat. num. 7.*

8 *Conductor expelli debet authoritate Iudicis in praxi receptum eſt.*

9 *Expulſio conductoris durante anno ob penſionem non ſolutam non conceditur quod ſecus eſſet ſi infra annuum ſolui debeat pluries n. 10.*

11 *Expulſio contra emphiteotã elapſo triennio conceditur.*

12 *Inſtrumenti ſola extenſio ſufficiens erit pro expulſione inquilini abſq; libello citatione, ac proceſſus compilatione.*

13 *Præceptum fit hodiè contra emphiteotã vt extraheret elapſo biennio.*

14 *Expelli poteſt conductor, ſi domus refici debeat.*

15 *Conductor reponi debet domo inde refecta.*

16 *Conductor poteſt expelli ſi locator indigeat domo locata pro ſuo vſu, & qualiter intelligatur neceſſitas vſus proprij. n. 17.*

18 *Neceſſitas accipiendi domum locatam pro vſu proprio qualitèr erit probãda.*

19 *Vſus proprij qualitas non attenditur quãdo ſub hypoteca fuerit locatio facta de non expellendo inquilinum.*

20 *Promiſſio iurata cum hypoteca de non expellendo conductorem etiam pro vſu proprio an debeat ſeruari.*

21 *Promiſſio generalis iurata facta conductori de non expellendo an extendatur ad caſum vſus proprij.*

22 *Vſus proprius de iure eſt exceptus.*

23 *Pactũ de non expellendo operatur iuxtà naturam contractus.*

24 *Neceſſitas vrgens, & ſufficiens qualitèr exemplificetur oſtenditur quando ſ. filius, vel filia matrimonio collocaretur, vel gradus doctoratus cõſequutus fuerit, aut efficeretur iudex, aut ſi locator vel aliquis, ex eius filijs egrotaretur, & domus conducta iuxta medicorum ſententiam erit pro ſalute congrua ob aerem n. 25.*

25 *Domus locata ſi eſſet capax pro familia vtriuſq; locatoris, & conductoris poterit pro eorum vſu deſeruire abſq; expulſione conductoris.*

27 *Locator ſi voluerit cum inquilino cohabitare inſimul benè procederet alias ſecus ipſo locatore renuent.*

QVAEST. XXXIV.

1 TRigeſimoquartò quæro, an poſſit aliquando locator propria authoritate expellere conductorem à re conducta? Plura de hac queſtione *tradunt Surd conſ.* 103. *Molin. diſputat.* 453. 458. & 459 *latiſſime* Caroc. *par.* 4. *de locat. & conduct. de neceſſitate vſus, vbi* 17. *quæſtionibus hanc materiam pertractat:* Sed caſus magis practicabiles recẽ-
2 ſeam. Primò igitur poteſt locator expellere conductorẽ propter illius deteriorationẽ, ſi nempè, male verſetur in re conducta, illã deteriorando, quod procedit, tam in prædio ruſtico, quàm in prædio vrbano, vt dixi *ſupra queſt.* 26. *numer.* . *latiſſimè poſt alios Caroc. dict. titul. de neceſſitate vſus quæſtion.* 11. & 12. *Rebell. lib.* 14. *de locat. & conduct. quæſtion* 10. *num.* 10. *Molin dict. diſput.* 499. *nu* 12. *Tuſch. in verb. locator. concluſion.* 417. *num.* 12. *cum ſeqq.*
3 Quæ quidem deterioratio non ſolùm intelligitur, ſi prædium ruſticum colonus non coleret iuxta ſuperius explicata *q.* 26. Sed etiam, ſi fundum nimium grauaret vltra modum ſeminando, vel palmites vitium vinearum nimis elongans, vt dicta *quæſtion.* 26. dictum eſt: Sic etiam fructus immaturos colligendo, & ſic de alijs, *gloſ. in l. pen. ff. de vſufruct. legat. & text. notabil. in l. ſi merces, §. conductor, ff. locat. Caſtrenſ. in leg. & hoc diſtinctio, §. cum fundum, ff locat. de Franch. deciſion* 90. *ſed hoc latiſſimè declarat,* Caroc. *dict. titul. de neceſſitate vſus quæſtion.* 8. *tot.* tam in colono partiario, quàm in colono qui num-

mis

Digitized by Google

mis colit, & ſic de alijs, vt per eum.
Dicitur etiã deteriorare prædiũ, vrbanũ præci-
4 puè ſi meretrices, vel alias pſonas inhoneſtas
introduceret in domũ, q eſt in cõuicinio ho
neſto; ſecus tñ ſi domus eſſet poſita ſecus lu-
*panaria l. cũ ſupra, C. de remiſſ. h. 12. Bal.
in l. æde, C. locat. Tuſc. d. concl. 417. n. 24.
Molin. d. diſput. 499. n. 12. Rebell. d. n. 10.*
Sed hoc relinquitur arbitrio Iudicis, habita
ratione loci, in quo ſita eſt domus: ſic etiam
viciniæ, & perſonarum, vt fundat *Menoch. de
de arbitr. iudic. caſ. 68. n. 9. & poſt ipſum,
Dec. Cepoll. Nauarr. & alios Caroc. dict.
tit. de neceſſitate vſus q. 11. nu. 3. & ſeqq.*
Et conſequenter ſemper diceretur domum
deteriorare, quoties ad alios vſus vellet do-
mo vti, præter eum ob quem illam conduxit
vel fundum non coleret eo modo, & forma,
vt d. q. 26. explicatum eſt.

Secundò ſi conductor tempore congruo
5 non ſolueret mercedem promiſſam, expelli
poſſet à prædio conducto, etiam ſi adeſſet
pactum expreſſum, quod durante tempore
conductionis, expelli non poſſit; nam pactũ
expreſſum illud intelligitur ſub hac condi-
tione, dummodo penſionem ſoluat tempore
congruo, *l. quæro §. inter locatorem ff. lo-
cat. l. Iulianus, §. offerri ff. de action. empt.
Alex. Dec. Marſil. Marſil. Garzias, Curt.
iun. Gozadin. Couarr. Menoch. & alij, quos
probat Caroc. dict. tit. de neceſſitate vſus
q. 14 principal. num. 4. & ſeqq. fol. mihi
205 Tuſch. dict. concl. 417. nu. 29. & ſeqq.*
6 Et licèt in puncto iuris poſſit locator pro-
pria authoritate conductorem expellere,
nihilominus ad tollendum omnia mala, quę
inter locatorem, & conductorem euenire
poſſent ſeruatur in praxi, vt authoritate Iu-
dicis expellatur conductor, nempe, fit man-
datum conductori de ſoluendo mercedem,
aliàs expellatur à prædio conducto, & eidem
incumbit onus probandi ſoluiſſe mercedem
& varios alios modos refert poſt alios
Caroc. dict quæſt. 14. num. 10. cum ſeqq.
7 nempe, quod locator adeat Iudicem, & ſibi
concedere faciat familiam ad euitanda ſcã-
dola, & citra præiudicium expellendi pro-
pria authoritate, conductorem à re condu-
cta; nec in tali aſſociatione requiritur cita-
tio partis, nec obſtat pendentia litis, *Bald. in
dict. l. æde nu. 5. Afflict. deciſ. 326. Crauett.
Gomez. Iaſ. Menoch. Galleſ. Achill. Angui-
ſcol. & alij penes Caroc. dict. q. 14. nu. 13.*
& per totam illam quæſtionem, & quòd vſu
8 magis receptum ſit, quod expellatur condu-
ctor authoritate Iudicis, tenent poſt alios
*Tuſch. dict. concluſ. 417. num. 22. Molin.
diſput. 497. & diſputat. 499. num. & 1. &
15. Rebell. dict. quæſt. 10. à num ad nu. 10*

*& n. 17. & 18. lib. 13. q. 12. tot. Leſſius lib.
2. de iuſt. & iur. cap. 24 ſub titul. de loca-
tion. & conduction. dub. 6. num. 32.* Ha-
bet etiam electionem locator cauſare exe-
cutionem, ſeu exequi facere contra condu-
ctorem pro ſolutione mercedis, vt eſt noto-
ria praxis in hac Ciuitate.

Illud autem notandum eſt, quòd, ſi eſſemus in
9 ſimplici conductore prædij ruſtici, vel vrba-
ni, hoc eſt, dum locatio durat per annum, ex-
pulſio conductoris non datur de iure com-
muni, quia hoc iure attento, penſio ſoluitur
in fine anni, vt dixi ſupra, & poſt *gloſ. in
l. defuncta vbi Alberic. num. 1. ff. de vſu-
fruct. & alibi Bart. Alex. Oddofred. Iaſ.
Angel. Gomez, Magon. Borgnin & alios
plures notat Caroc. dict. titul. de neceſſita-
te vſus quæſtion. 13. in princip. num. 5.
& ſeq. Rebell. dict. lib. 14. q. 10. nu. 5. & 6.*
& conſequenter, finito anno, poſſet expelli,
& hoc damnum conſequeretur, quia non
poſſet prætendere prælationem pro anno ſe-
quenti iuxta ſuperius explicata q. 32. Itaq;
10 infra annum procederet expulſio, ſi ex con-
ſuetudine ſolui ſoleat penſio in pluribus ſo-
lutionibus: ſi enim tunc non ſolueretur tem-
poribus determinatis poſſet infra annum
expelli à re conducta, *vt ex text. in
dict. l. æde, C. locat. l. vectigalia, §. non ſo-
lutis, ff. de publican. & vectigal. & alijs
pluribus probant Molin. d. d. diſput. 499.
ſub num. 1. cum ſeqq. Tuſch. dict. concluſ.
417. num. 29. cum ſeqq. Caroc. par. 3. de
locat. & conduct. tit. de locat. vectigal. n.*
3. & 4. vbi poſt alios etiam probant, quòd, ſi
11 eſſemus in emphyteuta Eccleſiæ, bienniũ;
ſi in priuata, expectaretur triennium; qui-
bus elapſis expelleretur emphyteuta ob
non ſolutionem canonis, ſiuè penſionis
*Molin. loco cit. & diſput. 453. tota, Leſſius
dict. rubr. 6. n. 33. Tuſch. loco cit. n. 39. &*
in hoc caſu, vt patet ex dictis non eſt neceſ-
12 ſaria citatio partis, nec libellus, nec compi-
latio proceſſus, ſed ſufficit ſola oſtentio in-
ſtrumenti locationis, & index facit præcep-
tum expellendi conductorem, ſiuè emphy-
teutam ob nõ ſolutum canonem; quia hoc
eſt iudicium ſummarium, vt poſt alios docet
*Alex. conſ. 131. numer. 5. vol. 4. & alibi,
quem probat Tuſch. vbi ſupra. numer. 35.
& ſeqq. Burſatt. conſ. 13. in fin. vol. 1. &
poſt alios, Caroc. in d. tit. de neceſſitate
vſus quæſtion. 14. num. 11. & ſequentib.*
13 Sed Neapoli, vt dixi, in emphyteuta ſerua-
tur, quod fiat præceptum emphyteutæ de
ſoluendo, aliàs prouidebitur, quod expella-
tur, qui quidem emphyteuta etiam poſt ſen-
tentiam poteſt purgare moram ſoluendo ca-
no-

Digitized by Google

nones præteritos, vt dixi ſupra alia occa-
ſione.

Tertiò à prædio vrbano, vt à domo, mo-
lendino,& ſic de alijs poteſt locator expelle-
14 re conductorem, ſi domum reficere vellet;
quia, ſi refectio domus eſt neceſſaria, iam eſt
iuſta cauſa expellendi conductorem,
dict.l.æde C.locat.gloſ.in l.ex conducto in
verb.reficiut,ff.locat. Bart. Alex. Cæpoll.
Natt.& alij,quos probant Caroc.dict.tit.
de neceſſitate vſus quæſt.5.tota Rebell.d.
lib.14.quæſt.10.num.13.Molin.dict.diſ-
put.499.num.11.Leſſius dict. dubitat.6.
num.34.verſ.3.eſt Tepat.de location. &
conduct fol.65.colum.3.§.conductorem.
15 Bene tamen verum eſt, quod domo reſarci-
ta,ſiue accomodata reponendus eſt condu-
ctor ad primum ſtatum conductionis vſq;ad
finem talis conductionis, *gloſ ſingularis* ,&
communiter recepta in l.ſi duo §.cum in-
quilinus,in verb.demum ff.vti poſſid. vbi
Bart.& alij,Roman.Cremenſ.Marſil.&
alij,quos probat Caroc.dict.quæſt.5.num.
10,Rebell.dict.num.13.Leſſius d.n.34.§.
tertia eſt,Molin.d.n.11.Tuſch.d.concluſ.
417.n.11.

Quarto expelli poteſt conductor à domo
16 conducta,ſi locator indigeat domo illa,quia
ſemper in locatione intelligitur exceptuatus
vſus proprius;nam ordinata charitas incipit
à ſe ipſo, *vulg.tex.in l.præſes C. de ſeru.*
& aqua,prout in indiuiduo hoc dictum
probat tex.in d.l.æde C.locat.cap propter
ſterilitatem,extra de loc.& cond.& vtro
biq;omnes repentẽtes Caroc.loc.cit.q.2.n.4
cum ſeq. & in hoc omnes conueniunt, ſi ne-
17 ceſſitas ſit vrgens, & verà neceſſaria pro vſu
proprio, quia ſi neceſſitas non eſt vera, vel
domus non deſeruiat pro vſu proprio, tunc
clarum eſt, quod hæc regula non procedat,
vt omnes docet latè *Molin. dict. diſput.*
499.nu.5.& ſeqq.Tuſch. dict.concl.417.
n.1.& ideò optimè notat Caroc. d.q.2.n.
34.quod ſummariè debet conſtare Iudici ex
18 teſtibus receptis, vel aliunde de illa neceſ-
ſitate adhoc,vt ceſſet omnis malitia locato-
ris: ſic etiam poſt alios notat Tuſch.d.concl.
417.n.67.dixi in domo conducta, quia hoc
priuilegium eſt ſolum ratione habitationis,
ſic procedit in prædio vrbano tantum,non
autem in prędio ruſtico,de quo nullo modo
loquitur *tex in d.l.æde prout poſt.Gomez.*
probat Caroc.dict.q.2.n.35.Valaſc.|quem
probat Molin.d.diſp.458.Gomez etiam
probat Leſſ.d.dub.6.n.34.§.notandum eſt
Tuſch.d.concl.417.n.69.

Quæſtio tamen eſt non modica inter DD.
an ſi adeſſet pactum cum ſpeciali hypoteca
de non expellendo cõductorem intelligatur
excluſus vſus proprius locatoris? In qua quę-
ſtione non eſt cõtentio,quod in ſpecie adeſt
pactum,quod nec pro vſu proprio locatoris
poſſit conductor expelli,quia tunc pactum
ſeruari deberet,vt docent communiter DD.
in d.l.æde.Tuſch.d concl.417.n.4.quãuis
Caroc.in d.tit.de neceſſitate vſus q.2.n.25
nihil affirmet, & dicit ſe vidiſſe ſolium hoc
20 dubio: ſed clarum eſt,quod ſit ſtandum pa-
cto;quòd ſi in ſpecie non extaret,iam promiſ
ſio iurata cũ dicta hypotheca extenderetur
etiam ad vſum proprium locatoris, ita *Ang.*
in.d.l.æde.Rom.Dec.Corn.Grat.Natt.Fu
lin.Seraph.Plot.& Bonacoſ. quos recenſet
Caroc.d.q.2.n.19. quam ſententiam poſt
Alciat.Curt.iun.Ant Gabr.& Cæphal.pro
bat Surd.cõſ.34.n.29.& con.103.tot.vol.1
ſubdens hanc eſſe communem ſententiã, &
impudentiam eſſe rem iſtã deducere in con-
trouerſiam,probant etiam *Put.dec.166.*
n.1.lib.1.Mant.lib.5. de tacit.& ambig.
conuent.tit.7.n.12.

Mihi verò non diſplicet,& multò minus
21 me non pudet contrariam firmare ſententiã
ad minus ſecundum æquitatem,quod in illa
generali promiſſione nõ includatur proprius
vſus locatoris; nam eius vſus ſemper præſu-
mitur exceptuatus,niſi in ſpecie ei renuncia-
tũ ſit,ita *Bald.in d.l.æde.in addit.in prin.*
vbi Salyc.& Alber.Archid.in c.alienatio-
*nis 12.q.2.Natt.conſ 416.tot.*ubi multis
medijs hanc ſententiam confirmat,quam ẽt
probant poſt Dec.& Ferron.Couar.lib.1
var.reſ.c.16.n.4.lib. c.15.n.4.Paſcal.
d.par.3.c.5.n.14.& ſeq.præcipuè nu.16.
Caroc.d.q.2.n.19.& 20. Rebell.d.q.10.
n.14 & ſeq. (quàmuis non loquatur vbi
adeſt pactũ de non expellendo)poſt Valaſ.
de iur.empby.q.22.n.4.& Lopez Molin.d.
diſp.499.n.7.& 9.Leſſ.d.dub.6.num.37.
*Tuſch.d.concl.417.n.58.*ex eo quia uſus
22 proprius eſt de iure exceptuatus, vt dictum
eſt,& niſi in ſpecie ei per locatorẽ renuntie-
tur,nunquam venit in dicta generali promiſ
ſione,& ita,vt dixi,ego obſeruaui, & practi-
caui,& ſi numerãtur DD.plures ſunt pro hac
ſententia;quia à prima Dec.Natt. & quidam
alij tollendi ſunt,quia ſibi non conſtant,& ẽt
quia maior pars DD.primæ ſententiæ,con-
ſulendo,id firmant DD.verò ſecundæ ſentẽ-
tiæ in lecturis hoc tuentur;& ſic maiorem fa
ciunt fidem,vt ſæpe replicatum eſt;nam ſatis
eſt,quod pactum illud operetur iuxta naturã
contractus,tantò magis, quia pactum prędi-
ctum non excludit, quod ſi conductor mer-
cedem nõ ſoluat,poſſit expelli,*l.quæro §.in-*
ter locatorem ff.locat poſt.alios, idẽ *Surd.*
d.con.34.n.48.& ſeq.& hoc,quia ſolutio mer

ce-

Digitized by Google

ceдis venit ex natura contractus, & ſub tali
conditione cēſetur appoſitum pactum, & idē
eſt in propoſito; quia ſub illa conditione in-
telligitur pactū, ſi domus non ſeruiat pro vſu
proprio: poſſet tamen contraria opinio locū
habere, ſi ad minus in genere eſſet cogitatū
de vſu proprio tempore locationis; nam ſe-
cunda opinio locum habet, quoties eſſet ca-
ſus inopinatus, vt penes eoſdem percipi pōt,
præcipuè penes *Tuſc. dict. concluſ. 417.
n. 67.*

Neceſſitas, autem vrgens, & ſufficiens, exē-
plificatur, ſi locator duxiſſet vxorem, ſic etiā
24 ſi filiū, vel filiam collocaſſet in matrimoniū
cum aliquo; ſi gradum doctoratus aſſumpſiſ-
ſet; ſi Iudex efficeretur, & ſic de alijs, & ea ino
pinatè eueniant, nec præuiſa ſint locationis
tempore, ita *Bald. & alij communiter in
d. l. æde. C. locat. & in c. propter ſterilitate
extra de locat. & cond.* Couar. *Valaſ Lo
pez, & alij, quos probant* Molin. *dict. diſ-
putation. 499. numer. 5. cum ſequent. Re-
bell. dict. quæſt. 10. num. 14. & ſeqq. Ca-
roc. d. q. 2. vbi num. 20.* aliud ponit exem-
52 plum; ſi videlicet, locator, vel aliquis ex eius
filijs infirmaretur, & domus locata iudicetur
conueniens iudicio medicorum, ac neceſſa-
ria pro eius ſalute, nempe, ob aeris temperiē,
vel ob aerem natiuū, quia ibi natus eſſet, hęc
etiam iudicatur iuſta cauſa excluſionis, dū-
26 modo domus non ſit ita ampla, & capax, q
locatoris, & cōductoris familiam commodè
capere poſſet, quia tunc non expelleretur cō-
ductor, ita poſt *Barbat. in d. c. propter ſte-
relitatem, & alios notat* Caroc. *d. q. 2. nu.*
20. quod intelligitur, volente locatore; quia,
ſi nollet, non cogeretur ſtare cum inquilino
*ex reg. text. in l. ſed & ſi diſceptetur §.
1. ff. vbi pupill. educ. deb. Caroc. dict.
quæſt. 2. numer. 30. Bald. in dict. l. æde
Tuſc. dict. concluſ. 417. num.* 8. qui prę-
cipuè id locum habere dicunt, quando adeſ-
ſet timor pudicitiæ, quod eſt clarum. Pro re-
liquis autem concernentibus hanc quæ-
ſtionem, videri poſſunt citati authores,
præcipuè *Tuſch. Caroc. & Molin. ſic
etiam Paſchal. dict. capitul. 6. tot. de
vir. patr. poteſt.*

SVMMARIVM.

1 *Quæ actio competit pro locato, & con-
ductio.*
2 *Actio ex locato competit locatori.*
3 *Actio ex conducto datur conductori.*
4 *Actio locati pro quibus caſibus datur, ip-
ſi recenſentur.*
5 *Actio ex conducto competens conducto-
ri pro quibus caſibus detur, referun-
tur.*
6 *Caſus refertur pro affictatore ob ſuper-
uenientiam pragmaticæ expellentis ex
teros à* Ciuitate *prætextu euictionis
paſſe.*
7 *Euictio in contractu locationis, an ve-
niat n. 9.*
8 *Euictio contingens facto ſuperioris, an
locatori, vel conductori imputetur.*
10 *Euictio in venditione vniuerſali, an de-
beatur ſaltem reſtituto pretio.*
11 *Locatio præſumitur facta iuxta ſolitum
& qualiter ſolitum ex conſuetudine
præſumatur.*
12 *Conſequentia non eſt vera ſi non de eui-
ctione tenetur ergo pretium non debet
reſtitui.*
13 *Locator licet non ſit in dolo tenetur ad
pretij reſtitutionem.*
14 *Intellectus l. Lutius ff. de euict.*

QVAEST. XXXV.

TRigeſimo quinto quæro, quænam
1 actio competat pro locato, &
conducto de hac eadem quæſtio-
ne plura tractat *Carot. part. 6.
de locat. & conduct. per totum*, & qui-
dam alij, ſed vrgentiora reaſſumam ſequen-
tibus dictis. Dico igitur primò duas oriri, ac
dari principales actiones in hoc contractu
locationis, & conductionis, vnam, quæ vo-
2 catur actio ex locato, quæ datur locatori
contra conductorem in caſibus, à iure ex-
3 re expreſſis; alteram ex conducto, quæ datur
conductori contra locatorem ſimiliter in
caſibus, à iure expreſſis; quod dictum eſt
clarum, & certiſſimum apud omnes.

Dico ſecundò quatuor eſſe caſus princi-
pales, pro quibus locatori datur actio loca-
4 ti contra conductorem: primus eſt ad hoc, vt
conductor obſeruuet omnia ea, quę vel ve-
niunt ex natura contractus, vel in contractu
ſun

ſunt promiſſa *l. ſi merces, §. conductor vbi omnes ff. locat.* Secundus eſt, vt teneatur ad æſtimationem deteriorationis rei conductæ, vt dixi ſupra q. 26. Tertius eſt pro conſequẽda mercede finito tempore *l. ſi in lege, §. ſi domus ff. locat. & dixi quæſt. præced.* quartus eſt, pro reſtitutione rei locatæ, vel finito tempore conductionis, vel etiam durante conductione; in caſibus tamen enumeratis quæſtione præced. pro quibus poteſt locator expellere conductorem, durante conductione. Et dantur vnum, & quadraginta remedia dicto locatori, & contra ipſum dantur treſdecim exceptiones, quas, & quæ reaſſumit poſt alios Caroc. d. par. 6. per tot. ad quem mitto lectorem.

Dico tertiò actio ex conducto contra locatorem primò adhoc, vt ei locator tra-
5 dat rem conductam, ſecundò vt præſtet ei patientiam toto tempore locationis, vt dixi ſupra q. 2. vt eidem præſtet quicquid, ſua intereſt, per locatorẽ ſteterit, quo minus ipſe conductor vteretur, & frueretur re conducta, quartò ad repetendas expenſas neceſſarias, factas in re conducta, vt dixi ſupra q. 21 quintò pro remiſſione mercedis in caſibus explicatis ſupra quæſt. 22. & ſæpe aliis, & pro beneficio, & commodo vtriuſq; contrahentis tales actiones fuerunt introductæ, vt quilibet in iudicio conſequatur, quod ſuum eſt; & plura Miſcellanea circa ferè totam materiam locationis, præcipuè reſpectu intereſſe, & ſic de alijs tradit idem Caroc. par 7 de locat. & cond. per 136. concluſiones, ad quem mitto lectorem, pro reliquis concernentibus hunc tractatum.

Hoc ſolùm annotato, quod annis præte-
6 ritis agitatum fuit, quidam enim conduxit in affictum oppidũ quodam pro annuis ducatis mille, & ducentum eo modo, & forma quibus annis præcedentibus introitus dicti oppidi locati fuerunt: ſucceſſit poſtea per Pragmaticam generalem Excellentiſſimi Regni Proregis fuiſſe ordinatum, quod exteri ſoluerent onera earum Vniuerſitatum in quibus eos reperi contigiſſet, non vero, in quibus pro focularibus fuerunt numerati: per quam hanc legẽ prædictus conductor amiſit ducatos quinquaginta annos, quos eius prædeceſſores percipere ſolebant ex fida exterorum; nam ſinguli exteri ſoluebant Baroni carolenos quindecim. Necnon habitatores caſalis eiuſdem Terræ obtinuerunt à Regia Camera, vt multòminus ſoluerent, quàm ſoliti erant ſoluere in annis præcedentibus adeò, quod ſingulis annis dictæ conductionis prædictus conductor perdidit ex ſolitis introitibus ducatos ſeptuaginta in circa: petijt conductor contra, vtilem Dominum dictæ Terræ, euictionem, vel ſaltem remiſſionem mercedis.

Ex parte Domini vtilis eius oppidi oppoſita fuerunt, primò quod non deberetur eui-
7 ctio, quia in venditione (& idem eſt in locatione, nam iſti duo contractus fraternizant, vt dixi ſupra q. 3.) Vniuerſitatis non debetur euictio *l. ſerui venditor ff. de euict. l. 1. C. eod. tit.* vbi omnes; & tãto magis, quia hæc veniebat ex facto ſuperioris ſupremi, vt eſt in hoc Regno Excellentiſſimus Prorex: quo
8 caſu ſuccedit regula, quod, quod, quando ex facto ſuperioris ſuccedit euictio poſt traditionem rei, & ſine culpa venditoris, damnũ eſt emptoris, non autem venditoris, vt ad literam probat *tex. in l. Lucius Titius ff. de euict.* & ſecundò quia poterat eſſe, quod introitus dictæ Terræ augeri poterant in beneficium ipſius conductoris; vnde damnum etiam debet eſſe ipſius.

Prædictis tamen non obſtantibus contrarium reſpondi, quod prædicto conductori quàmuis nõ deberetur euictio, eſſet tamen facienda remiſſio mercedis; & mouebar ex multis.

Primò quidem, quia in hoc contractu lo-
9 cationis, & conductionis debetur euictio l. ſi quis domum C. locat. & dixi ſupra ſuo loco; quod aduerſarij inficiare non poterant, ſed confugiebant ad dictas exceptiones, & ſubterfugia, quæ dixi nullo modo militare; & ſic dicebam.

Secundò, quia reſpectu conductionis introituum dicti Caſalis, quàmuis in nomine eſſet locatio Vniuerſitatis, nempè introituũ eiuſdem Caſalis, re tamen ipſa erat conductio vnius corporis, qa in effectu in introitibus eiuſdem eiuſdem Caſalis aderat ſolùm ſumma ducatorum quinquaginta ſeptem, & tarenorum trium, & modiorum viginti quatuor frumenti quo fit, quod dum in vendi-
10 tione Vniuerſitatis eſt vnum corpus, & illud euinceretur, debetur euictio, vel ad minus reſtitutio pretij *gl. eſt ſing. in l. 1. in verb. in ſingulis verſ. ſed Ioannis vbi Oldoffr. Salyc. & alij, C. de euict.* & conſequenter reſpectu harum qualitatum debebatur conductori tota ſumma, quæ ei ſoluta non fuit, per Vniuerſitatem eiuſdem Caſalis.

Tertiò quoad introitus dictæ Terræ præ-
11 terquàm, quod de iure locatio præſumitur facta iuxta ſolitum annorum præcedentium vt multoties ſupra explicatum eſt, iam in locatione fuit promiſſa euictio omnium introituum tam quos de iure, quàm quos de conſuetudine Dominus percipere ſolet, vt habetur in dicto inſtrumento, & conſuetudo, ſiue conſuetum intelligitur de proximo præterito *Capyc deciſ. 193. num. 4. vbi alios citat ſic etiam Viu. in ſuis communibus opinionib. in verb. ſolitum, Decian. conſ. 73. num. 24 vol. 2. & conſ. 124. num. 8. vol. 3. Maſcar. in tract. de probat. concl. 432. Surd. deciſ. 87 num.*

11. vt alios omittam, ſed prædicta exactio
non ſolùm anno præcedenti, ſed ab anno
1584. continuatis temporibus, & vniformi-
ter facta fuit, ſequitur conſequenter, quod
omninò euictio debeatur, vel ad minus fa-
ciendum eſſe excompotum.

Ex quibus patet, contraria non vrgere, nō
primum, quia hic non ſolùm eſt promiſſa
euictio in genere, ſed etiam in ſpecie, prout
conſuetum eſt exigi, & ſic ceſſat *tex. in dict. l.
ſerui venditor.* & etiam quia non ſequitur
12 conſequentia, non debetur euictio, ergo nō
debet fieri reſtitutio pretij, quia etiam ſi ex-
preſsè conuentum fuerit, non teneri de eui-
ctione, debet tamen reſtituere pretium *l. em-
ptorem §. qui autem, vbi communiter DD. ff.
de action. empt. Marant. de ordine iudiciorum
par. 2. num. 44. & alij paſſim*, quia iniquiſſi-
13 mum eſt habere rem, & pretium, & ideò
quamuis locator non ſit in dolo, nihilomi-
nus tenetur ad reſtitutionem pretij, ſeù ad
remiſſionem mercedis, quia ſi eſſet in dolo,
teneretur ad totale intereſſe *l. ſi quis domum
vbi gloſ. Bart. & alij ff. locat. Gomez. variar.
reſolut. tom. 2. titul. de locat. & cond. capit. 3.
num. 2*

Nec ſecundo obſtat *text. in dict. l. Lutius
Titius l. quia, vt ibi notat Angel. num. 3.* non
14 habet locum in contractu locationis, & iure
quidem, quia dominium dictorum bono-
rum remanet penès locatorem, & eius de-
bet eſſe damnum. Vel ſecundo reſpondetur,
quod in locatione non tractatur de euictio-
ne, ſed tractatur de remiſſione mercedis,
quo fit, vt in damno cauſato ex facto Princi-
pis, ſi damnum ſit alicuius momenti, debe-
tur ad minus conductori remiſſio merce-
dis, vt poſt *Alex. Guliaul. & alios innume-
ros probat, Surd. conſ. 435. per totum volum.
3. D. de Ponte conſ.* 88. *volum.* 2. cum alijs cu-
mulatis ſupra à numero ſuo loco, & conſe-
quenter omnino debetur illi remiſſio mer-
cedis.

etiam per illum textum tradunt, & ex prædicta denominatione, vt pignus propriè ſit in re mobili, quia iſtæ manu traduntur.

2 Pignus autem eſt rei licitæ obligatio pro debito inita ad maiorem creditoris ſecuritatem: ita communiter *Doctores in §. fin. inſtitut. quib mod. re contrahend. obligat.* illud definiunt, & colligitur ex *text. in l. cautionis ff. de regul. iur. l. ſi rem §. propriè ff. de pignorat. act.* debet primò res, quæ pignoratur, eſſe licita, nam aliàs non teneret datio pignoris, vt dicam infra. Datur etiam pignus ad maiorem creditoris ſecuritatem, nempè, vt de eius credito ſit ſecurior d. §. fin. & hoc eſt vulgatum dictum, quia meliùs eſt,
3 pignori incumbere, quàm in perſonam agere d. l. plus cautionis, & melius eſt etiam, quã rẽ ipſam perſequi; quia euẽtus executionis ſolet eſſe incertus *l. quod debetur ff. de pecul. Neguſ. in tract. de pignor. & hypothec. part. 1. num. 5 cum ſeqq. Mantic. lib. 11. de tacitis, & ambig. conuent. tit. 1. n. 3. Gabriel Vaſquez in tract. de pignor. & hyp. c. 1. n. 1. & 2.*

4 Poſtremò pignus diſtinguitur ab hypotheca varijs modis, vt reaſſumit Neguſant. loc. cit. primò nempè, in nomine, quia pignus eſt nomen latinum, hypotheca verò eſt nomen Græcum, dicitur enim ab hy pos, & teſis: hypos latinè ſignificat ſub teſis verò poſitio, & ſic idem ſonat, quòd ſuppoſitio bonorum in beneficium creditoris, ſiue bonorum obligatio *l. res, hypotecha in fin. ff. de*
5 *pignor.* Secundò differunt circa obiectum, ſeu circa eadem bona, quia pignus propriè ſecundum receptiorem ſententiam eſt in bonis mobilibus, vt dictum eſt, hypotheca verò eſt in bonis immobilibus, quamuis hęc etiam eſt in mobilibus, & pignus in immobilibus, vt infra dicetur; ſed in larga ſignificatione, nam pignus propriè eſt in rebus traditis creditoribus, qui poſſeſſionem conſequuntur dictorum bonorum: hypotheca verò nuda conuentione conſtituitur, & ſine traditione, *vt in §. item ſeruiana, verſic. inter pignus inſt. de action. vbi Iaſ. Oinot.*
6 & alij communiter. Tertiò deniq; differunt in effectu, ſiuè circa ſecuritatem, quia melius eſt pignori incumbere, quàm hypothecã habere, quia ſecurior eſt creditor, dum penes ſe habet poſſeſſionem dictorum bonorum, & ſic in manu ſua ſunt: ſed dum habet bona hypothecata, tenetur illa bona perſequi, & incertus eſt euentus executionis, vt dictum eſt n. 3. & experientia quotidiana cõprobatur, *Mantic. d. tit. 1. n. 3. Vaſq. d. c. 1. n. 3.*

SVMMARIVM.

1 *Pignus quotuplex ſit.*
2 *Pignus conuentionale quid ſit.*
3 *Pignus legale, quod ſit.*
4 *Pignus prætorium, quod ſit.*
5 *Pignus iudiciale, quod ſit.*
6 *Differentia inter pignus iudiciale, & prætorium traditur.*
7 *Poſſeſſio non transfertur in pignore prætorio, ſed tantum detentatio.*
8 *Exceptiones, quas admittunt pignus prætorium, & iudiciale.*

QVAEST. II.

1 SEcundò quæro, quotuplex ſit pignus? reſpondetur eſſe quadruplex, nempè, conuentionale, legale, Prætorium, & Iudiciale: & hæc diuiſio magis communiter tenetur, quàmuis alij infra citandi diuerſas alias diuiſiones faciant, præcipuè *Mantic. d. lib. 11. tit. 2.* ſed non recedo à communibus traditionibus.

2 Pignus conuentionale eſt, quod expreſsè conſtituitur ex partium conuentione pro maiori creditoris ſecuritate, *l. 1. ff. de pignorat act. l. contrahitur ff de pignor. d. §. itẽ ſeruiana, verſicul inter pignus vbi Iaſon.* & alij communiter: an autem, & quando pignus vendi poſſit poſt alios tradunt *Mantic dict. titul 2. & Tuſch. in verb. pignus concluſ. 346. & dicam aliqua infra q. 13.*

Pignus legale eſt, quod ex legis diſpoſitio-
3 ne in certis quibuſdam caſibus introducitur *§. fuerat vbi omnes inſtitut. de action.* & vocari ſolet tacita hypotheca, de qua dicetur *infra q 4. cum plurib ſeq.*

Prætorium pignus eſt quæcunq; miſſio
4 in poſſeſſionem bonorum debitoris, facta à Iudice propter debitoris contumaciam non præcedente ſententia diffinitiua *toto titul. de prætor. pignor. & ff ex quib. cauſ. in poſſ. eat. DD. in dict. §. item ſeruiana. latiſſimè Mantic. dict. titul. 2. præcipuè nu. 4. cum ſeqq. vbi ex tex. in l. non eſt mirum ff. de pignor. act. Bald. l. 3. num. 1. vbi Salycet. numer. 2. vt in poſſeſſion. legat.* optimè Probat, quod non ſufficiat ſolùm pręceptum Iudicis, vt creditor inducatur in poſſeſſionem bonorum debitoris, ſed cum effectu mitti debet in poſſeſſionem dictorum bonorum, vt dicatur prætorium pignus, ea ra-

& vidi deciſum in Regno Siciliæ; licèt n.
17 1 i. inde multùm certatum fuiſſet, tan-
dum fuit concluſum habere locum præ-
lationem, ſiue ius congrui, vt etiam dixi
ſupra de iur. congr. dum modò duo copu-
latiuè concurrant. Primò quod reddide-
rit rationem conductionis præcedentis
anni, ne fiat damnum fiſco, vel communi-
tati, & ſi rationes redditæ non ſint, præ-
ſtet idoneam cautionem, nempe, det ido-
neos, & habiles fideiuſſores de ſoluendo
quicquid contingerit debere, & ſecundò
quòd offerat eandem mercedem, oblatam
a ſecundo conductore, ita *Paul. de Caſtr. in dict. l. licitatio §. ad locandum,*
Caroc. dict. q. 1. n. 25. & d. q. 13 num. 7.
qui quidem authores videri poſſunt pro
reliquis limitationibus.

Tertia concluſio, nemo inuitus cogitur
18 bona, conducta pro vno anno, recondu-
cere pro alio anno; quia contractus ſunt
voluntarij, non autem neceſſarij, vt ad li-
teram probat *tex. in l. inuitus, vbi om-*
nes C. locat. de Franch. dec. 123. Ioſeph
Ludouic. in deciſionib. Peruſin. dec. 106
n. 24 & 26. par. 2. Paſcalis d. c. 6. n. 28.
Verû ſi colonus in primo locatione adeò
19 debilitaſſet fundum conductum ex nimia
perceptione fructuum, quod Dominus
fundi non poſſet pro anno ſequenti illum
locare pro ſolita mercede, tunc cogeretur
primus conductor perſeuerare in condu-
ctione pro anno ſequenti, vt ſterilitatem
huius anni compenſet cum fertilitate an-
ni præcedentis, *ita gloſ. in l. ſi cùm her-*
meſ C. locat. Bart. in l. cotem ferro. §. 1.
n. 2 ff. de publican. & vectigalib. Caroc.
dict. part. 3. tit. ad l. inuitus, C. locat. q. 1
num. 3. & 3. dixi aliqua ſupra quæſt.
26.

Nec etiam procederet concluſio in cō-
20 ductoribus gabellarum, qui eorum tem-
pore habuerunt lucrum ex dictis gabellis:
ſi n. non inueniatur pro anno ſequenti,
qui pro gabella eandem offerret mercedē
cogeretur primus conductor illam recō-
ducere pro anno ſequenti, vt dū anno præ-
cedent exorbitans habuit lucrum, & ex iu-
ris diſpoſitione haberet prælationem pro
anno ſequenti, vt dictum eſt, habeat nunc
contra eius voluntatem tale incommodū
reconductionis; *ita Bart. in d. l. cotem*
ferro §. qui maximas n. 4. Caſtrēſ. Alex.
Iaſ. Signorol. Menoch. & Borgnin. quos
probat Caroc. d. q. 1. n. 4. in d. tit. ad l. in-
uitus, & in d. tit. de locat. vectig q. 15. n.
9. & ſeq. vbi Bald Boſſ. & Martin. de
Phano citat, & hæc ſatis ſint pro hac
quæſtione.

SVMMARIVM.

1 *Contractus locationis finitur lapſu temporis.*

2 *Locatio rei finitur ſi pereat in totum ſin autem in partem pro parte, & ratio affertur n. 3.*

4 *Eſſentia contractus locationis eſt, vt conductor vtatur reconducta, & locator patientiam præſtet.*

5 *Conductor, an teneantur ad penſionem ſi res pereat ſine culpa ſua.*

6 *Contractus locationis finitur ſi facto ſuperioris conductor vti frui non poteſt re conducta.*

7 *Contractus locationis finitur ex voluntate vtriuſq.*

8 *Contractus locationis finitur ſi locator nolit pacta ſeruare.*

9 *Contractus locationis finitur aliquādo ex conductoris tantū ſi non ſoluit mercedem.*

10 *Contractus locationis finitur ob venditionem rei conductæ.*

11 *Contractus locationis, & conductionis finitur quando conductor propter peſtem vti non poteſt re conducta, & fiat remiſſio mercedis, & quid ſi fuerit renutiatum.*

QVAEST. XXX.

1 TRigeſimò tertiò quæro, quibus
modis finiatur hic contractus
locationis, & conductionis?
Hanc queſtionem paucis abſol-
uam. Primò igitur finitur ex lapſu tempo-
ris, ad quod fuit facta locatio; nam inuitis
ipſis contrahentibus, non prorogatur hic
contractus l. inuictos C. locat. niſi tamen
eo modo, & forma, vt quæſtione præce-
dente explicatum eſt, & hoc eſt certum, &
omnes ſciunt, vt notant *Mozius in*
hoc tract. §. fin. n. 2.

Secundò ſi res locata omninò pereat,
2 in totum reſoluitur, & finitur; ſi verò pro
parte pereat, pro illa tantum parte locatio
finitur *l. item quæritur § fin. l. habita-*
torēs §. fin. & l. ſi fundus §. fin. ff. locat.
Bart. Imol. Bero. Tiraquell. Gomez Brū-
no, & alij, quos probant Surd. conſ. 400
num. 13. & ſeq. volum. 3. Caroc. part. 4,
de

de locat. & conduct. tit. de remiſſione mercedis concluſ. 14. n. 66. fol. mihi 184. Mozius dict. § fin. num. 19. & 20. Franciſ. Marc. deciſ. 20. par. 2 Azor. par. 3. moral. lib. 8. tit. de locat. & conduct. capitul. 15.
3 Ratio eſt euidens, quia dum deficit contra-
ctus nequit ſubſiſteri *l. 1. C. de iur. emphyt. vbi Doctores communiter*, ſed de
ſubſtantia, & eſſentia huius contractus eſt,
4 quod conductor actu vti poſſit re conducta,
& locator præſtet patientiam ſucceſſiuis temporibus, nec ſatis ſit primæua traditio, vt optimè notant prænarrati DD. cum alijs cumulatis ſupra pluribus in locis, quod latiſſimè proſequitur Surd. d. conſ. 400. & quædam
5 contraria ſoluit, & locum habere probat, etiã
ſi adeſſet pactum, quod conductor teneatur ad penſionem, ſi res conducta pereat ſine eius culpa, quia, re conducta deficiente, deficit contractus, & omninò reſoluitur, nec agi poteſt de remiſſione mercedis, ſic etiam *conſ. 445. eod. vol. 3.*

Tertiò finitur hic contractus, ſi cõductor
6 facto ſuperioris prohibitus fuerit vti, frui
re conducta, & hic eſt proprius caſus dicti *conſ. 445. Ioan. Petr. Surd. vt ibid. legitur*: quia, dùm conductor impeditur ex facto ſuperioris vti, frui re conducta nec ei præſtatur pacientia ſucceſſiuis temporibus ad penſionem non tenetur, & poteſt à contractu recedere *l. ſi fundus verſ. nam & ſi colonus, & l. ſi in lege § colonus verſ. item ex conducto vtiliter ff. locat. Bart. Bald. Socin. Dec. & alij, quos probat Surd. d. conſ. 445. n. 18. cum ſeq.* Neq; tenet pactum, duraturam locationem, etiam ſi res conducta periret, quia hoc pactum eſt contra ſubſtantiam contractus illius, vt ſuperiùs dictum eſt, & latius habetur *dict. conſil.* 445. *tenet etiam* Mozius *dict. § final. numer.* 18. ſic etiam ſi ab inimicis locatoris eſſet prohibitus vti re conducta, *l. ſi in lege § colonus ff. locat. Ruin. Pariſ. & Becc. quos probat* Mozi. *d. § fin. n. 9. & dixi ſupra q. 18. & 19.*

Quartò reſoluitur hic cõtractus ex vtriuſ-
7 què voluntate, & conſenſu; ſi nempè, locator
ſimul, & conductor recedere velint à conductione, quia hoc in eorum eſt facultate, cùm contractus eodem vinculo ſoluatur, quo ligatum eſt; dummodo ſit res integra, vt conſtat ex titulo quando liceat ab empt. diſcend. *Mozi. dict. § fin. num.* 1. *Caroc. dict. part. 4. de locat. & conduct. titul. de neceſſitate vſus q. 1. f. 189. vbi alios citat*, ſi tamen eſſemus in principio locationis, nempe, in ſola promiſſione de locando, datur etiam pœnitentia, ſed pecuniam datam non amittit conductor *gloſ. Bald. & alij in l. 2. C. quando lic. ab empt. diſced. cum alijs cumulatis per* Caroc. *d. q. 1. nu. 3. & ſeqq.*

Quintò finitur hic contractus, ſi locator
8 nollet obſeruare pacta oppoſita in beneficium conductoris; nam prius conductor tenetur denunciare locatori, vt pacta obſeruet, aliàs poteſt recedere à conductione, *Bart. in l. 2. C. de agricol. & cenſit. lib. 11. Ruin. Boſſ. Alexand. de Neuo, & Hieronym. Gabriel, quos probat Moz. dict. § fin. nu. 7.*

Seſto multoties finitur ex culpa, & cau-
9 ſa conductoris tantum, ſi non ſoluit mercedem promiſſam malè vtatur re conducta, & ſic de alijs, vt dicam quæſtione ſequent.

Septimò finitur ob venditionem rei con-
10 ductæ, quia emptor tanquam ſucceſſor ſingularis non tenatur ſtare locationi factæ à venditore *l. emptorem*, C. *locat. Mozius dict. § fin. num. 15. & 16. & dixi ſupra quæſt. 23. vbi hanc materiam explicaui.*

Octauo finitur locatio, & conductio,
11 quando conductor propter peſtem vti non poteſt re conducta; tunc enim ſatis eſſet, ſi locatori conſignet claues domus, vel denunciet ſe vti non poſſe re conducta, *Abb. in capit. propter ſterilitatem extra de locat. & conduct. Boſſius* Caccialp. *& alij, quos probat Mozius dict. § fin. num. 3. cum quatuor ſequentib. ſed de hac illatione dixi ſupra quæſtion. 22.* nempè, quando fiat remiſſio mercedis; nam ſi peſtis duret per aliquod tantùm tempus, non poteſt conductor recedere à contractu locationis, & conductionis, ſed ſolùm ei fieri debet remiſſio mercedis, ſi huic caſui non renunciauit, vt dictum eſt dicta quæſtione 22. ſi tamen peſtis eſt pro toto tempore conductionis; tunc finitur locatio, & conductio, & ſic concordat diſſidentes opiniones, *Mozius dict. § final. num. 4. & 5. ad materiam plures citat* Caroc. *part. 4. de location. & conduction. titul. de neceſſitate vſus quæſtion. 4. numer. 3. fol. 190. column. 3. faciunt quæ dixi ſupra quæſtion. 21. & ſæpe alias.*

SVMMARIVM.

1 *Locator an poſſit ſemper propria auctoritate expellere conductorem.*

2 *Conductor expelli poteſt à domo ob illius deteriorationem.*

3 *Deterioratio rei conductæ qualitèr intelligatur.*

4 *Deteriorare dicitur conductor meretrices, & alias perſonas in honeſtas inducendo ad domum.*

5 *Conductor ſi tempore præfixo non ſoluerit mercedem poterit expelli non obſtante pacto contrario,*

6 *Expulſio conductoris ex vrbanitate fieri debet auctoritate Iudicis, & qualiter in hoc locator verſari debeat. num. 7.*

8 *Conductor expelli debet authoritate Iudicis in praxi receptum eſt.*

9 *Expulſio conductoris durante anno ob penſionem non ſolutam non conceditur quod ſecus eſſet ſi infra annuum ſolui debeat pluries n. 10.*

11 *Expulſio contra emphiteotã elapſo triennio conceditur.*

12 *Inſtrumenti ſola extenſio ſufficiens erit pro expulſione inquilini abſq; libello citatione, ac proceſſus compilatione.*

13 *Præceptum ſit hodiè contra emphiteotã vt extractet elapſo biennio.*

14 *Expelli poteſt conductor, ſi domus refici debeat.*

15 *Conductor reponi debet domo inde refecta.*

16 *Conductor poteſt expelli ſi locator indigeat domo locata pro ſuo vſu, & qualiter intelligatur neceſſitas vſus proprij. n. 17.*

18 *Neceſſitas accipiendi domum locatam pro vſu proprio qualitèr erit probãda.*

19 *Vſus proprij qualitas non attenditur quãdo ſub hypoteca fuerit locatio facta de non expellendo inquilinum.*

20 *Promiſſio iurata cum hypoteca de non expellendo conductorem etiam pro vſu proprio an debeat ſeruari.*

21 *Promiſſio generalis iurata facta conductori de non expellendo an extendatur ad caſum vſus proprij.*

22 *Vſus proprius de iure eſt exceptus.*

23 *Pactũ de non expellendo operatur iuxtà naturam contractus.*

24 *Neceſſitas vrgens, & ſufficiens qualitèr exemplificetur oſtenditur quando ſ. filius, vel filia matrimonio collocaretur, vel gradus doctoratus cõſequutus fuerit, aut efficeretur iudex, aut ſi locator vel aliquis, ex eius filijs egrotaretur, & domus conducta iuxta medicorum ſententiam erit pro ſalute congrua ob aerem n. 25.*

25 *Domus locata ſi eſſet capax pro familia vtriuſq; locatoris, & conductoris poterit pro eorum vſu deſeruire abſq; expulſione conductoris.*

27 *Locator ſi voluerit cum inquilino cohabitare inſimul benè procederet alias ſecus ipſo locatore renuent.*

QVAEST. XXXIV.

1 TRigeſimoquartò quæro, an poſſit aliquando locator propria authoritate expellere conductorem à re conducta? Plura de hac queſtione *tradunt Surd conſ. 103. Molin. diſputat. 453. 458. & 459. latiſſime Caroc. par. 4. de locat. & conduct. de neceſſitate vſus, vbi 17. quæſtionibus hanc materiam pertractat:* Sed caſus magis practicabiles recẽ-
2 ſeam. Primò igitur poteſt locator expellere conductorẽ propter illius deteriorationẽ, ſi nempè, male verſetur in re conducta, illã deteriorando, quod procedit, tam in prædio ruſtico, quàm in prædio vrbano, vt dixi *ſupra queſt. 26. numer. . latiſſimè poſt alios Caroc. dict. titul. de neceſſitate vſus quæſtion. 11. & 12. Rebell. lib. 14. de locat. & conduct. quæſtion* 10. *num.* 10. *Molin dict. diſput. 499. nu 12. Tuſch. in verb. locator. concluſion. 417. num. 12. cum ſeqq.*
3 Quæ quidem deterioratio non ſolùm intelligitur, ſi prædium ruſticum colonus non coleret iuxta ſuperius explicata *q. 26.* Sed etiam, ſi fundum nimium grauaret vltra modum ſemmando, vel palmires vitium vinearum nimis elongans, vt dicta *quæſtion. 26.* dictum eſt: Sic etiam fructus immaturos colligendo, & ſic de alijs, *gloſ. in l. pen. ff. de vſufruct. legat. & text. notabil. in l. ſi merces, §. conductor, ff. locat. Caſtrenſ. in leg. & hęc diſtinctio, §. cum fundum, ff. locat. de Francb. deciſion 90. ſed hoc latiſſimè declarat, Caroc. dict. titul. de neceſſitate vſus quæſtion. 8. tot.* tam in colono partiario, quàm in colono qui num-

mis

mis colit,& ſic de alijs,vt per eum.
Dicitur etiā deteriorare prædiū,vrbanū præci-
4 puè ſi meretrices,vel alias pſonas inhoneſtas
introduceret in domū,q eſt in cōuicinio ho
neſto;ſecus tā ſi domus eſſet poſita ſecus lu-
panaria l.cū ſupra,C.*de remiſ.h*,12.*Bal.
in l.ade*,C.*locat.Tuſc.d. concl*.417. *n*.24
Molin.d.diſput.499.*n*.12. *Rebell. d.n*.10.
Sed hoc relinquitur arbitrio *Iudicis* , habita
ratione loci,in quo ſita eſt domus : ſic etiam
viciniæ,& perſonarum,vt fundat *Menoch.de
de arbitr.iudic.caſ* 68.*n*.9. *& poſt ipſum* ,
Dec.Cæpoll.Nauarr.*& alios Caroc.dict.
tit.de neceſſitate vſus q*. 11. *nu*.3. *& ſeqq*.
Et conſequenter ſemper diceretur domum
deteriorare, quoties ad alios vſus vellet do-
mo vti,præter eum ob quem illam conduxit
vel fundum non coleret eo modo, & forma ,
vt d.q.26.*explicatum eſt*.

Secundò ſi conductor tempore congruo
5 non ſolueret mercedem promiſſam , expelli
poſſet à prædio conducto , etiam ſi adeſſet
pactum expreſſum , quod durante tempore
conductionis, expelli non poſſit; nam pactū
expreſſum illud intelligitur ſub hac condi-
tione,dummodo penſionem ſoluat tempore
congruo,*l.quæro* §. *inter locatorem ff. lo-
cat.l.Iulianus*,§.*offerri ff.de action.empt.
Alex.Dec*.M*arſil.Marſil. Garzias*, *Curt.
iun.Gozadin*.*Couarr*.*Menoch.& alij*,*quos
probat Caroc. dict. tit. de neceſſitate vſus
q*.14 *principal num*.4.*& ſeqq.fol.mibi*
205 *Tuſch.dict.concl*.417.*nu*.29.*& ſeqq*.
6 Et licèt in puncto iuris poſſit locator pro-
pria authoritate conductorem expellere ,
nihilominus ad tollendum omnia mala, quę
inter locatorem , & conductorem euenire
poſſent ſeruatur in praxi , vt authoritate Iu-
dicis expellatur conductor,nempe,fit man-
datum conductori de ſoluendo mercedem ,
aliàs expellatur à prædio conducto,& eidem
incumbit onus probandi ſoluiſſe mercedem
& varios alios modos refert poſt alios
C*aroc.dict quæſt*.14.*num*.10.*cum ſeqq*.
7 nempe, quod locator adeat Iudicem , & ſibi
concedere faciat familiam ad euitanda ſcā-
dola , & citra præiudicium expellendi pro-
pria authoritate , conductorem à re condu-
cta ; nec in tali aſſociatione requiritur cita-
tio partis,nec obſtat pendentia litis,*Bald.in
dict.l.ede nu*.5.*Afflict.deciſ*.326.*Crauett.
Gomez.Iaſ.*Menoch.*Galleſ.Achill.Angui-
ſcol.& alij penes Caroc. dict.q*.14. *nu*.13.
& per totam illam quæſtionem, & quòd vſu
8 magis receptum ſit,quod expellatur condu-
ctor authoritate Iudicis , tenent poſt alios
Tuſch.dict. concluſ.417.*num*.22. *Molin.
diſput*. 497.*& diſputat*.499.*num*.*&* 1.*&*
15.*Rebell.dict.quæſt*.10.*à num ad nu*.10

& n.17.*&* 18.*lib*.13.*q*.11.*tot. Leſſius lib*
2.*de iuſt.& iur.cap*.24 *ſub titul. de loca-
tion.& conduction.dub*.6. *num*.32. Ha-
bet etiam electionem locator cauſare exe-
cutionem , ſeu exequi facere contra condu-
ctorem pro ſolutione mercedis,vt eſt noto-
ria praxis in hac Ciuitate.

Illud autem notandum eſt, quòd, ſi eſſemus in
9 ſimplici conductore prædij ruſtici, vel vrba-
ni,hoc eſt,dum locatio durat per annum,ex-
pulſio conductoris non datur de iure com-
muni, quia hoc iure attento , penſio ſoluitur
in fine anni,vt dixi ſupra,& poſt *gloſ.in
l.defuncta vbi Alberic.num*.1. *ff. de vſu-
fruct.& alibi Bart Alex. Oddofred. Iaſ.
Angel.Gomez*, Magon. *Borgnin & alios
plures notat Caroc.dict.titul.de neceſſita-
te vſus quæſtion*. 13. *in princip. num*. 5.
& ſeq.Rebell.dict.lib. 14.*q*.10.*nu*.5. *&* 6.
& conſequenter,finito anno , poſſet expelli ,
& hoc damnum conſequeretur , quia non
poſſet prætendere prælationem pro anno ſe-
quenti iuxta ſuperius explicata q. 32. Itaq;
10 infra annum procederet expulſio,ſi ex con-
ſuetudine ſolui ſoleat penſio in pluribus ſo-
lutionibus:ſi enim tunc non ſolueretur tem-
poribus determinatis poſſet infra annum
expelli à re conducta, *vt ex text. in
dict.l.ade*,C.*locat. l.vectigalia* , §. *non ſo-
lutis*, *ff. de publican.& vectigal. & alijs
pluribus probant Molin.d.d.diſput*.499.
ſub num.1.*cum ſeqq.Tuſch.dict.concluſ*.
417.*num*.29.*cum ſeqq.Caroc.par*.3.*de
locat.& conduct tit. de locat.vectigal.n*.
3.& 4.vbi poſt alios etiam probant, quòd, ſi
11 eſſemus in emphyteuta Eccleſiæ , bienniū;
ſi in priuata, expectaretur triennium; qui-
bus elapſis expelleretur emphyteuta ob
non ſolutionem canonis , ſiuè penſionis
Molin.loco cit. & diſput.453.*tota*,*Leſſius
dict.rubr*.6.*n*.33.*Tuſch.loco cit.n*.39.*&*
in hoc caſu,vt patet ex dictis non eſt neceſ-
12 ſaria citatio partis,nec libellus, nec compi-
latio proceſſus, ſed ſufficit ſola oſtentio in-
ſtrumenti locationis , & index facit præcep-
tum expellendi conductorem, ſiuè emphy-
teutam ob nō ſolutum canonem ; quia hoc
eſt iudicium ſummarium,vt poſt alios docet
Alex.conſ.131. *numer*.5. *vol*.4. *& alibi*,
quem probat Tuſch.vbi ſupra.numer.35.
& ſeqq.Burſatt.conſ. 13. *in fin. vol*.1. *&
poſt alios*, *Caroc. in d.tit. de neceſſitate
vſus quæſtion*.14.*num*.11. *& ſequentib*
13 Sed Neapoli, vt dixi, in emphyteuta ſerua-
tur,quod fiat præceptum emphyteutæ de
ſoluendo,aliàs prouidebitur, quod expella-
tur,qui quidem emphyteuta etiam poſt ſen-
tentiam poteſt purgare moram ſoluendo ca-

no-

nones præteritos, vt dixi ſupra alia occa-
ſione.

Tertiò à prædio vrbano, vt à domo, mo-
lendino,& ſic de alijs poteſt locator expelle-
14 re conductorem,ſi domum reficere vellet;
quia,ſi refectio domus eſt neceſſaria, iam eſt
iuſta cauſa expellendi conductorem,
*dict.l.æde C.locat.gloſ.in l.ex conducto in
verb.reficiut,ff.locat. Bart. Alex.Cæpoll.
Natt.& alij,quos probant Caroc.dict.tit.
de neceſſitate vſus quæſt.5.tota Rebell.d.
lib.14.quæſt.10.num.13.Molin.dict.diſ-
put.499.num.11.Leſſius dict. dubitat.6.
num.34.verſ.3.eſt Tepat.de location.&
conduct fol.65.colum.3.§.conductorem.*
15 Bene tamen verum eſt, quod domo reſarci-
ta,ſiue accomodata reponendus eſt condu-
ctor ad primum ſtatum conductionis vſq;ad
finem talis conductionis, *gloſ ſingularis ,&
communiter recepta in l.ſi duo §.cum in-
quilinus,in verb.demum ff.vti poſſid. vbi
Bart.& alij,Roman.Cremenſ.Marſil.&
alij,quos probat Caroc.dict.quæſt.5.num.
10,Rebell.dict.num.13.Leſſius d.n.34.§.
tertia eſt,Molin.d.n.11.Tuſch.d.concluſ.
417.n.11.*

Quarto expelli poteſt conductor à domo
16 conducta,ſi locator indigeat domo illa,quia
ſemper in locatione intelligitur exceptuatus
vſus proprius;nam ordinata charitas incipit
à ſe ipſo, *vulg.tex.in l.præſes C. de ſeru.
& aqua,prout in indiuiduo hoc dictum
probat tex.in d.l.æde C.locat.cap propter
ſterilitatem,extra de loc.& cond.& vtro
biq;omnes repenẽtes Caroc.loc.cit.q.2.n.4
cum ſeq.* & in hoc omnes conueniunt, ſi ne-
17 ceſſitas ſit vrgens, & verà neceſſaria pro vſu
proprio, quia ſi neceſſitas non eſt vera, vel
domus non deſeruiat pro vſu proprio, tunc
clarum eſt, quod hæc regula non procedat,
vt omnes docet latè *Molin.dict.diſput.
499.nu.5.& ſeqq.Tuſch. dict.concl.417.
n.1.& ideò optimè notat Caroc. d.q.2.n.*
34.quod ſummariè debet conſtare Iudici ex
18 teſtibus receptis, vel aliunde de illa neceſ-
ſitate adhoc,vt ceſſet omnis malitia locato-
ris:ſic etiam poſt alios notat Tuſch.d.concl.
417.n.67.dixi in domo conducta, quia hoc
priuilegium eſt ſolum ratione habitationis,
ſic procedit in prædio vrbano tantum,non
autem in prędio ruſtico,de quo nullo modo
loquitur *tex in d.l.æde prout poſt.Gomez.
probat Caroc.dict.q.2.n.35.Valaſc.[quem
probat Molin.d.diſp.458.Gomez etiam
probat Leſſi.d.dub.6.n.34.§.notandum eſt
Tuſch.d.concl.417.n.69.*

Quæſtio tamen eſt non modica inter DD.
an ſi adeſſet pactum cum ſpeciali hypoteca
de non expellendo cõductorem intelligatur
excluſus vſus proprius locatoris?In qua quę-
ſtione non eſt cõtentio,quod in ſpecie adeſt
pactum,quod nec pro vſu proprio locatoris
poſſit conductor expelli,quia tunc pactum
ſeruari deberet,vt docent communiter DD.
*in d.l.æde.Tuſch.d.concl.417.n.4.quãuis
Caroc.in d.tit.de neceſſitate vſus q.2.n.25*
nihil affirmet, & dicit ſe vidiſſe ſolium hoc
20 dubio: ſed clarum eſt,quod ſit ſtandum pa-
cto;quòd ſi in ſpecie non extaret,iam promiſ
ſio iurata cũ dicta hypotheca extenderetur
etiam ad vſum proprium locatoris, ita *Ang.
in.d.l.æde.Rom.Dec.Corn.Grat.Natt.Fe
lin.Seraph.Plot.& Bonacoſ. quos recenſet
Caroc.d.q.2.n.19. quam ſententiam poſt
Alciat.Curt.iun.Ant Gabr.& Cæphal.pro
bat Surd.cõſ.34.n.29.& con.103.tot.vol.1*
ſubdens hanc eſſe communem ſententiã, &
impudentiam eſſe rem iſtã deducere in con-
trouerſiam,probant etiam *Put.dec.166.
n.1.lib.1.Mant.lib.5. de tacit.& ambig.
conuent.tit.7.n.12.*

Mihi verò non diſplicet, & multò minus
21 me non pudet contrariam firmare ſententiã
ad minus ſecundum æquitatem,quod in illa
generali promiſſione nõ includatur proprius
vſus locatoris; nam eius vſus ſemper præſu-
mitur exceptuatus,niſi in ſpecie ei renuncia-
tũ ſit,ita *Bald.in d.l.æde.in addit.in prin.
vbi Salyc.& Alber.Archid.in c.alienatio-
nis 12.q.2.*Natt.*conſ 416.tot.*ubi multis
medijs hanc ſententiam confirmat,quam ẽt
*probant poſt Dec.& Ferron.*Couar.*lib.1
var.reſ.c.16.n.4.lib. c.15.n.4. Paſcal.
d.par.3.c.5.n.14.& ſeq.præcipuè nu.16.*
Caroc.*d.q.2.n.19.& 20. Rebell.d.q.10.
n.14 & ſeq. (quàmuis non loquatur vbi
adeſt pactũ de non expellendo)poſt Valaſ.
de iur.emphy q.22.n.4.& Lopez* Molin.*d.
diſp.499.n.7.& 9.Leſſ.d.dub.6.num.37.
Tuſch.d.concl.417.n.58.*ex eo quia uſus
22 proprius eſt de iure exceptuatus, vt dictum
eſt,& niſi in ſpecie ei per locatorẽ renuntie-
tur,nunquam venit in dicta generali promiſ
ſione,& ita,vt dixi,ego obſeruaui, & practi-
caui,& ſi numerãtur DD.plures ſunt pro hac
ſententia;quia à prima Dec.Natt. & quidam
alij tollendi ſunt,quia ſibi non conſtant,& ẽt
quia maior pars DD.primæ ſententiæ,con-
ſulendo,id firmant DD.verò ſecundæ ſentẽ-
tiæ in lecturis hoc tuentur;& ſic maiorem fa
ciunt fidem,vt ſæpe replicatum eſt;nam ſatis
eſt,quod pactum illud operetur iuxta naturã
contractus,tantò magis, quia pactum prędi-
ctum non excludit, quod ſi conductor mer-
cedem nõ ſoluat,poſſit expelli,*l.quæro §.in-
23 ter locatorem ff.locat.poſt.alios,* idẽ *Surd.
d.con.34.n.48.& ſeq.*& hoc,quia ſolutio mer
ce-

cedis venit ex natura contractus, & ſub tali
conditione cēſetur appoſitum pactum, & idē
eſt in propoſito; quia ſub illa conditione in-
telligitur pactū, ſi domus non ſeruiat pro vſu
proprio: poſſet tamen contraria opinio locū
habere, ſi ad minus in genere eſſet cogitatū
de vſu proprio tempore locationis; nam ſe-
cunda opinio locum haber, quoties eſſet ca-
ſus inopinatus, vt penes eoſdem percipi pōt,
præcipuè penes *Tuſc. dict. concluſ.* 417.
n. 67.

Neceſſitas, autem vrgens, & ſufficiens, exē-
plificatur, ſi locator duxiſſet vxorem, ſic etiā
24 ſi filiū, vel filiam collocaſſet in matrimoniū
cum aliquo; ſi gradum doctoratus aſſumpſiſ
ſet; ſi Iudex efficeretur, & ſic de alijs, & ea ino
pinatè eueniant, nec præuiſa ſint, locationis
tempore, ita *Bald. & alij communiter in
d. l. æde.* C. *locat. & in c. propter ſterilitate
extra de locat. & cond.* Couar. *Valaſ Lo
pez, & alij, quos probant* Molin. *dict. diſ-
putation.* 499. *numer.* 5. *cum ſequent. Re-
bell. dict. quæſt.* 10. *num.* 14. *& ſeqq. Ca-
roc. d. q.* 2. *vbi num.* 20. aliud ponit exem-
25 plum; ſi videlicet, locator, vel aliquis ex eius
filijs infirmaretur, & domus locata indicetur
conueniens iudicio medicorum, ac neceſſa-
ria pro eius ſalute, nempe, ob aeris temperiē,
vel ob aerem natiuū, quia ibi natus eſſet, hęc
etiam iudicatur iuſta cauſa excluſionis, dū-
26 modo domus non ſit ita ampla, & capax, q̄
locatoris, & cōductoris familiam commodè
capere poſſet, quia tunc non expelleretur cō-
ductor, ita poſt *Barbat. in d. c. propter ſte-
relitatem, & alios notat* Caroc. *d. q.* 2. *nu.*
20. quod intelligitur, volente locatore; quia,
ſi nollet, non cogeretur ſtare cum inquilino
ex reg. text. in l. ſed & ſi diſceptetur §.
1. *ff. vbi pupill. educ. deb. Caroc. dict.
quæſt.* 2. *numer.* 30. *Bald. in dict. l. ædem
Tuſc. dict. concluſ.* 417. *num.* 8. qui prę-
cipuè id locum habere dicunt, quando adeſ
ſet timor pudicitiæ, quod eſt clarum. Pro re-
liquis autem, concernentibus hanc quæ-
ſtionem, videri poſſunt citati authores,
præcipuè *Tuſch. Caroc. & Molin. ſic
etiam Paſchal. dict. capitul.* 6. *tot. de
vir. patr. poteſt.*

SVMMARIVM.

1 *Quæ actio competit pro locato, & con-
ducto.*
2 *Actio ex locato competit locatori.*
3 *Actio ex conducto datur conductori.*
4 *Actio locati pro quibus caſibus datur, ip-
ſi recenſentur.*
5 *Actio ex conducto competens conducto-
ri pro quibus caſibus detur, referun-
tur.*
6 *Caſus refertur pro affictatore ob ſuper-
uenientiam pragmaticæ expellentis ex
teros à* Ciuitate *prætextu euictionis
paſſe.*
7 *Euictio in contractu locationis, an ve-
niat n.* 9.
8 *Euictio contingens facto ſuperioris, an
locatori, vel conductori imputetur.*
10 *Euictio in venditione vniuerſali, an de-
beatur ſaltem reſtituto pretio.*
11 *Locatio præſumitur facta iuxta ſolitum
& qualiter ſolitum ex conſuetudine
præſumatur.*
12 *Conſequentia non eſt vera ſi non de eui-
ctione tenetur ergo pretium non debet
reſtitui.*
13 *Locator licet non ſit in dolo tenetur ad
pretij reſtitutionem.*
14 *Intellectus l. Lutius ff. de euict.*

QVAEST. XXXV.

1 TRigeſimo quinto quæro, quæ nam
actio competat pro locato, &
conducto de hac eadem quæſtio-
ne plura tractat *Carot. part.* 6.
de locat. & conduct. per totum, & qui-
dam alij, ſed vrgentiora reaſſumam ſequen-
tibus dictis. Dico igitur primò duas oriri, ac
dari principales actiones in hoc contractu
locationis, & conductionis, vnam, quæ vo-
2 catur actio ex locato, quæ datur locatori
contra conductorem in caſibus, à iure ex-
3 re expreſſis; alteram ex conducto, quæ datur
conductori contra locatorem ſimiliter in
caſibus, à iure expreſſis; quod dictum eſt
clarum, & certiſſimum apud omnes.

Dico ſecundò quatuor eſſe caſus princi-
pales, pro quibus locatori datur actio loca-
4 ti contra conductorem: primus eſt ad hoc, vt
conductor obſeruuet omnia ea, quę vel ve-
niunt ex natura contractus, vel in contractu

ſun

ſunt promiſſa *l. ſi merces, §. conductor vbi omnes ff. locat.* Secundus eſt, vt teneatur ad æſtimationem deteriorationis rei conductæ, vt dixi ſupra q. 26. Tertius eſt pro conſequẽda mercede finito tempore *l. ſi in lege, §. ſi domus ff. locat. & dixi quæſt. præced.* quartus eſt, pro reſtitutione rei locatæ, vel finito tempore conductionis, vel etiam durante conductione; in caſibus tamen enumeratis quæſtione præced. pro quibus poteſt locator expellere conductorem, durante conductione. Et dantur vnum, & quadraginta remedia dicto locatori, & contra ipſum dantur treſdecim exceptiones, quas, & quæ reaſſumit poſt alios Caroc. d. par. 6. per tot. ad quem mitto lectorem.

Dico tertiò actio ex conducto contra locatorem primò adhoc, vt ei locator tra-
5 dat rem conductam, ſecundò vt præſtet ei patientiam toto tempore locationis, vt dixi ſupra q. 3. vt eidem præſtet quicquid, ſua intereſt, ſi per locatorẽ ſteterit, quo minus ipſe conductor vteretur, & frueretur re conducta, quartò ad repetendas expenſas neceſſarias, factas in re conducta, vt dixi ſupra q. 21 quintò pro remiſſione mercedis in caſibus explicatis ſupra quæſt. 22. & ſæpe alias, & pro beneficio, & commodo vtriuſq; contrahentis tales actiones fuerunt introductæ, vt quilibet in iudicio conſequatur, quod ſuum eſt; & plura Miſcellanea circa ferè totam materiam locationis, præcipuè reſpectu intereſſe, & ſic de alijs tradit idem Caroc. par. 7 de locat. & cond. per 136. concluſiones, ad quem mitto lectorem, pro reliquis concernentibus hunc tractatum.

Hoc ſolùm annotato, quod annis præte-
6 ritis agitatum fuit, quidam enim conduxit in affictum oppidũ quodam pro annuis ducatis mille, & ducentum eo modo, & forma quibus annis præcedentibus introitus dicti oppidi locati fuerunt: ſucceſſit poſtea per Pragmaticam generalem Excellentiſſimi Regni Proregis fuiſſe ordinatum, quod exteri ſoluerent onera earum Vniueſitatum in quibus eos reperi contigiſſet, non vero, in quibus pro ſocularibus fuerunt numerati: per quam hanc legẽ prædictus conductor amiſit ducatos quinquaginta annos, quos eius prædeceſſores percipere ſolebant ex fida exterorum; nam ſinguli exteri ſoluebant Baroni carolenos quindecim. Necnon habitatores caſalis eiuſdem Terræ obtinuerunt à Regia Camera, vt multòminus ſoluerent, quàm ſoliti erant ſoluere in annis præcedentibus adeò, quod ſingulis annis dictæ conductionis prædictus conductor perdidit ex ſolitis introitibus ducatos ſeptuaginta in circa: petijt conductor contra, vtilem Dominum dictæ Terræ, euictionem, vel ſaltem remiſſionem mercedis.

Ex parte Domini vtilis eius oppidi oppoſita fuerunt, primò quod non deberetur eui-
7 ctio, quia in venditione (& idem eſt in locatione, nam iſti duo contractus fraternizant, vt dixi ſupra q. 3.) Vniuerſitatis non debetur euictio *l. ſerui venditor ff. de euict. l. 1. C. eod. tit.* vbi omnes; & tãto magis, quia hæc veniebat ex facto ſuperioris ſupremi, vt eſt in hoc Regno Excellentiſſimus Prorex: quo
8 caſu ſuccedit regula, quod, quod, quando ex facto ſuperioris ſuccedit euictio poſt traditionem rei, & ſine culpa venditoris, damnũ eſt emptoris, non autem venditoris, vt ad literam probat *tex. in l. Lucius Titius ff. de euict.* & ſecundo quia poterat eſſe, quod introitus dictæ Terræ augeri poterant in beneficium ipſius conductoris; vnde damnum etiam debet eſſe ipſius.

Prædictis tamen non obſtantibus contrarium reſpondi, quod prædicto conductori quàmuis nõ deberetur euictio, eſſet tamen facienda remiſſio mercedis; & mouebar ex multis.

Primò quidem, quia in hoc contractu lo-
9 cationis, & conductionis debetur euictio l. ſi quis domum C. locat. & dixi ſupra ſuo loco, quod aduerſarij inficiare non poterant, ſed confugiebant ad dictas exceptiones, & ſubterfugia, quæ dixi nullo modo militare; & ſic dicebam.

Secundò, quia reſpectu conductionis introituum dicti Caſalis, quàmuis in nomine eſſet locatio Vniuerſitatis, nempè introituũ eiuſdem Caſalis, re tamen ipſa erat conductio vnius corporis, qa in effectu in introitibus eiuſdem eiuſdem Caſalis aderat ſolùm ſumma ducatorum quinquaginta ſeptem, & tarenorum trium, & modiorum viginti quatuor frumenti quo fit, quod dum in vendi-
10 tione Vniuerſitatis eſt vnum corpus, & illud euinceretur, debetur euictio, vel ad minus reſtitutio pretij *gl. eſt ſing. in l. 1. in verb. in ſingulis verſ. ſed Ioannis vbi Oldoffr. Salyc. & alij, C. de euict.* & conſequenter reſpectu harum qualitatum debebatur conductori tota ſumma, quæ ei ſoluta non fuit, per Vniuerſitatem eiuſdem Caſalis.

Tertiò quoad introitus dictæ Terræ præ-
11 terquàm, quod de iure locatio præſumitur facta iuxta ſolitum annorum præcedentium vt multoties ſupra explicatum eſt, iam in locatione fuit promiſſa euictio omnium introituum tam quos de iure, quàm quos de conſuetudine Dominus percipere ſolet, vt habetur in dicto inſtrumento, & conſuetudo, ſiue conſuetum intelligitur de proximo præterito *Capyc. deciſ. 193. num. 4. vbi alios citat, ſic etiam Viu. in ſuis communibus opinionib. in verb. ſolitum, Decian. conſ. 73. num. 24 vol. 2. & conſ. 124. num. 8. vol. 3. Maſcar. in tract. de probat. concl. 432. Surd. deciſ. 87 num.*

12. vt alios omittam, ſed prædicta exactio non ſolùm anno præcedenti, ſed ab anno 1584. continuatis temporibus, & vniformiter facta fuit, ſequitur conſequenter, quod omninò euictio debeatur, vel ad minus faciendum eſſe excompotum.

Ex quibus paret, contraria non vrgere, nō primum, quia hic non ſolùm eſt promiſſa euictio in genere, ſed etiam in ſpecie, prout conſuetum eſt exigi, & ſic ceſſat *tex. in dict. l. ſerui venditor.* & etiam quia non ſequitur
12 conſequentia, non debetur euictio, ergo nō debet fieri reſtitutio pretij, quia etiam ſi expreſsè conuentum fuerit, non teneri de euictione, debet tamen reſtituere pretium *l. emptorem §. qui autem, vbi communiter DD. ff. de action. empt. Marant. de ordine iudiciorum par. 2. num. 44. & alij paſſim*, quia iniquiſſi-
13 mum eſt habere rem, & pretium, & ideò quamuis locator non ſit in dolo, nihilominus tenetur ad reſtitutionem pretij, ſeù ad remiſſionem mercedis, quia ſi eſſet in dolo, teneretur ad totale intereſſe *l. ſi quis domum vbi gloſ. Bart. & alij ff. locat. Gomez. variar. reſolut. tom. 2. titul. de locat. & cond. capit. 3. num. 2*

Nec ſecundo obſtat *text. in dict. l. Lutius Titius l. quia, vt ibi notat Angel. num. 3.* non
14 habet locum in contractu locationis, & iure quidem, quia dominium dictorum bonorum remanet penès locatorem, & eius debet eſſe damnum. Vel ſecundo reſpondetur, quod in locatione non tractatur de euictione, ſed tractatur de remiſſione mercedis, quo fit, vt in damno cauſato ex facto Principis, ſi damnum ſit alicuius momenti, debetur ad minus conductori remiſſio mercedis, vt poſt *Alex. Guliaul. & alios innumeros probat, Surd. conſ. 435. per totum volum. 3. D. de Pente conſ. 88. volum. 2.* cum alijs cumulatis ſupra à numero ſuo loco, & conſequenter omnino debetur illi remiſſio mercedis.

etiam per illum textum tradunt, & ex prædicta denominatione, vt pignus propriè ſit in re mobili, quia iſtæ manu traduntur.

2 Pignus autem eſt rei licitæ obligatio pro
debito inita ad maiorem creditoris ſecuritatem: ita communiter *Doctores in §. fin. inſtitut. quib. mod. re contrahend. obligat.* illud definiunt, & colligitur ex *text. in l. cautionis ff. de regul. iur. l. ſi rem §. propriè ff. de pignorat. act.* debet primò res, quæ pignoratur, eſſe licita, nam aliàs non teneret datio pignoris, vt dicam infra. Datur etiam pignus ad maiorem creditoris ſecuritatem, nempè, vt de eius credito ſit ſecurior d. §. fin. & hoc eſt vulgatum dictum, quia meliùs eſt,
3 pignori incumbere, quàm in perſonam agere d. l. plus cautionis, & melius eſt etiam, quã rẽ ipſam perſequi; quia euẽtus executionis ſolet eſſe incertus *l. quod debetur ff. de pecul. Neguſ. in tract. de pignor. & hypothec. part. 1. num. 5 cum ſeqq. Mantic. lib. 11. de tacitis, & ambig. conuent. tit. 1. n. 3. Gabriel Vaſquez in tract. de pignor. & hyp. c. 1. n. 1. & 2.*

4 Poſtremò pignus diſtinguitur ab hypotheca varijs modis, vt reaſſumit Neguſant. loc. cit. primò nempè, in nomine, quia pignus eſt nomen latinum, hypotheca verò eſt nomen Græcum, dicitur enim ab hypos, & teſis: hypos latinè ſignificat ſub teſis verò poſitio, & ſic idem ſonat, quòd ſuppoſitio bonorum in beneficium creditoris, ſiue bonorum obligatio *l. res hypotecha in fin. ff. de*
5 *pignor.* Secundò differunt circa obiectum, ſeù circa eadem bona, quia pignus propriè ſecundum receptiorem ſententiam eſt in bonis mobilibus, vt dictum eſt, hypotheca verò eſt in bonis immobilibus, quamuis hęc etiam eſt in mobilibus, & pignus in immobilibus, vt infra dicetur; ſed in larga ſignificatione, nam pignus propriè eſt in rebus traditis creditoribus, qui poſſeſſionem conſequuntur dictorum bonorum: hypotheca verò nuda conuentione conſtituitur, & ſine traditione, *vt in §. item ſeruiana, verſic. inter pignus inſt. de action. vbi Iaſ. Oinot.*
6 & alij communiter. Tertiò deniq; differunt in effectu, ſiuè circa ſecuritatem, quia melius eſt pignori incumbere, quàm hypothecã habere, quia ſecurior eſt creditor, dum penes ſe habet poſſeſſionem dictorum bonorum, & ſic in manu ſua ſunt: ſed dum habet bona hypothecata, tenetur illa bona perſequi, & incertus eſt euentus executionis, vt dictum eſt n. 3. & experientia quotidiana cõprobatur, *Mantic. d. tit. 1. n. 3. Vaſq. d. c. 1. n. 3.*

SVMMARIVM.

1 *Pignus quotuplex ſit.*
2 *Pignus conuentionale quid ſit.*
3 *Pignus legale, quod ſit.*
4 *Pignus prætorium, quod ſit.*
5 *Pignus iudiciale, quod ſit.*
6 *Differentia inter pignus iudiciale, & prætorium traditur.*
7 *Poſſeſſio non transfertur in pignore prætorio, ſed tantum detentatio.*
8 *Exceptiones, quas admittunt pignus prætorium, & iudiciale.*

QVAEST. II.

1 SEcundò quæro, quotuplex ſit pignus? reſpondetur eſſe quadruplex, nempè, conuentionale, legale, Prætorium, & Iudiciale: & hæc diuiſio magis communiter tenetur, quàmuis alij infra ciandi diuerſas alias diuiſiones faciant, præcipuè *Mantic. d. lib. 11. tit. 2.* ſed non recedo à communibus traditionibus.

2 Pignus conuentionale eſt, quod expreſsè conſtituitur ex partium conuentione pro maiori creditoris ſecuritate, *l. 1. ff. de pignorat act. l. contrahitur ff. de pignor. d. §. item ſeruiana, verſicul inter pignus vbi Iaſon.* & alij communiter: an autem, & quando pignus vendi poſſit poſt alios tradunt Mantic *dict. titul. 2. & Tuſch. in verb. pignus concluſ. 346. & dicam aliqua infra q. 13.*

Pignus legale eſt, quod ex legis diſpoſitio-
3 ne in certis quibuſdam caſibus introducitur *§. fuerat vbi omnes inſtitut. de action.* & vocari ſolet tacita hypotheca, de qua dicetur *infra q. 4. cum pluri. ſeq.*

Prætorium pignus eſt quæcunq; miſſio
4 in poſſeſſionem bonorum debitoris, facta à Iudice propter debitoris contumaciam non præcedente ſententia diffinitiua *toto titul. de prætor. pignor. & ff. ex quib. cauſ. in poſſ. eat. DD. in dict. §. item ſeruiana. latiſſimè* Mantic. *dict. titul. 2. præcipuè nu. 4. cum ſeqq. vbi ex tex. in l. non eſt mirum ff. de pignor. act. Bald. l. 3. num. 1. & ibi Salycet. numer. 2. vt in poſſeſſion. legat.* optimè Probat, quod non ſufficiat ſolùm pręceptum Iudicis, vt creditor inducatur in poſſeſſionem bonorum debitoris, ſed cum effectu mitti debet in poſſeſſionem dictorum bonorum, vt dicatur prætorium pignus, ea ratio-

tione, quia decretum prædictum ſolam tribuit detentionem, & ſic vt cum effectu pignus conſtituatur, requiritur actualis immiſſio, & conſequenter, vbi opus eſt facto, non ſufficit ſola voluntas *l. qui decem §. 1. ff. de ſolution. cap. 1. de eo, qui mitt. in poſſ. cauſ. rei ſeruād. cum alijs cumulatis per Mantic. dict. titul. 2. num. 5.*

Pignus deniq; iudiciale eſt, quod à Iudice
5 ex conſtituitur, cauſa iudicati, nempe; in executionem eius ſententię, vel pro executione inſtrumenti liquidi, ſiue alterius executionis exequibilis, & ſic non requirit contumaciam, vt requirit prætorium pignus *l. 1. toto tit. C. ſi in cauſ. iudica. pign. addit. fuer. l. 2. & 4. C. qui potior in pign. hab. l. à Diuo Pio §. in venditione vbi omnes ff. de re iudic. & toto titul. ff. & C. de bonis auctor. iudic. poſſid. poſt alios Neguſ. membr. 3. de pignor. part. 3. Iaſon. in dict. §. item ſeruiana num. 3. vbi Otnotom. num. 5 gloſ. in l. 1. vbi Bart. n. 4. & 5. ff. de pign. act. Mantic. d. tit. 2. n. 6. Tuſch. in d. verb. pignus concl.* 352. vbi plures reaſſumit differentias inter
6 pignus iudiciale, & prætorium, ſed tres ſunt principales, Prima eſt deſuper expreſſa, quia iudiciale pignus fit in executionē rei iudicatę, & ſic etiam adiudicantur bona creditori, dum alij emptores non inueniuntur, vt ſuo loco dictum eſt: ſed Prætorum Pignus non eſt in executionem rei iudicatæ, ſed ob
7 contumaciam creditoris, vt dictum eſt: Hinc ſecundo differunt, quia in prætorio pignore nō transfertur poſſeſſio, ſed ſolùm datur nuda detentio bonorū creditori, & conſequenter, vt perueniri poſſit ad ſecundum decretum, creditor tenetur verificare eius prætēſum creditum, vt infra q. 11. dicētur aliqua. At in pignore iudiciali non requiritur talis probatio, ſatis .n. creditorem habere pro ſe rem iudicatam ſiue ſententiā pro cuius executione ſatisfactionē recipit, vt notant DD.
8 paulò ante citati. Tertiò denique differunt quoàd firmitatem, quia prætorium pignus admittit quaslibet exceptiones; iudiciale verò non admittit, niſi exceptiones ſubſiſtētes, vt eſt exceptio executū fuiſſe in bonis alienis, vel ſi aliquis ſe opponeret pro ſuo intereſſe aduerſus talem ſententiam aliæ verò exceptiones non admittunt, docet *Ang. conſ. 8. num. 20. & ſeqq. quem probat Tuſch. d. concl. 352. n. 6.* qui præcipuè videri poterit pro reliquis concernentibus hanc quæſtionem.

S V M M A R I V M.

1 *Hypotheca, vt contrahatur an ſit neceſſaria bonorum traditio, ratio oſtenditur n. 2.*
3 *Hypotheca illa præfertur cui res fuit prius obligata.*
4 *Hypotheca, an etiam inter abſentes contrahatur.*
5 *Retrotractio, an detur in obligatione ad tempus conuentionis.*
6 *Aſſenſus impetratione pendente, an contrahentes medio tempore eo iuuentur.*
7 *Hypotheca conſtituta ſuper omnibus bonis ſi fuerint aliqua omiſſa, an cenſeatur comprehenſa.*
8 *Hypotheca, an abſq; traditione operetur.*
9 *Pignoris obligatio ſolo conſenſu contrahitur, & quando generaliter, aut ſpecialiter, & ſic deciſum Romæ num. 10. & 11.*
12 *Dictio ſuper importat hypothecam.*
13 *Hypotheca, an contrahatur ex poteſtate conceſſa capiendi propria authoritate.*
14 *Hypotheca, an contrahatur ſi oſtendatur aurum, & erit, at, vel aliud metallum.*

Q V A E S T. III.

1 TErtiò quæro, vt hypotheca contrahatur, an ſit neceſſaria traditio bonorum? Reſpondeo negatiuè, quia ius pignoris, ac hypothecæ ſolo conſenſu acquiritur, ac conſtituitur l. 1. *ff. de pignorat. act. Bald. in l. traditionibus n. 11. vbi Salycet. n. 16. in fine, C. de pact. Curt. ſen. Iaſ. & Neguſant. quos probat Mantic. dict. lib. 11. de tacitis, & ambig. conuention. tit. 3. nu. 2. & titul. 22. num. 2.*
2 & alij, & ratio eſt; quia niſi acquireretur ex ſola nuda conuentione, hoc ius eſſet eluſorium, cùm ex contractu principali naſcatur obligatio, & actio perſonalis, quod ſecus eſt in contractu emptionis, & venditionis; quia, licet dominium non acquiratur ſine traditione rei emptæ; tamen ex cōtractu emptionis, & venditionis naſcitur efficax obligatio, & actio; qua cogitur venditor rem tradere, vel vt teneatur ad intereſſe.

l. iu-

l. iuriſgentium ff. de pact. & notant præfati DD. quod magis explicabitur infra de contrahenda venditione.

Hinc plura inferuntur, primò quod in pi-
3 gnore, ſiue hypotheca illi præferatur, cui
res prius fuit obligata *l qui balneũ, l. potior. l. ſi prior §. vltim. ff. qui potior. in pignor. habean. Cyn. in l quoties num. 4. vbi Ioann. Faber in princ. Bald. num. 4. Salycet. & alij C. de rei vendic. Ang. Neguſ & alij, quos probat Mantic. d. tit. 22. n. 2. vt alios omittam.*

Deducitur ſecundò, quod ſit contracta
4 hypotheca, & pignus etiam inter abſentes,
l. creditor in fin ff. de pignor. & hypothec. & hoc, vel per nuntium, ſiue per Epiſtolam, quàmuis ſit ſine die, & *Conſule l penult. §. 1. vbi Bart ff. de pignor. & hypothec. Bald. & Neguſ. quos probat Mantica dict. lib. 11 titul. 3. num. 3.* Sic etiam ſi, me abſente, aliquis bona mea obligaſſet alicui, & poſtea obligationem illam ratam haberem, iam retrotrahitur obligatio ad tempus conuentionis, quia tunc intelligor præſtitiſſe conſenſum. *dict. l. qui balneum dummodo potuerim illa bona obligare, l ſi fundus hypothecæ §. 1. ff de pignor. & hypothec. Mantic. dict. titul. 3. numer. 4.*
6 dummodo interim efficax non ſit alteri ius
quæſitum, vt eſt, quoties eſſent bona feudalia, & interim aliquis cum aſſenſu mecum contraxiſſent, vel prima venditio, ſine obligatio fuerit facta, reſeruato Regio Aſſenſu, & interim alij mecum contraxiſſent, mediante Regio Aſſenſu, quia tunc etiam ſi primi mecum contrahentes obtinerent aſſenſum, ille non retraheretur in præiudicium illorum, qui dicto medio tempore mecum contraxerunt, mediante Regio Aſſenſu; quia retrotractio fieri nequit in tertij præiudicium, & ita pluries fuit deciſum in noſtro Sacr. Conſ. *Affl. dec. 386. Frecc. de ſubfeud. lib. 2. q. 30 Praſ. de Franc. dec. 86. nu. 4. quos probat Io. Baptiſta Toro in compend. deciſ. verſ. aſſenſus quamuis fol. 52.*

Deducitur tertiò quòd, ſi ego conſtituiſ-
7 ſem hypothecam Petro ſuper omnibus bo-
nis meis, & tunc emiſſem aliqua bona, quæ non eſſent mihi tradita, adhuc in illis bonis Petrus creditor habet directam hypothecã, *l. 1. ff. de pignor. & hypothec. Paul. de Caſtro, & alij. quos probat Neguſ. in tract. de pignor. in 3. membr. 8. part. num. 14.* dummodo à lege non eſſet mihi prohibita pignoratio, & hypothecatio dictorum bo-
8 norum ſub pœna priuationis eorumdem
bonorum: tunc enim non valeret hypotheca, niſi traditio rei interueniat; quoniam, ſicut ad incurrendam pœnam eſt neceſſaria traditio, ita etiam ad conſtituendam hypothecam *l. ſi rem alienam § propriè ff. de de pignor act. & poſt alios Neguſ. part. 1. de pignor. lib. 8. & par 2. membr. 3. n. 80. vt legitur tom. 6. tractatuum par. 1. f. 201 col. 3.*

Deducitur quartò quòd, ſi ego dixerim
9 alicui, mutua mihi centum ſuper bonis
meis, eſt contracta pignoris obligatio; quia, vt patet ex dictis, illa contrahitur ſolo conſenſu, & quibuſcunq; verbis, neq; ſcriptura eſt neceſſaria *l. contrahitur ff. de pignor. l. ſi*
10 *vxor. C. eod.* Et ideò ſi generaliter dixiſſem
ſuper bonis meis, intelligitur cõtracta hypotheca generalis: ſi verò ſuper certis bonis, intelligeretur hypotheca ſpecialis; & ita Romæ fuit deciſum de anno 1575. die 10. & 14. Ianuarij coram feliciſſimæ memoriæ Clemente VIII. tunc temporis Auditore, ex doctrina *Bartoli Bald. & Imol. in l. codicillis §. inſtituto ff. de legat. 2. Romanus, Alexandr. Iaſon. Neguſan Oſaſch. Decian. Menoch. & alij, quos probat Mantic. dict.*
12 *titul. 3. num. 9. & 10.* Quod autem di-
ctio (ſuper) introducat hypothecam poſt *Roman. Caſtrenſ. Surd. Neguſan. & alios plures notat Milanenſ. deciſ. 13. num. 54. cum ſeqq. Anna allegat. 101. num 8. Barbat. de aſſiſt. gloſ. 12. n. 83. Gratus de dict. indic. 269.*

Deducitur quintò, quòd, ſi in inſtrumento ego dediſſem poteſtatem Titio capiendi
13 propria authoritate de bonis meis, ac hære-
dum meorum, ſi illi debitum non ſoluerim, per hæc verba intelligitur contracta hypotheca in bonis meis, ac hæredum meorum, qui hæreditario iure mihi ſucceſſerunt, *l. creditor §. poſt diuiſionẽ ff qui potior. in pign. habeat*, quod dicunt eſſe notandum, & memoriæ retinẽdum, quia alibi non inuenitur, *Bald in l. creditores num. 4. C. de pignor. Affl. deciſ. 201. Alex. Neguſ & alij, quos probat* Mantic. *d. tit. 3. n. 16. & toto illo tit.* 3. plura infert, & deducit, quæ concernunt hanc quæſtionem, tradit enim, quod ſi quis oſtẽdat aurum creditori, & eſſet æs, vel aliud
14 metallum, eſſet contracta hypotheca, volẽ-
te creditore, quamuis debitor poſſit puniri crimine ſtellionatus; vt tradit n. 24 cum ſeq. contrahitur etiam pignus, & hypotheca pro ſolo debito naturali, & ſic de alijs, vt per eũ, ad quem micto lectorem; ſatis eſt enim hæc pauca annoteſſe,

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Pignus legale quot modis contrahatur.*
2 *Clauſula pro quibus omnibus obſeruandis, &c. quid operetur, & an cẽſeri debeat appoſita ſi omitteretur n. 3.*
4 *Notarius cenſetur rogatus apponere omnes clauſulas.*
5 *Clauſula, & cætera per Notarium extendi debet.*
6 *Inſtrumentum ſi fuerit promiſſum fieri in forma quomodo intelligatur.*
7 *Contractus ſi fuerit promiſſus fieri cenſualis, ſeu bullaris, quando intelligatur.*
8 *Pacta executoriu, & liquida debent apponi, & qualiter in Regno Neapolitano, & in Regno Siciliæ obſeruetur.*

QVAEST. IV.

1 QVartò quæro, quot modis, & qualiter contrahatur pignus legale? reſpondetur duobus modis, expreſsè, ſcilicet, & tacitè, vel facto legis, primò modo contrahitur hypotheca, quando aliquis cum alio cõtrahi', & pro obſeruantia contractus obligat illi omnia bona ſua, vt eſt omnibus notiſſimum, vt eſt illa clauſula, quæ apponitur in fine inſtrumenti (*Pro quibus omnibus obſeruandis vna pars alteri, &c. cum obligatione, & hypotheca omnium bonorum,*) ita *Bald. in l. 1. col. fin ff ſolut. matrim poſt alios Andr. Tiraquell. in tract. de conſtit. par. 3 limit. 31. n. 7. Surd. deciſ. 265. n. 63.* & alij infra cũpulandi; hoc enim eſt, adeò
3 commune, & vulgatum, vt ſit clauſula conſueta apponi in omnibus inſtrumentis de ſtylo omnium notariorum, adeò vt notarius cenſeatur rogatus hanc clauſulam apponere in inſtrumento. & ſi partes nihil dixerint de hac hypotheca, vt in ſpecie docet *Bald. in dict. l. 1. num. 35. aliàs 16. verſ. ſed penamus ff. ſolut. matrimon. Falyn. Iaſon. Ruin. Decius, Boer. Neguſant. Gabr. Menoch. & alij quos probat Mantic. dict. lib. 11. de tacitis, & ambig. conuent. tit. 3. n. 21*
4 & omnes alij, clarum eſt enim, quod Notarius præſumatur rogatus apponere omnes clauſulas conſuetas, *cap. cùm M. Ferrarienſis de Conſtitut. vbi Felyn. num. 7. l. quod ſi nolit §. quia aſſidua vbi poſt Bal. Capoll. num. 13. ff. de ædilit. edict.* & omnes de ſuper citati, & poſt alios probant *Surd. deciſion. 213. num. 5. & 6. Tuſch. in verb. notarius concluſion. 75.* vbi latiſſimè hac examinar, & dixi ſupra par. 10. Hoc eo magis procederet, quando in contractu adeſſet clauſula. (Et cætera) nempè,
5 pro quibus omnibus, &c. quia tunc Notarius illà extenderet iuxtà ſolitum, prout la-
6 tiſſimè explicaui, idem eſſet, ſi eſſet promiſſum fieri inſtrumentum in forma, tunc enim fieri deberet inſtrumentum ſecundum communem ſtylum Notariorum illius loci, & cũ omnibus clauſulis; & hypothecis conſuetis: ita *Alexandr. conſ 28. num. 8. & 9. lib. 2. Tuſch. dict. concluſ. 85. num. 28. & ſeqq.* & conſequenter ſi Petrus mihi promitteret facere cõtractum cenſualem, ſiue bullarium, vt ſiculi loquũtur. pro certa ſumma, intelligi-
7 tur quod contractus fiat ſecundum communem ſtalum Notariorum, nempè, vt conſtituatur cenſus in ſpecie ſuper certo corpore, & deinde ſuper omnibus alijs bonis dicti Petri, ſeruata forma Bullæ Nicolai V. quę ſeruatur in hoc Regno, & deberent apponi & pacta executiua, & liquida, vt inſtrumentũ
8 ſit liquidum; & liquidari poſſit iuxta formam ritus Magnæ Curię, & inſtar penſionũ domorum huius Ciuitatis, vt eſt communis ſtylus omnium Notariorum huius Regni; ſi verò fieret inſtrumentum in Regno Siciliæ, illa pacta apponentur, quæ faciunt inſtrumentum liquidum, videlicet (*fiat Ritus, & bona vendatur ad diſcurſum*) vt dicetur infra quæſtione 10. & faciunt etiam tradita per *Maſtrill. deciſ. 103. tot. & per Caſtill. dec. 51. tot.* qui alios cumulant, & probant, vt promittens cẽſum pro dote, intelligitur promiſiſſe, & ſe obligaſſe iuxta formam dictæ bullæ Nicolai V. quod eſt clarum, & ex dictis cernitur: qualiier autem ex ſola legis diſpoſitione contrahatur pignus legale dicetur *q. 7. cum ſeqq.*

SVMMARIVM.

1 *Defferentia inter hypotecam Vniuerſalem, ſeù generalem, particularem, & ſpetialem quæ nam ſit, & qualiter ipſe dicantur, & declarantur n. 2.*
3 *Hypotheca generalis, quæ nam dicatur.*
4 *Obligatio generalis qualiter concipiatur.*

Ob-

5 *Obligatio generalis, an intelligatur contracta promittendo ſatiſfacere fide, & periculo rerum ad me pertinentium, vel per earum exactionem.*

6 *Hypotheca duplex eſt, vel generalis, vel ſpetialis.*

7 *Hypotheca ſpetialis qualiter concipiatur.*

8 *Hypotheca ſpetialis plures habet ſpetialia.*

9 *Clauſula, vt ſpetialis generali non deroget, & è contra qualiter procedat.*

10 *Hypotheca ſpetialis operatur tunc quãto eo tempore ſunt bona in poſſe debitoris ſecus in in generali.*

11 *Debitor poteſt bona obligata alienare quanto generaliter illa obligauit ſecus ſi ſpetialiter obligaſſet.*

12 *Hypotheca inducitur per verba illa ſuper bonis.*

12 *Dictio ſuper quando erit appoſita ſuper generali hypotheca erit generaliter intelligenda ita è conuerſo.*

QVAEST. V.

1 QVintò quæro, quæ differentia ſit inter hypothecam Vniuerſalem, generalem, & particularem, ſiue ſpecialem? De hac quæſtione plura poſt alios tradunt *Tuſch. in verb. hypotheca concluſ. 2. cum ſeqq. Mantic. dict. titul 4. per tot. Tepat. libr. 2. variar. ſentent. tit. de pignor. & hypothec.* ſed magis practicabilia reaſſumam.

Primò igitur ponunt differentiam, vt alia 2 ſit hypotheca Vniuerſalis alia generalis, & alia ſpecialis; generalis eſt, quæ continet omnia ſingula bona, etiam nomina debitorum, & ſic iura, & actiones *l. ſi conuenerit in princip. ff. de pignor. & hypothec. l. 3. vbi Bart. Bald. & Salicet. C. de hæreditarijs action. vendit. Tuſch. in dict. verb. hypotheca concl 112. num. 11. & ſeqq. & alij.* Vniuerſalis eſt omnium, & ſingulorum bonorum, & iſta eſt magis efficax, quàm gene- 3 ralis, continet enim omnia, & ſingula bona, & conſequenter habet vim hypothecæ ſpecialis, ita *Crauetta conſ. 484. quem probat Tuſch. dict. concluſ. 112. numer. 10.* Sed hæc differentia non videtur ſubſiſtens, & ideò generalis, & vniuerſalis hypotheca confunduntur, & patet hoc etiam ex traditis per eoſdem Authores, qui tradunt hypothecam generalem comprehendere omnia, & ſingula bona, & ſic coincidunt in idem; 4 clarum eſt enim, quòd obligatio generalis fit verbis vniuerſalibus, & ſi fieret etiam oratione indefinita, etiam eſſet vniuerſalis; nam oratio indefinita æquipollet Vniuerſali *c. ſi Romanorũ 19 diſt. l. ſi pluribus ff de leg. 2.* cum alijs adhoc propoſitum cumulatis per *Mantic. dict. lib. 11. titul. 4. num. 1.*

5 Quo fit, quod, ſi in contractu ego dixerim, promitto tibi ſatisfieri fide, & periculo rerum, ad me pertinentium, vel per earum exactionem, intelligitur contracta obligatio generalis, ſiue vniuerſalis omnium bonorum præſentium, & futurorum *l. vlt. C. quę res pignor. oblig. p ff. Bart. in l. ſi ita num. 4. ff. de aur. & argent. legat. Mantic. dict. tit. 4. n. 2.*

Ex hic colligitur, quod duplex ſit hypo- 6 theca expreſſa, generalis, ſcilicet, & particularis, ſiue ſpecialis; generali dicitur, quæ ad plura, vel omnia, & ſingula bona refertur; licèt ſpecialiter non ſint expreſſa, vt patet ex dictis. Specialis eſt, quando ſinhulariter, vel nominarim ſunt obligatæ certæ res, & hæc diſtinctio aperte colligitur ex *text. in l. 1. & l. obligationi generali ff. de pignor. & hypothec. l. penult ff. in quib. cauſ. pignor. vel hypothec. tacitè contrahat. l. vlt. C qui potior. in pignor. habean. l. 2. C. de pignor. & hypothec. Mantic. dict. libr. 11. titul. 2. nu. 10.*

Illud etiam notandum eſt, quòd, ſi eſſet 7 obligatio omnium bonorum mobilium, ſtabilium, præſentium, & futurorum intelligeretur hypotheca ſpecialis, ſiue eſſet hypotheca generalis, habens vim ſpecialis obligationis: ita *Bart. in l. fin. num. 4. & 5. C. ſi contra ius, vel vtilitat. public. Oldrad. Socin Neguſant. Petr. de Gregor. Mozius, & alij plures, quos probant Intrigliol. deciſ 4. num. 49. Milanenſ. deciſ. 1. num. 55. & ſeqq. lib. 2. Roder. lib. 2. de annuis reddit q. 7. n. 14.*

Plura autem priuilegia habet hypotheca 8 ſpecialis, quàm generalis, prout reaſſumit *Tuſch. in dict. verb. hypothec. concl. 117. ſic etiam Mantic. d. tit. 2. n. 11. cum ſeqq.* An autem, & quando ſpecialis præiudicet generali, vel non, latiſſimè tractat *Alexandr. Raudenſ. in tract. de analog. capit. 33. ſic etiam Tepat. in titul. de pignor. & hypothec. fol. 134. colum. 1. & 2.* 9 qui videri poſſunt, quia hodie communiter in inſtrumentis apponitur clauſula, vt ſpecialis hypotheca generali non deroget, nec è contra; & tunc electionem habet creditor vti qualibet ex prædictis, vt notant *Pariſ. conſ. 103. nu. 3. & ſeqq. vol. 3. Caſ-*

ſa.

ſan. Couarr. & Oſaſcb. quos probat Raudenſ. d. lib. 1. capit. 33. num 3. Tuſcb. d. ct. concluſ. 117. n. 12. Mantic. d. tit. 2. nu. 16. Sed, vt dixi, videndus eſt *Raudenſ. dict. c. 33.* qui latiſſimè materiam iſtam pertractat: ſufficit .n. indicaſſe Authores.

Plus dicunt, nempè quod, dum in ſpecie
10 bona obligantur, illa debent eſſe in bonis debitoris eo tempore, quo contrahitur hypotheca; ſed generalis comprehendit etiam futura *l. 1. & l. & quæ non dum ff. de pign. & hypoth. vt dicetur q. ſeq.*

Poſtremo aduertendum eſt, quòd, dum
11 generaliter ſunt hypothecata bona alicui, debitor poteſt illa alienare, nec impeditur translatio dominij: ſed quoties ſpecialiter aliqua bona obligata ſunt, & adſit pactum de non alienando, non poſſunt alienari, & ſi alienentur, non transfertur dominium, *l. ſi creditor §. vlt ff. de distract. pignor. Bart. in l. qui abſenti §. 1. in fin. ff. de acquir poſſ. ff Bald. Imol. Iaſon & alij, quos probat* Mantic. *dict. titul. 2. num. 12. & libr. 4. titul. 30. numer. 12. & ſequentib.* nec etiam ſeruus, ſpecialiter obligatus, poteſt manumitti, poſſet tamen, ſi eſſet obligatus generaliter *l. 3. C. de ſeruo pign. dat. manumiſſ.* Sed de hac illatione latiſſimè *tractat Mantic. dict. titul. 30. qui videri poteſt.*

Inſuper hypotheca inducitur per illam di-
12 ctionem (*Super bonis meis*) *l. codicillis §. institutio ff. de legat. 2. vbi Bart. num. 2. Bald. num. 1. Caſtrenſ. num. 2. Imol. num. 4.* & alij, quia idem eſt dicere ſuper talibus bonis, ac dicere obligo tibi talia bona, *Bart. in l. Lucius ff. de alimen. et cibar. legat. Caſtr. in l. 1. num. 9. ff. de pignor. act. Alexand. in l. reſcriptum §. ſi pacto num. 6. ff. de pact. Roman. conſil. 388. num. 2. Beltrand. conſ. 186. num. 3. volum. 1. Neguſan. de pignor. in 4. membr. 2. part. numer. 164. Lanar. qui alios cumulat in conſil. 31. numer. 1.* Couarr. *lib. 3. variar. reſolution. capit. 7. num. 5. verſicul. 4, & num. 6. cum alijs cumulatis ſupra quæst. 3. §. deducitur 4. Decian. Menoch. & alij plures, quos probat Mantic. d. lib. 11. tit. 2. n. 9. vbi nu. 10.* ſic etiam deciſum refert, qui etiam contra quemlibet ſucceſſorem id procedere dicũt. Pro reliquis hanc quæſtionem concernentibus videantur Authores, deſuper citati.

Hoc ſolum annotato, quod ſi prædicta di-
13 ctio (ſuper) generaliter adijciatur ſuper bonis, intelligitur contracta hypotheca generalis; ſi verò adijceretur ſuper certis bonis, intelligitur hypotheca ſpecialis, & ſic deciſum refert *Mantic. dict. num. 10.* de anno 1575. die 10. & 14. Ianuarij coram Clemente VIII. tunc temporis Rotæ Auditore; quod patet ex dictis, quia indefinita æquipollet vniuerſali, vt dictum eſt.

SVMMARIVM.

1 *Bona, quæ nam veniunt in generali obligatione.*

2 *Obligatio generalis, quæ bona continet.*

3 *Donatio omnium bonorum, quæ bona continet.*

4 *Bona futura, an comprehendãtur in generali obligatione.*

5 *Creditor an poſſit agere contra tertium poſſeſſorem bonorum de nouo acquiſitorum per debitorem alienatorum.*

6 *AEdificium factum in ſolo hypothecato an veniat in generali obligatione.*

7 *Fructus bonorum ad debitorem ſpectãtium, an veniant in obligatione generali.*

8 *Bona emphiteutica omnia, an veniant in obligatione generali.*

9 *Pecunia, an intelligatur hypotheca ta.*

10 *Feudalia, an veniant in hypotheca generali.*

11 *Bona, quæ veriſimiliter debitor non obligaſſet, an veniant in obligatione generali.*

12 *Bona ſuper quibus vxor aſſecurationem petijt, at veniunt in generali obligatione.*

14 *Merces, an veniant in generali obligatione.*

15 *Bona alienata de conſenſu creditoris, an reincidant in primam obligationem.*

16 *Variatio, an concedatur creditori, qui ipſamet bona ſibi obligata elegerit in ſpecie.*

QVAE-

QVAEST. VI.

1 SExtò quæro, quænam bona veniant in generali obligatione? De hac quæſtione latiſſimè tractat *Neguſan. in tract. de pign. par. 2. princ. 2. memb.* per totū plura etiam poſt alios reaſſumunt *Tepat in titul. de pignor. & hypothec. & Mantic. dict. lib. 11. de tacitis, & ambig. conuention. tit. 4. per tot. vt alios omitta*; ex quorum dictis aliqua magis practicabilia reaſſumam.

Dico igitur primò obligationem genera-
2 lem comprehendere tam bona præſentia, quam futura, quamuis ſpecialiter futura nō exprimantur; quia hoc venit ex iuris diſpoſitione *l. vltima vbi omnes C. quæ res pignor. oblig. poſſ. Mantic. dict. tit. 2. num. 5.* & vt veniant etiam bona futura omnes ſciunt, dum eſt obligatio, quia venit ex iuris diſpoſitione, vt dictum eſt, & probant etiam *Guid. Pap. deciſ. 201. Afflict. deciſ. 335. Franciſc. Marc. deciſion. 921. part. 2. de Franch. deciſion. 540. num. 24.* vbi ſecus
3 eſſe hoc dicit, quando eſt donatio omnium bonorum, quia tunc reſtringitur ad bona præſentia tantum; quod eſt clarum, quia hoc eſt introductum pro validitate donationis.

Ex hoc dicto infertur, vt locum habeat,
4 quamuis debitor eo animo bona futura acquirat, vt non comprehendantur dicta bona in dicta generali obligatione, ita *Anton Coebus inter conſilia Socin. ſenior conſil. 77. num. 7. lib. 4. quem probat* Man*tic. dict. titul. 4. num.* 8. quod eſt clarum, & traditur per omnes, quia hoc reſpicit beneficium creditoris cui fuit ius quæſitum ex illo contractu etiam quòad futura; quæ etiā ſi per momentum temporis permanſerint penes debitorem, ſtatim eſt ius quæſitum creditori, quod ius ab eo auferri non poteſt, niſi ipſemet creditor conſenſerit ex regul. *text. in l. id, quod noſtrum ff. de regul. iur. l. vltima ff. de pact. cum alijs vulgat.* hoc
5 enim ſciunt omnes; quo fit, vt ſi debitor illa bona, nouiter acquiſita, alienaſſet, poſſet creditor agere actione hypothecaria contra quemcumquè etiam tertium poſſeſſorem, *l. & quæ non dum §. quod dicitur ff. de pignor. & hypothec. quem text. comendat* Aretin. *in §. item ſeruiana ſub num. 8. verſ. ſi autem eſſet ex obligatione inſtit. de action. probant etiam Neguſan. par. 8. de pign. in 2. memb. n. 4. & Pariſ. conſ. 50. n. 22. lib. 1. quos ſequitur* Mantic. *d. tit. 4. nu. 13.*

Dico ſecundò ædificium factum in ſolo
6 hypothecato, venit etiam in hac generali obligatione, quia ędificium *cedit ſolo §. cū in alieno inſtit. de rer. diuiſ. vbi omnes, vt eſt particularis deciſ.* Capellæ *Tholoſ. q. 430. de qua meminit Tepat. d. tit. de pign. & hypothec. mihi fol. 234. col. 2 §. ædificiū* An autem meliorationes etiam veniant in hac hypotheca, dicam infra q. 45.

Tertiò veniunt etiam fructus bonorum
7 ad debitorem ſpectantium, vt latiſſimè probat *Put. dec. 112. lib. 3. Tepat. loc. cit. fol. 233. col. 3. §. in generali.*

Quartò veniunt etiam bona emphyteuti-
8 ca ſiue priuata ſint, ſiue Eccleſiaſtica, ex quo emphyteuta dicitur obligaſſe ius, proprium non autem ius Eccleſiæ: quod ius proprium manet penès debitorem in beneficium creditoris ex *reg. text. in l. pignus C. de pign. act.* & hanc ſententiam in particulari probāt *Bartol. in l. ſi conſtante in princ. num. 73. ff. ſolut. matrim. vbi Alex. num. 26. Iaſon. num. 78.* Crat. *nu. 81. & poſt ipſos, Bald. Salycet. Caſtrenſ. Affl. Alciat. Grat. & Neguſan. probat Mantic. d. tit. 4. n. 24. & ſeq.* vbi ſic etiam Romæ deciſum refert die 13. Iunij 1577. & hanc eſſe communem ſententiam fatentur, & meram veritatem; quia hoc ius poſtea reſolueretur, finita emphyteuſi ex *regul. text. in l. lex vectigali ff. de pign. & hypothec.*

Quintò etiam pecunia hypothecata intelligitur *l. cùm tabernā §. creditor ff de pign.*
9 ſed ſi hæc pecunia eſſet conſumpta, tunc extingueretur hypotheca, nec primo creditori competit actio ad reuocandum dictam pecuniam conſumptam, vt poſt *Afflict. deciſ. 190. notat Tepat. d. f. 233. in princ. ſed de hac illatione dixi ſupra part. 4 q. 26. n. 16. cum ſeqq. etiam in addition.*

Hoc autem limitatur pluribus modis, &
10 Primò in bonis feudalibus: hæc enim non veniunt in generali obligatione, niſi in ſpecie exprimantur, feuda enim alienari non poſſunt, ſine conſenſu Domini, & proindè, ſi alienarentur feudatarius incideret in commiſſum; & ideò non præſumitur ea obligaſſe per generalem obligationem *capit. 1. §. in generali ſi de feud. defunct. milit. fuer. controuerſ. & ſæpè aliàs Bart. Bald. Alex. Afflict. Neguſant. & alij, quos probat* Mantic. *dict. tit. 4. num. 17. cum ſeqq.* Sed hæc limitatio explicata eſt *conſ. 3.* tam ſecundum ius commune, quàm etiam ſecūdum noſtras conſuetudines, & ſecundum priuilegia conceſſa Neapolitanis, & ibi dicta me remitto.

Secundo limitatur, vt non veniant in ge-
11 nerali obligatione omnia alia bona, quę veriſimiliter debitor in ſpecie non eſſet obli-

gaturus, *ita Angel per illum text. in dict. l. obligatione num. 2 ff. de pignor. & hypothec. Iacob. de Aren. Cyn. & Alberic. in l. 1 C. quæ res pignor. obligat. poſſ.* Bart. *Imol. Roman. Alexand. & Socin.. quos ſequitur* Mantic. *dict. tit. 4. num. 3. & 4. & nu. 33.* & exemplum ponunt circa ſuperlectilia, & omnia ea, quæ ad vitam hominis ſunt neceſſaria, hæc enim veniant ſub generali obligatione ex quo in ſpecie quis non eſſet ea obligaturus.

Hoc tamen limitant, quando vxor peteret
12 aſſecurationem dotis, & iurium dotalium, vergente viro ad inopiam; quia etiam in dictis ſuppellectilibus, & alijs neceſſarijs ad ſuſtentationem vitæ, vxor aſſecuraretur, quia maritus etiam penes vxorem poſſet illis vti, & ſic etiam mariti reſpicit commodum, ita *ex text. in l. vbi adhuc C. de iur. dot. notat Angel. dict. num. 2. Imol. in l. ſi conſtãte in princip. num. 3. verſ. circa tertiam partem ff. ſolut. matrim. vbi Crot. nu. 83. & alij, quos probat* Mantic. *d tit. 4. nu. 33. & 34.* & hoc practicatur quotidie ex ratione iam dicta; quicquid dicat *Alex. in d. l. ſi conſtante n. 28.* nam eius opinio non procedit in aſſecuratione dotium, ſed quoties vxor alia via peteret ſibi adiudicari bona viri, quia tunc maritus non poſſet conueniri, niſi in quantum facere poteſt, hoc eſt, deducto, ne egeat, & fame pereat *l. maritum ff. ſolut. matrimon.* & conſequenter prædicta bona remanerent in beneficium viri, ſi maritus non poſſet ſine illis vitam ducere, vt poſt alios notat *Mantic. dict. nu. 34.*

An autem merces comprehendantur in
14 dicta generali obligatione, multi negant, & multi affirmant, & ſi obligatio non ſit reſtricta ad certum locum, receptior videtur opinio affirmatiua *Bart. in dict. l. ſi conſtante in princip. num 73. & alibi Bald. Alex. Neguſan & Couarr. quos probat Mantic dict. titul. 4. numer. 36. & ſequentib.* & alij, quia hoc reſpicit beneficium creditoris, quod ſecus eſſet in legato; quia in illis attenditur voluntas teſtatoris tantum.

Poſtremò limitatur in bonis, quæ cum conſenſu creditoris alienantur; quia ſi dein-
15 de debitor illa redimeret, non reinciderent amplius in dictam obligationem generalẽ; quia, dum ſemel cum conſenſu creditoris alienantur ſemper reſpectu illius remanet extincta hypotheca, & liberè redeunt ad creditorem, *ita text. quem Bald. dicit ibi ſingularem, in l. vlt. C. de remiſſ. pign. quem tantum citat* Mantic. *dict. tit. 4. num. 35.* ſed eandem illationem poſt alios latiſſimè *probat Surd. deciſ.*

Vltimò aduertendum eſt, quòd, licèt creditor per obligationem generalem habeat
16 electionem eligendi ſibi, bona debitoris pro ſua ſatisfactione, ſi ſemel vnum corpus elegiſſet, vel Iudex pronunciaſſet executionem faciendam eſſe ſuper bonis electis per creditorem, non daretur ei amplius variatio, *vt fundat Capyc. dec. 33 & 46. de Frãch. deciſ. 53. n. 3.* & alij, adeout ſi bona illa alienarentur, creditor amitteret talem electionem, & teneretur experiri contra poſſeſſorem dictorum bonorũ, omiſſis alij, vt notant *Hippolyt. ſingal. 290 Bart. Caſſan. & alij quos probat Vepat. d. fol. 233. col. 2. §. creditor variare.*

SVMMARIVM.

1 *Hypotheca quot modis contrahatur, & nu. 3.*
2 *Hypotheca contrahitur ſine facto hominis plurifariam præſertim ob cauſam dotis.*
4 *Hypotheca tacita pro legato datur.*
5 *Hypotheca datur contra prælatum, & adminiſtratorem Eccleſiæ.*
6 *Hypotheca datur contra adminiſtratorem rerum Fiſci.*
7 *Hypotheca, an detur pro legitima.*
8 *Hypotheca nedum de iure communi, ſed etiam iure municipali inducitur.*
9 *Hypotheca, an eundem effectum habet ſicut expreſſa.*
10 *Bona futura, an veniant ſub hypotheca.*
11 *Hypotheca non inducitur niſi in caſibus de iure expreſſis.*
12 *Bona Vſurarij, an ſint hypotecata pro reſtitutione vſurarum.*

QVAEST. VII.

1 SEptimò quæro, quot modis contrahatur tacita hypotheca? Reſpondetur ijſdem modis, quibus expreſſa, nempè, cum facto, & ſine facto hominis, & ſic ex diſpoſitione iuris; contrahitur hypotheca cum facto hominis, vt eſt in locatione prædiorum, in quibus bona inuecta, & illata, ſunt tacitè hypothecata pro penſione, & deterioratione, & ideò, vt contrahatur, requiritur factum hominis, ſcilicet quòd in-4
uehantur *l. cùm conductorem. C. locat. la-*

tiſſi-

tiſſimè Maſcard. de probation. concluſ. 210. tot. & dixi ſupra de locat. & conduct. vbi alios cumulaui, Mantic. *dict. lib. 11. titul. 11 num. 5. & ſeqq. & tit. 19. cum ſeq.*

Contrahitur ſine facto hominis, ſed ex ſo-
2 la iuris diſpoſitione in multis caſibus. Primò
pro dote, vt bona viri ſint tacitè hypotheca-
ta vxori pro reſtitutione dotis *l. vnica C. de
rei vxor. act. & ibi omnes § fuerat inſtitut.
de action. & alij infra cumulandi, nempè, Tuſchan verb. hypotheca concluſ.* 118
per tot. Mantic *d. lib. 11. tit. 16. cum ſeqq.*
& hoc omnes ſciunt, & procedit etiam in
bonis minorum etiam ſi ſtaret ſtatutum, ne
bona minorum obligari poſſint ſine certa
ſolennitate, vt latiſſimè poſt alios probant
Surd. deciſ. 211. *tota Molin. de inſtit. &
iur. diſp.* 536. Mantic. *dict. lib. 11. tit. 21.
per tot. Azor. part. 3. moral. lib. 7. titul. de
pignor. & hypothec. cap.* 3. qui innumeros
citant, & reſpondenti aliquibus contrarijs.

Sed quoniam laborioſum eſſet potius,
3 quàm induſtrioſum caſus reaſſumere, in quibus contrahatur hæc tacita hypotheca, ex
quo eos reaſſumunt *Doctores in §. item
ſeruiana inſtit. de action. Molin. & Azor.
locis citatis Tuſch. in dict. verb. hypotheca concluſ.* 128. *Tepat. in titul. in quibus
cauſis pign. vel hypothec. tacitè contrahat.* Mantic. *d. lib. 11. à tit. 11. vſq; ad tit.*
22. penès ipſos inueniri poſſunt; clarum eſt
enim vt pro legato detur tacitè hypotheca
l. 1. C. commun. de legat. poſt alios Mantic. vbi ſupra titul. 17. ſic etiam datur in
bonis tutorum, & curatorum in beneficium
minorum, *l. pro officio C. de adminiſtr. tutor. cum alijs traditis per dictos Doctores
præcipuè per Mantic. dict. lib. 11. titul.* 16.
5 Tertiò datur contra Prælatum, & alium administratorẽ bonorum Eccleſię, vel hoſpitalium *gloſ. in cap. ex literis in verb. obligata verſ. & ſic omnia bona de pignor.
vbi Abb. num. 12. Neguſan de pignor. in
4. membr. 2. part. num. 120. verſ. ſeptimus
caſus Rhodoan. in tract. de reb. Eccleſ.
non alien. quæſt. 2. capit. 7. num. 9. & alij.*
Quartò fauore Fiſci contra adminiſtratores bonorum eiuſdem Fiſci, & ſic de alijs,
l. 2. C. in quib. cauſ. pign. tacit. contrahat.
cum alijs cumulatis per dictos Authores, &
præcipue per Mantic. *dict. lib. 11. titul.*
18. Quintò in bonis patris pro adminiſtratione bonorum aduentitiorum filij, latiſſimè
Farinac. dec. 558. & 558. *Molin. d. diſput.*
536. *§. filius item Azor. d. c.* 3.

7 An autem detur pro legitima latiſſimè
proſequitur idem Mantic. *vbi ſupra tit.*
13 per tot. vbi reaſſumptis varijs Doctoribus, hanc illationem latiſſimè examinat, ſed
dicam q. 5. qui quidem DD. non ſolùm prædictos caſus; ſed etiam alios plures examinant, quorum aliquos infra in ſequentibus
quæſtionibus diſcutiemus.

Eſt tamen aduertendum, quòd hypothe-
8 ca iſta tacita non ſolùm introducitur per legem communem, ſed etiam per legem municipalem, *Bald. in l. 2. C. in quib. cauſ.
pign. vel hypothec. tacitè contrahat. Fulgoſ. Imol. Roman. Alex. Abb. Crauett. &
alij, quos probat* Mantic. *dict. lib. 11. titul.
12. num. 1. & titul. 11. num. 6. & ſequent.*
Quæ quidem tacita hypotheca habet eundem effectum, prout habet expreſſa, nempè
circa ſatisfactionem, quamuis ſit dubium
quoad prælationem, de qua materia latè tractant *Roman. conſ.* 146. *Aleſ. conſ.* 58. *nu.
3. & ſeqq. lib. 7. Neguſ. Pariſ. & Couarr.
penes* Mantic. *dict. tit. 11. num. 6. & ſeqq.*
ſed circa prælationem dicentur aliqua in ſequentibus quæſtionibus.

Dicitur autem hypotheca tacita ad diſ-
9 ferentiam expreſſæ, quæ proficiſcitur ex verbis contrahentium, ſed in caſibus, in quibus
introducitur tacita hypotheca, illa naſcitur
ipſo iure ſine conuentione partium toto
*tit. ff. & C. in quib. cauſ. pign. vel hypothec.
tacitè contrah. Bald. n. 1. n. 11. verſ. quodam eſt priuilegium C. de priu. dot. Aret.
Paul. de Caſtr. Rip. Neguſan. & Pariſ.
quos probat* Mantic. *d. tit. 11. nu. 1. & 2.*
quos intelligitur, etiam ſi lex communis, vel
municipalis hanc hypothecam haberet pro
expreſſa, vt quia daret illi prælationem: nam
quoad contrahentes dicitur tacita, quia eorum verbis non eſt expreſſa, vt optimè infe-
10 runt prænarrati DD. qui etiã docent, quod
in hac hypotheca veniant etiam bona futura; illa, nempè, quę veniunt in hypotheca expreſſa ita poſt *Bald. Salycet. in l. vltima
num. 3. C. quæ res pignor. obligat. poſſeſſ.
Roman. Neguſan. Pariſ. & Couarr. quos
probat* Mantic. *dict. tit. 11. num. 13. cum
ſeqq.*

Vltimò eſt aduertendum, quòd in caſibus
à iure non expreſſis non inducitur hypothe-
11 ca, & ſic non inducitur in donatione cauſa
mortis, nec in quibuſdam alijs caſibus, ſed
videndus eſt Mantic. *dict. lib. 11. tit. 12.*
vbi tradit, an bona empta ex pecunia mea,
ſint mihi hypothecata, & negatiua ſententia
eſt vera, hoc enim eſt priuilegium pecuniæ
vniuerſitatis, vt ipſemet Author tradit vbi
ſupra ſic etiam tit. 14. toto vbi agit de pecunia pupillari.

Diſputatur autem, ſi bona vſurarij ſint hy-
12 pothecata pro reſtitutione vſurarum, & multi affirmant, & vtraq; opinio eſt probabilis, præcipuè, quod bona empta ex vſuris ſint tacitè hypothecata ad minus in ſubſidium pro reſtitutione dictarum vſurarum, vt cumulatis hinc inde Authoriqus in vtroq; foro notat *Mantic.d.lib.11.tit.12.num.12. & ſeqq qui in dict.tit.12. & etiam titul.11.* videri poteſt pro reliquis concernentibus hanc quæſtionem.

SVMMARIVM.

1 *Hypotheca, an oriatur ex ſententia.*
2 *Fiſcus ius pignoris habet in bonis rei.*
3 *Hypotheca non inducitur ex ſententia reſpectu priuatorum, ſed bene ipſa exequuta n.5.*
4 *Sententia perſonalem actionem tribuit.*
6 *Inſtrumenta guarentigiata habent executionem paratam, & quando procedat n.7.*
8 *Hypotheca in laudo, an detur.*

QVAEST. VIII.

1 OCTauò quæro, an ex ſententia oriatur hypotheca (De hac quæſtione plura poſt alios tradunt *Theſaurun lib.1.quæſtion.forenſ.quæſt.85. & Tuſch. in dict.verb. hypotheca concluſion.118.numer.96 & ſequentib.* ſed omiſſa diſputatione, duos caſus conſidero, in Fiſco vnum, & in priuatis alterum. Si loquamur in Fiſco, clarum eſt, ſententiam latam in eius fauorem, habere hypothecam in bonis condemnati; nam Fiſci priuilegium
2 eſt, quod in dictis bonis habeat ius pignoris, *l.auſertur §. Fiſcus ff. de iur. fiſci l. 2. C. in quib.caſib.pign vel hypothec. tacitè contrah.Angel.* Caſtr. *& alij communiter, quos probant Theſaur.dict.q.85. num.5. & ſeqq.Tuſch.dict.concluſ.118.num.17.* vbi hanc dicit veram eſſe ſententiam etiam in condemnato ex maleficio.

In ſecundo caſu, attenta diſpoſitione iuris
3 communis ſententia non tribuit hypothecam, quia nec titulum, nec dominium transfert in eum, qui illam per ſe obtinuit, ita *Caſtrenſ. Alex. & alij in l.reſcriptum ff. de pact.Fabian.de* Monte, *& alij, quos probant Theſaur. dict.quæſt.85. tota Tuſch.dict.concluſ* 118.*num.69. Et hoc idem poſt Papon. tenet lib.2. variar.iur. ſententiar.in titul in quib cauſ. pign. vel hypothec.tacitè contrah.fol.237.colum.1. verſic.hypotheca non habet ſententia*:
4 qui omnes tradunt, quod ſolùm inducat actionem perſonalem in beneficium eius, qui illam obtinuit, quod intelligunt, & rectè à die ſententiæ vſq; ad illius executionem,
5 ſed poſt executionem tribuit hypothecam, quia vna ſemel, quòd ſententia fuit executa, ſtatim inducit hypothecam, adeò vt in concurſu creditorum in pari cauſa ille præferatur, qui pro ſe obtinuit ſententiam, & eius executionem, & tunc incipit habere hypothecam, & excludit alias in pari cauſa, vt ex *text.in l.2.C.qui potior.in pignor.habean. & alijs notat Theſaur.d.q 85.n.8. verſ. & ſpecie, & notant etiam Tuſch. & Tepat.in loc.cit.& idem Tepat.d.lib.2.tit.de pign.& hypothec.f.234.col.4.§.ſententia hypothecam ſolum tribuit.*

Eſt etiam quæſtio, ſi inſtrumentum con-
6 feſſionatum, ſiue guarentigiatum, vt ſunt illa inſtrumenta, quæ per ſtatuta locorum habẽt paratam executionem, dum paratam habet executionem, ſi petatur executio vigore eiuſdem inſtrumenti, ſi habeat hypothecam ad minus tacitam? Et opinionem affirmatiuam tuetur *Bart. in l.1. in fin. princip. Bald.num.3.Imol.num 6 ff de his, quæ in teſtament. delent. Alex. in l.iuriſgentium,§.quòd ferè n.10 ff de pact.* Quam
7 quidem opinionem intelligunt aliqui locum habere, quando agitur contra principalem, qui nominatus eſt in inſtrumento non autẽ contra alios non nominatos in illo, vt ſentit *Bald.in l.1.n.6.C.commun.de legat.notat Iaſ in d.l.iuriſgentium §.Prætor ait n.11 & in l.ſi vnus §.ante omnia n.4. eod. tit. de pact.& ita de iure fuiſſe reſponſum ſcribit Bald.Nouell.in tract.de dot par.6 priuil.7.col.1.* & hanc ſententiam poſt prædictos, *& Neguſ.probat Mantic.dict. lib.11.tit.11.n.10.* & patet; quia talia inſtrumenta ſolùm contra nominatos in illis habent talem executionem, & contra illos habent vim ſententiæ; quàmuis in Regno Siciliæ etiam cõtra detentores bonorum illius, qui nominatus eſt in inſtrumento talis executio exerceatur; ſed an iure fiat, dicam infra
8 q 10.& 17. ſic etiam ex laudo inducitur hypotheca, quando validum eſſet, vt poſt *Bald. conſ.172.caſus ſubijcitur lib.3.notat Tuſchus in verb.hypothecarius creditor concluſ.129.n.17.& ſeq.*

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Hypotheca, an detur pro dote de paragio quemadmodum pro legitima.*

2 *Filia nedum pro dote de paragio habet de iure conditionem ex lege, ſed hypothecariam etiam contra tertios poſſeſſores.*

3 *Hypotheca pro legitima, an competat, & quid de iure municipali.*

4 *Hypotheca, an competat filio pro ſupplemento legitimæ.*

QVAEST. IX.

1 NOnò quæro, an pro dote de paragio, ſic etiam pro legitima detur filijs tacita hypotheca? Hæc quæſtio duos continet caſus; in dote vnum, & in legitima alterum, & vterq; breuiter explicandus eſt, tam ſi relicta ſit in teſtamento, quàm ſi relicta non fuerit. Si loquamur in dote de paragio, & fuerit relicta in teſtamento eſt citra controuerſiam, quod habeat actionem hypothecariam etiam cōtra tertios poſſeſſores, vt notant omnes infra citandi, & dixi ſupra par. 4. q. 14. etiam in addition. & hoc etiam procedit in legitima, quæ filijs in teſtamento tam in totum, quàm pro parte fuerit relicta, quia ad minus ex cauſa legati datur talis hypotheca pro legitima, vt notant omnes infra citandi: ſola igitur quæſtio eſt, quando ſunt relicta in teſtamēto.

Dico igitur, ſi loquamur in dote de paragio, non ſolùm filia habet conditionem ex
2 lege, etiam contra tertios poſſeſſores, ſed etiam actionem hypothecariam, vt prædictam dotem conſequatur, vt poſt alios probaui tom. 1 & 2. part. 4. q. 14. etiam in vltimis additionibus, ideò ad ibi dicta me refero.

Si verò loquamur in legitima, & tunc *Fulgoſ. conſ. 84. aliàs 83. num. 2. Paul. de Montepico in l. in quartam num. 49. verſ. ſed iſta ſolutio ff. ad leg. Falcid.* tenent 3 quod etiam pro legitima filij detur tacita hypotheca in bonis paternis, & ſubdit errare in terminis tenentes contrariam ſententiam de quo meminit *Mantic. dict. lib. 11. de tacit. & ambig. conuention. tit. 13.* vbi quatuordecim argumenta pro iſtorum ſententijs cumulat, quæ etiam ſoluit nu. 44. cum ſeqq. & eandem ſententiam tuetur quidam alij penes *Vinc. de Franch. decis. 374. n. 17. & penes Caſtill. d. dec. 90. n. 32 cum ſeq.* quæ quidem opinio magnam habet æquitatem, cuius ratione defendi poteſt ad minus in ſubſidium, dum non adſunt alia bona paterna, ex quibus filij conſequantur legitimam; vt dum per conditionem ex lege reuocant de bonis paternis alienatis, etiam penes tertios poſſeſſores exiſtentibus, tantam quantitatem, quæ illis ſufficiat pro eorum legitima, vt omnes concedunt, & dixi etiam ſupra *part. 3. q. 21. nu. 17. in addit.* vt cautius, & plenius prædictam legitimam conſequantur, habeant talem hypotecam tacitam, non iam ex voluntate teſtatoris, ſed ad minus ex diſpoſitione iuris, ex remedio ſubſidiario, nempè, vt dum ius concedit reuocationem pro legitima, concedat etiam cum dicta tacita hypotheca. Beneuerum eſt, quòd in puncto iuris receptior, & verior eſt contraria ſententia, vt non detur dicta tacita hypotheca, *ita Alex. in dict. l. in quartam num. 15. & 16. & alibi paſſim, Capr. vterq; Socin. Corne. Ruin. Afflict. Bolognin. Alciat. Neguſ. & Puteus, quos probat Mantic. dict. 13. num. 27. & ſeqq.* & vltra per ipſum cumulatos tenent plures alij, quos ſequuntur *Vincent. de Franch. deciſion. 374. numer. 17. & alibi Caſtill. dict. deciſion 90. numer. 32. & ſequentib.* Quia iure cautum non repetitur expreſsè, quod filius pro legitima habeat tacitam hypothecam, quæ, vt dixi quæſt. 7. non datur, niſi expreſsè per legem communem, vel municipalem tribuatur, ac detur, quamuis, vt dixi, ad minus ex iuſta interpretatione, ne lex introduxiſſe videatur remedium inſufficiens, poteſt defendi contraria ſententia, quod detur illa tacita hypotheca, quæ ſine dubio, ſecundum om-
4 nes, datur pro ſupplemento legitimæ, nempe, ſi teſtator minus legitima reliquiſſet filijs, quia tunc ad minus ex voluntate tacita teſtatoris, datur filijs tacita hypotheca, dummodo pater expreſsè non prohibuiſſet filijs, ne poſſent plus petere, vt poſt alios proſequitur *Mantic. dict. titul. 13. num. 75. cum ſequent.*

SVM-

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Pactum de non opponendo addiſcurſum an valeat.*

2 *Praxis Regni Siciliæ adducitur circa adiuditationem bonorum debitoris faciendam in beneficium creditoris.*

3 *Pactum de nõ opponendo ad diſcurſum an ſit validum, & quod ſit inualidum nu. 8.*

4 *Pacta ſunt ſeruanda.*

5 *Pactum de non opponendo eſt conuentionale, & an ſit conforme iuri communi n. 6.*

7 *Pactum de non opponendo, an ſit licitum in foro conſcientiæ.*

9 *Pactum legis commiſſoriæ, quod nam ſit.*

10 *Pactum legis commiſſoriæ in venditione bene procederet ſecus in pignoribus.*

11 *Pactum legis commiſſoriæ iuſtificatur donec adæqualitatem reducatur.*

12 *Pactum omne ſimile pacto legis commiſſoriæ idem continens nullum eſt.*

13 *Iuramentum renuntiatio aut praeces debitori non poſſunt iuſtificare pactũ de non opponendo ob labem vſurarum, & abſolutio iuramenti valida.*

14 *Renuntiatio pacti de non opponendo, an valeat.*

15 *Remedium proceden ex gratia Principis eſt difficile.*

17 *Fructus pracepti, an in ſortem ex computentur.*

18 *Pinguëualent pactum, an ſit iuſtum.*

19 *Pactum, quod ſi debitor ceſſaret per tot annos res incidat in commiſſum, an valeat.*

20 *Pacta quando ſeruanda ſint.*

21 *Pactum penale non debet eſſe conuentũ ad lucrum creditoris, & in fraudem vſurarum.*

22 *Pactum, quod debitor amictat quartam partem pretij eſt ſimili pnigui valenti.*

23 *Pactum de non opponendo ſequuta leſione erit nullum, & ita deciſum.*

QVAEST. I.

1 Decimò quæro, an pactum de non opponendo, & ad diſcurſum vendendo, quo Siculi vtũtur, validum ſit? De hoc pacto dixi aliqua ſupra par. 6. Idcircò pauca prius notanda ſunt, & melius explicanda eſt quæſtio, quia huc remiſi hanc tractationem.

2 Dico igitur primò pactum vendendi ad diſcurſum bona debitoris hac continere, vt quotieſcunq; in inſtrumento adſit hoc pactum, ſit in electione creditoris cauſare exequutionem vt ipſi dicunt, ſiue exequi facere ſuper omnibus bonis debitoris ſui, adeò vt pro decem aureis poſſit creditor ſibi adiudicare bona etiam mille aureorum dicti ſui debitoris, & ita paſſim prædicatur in dicto Regno, adeout nunc videas hominem inopem, & mendicum, & paulò poſt diuitem; & è contra: quod ſuccedit propter tales adiudicationes: nàm cauſatur executio, & ſic fit primum decretum ſuper omnibus bonis debitoris, quod fit virtute dictj inſtrumenti, & licèt fiant quædam banna, non tamen fiũt more noſtro, vt in publico banniantur, & accendatur candela, ſed quidam ſeruiens, ſiuè bieruarius circum circa Tribunal, prout ei videtur, illa facit, & facta relatione talis bannimenti, interponitur poſteà, ſecundum decretum ſpecialitèr ſuper certis bonis eiuſdem debitoris; vt poſt alios tradit *Cumias in tit. eiuſdem Regn. cap. 91. ſecundum eius ordinem. & ſupputationẽ n. 5. & ſeq.* & cauſata tali executione debitor habet terminum quindecim dierum, quem ipſi quindenam vocant, infrà quam debitor ſuas apponit exceptiones, quæ ſi ſecundum eorum actum non iudicentur ſubſiſtentes, quja ſecundum formam pragmaticæ Regis Alphõſi quæ ibi tenaciniſſimè obſeruatur, paucas exceptiones admittunt, & de hoc habent diuerſos tractatus circa tales exceptiones admittendas, vel non admittendas. *Petr. de Gregor. Nicol. Intrigliol. Anton. Balli. & aliorum ſub tit. de cenſibus*, & elapſa quindena, ſi exceptiones reijciantur, habet debitor tempus etiam vſq; ad ſemeſtrem, & dicta bona poſſit reemere, ſeù recuperare à poſſe creditoris, quo termino elapſo, & nõ ſoluto debito ampliùs non auditur, audietur tamen aliquando per remedium enormiſſimæ læſionis, & hoc ex diſpenſatione ſolùm Excellentiſſimi Proregis illus Regni, quæ diſpenſatio regularitèr concedi non ſolet, niſi perſonis priuilegiatis.

Dico ſecundò pactum de non opponendo hoc continere, quod debitor nihil opponere valeat contra tale inſtrumentum, niſi ſa-
3 tisfactionem debiti, & quoſdam alios, pro quibus

quibus ad eos me remitto: hoc enim pactũ
potius iudicatur rigoroſum, quàm iniuſtum,
ex quo per illud ſolum accelerantur probatio-
nes: quòd, ſecundum multos, fieri poteſt, &
iam vſu receptum eſt etiam in hoc Regno,
vt contra inſtrumentum liquidum non au-
diatur debitor, niſi, facto depoſito, vel in vin-
culis, eò tamen modo, & forma, vt explicaui
alias, hoc enim totum facit pactum execu-
tiuum. Igitur ſola controuerſia eſt, an pactũ
de vendendo ad diſcurſum non ſolum ſit ri-
goroſum, ſed etiam iniuſtum.

Prætendunt Doctiſſimi Siculi hoc pactum
eſſe licitum, & legitimum; quia ex partium
conuentione; & voluntate apponitur in con-
tractibus, non autem contra debitoris vo-
luntatem, vnde vulgatum eſt, & tritum axio-
ma etiam in iure naturali fundatum, pacta
4 eſſe obſeruanda, vt ferè in ſimili pacto poſt
alios tradit *Surd.deciſ.259.nu.5.& ſeqq.* &
tanto magis dum ſic fuit ſemper ſeruatum
in dicto Regno, & clarum eſt, vt, quod certã
habuit interpretationem, mutari non de-
beat, præcipuè dum ita vſu receptum eſt, &
tantò magis, quia conſuetudo iuſtificat con-
tractus.

Secundò confirmatur, quia pactum præ-
5 dictum eſt conuentionale, & pœnale, vt pa-
tet, & mihi dixerunt fuiſſe introductum in
odium debitorum, qui in dicto Regno ſole-
bant eſſe admodum renitentes ad ſoluen-
dum, & adeò tenaces in litigando, quòd vix,
vel nunquam creditor ſuum conſequeba-
tur creditum; & conſequenter in pœnam
talium debitorum renitentium, & vt procu-
rarent citò ſoluere debitum, fuit hoc pactum
introductum, & ſic eſt iuſtum, quia debitori
imputandum eſt, cur conuentionem iuratã
non ſeruet, & debitum ſatisfaciat, ita tradit
*Cumias in ritibus dicti Regni cap.17.ſe-
cũdum eius ordinem n.170.fol.mihi 102.
vt alios omittam, & in ſimili poſt alios
tradit Sud.d.dec.259.*

Tertiò addi poteſt, hoc pactum non ſolũ
6 eſſe conforme iuri communi, ſed etiam vi-
detur approbatum per Sacros Theologos:
igitur omninò ſeruandum eſt. Probatur aſ-
ſumptum, ſiue antecedens quòad primam
partem; quia de iure communi eſt introdu-
ctum in odium debitoris, vt ob eius contu-
maciam, mittatur creditor in poſſeſſionem
omnium bonorũ eiuſdem debitoris, vt toto
titul. de bonis auctor. indic. poſſidend.
quod eſt omnibus notum. Secunda Pars
etiam probatur; nam, licèt dictum eſſet con-
tra leges, irritantes tale pactum, adhuc tamẽ
Theologi defendunt pactum eſſe validum
in foro conſcientiæ, *ita Syluestr. in verb.
lex lò quinto numer.18.Abb.Molin.Vaſq.
Ferdinand.Mendoz.& alij penès Suarez
lib.5.de legib.c.25.cum ſeq. et penès Salas
diſp.16.de legib.ſect.8.tot.vt alios omittã:*
Sed in caſu noſtro non adeſt talis lex irritans
pactum prædictum igitur eò magis in vtroq;
foro validum iudicari debet, & hæc ſunt mo-
tiua vrgentiora pro validitate huiuſmodi
pacti.

Addi etiam poteſt alia ratio ex congruen-
tia, ſiue conueniẽtia, quia non congruit, nec
conueniens eſt, vt creditor debeat ſcindere,
ſiue diuidere bona debitoris, nec debet eſſe
debitoris colonus, vel inquilinus; vt illa deti-
neat, donec ei ſoluatur creditum; ſed potius
effici debet Dominus dictorum bonorum,
eaq; ad libitum meliorare, dum culpa ſua
debitor ſoluere noluit, & voluit creditorem
effici dominum ſuorum bonorum.

Verùm licèt prædicta videantur habere
aliquam apparentiam, mihi tamen, & multis
alijs Siculorũ Doctiſſimis, cum quibus ma-
teriam iſtam diſputaui, nullam ſubſiſtentiam
videtur habere; & ideò vt Siculos contra Si-
culos defendam, meam proponam ſenten-
tiam, & media, quæ illam rueri videntur, eiſ-
dem Doctiſſimis Siculis maturiorẽ diſcuſ-
ſionem relinquens, ſi vera ſint, quę propono.
Eo magis, quia nunc pacta prædicta, vt mihi
iidem tradiderunt, non ſunt in illa rigoroſi-
tate, vt erant antiquitus, forſitan cum illis,
quæ hic ſubijciam, reducantur totaliter ad
æqualitatem, & proportionem crediti cum
bonis adiudicatis.

Primò igitur videtur mihi pactum iniu-
8 ſtum, & contra omnem æquitatem, quia pa-
ctum prædictum formaliter, ſeù in ſubſtan-
tia hoc continet; quod, ſi ego virtute cõtra-
ctus debeam à te conſequi decem aureos,
poſſim, vt ipſi dicunt, cauſare executionem
ſuper omnia bona tua, vt ad diſcurſum ven-
dantur, & audiui rem admirabilem dictu,
quod quidam creditor pro vncijs centum
monetę dicti Regni, & ſic pro ducatis ducẽ-
tum quinquaginta noſtræ monetæ, ſibi adiu-
dicare fecerit feuda, & omnia bona ſui debi-
toris valoris ducatorum ducentum quin-
quagintamille, & plus, & hoc per rationes
adductas pro iuſtificatione huius pacti. Hoc
videri poteſt, quænam ſit iuſtitia, & æquitas
huiuſmodi pacti, ſi pro tam parua ſumma
creditor electionem habet iuxta ſuperius
expreſſa. Quo caſu fructus bonorum debito-
ris, centies, & millies traſcendunt capitale
eiuſdem creditoris; & conſequenter ex ſe pa-
tet aſſumptum, vt pactum ſit iniuſtum, & nul
lo modo ſeruandum.

Secundò probatur, quia ſiue teneamus
9 hoc eſſe pactum legis commiſſoriæ; ſiue illi
ſimile, omninò eſt nullum, & vtroq; iure re-
probatum, nec in foro conſcientiæ obſeruã-
dum. Probatur maior quòad primam par-
tem; nam pactum legis commiſſoriæ hoc eſt,
quod ſi debitor tempore præfinito, ſiue pręſ-
tituto non ſoluat debitum eius creditori,
au-

auferatur dominium bonorum ab ipſo de-
bitore,& creditori acquiratur,& hoc eſt pa-
ctum legis commiſſoriæ, vt nempè, debitor
incidat in tale commiſſum,ſi ex parte ſua nõ
adimpleat. *vt toto titul. C. de pact. pignor.
vbi omnes Cyn. & alij, quos probant Co-
uarru. lib. 2. variar. reſolututtion. capit. 3.
num. 8. verſicul. pactum*, *Mantic. libr.* 11.
de tacit. & ambigu. conuention. titul.
9. *numer.* 1. *Surd. deciſion.* 248.
10 & hoc omnes ſciunt: qui etiam docent,
quod ſi hoc pactum apponatur in emptio-
ne, & venditione, validum ſit, quia talem
contractum reſolueret *l.* 1. *& 2. ff. de leg. com-
miſſor.* ſed ſi apponeretur in pignoribus, &
hypothecis,ſit omnino improbatum, quia
ad commodum creditoris emptionem in-
ducit,& translationem dominij bonorum
debitoris *capitul ſignificante de pignor.
l.* 2 *& 3. C. de pact. pignor.* & tunc tantum
ſuſtineretur, ſi bona debitoris remanerent
empta in beneficium creditoris pro iuſto
pretio arbitrio boni viri taxando, quia tunc
ceſſaret ſuſpitio vſurarum, & pactum redu-
citur ad æqualitatem, ex quo debitor ſolùm
cogitur vendere bona ſua pro iuſto pretio,
vt docent omnes ex textu particulari, & ſin-
gulari *in l. ſi fundus §. vltimo vbi Bartol.
ff. de pignor. Canoniſt. communiter in
dict. cap ſignificante, Cyn. Bart. pluribus
in locis, Salycet. Paul. de Caſtr. Angel. Ti-
raquell Couarru. & alij, quos probat
Mantic. dict. lib.* 11. *tit.* 10. *num.* 19. *cum
plurib. ſeqq. Surd. d. deciſ.* 248. *num* 8. &
11 nunquam tale pactum iuſtificatur, niſi redu
catur ad talem æqualitatem, vt latiſſimè poſt
alias proſequitur *Mantic. d. lib.* 11. *tit.* 9.
& 10. Surd. in hoc. cit. de Pont. conſ. 67. *vol.*
1. *& omnes alij.*

Probatur maior quoad ſecundam partem
12 quia omne pactum generaliter, quod eſt ſi-
mile dicto pacto legis commiſſoriæ, nempè
eiuſdem rationis, & quod in effectu idem
contineat nullum eſt, ita *Bart. per illum
text. in l. 1. C. de pact. pignor. vbi Bald. &
Angel. & l. vltim. eodem titul. Iaſ. Tiraq.
& Couarr. quos probat Mantic. dict. tit.
9. num. 12. Neguſant. Bertrand. Lupus, &
alij, quos probat Surd. d. dec.* 248. *nu.* 11. *&
ſeqq.* quia omnes hoc probant non ſolùm
habere locum in pignoribus, ſed in omni
alio contractu; quia in effectum pactum prę-
dictum vſurariam prauitatem inducit, ex
quo creditor ſub conditione dilatæ ſolutio-
nis bona debitoris, pignori obligata iniuſto
pretio empta habeat, & dominium ſibi ac-
quirat,& conſequentèr, dum lucrum facit il-
lius partis bonorum, in qua deficit iuſtum
pretium, gratis bona prædicta acquirit, &
conſequenter vſura eſt,& alteri præbet oc-
caſionem fœnerandi,& conſequenter non ſo-
lum de iure humano, ſed etiam de iure Di-
uino hoc eſt prohibitum, prout in huiuſmo-
di pacto particulariter probant DD. citati
*poſt Abbat. in dict. capit. ſignificante nu.
7. de pignor. Alexandr Couarru. & alios,
vt eſt videre penes Mantic. dict. titul.* 9.
num. 3. *& ſequent. & titul.* 10. *per totum,
& penes Surd. dict. deciſ.* 248. qui innu-
meros alios citant, & etiam in contractu
dotis reprobatur huiuſmodi pactum, vt per
eos.

Additur etiam, quod nec iuramentum
13 nec debitoris preces, ac renuntiatio poſſit
huiuſmodi pactum iuſtificare; non iuramen-
tum, quia dum hoc eſt introductum in odiũ
creditoris propter vſurariam prauitatem,
non poteſt tale pactum confirmari iuramen
to,& proindè, licet debitori obſtet iuramen-
tum tamen poteſt ab eo petere abſolutio-
nem, quæ etiam debet illi concedi, qua ob-
tenta, eſt in totum liberatus, ita DD. omnes
*in d. cap. ſignificante de pignor. Bart. in l.
ſi quis pro eo. nu.* 10 *ff. de fideiuſſor Couar.
Purpur. Bero. & alij, quos probant Mant.
d. tit.* 9. *n.* 13. *Surd. d. dec.* 248. *n.* 21. *&* 22
qui etiam ſic concordant opiniones diffi-
dentes: dum enim quidam dicunt obſtare
iuramentum non intelligitur, vt validet pa-
ctum, ſed ſolùm, vt debitori obſtet, donec
ab illo obtinuerit abſolutionem, quę ad cau-
telam obtinetur,& ad maiorem ſecuritatem;
nam etiam ſine tali abſolutione poſſet debi-
tor contrauenire, vt in ſimili poſt alios dixi
conſ. 42. *n.* 4. *& ſeq. & conſ.* 43. *n.* 2. *cum
ſeqq.*

Non validatur quidem precibus, ac roga-
tu debitoris, quia ille neceſſitate coactus re-
cipiendi pecuniam apponit tale pactum, &
beneficia iuris renunciat, vt poſt *Bald. in
cap.* 1. *num.* 7. *de feud. dat. in vic. leg. com-
miſſor. tenet ibidem Afflict. num.* 7. *quos
probat Mantic. dict. titul.* 9. *num.* 7. *&* 8.
& poſt alios Surd. d. dec. 248. *n.* 15. *vbi nu.*
16. *poſt Hoſtienſ. Ioann. Andr. Butr. Od-
dofred: Bertrand. Affl. Bero. Tiraq. et Lup.*
probat, vt huiuſmodi pacto non poſſit debi-
14 tor renunciare, nec renunciatio valeat, &
idem poſt alios probat *Mantic. d. tit.* 9. *n.* 15.
Et quamuis *Tiraq. de retract. conuent. in
fin.* dicat, quod tale pactum tolerandum ubi
quando ſolitum eſſet, & toleraretur in illa
regione; nihilominus contra eum eſt rece-
tior ſententia; nam pactum prædictum nul-
la conſuetudine confirmari poteſt, vt poſt
Bald. in l. 2. *num.* 4. *in fin. C. quæ ſit longa
conſuetudo ipſemet Tiraquell. ibid. num.*
121. *hac probat. & tenent etiam Lupus, Ne-
guſ.*

Neguſan. & Sebaſtian. Medices, *quos probat Surd. dict. deciſion. 248. num. 17. & Mantic. dict. titul. 9. num.* 14 vbi optimam addit rationem; quia, dum tale pactum eſt ſcæneratitium, quicquid in contrarium fit, non dicitur conſuetudo, ſed potius perniciosa corruptela, & nullius momenti; quia iuri Diuino, & naturali, & Canonicis obuiat inſtitutis ex regula *text. in c. 3. c. venerabilis, & c. ex parte de cõſuet. can. mal. diſt.* 8. Et ex hoc patet etiam probata tertia pars maioris hoc pactum eſſe etiam nullum in foro conſcientię. An minor concurrat in hoc pacto, de quo agimus, patet ex dictis in primo fundamento noſtræ ſententiæ, & ex dicendis magis conſtabit.

Tertiò comprobatur, quia creditor poſtquã cœperit poſſeſſionem bonorum dicti debitoris facit fructus ſuos in dicto Regno, nec illos tenetur reſtituere, nec cum eius credito compenſare, niſi Dominus Prorex dicti Regni ex gratia concederet debitori, vt ſtãte enormiſſima læſione, teneatur ei creditor reſtituere bona vna cum fructibus, ſoluto credito dicto creditori vna cum tertijs decurſis ad rationem decem pro centenario; itaq; cùm hac remedium pendeat à gratia Principis, & ſit in eius facultate, ſi velit illud
15 concedere, clarum eſt, quod ad minus difficile reputetur, vt ſciunt omnes; & poſt alios probant *Crauett. conſ.* 121. *num.* 10. *vol.* 1. *& Conſil. de Bottis in addit. ad tex. in l. idem Iulianus* §. *conſtat. ff. de legat.* 1. & proinde, dum non eſt remedium ordinariũ, non habetur in conſideratione. Vndè duo reſultant. Primum eſt, quod dum fructus nõ
17 excomputantur in ſortem, pactum reducitur ad iniquitatem, ne dicam ad vſurariam prauitatem; clarum eſt enim, vt creditor teneatur ſibi excomputare in ſortem fructus perceptos ex bonis ſibi pignoratis, etiam ſi eſſet pignus iudiciale, vt poſt *Bartol. Bald. Imol. Alex. Surd. & alios probaui part. 6. quæſt. 5. num.* 14. *& ſeqq. in addition.* & vltra ibi cumulatos, hoc idem poſt alios probat *Mantic. dict. lib.* 11. *titul.* 8. *per tot.* & quàmuis aliqui dicant, vt conſuetudine, ſtatuto poſſit contrarium introduci, id intelligitur reſpectu legitimi intereſſe nempè, vt ex fructibus prius deducatur intereſſe, & quod ſuper eſt poſtea ex eiſdem fructibus debet excomputari in ſortem principalem, *vt dict. num.* 14. *& ſeqq. poſt alios retuli, & tenent etiam Caſtrenſ. Salycet. Abb. Oſaſc. Nenoch. & alij*, *quos probat* Mantic. *dict. tit.* 9. *num.* 18. *cum omnibus ſeqq.* qui etiam docent, vt verè, & legitimè probetur intereſſe alias enim omnes fructus excomputarentur in ſortem, & num. 24. poſt *Bart. in l. ſi finita* §. *Iulianus num.* 50. *ff. de damn. infect.* docet ipſe Mantic. contrariam conſuetudinem eſſe contra ius Diuinum, & in fraudem vſurarum, quod clarè patet ex ſuperius dictis, & dicam infra quæſtion. 31. & in propria materia pacti, de quo loquimur poſt alios *Maſtril. dec.* 33. *lib.* 1. probat, quod ſtante enormiſſa læſione, nec etiam valeat pactum, vt fructus prædicti non excomputentur in ſortem Si igitur per talem prætenſam adiudicationem etiam ſi millies, & plus proprium creditum excedat, creditor facit fructus ſuos, quis non videt pactum prædictum continere manifeſtam vſurariam prauitatem.

Poſtremò confirmatur ex ſimili, quod ip-
18 ſi met ſicuti dicunt de pinguenalere; eſt enim quodeam pactum, vt debitor amittat quartã partem pretij ſuorum bonorum, quando creditor ſibi adiudicat bona debitoris; & dicunt, pinguenalens prędictum eſſe iniuſtum, & non ſubſiſtere ſecundum Sacros Canones, & in foro conſcientiæ, quia res, valens decẽ, pro decem dari debet, nec Dominus rei debet amittere quartam partem pretij, ita *Cumias in dict. capitul.* 17. *num.* 170. ſi igitur ſecundum eos, quo debitor amittit quartam partem pretij, eſt iniuſtum, & contra Sacros Canones, & ſic non ſeruandum, eò magis procedit in dicto pacto ad diſcurſum.

Plus dicunt, quod ea ratione non valeant pacta, appoſita in contractibus cenſualibus,
19 ſiue bullarijs, vt ipſi dicunt, nempè, vt bona, ſuper quibus fuit cenſus impoſitus, ſint emptoris, ſi venditor ceſſauerit per tot annos ſoluere annum cenſum, & ſic incidant in cõmiſſum in beneficium creditoris, ne debitores aſtricti eorum neceſſitatibus, dum pecuniam capiunt, & contractus cenſuales faciũt, pro paruo pretio, velati, ducatorum ducentum amittant bona valoris ducatorum mille, vt poſt *Vgolin. in tract. de vſuris cap.* 45. §. 11. *num.* 6. *cum ſeqq. Couarr. lib.* 3. *variar. reſolut. cap.* 7. *Fælician. in tract. de cenſib. lib.* 1. *cap.* 10. *num.* 11. *Roderiq. lib.* 2. *de annuis redditib. quæſt.* 22. *num.* 22. *Valaſq. Guttier. Rebell. Leſſium*, *& alios plures*, *probat Ioann. Philipp. Teſtaì in alleg.* 10. *num.* 28. *cum ſeqq. volum.* 1. Quæ ratio magis viget in caſu noſtro; nam, licèt non adſit pactum, ſic explicitum, in dicto pacto vendendi ad diſcurſum (prout iam adeſt in effectu) adeſt ad minus implicitum; quia, ſi debitor ceſſauerit ſoluere annuum cenſum, infra ſpatium conceſſum creditori per ritum, remanent bona in beneficium eiuſdem creditoris, & conſequenter, vt dictum eſt pactum ſimile pacto legis commiſſoriæ, & omnino improbatum à iure, & proinde ſi videtur, vt reduci pebcat ad æqualitatem.

Nec vrgent contraria·Primum enim faci-
li negotio ſoluitur; nam pacta ſeruanda ſunt,
20 ſi licita ſint,& non aliter, vt multoties ſupra
replicatum eſt:ſed hoc pactum non ſolum
reducitur ad pactum legis commiſſoriæ, ſed
etiam cõtra ius Diuinum,naturale,&Sacros
Canones,& ptoinde, quod contrarium ſit ,
non eſt conſuetudo,ſed pernitioſa corrupte-
la.Imò nec debitor poteſt huic beneficio re-
nuntiare, & ſic vanum eſt quærere de con-
ſuetudine contraria,& de interpretatione,
quæ procedunt in rebus dubijs , vt dixi poſt
alios *par.4.quæſt.65.num.11.& ſeqq. in
addition.*

Nec vrget ſecundum quia , licèt hoc pa-
ctum ſit pœnale,tamen reſultat in beneficiũ
creditoris,& ſic non valet,quia reducitur ad
pactum legis commiſſoriæ, vt multoties ſu-
pra replicatum eſt, & quod nec iuramento ,
nec rogatu , ſine precibus debitoris valida-
21 tur,licet enim pactum in pœnam debitoris
valeat, tamen non debet eſſet conuentum
ad lucrum creditoris , & in fraudem vſura-
rum, quia ſic improbatur tanquam fœnera-
torium,*ita Nauarr.in Manual.capit.17.
nu.217.Mantic.d.lib.11.tit.10.num.34.*
cum alijs cumularis ſupra in verſ. plus dicũt.
Et quod tradit Surd.d.dec.259. eſt , quando
creditor cogitur accipere bona debitoris in-
22 ſolutũ,quod tunc debitor amittat quartam
partem pretij,& ſic eſt pactum ſimile pingue
nalenti,etiam quia *num4 ibid. ipſe Surd.
citat Bald.Dec.Ioann. Andr. Alex. Socin.
Rebuff.Cagnol.Lupum,& alios*, qui con-
trarium tenent,prout etiam tenet Cumias ,
quem citaui ſupra.Et ſic tunc potius contra-
ctus reducitur ad iniuſtitiam;vt ad ſummum
teneatur emptor ſupplere iuſtum pretium:
ſed id caſu noſtro pactum prædictum reſol-
uitur in pactum legis commiſſoriæ , vt cen-
ties ſupra replicatum eſt.

Nec obſtat tertium, nam tunc Theologi
dicunt valere pactum, quando ſolùm eſſet
contra ius ciuile , quod non annullar pactũ ,
nec impediret translationem dominij; ſecus
ſi pactum eſſet nullum ex eius natura , vt di-
cunt omnes:ſed pactum , de quo agimus eſt
huiuſmodi,vt ex dictis cernitur; igitur om-
nino nullum.

Poſtremò non vrget congruentia , & vt
creditor non debeat recipere dimidiatam
ſolutionem ; quia integram ſolutionem ;
ſolutionem ,& ſatisfactionem recipit , pro
qua recipienda debet tot bona debitoris ac-
cipere, vt integrè ei ſit ſatisfactam de ſuo
credito, non autem in plus , quia tunc non
ſolùm eſſet contra conuenientiam,ſed etiam
contra omnes iuſtitiam Diuinam, & huma-
nam;& dum pro quantitate ſui crediti pro-
portionaliter recipit tot bona debitoris,non
efficitur colonus,nec Inquilinus debitoris ,
ſed Dominus dictorum bonorum , eaq; ad
libitum meliorare:etiam quia,ſi debitor re-
cuperaſſet dicta bona meliorata à manibus
ipſius creditoris , creditor ipſe conſequere-
tur pretium melioramentorum , & conſe-
quenter nõ eſſet in damno;& per hoc vtriq;
foro eſt ſatisfactum, & hæc mihi videtur ve-
ritas:Quæ diſcuſſi ex rationibus ſupra cumu
latis,& quia *Dom Maſtrill.dec.33.n.12.*
23 dicit pluries iudicatum in illo Regno,quod
pactum prædictum locum non habet , quo-
ties inde ſequitur enormiſſima læſio , quia
tunc contractus eſt nullus , prout hoc magis
explicabitur q ſeq.

SVMMARIVM.

1 *Adiudicatio , an ſit nulla , vel iniuſta ſi non fuerit citatus verus Dominus, ſed is , qui putabatur Dominus diſtinguitur n.3.*

2 *Poſſidens rem ex decreto nullo, an faciat fructus ſuos.*

4 *Ad iudicatio facta non iuris ordine ſeruato,erit nulla,& fructus reſtitui debent.*

5 *Ad iudicatio , an erit nulla ſi creditor probaſſet per teſtes non dominum , poſſeſſorem eſſe dominum.*

6 *Iniſtatia continens manifeſtam iniquitatem , an reddat ſententiam nullam.*

7 *Bonæ fidei poſſeſſor tenetur reſtituere fructus rei aliene in quibus factus eſt locupletior.*

8 *Contractus eſt nullus , quando in iudicio leſio vltra dimidiam interceſſerit.*

o *Iudex tenetur declarare contractum nullum ob leſionem contractam , & condemnare poſſeſſorem ad reſtitutionem fructuum , & ſic decisſum num.10.*

11 *Bona fides non ſufficit ad acquirendum fructus,quando titulus ad non titulum reducitur.*

12 *Creditor tenetur ad reſtitutionem fructuum,quando poterat diligentiam facere ſi poſſeſſor non eſſet,vel eſſet Dominus rei.*

13 *Scientia haberi poteſt ex relationibus aliorum,an poſſeſſor bonorum ſit , vel non Dominus,vt conſtitui poſſet in mala fide.*

Sciens

14 *Seiens adeſſe inſtrumentum præſumitur ſeire omnia pacta in eo appoſita.*

15 *Scire, & poſſe ſeire paria ſunt.*

16 *Creditor tenetur inquirere verum Dominũ bonorum in quæ imicti in poſſeſſionem quærit alias imiſſio non valeret.*

17 *Seire præſumitur hodie, qui olim ſeiebat ſi expreſſe non probatur contrarium.*

QVAEST. XI.

1 VNdecimò quæro, an validum ſit pignus prætorium, ſiue conuentionale, ſi in 1. & 2. decreto non fuiſſet citatus verus Dominus bonorum ſed ille, qui putabatur Dominus, & ſic an adiudicatio ſit nulla, vel iniuſta tantùm? Vtilitas huius quæſtionis eſt, quia, ſi adiudicatio eſſet nulla, tunc ea nulla declarata reſtitueretur res vna cum omnibus fructibus à die adiudicationis, quia poſſidens rem ex
2 decreto nullo, non facit frůctus ſuos, *l.1.* §.*fin.C.de pignor. act. Afflict. deciſ.* 218.*Franch.& alÿ, quos probat* Cumias *ſuper rit.Regn. Siciliæ cap.*17.*num.*157. *& cap.*91.*num.*15.*& ſeqq.& alÿ paſſim:* Si verò adiudicatio fuiſſet tantum iniuſta, tunc creditor facit fructus ſuos, & ſolùm tenetur illos reſtituere à die conteſtationis litis intentatæ; quia tunc fuit conſtitutus in mala fide, ſciens bona illa non eſſe illius à cuius manibus fuerunt ſibi adiudicata, vt habetur in locis citatis.

In reſolutione huius quæſtionis conue-
3 niunt omnes, quod ſi creditor tempore adiudicationis, ſibi factæ habuerit ſcientiam, quod illa bona non erant illius poſſeſſoris, à cuis manibus ſibi adiudicata fuerunt: ſed re vera quòad dominium erant alterius; quem tamen nullo modo citare fecit, adiudicatio ſit nulla, & inualida, & res debeat reſtitui vnà cum fructibus, ita ex *Socin. conſ.*157.*num.*21.*&* 22.*libr.*2.*Roland. & Gozad.Contard.& Bertrand.probat Milanenſ.dec.*9.*num.*89.*& ſeqq.& præcipuè num.*126.*lib.*2.*& deciſ.*12.*numer.* 69 *eod.lib.*2. *Anton.Ballus in explicatione bull. Regni Siciliæ quæſtion.*29. Et de hoc non eſt neceſſarium diſputare, quia verus Dominus citari debebat, de cuius intereſſe principaliter agebatur, & eo non citato, adiudicatio, & omnia acta ſunt nulla *l.de vno quoq; vbi omnes ff. de re iudic. cum vulgatis alÿs.*

Eatenus hoc eſt verum, vt locum habeat
4 habeat etiam quando adiudicatio fuiſſet facta non præcedente iuris ordine quòad ſubſtantialia iudicij, vel ſine cauſæ cognitione; adhuc enim adiudicatio eſt nulla, & bona adiudicata reſtitui debent vna cum omnibus fructibus, *Innoc.in cap. conſultationibus circa medium de iur.patronat. Bald. & alÿ plures, quos cumulat.& probat Surd. conſ.*39.*tot.volum.*1.*poſt eum Tuſch. in ſua pract.concluſ.iur. liter.A. concluſion.* 198.*num.*6.*cum ſeqq.Brunor. à Sole in compend.propoſ. iur. in verb. miſſus in poſſeſſionem inordinatè, Cumias in dict. Rit.cap.*17.*num.*157. *& cap.*91.*nu.* 16. Et quia hæc ſunt clara, ideò non indigent alia probatione.

Igitùr ſola controuerſia eſſet, ſi creditor
5 creditor neſciebat illum eſſe verum Dominum, ſed potius eſſe Dominum dictorum bonorum, vt quia poſſeſſor per ſecundum decretum adiudicare ſibi feciſſet dicta bona: quod tamen decretum erat declaratum nullum; ſed id creditor neſciebat: ſic etiam ſi creditor per teſtes probaſſet illum poſſeſſorem fuiſſe Dominum dictorum bonorum, & rei veritate ſit creditor, & teſtes iudicabant; an, inquam, tunc adiudicatio ſit nulla, vel ſit tantùm iniuſta. In hoc caſu *Socin.ſen. dict.conſil.* 158.*Roland.* Ga*zadin.Contard.& Bertrand.* quos citatui ſupra tenent prædictam adiudicationem eſſe tantum iniuſtam, quia nulla fraus, nec dolus interceſſit ex parte creditoris; & proindè, dum fuit in bona fide fecit fructus ſuos vt etiam notat *Maſtril.deciſ.*33.*n.*14.*& ſeq.* & ita audiui practicari in dicto Regno Siciliæ, ex quo in acquiſitione fructuum ſatis eſt qualis, qualis occaſio iuſta poſſidendi *l.qui ſcit ff. de vſur. cum alÿs innumeris cumulatis per Surd.conſ.*115.*tot.vol.*1.*& in ſpecie num.*4.*cum ſequent.* ſed hic adeſt talis iuſta cauſa. Igitur facit fructus ſuos.

Verum *Anton. Ballus dict. quæſt.*29. *ſub nu.*8.*poſt Socin.conſ.*18.*lib.*2.ex ma-
6 gis communi ſententia probat talem adiudicationem habere vim nullitatis, quia inſtantia continens manifeſtam iniquitatem reddit ſententiam nullam *Felin. in capitul. quoniam contra num.*25. *&* 26. *de probation.& alÿ cumulati per ipſum Ballum,* cuius opinio comprobari poteſt, quia etiam ſi creditor non habuerit ſcientiam illum non eſſe verum Dominum; tamẽ ſecundum veritatem percepit fructus ex bonis alienis; & proindè ad minus per officium Iudicis creditor tenetur dictos fructus re-

ſtituere quatenus de illis effectus eſt locu-
pletior, hoc enim eſt vulgatum apud omnes
Theologos, Canoniſtas, & legiſtas, quod bo-
7 næ fidei poſſeſſor teneatur reſtituere fructus
rei alienæ, in quibus factus eſt locupletior, &
eſt *text. in l. ſed ſi lege §. 1. ff. de petit hæ-
red. gloſ. in l. item veniunt §. præter hæc
eod. tit. de petit. hæred. Abb. cōſ. 84. in fi. lib.
2.* qui in caſu noſtro loquitur; quem probat
Tuſch. liter. D. concluſ. 113. num. 31. &
hoc ſciunt omnes, vt poſt *Diu. Thom. Ca
ietan.* Couarr. *Nauarr. & alios probant
Rebell. de obligationib. iuſtit. lib. 2. tit. de
reſtit. quæſt. 3. Sayr. libr. 10.* Clau. *Reg.
capitul. 2 per tot. & alij paſſim*, & ſic ſatis
eſt creditorem habere eius creditum vna
cum legitimo intereſſe ad rationem decem
pro centenario, vt practicatur in dicto Re-
gno in ſimilibus, & in ſimul deducat expen-
ſas ſactas; & quia in alijs re vera effectus eſt
locupletior, tenetur bona reſtituere vna cū
dictis fructibus reſtanribus, & ſic vtriq; par-
ti, & in vtroq; ſoro eſt conſultum.

Confirmatur ſecundo iſtorum ſententia,
quæ mihi veriſſima iudicatur. quia in iudicio
8 læſionis vltra dimidiam iuſti pretij contra-
ctus eſt nullus, vti continens enormiſſimam
læſionem, *ita* Curt. *iun. conſ. 141. num. 8
Crauett. conſ. 142. num. 21. Anchar. So-
cin. iun.* Alciat. *Barbat. Aretin. Corn. Nat.
& Gramat. quos citat* Maſtrill. *dict. dec.
33. num. 12. & dixi latiſſimè conſil. 4.* &
9 ſæpe aliàs, & proindè tenetur Iudex declara-
re contractum illum nullum, & condennare
poſſeſſorem ad reſtitutionem dictorum bo-
norum vna cum fructibus, vt poſt *Ca-
gnol. & alios plures probat Ant. Gam. dec.
94.* n. 7. & in effectu relatis varijs opinioni-
bus ſic etiam concludit *Tuſch. ex ma-
gis communi ſententia in ſua prax. liter.
L. concluſion. 293. num. 85. in fin.* & ita
pluries fuiſſe deciſum in dicto Regno mihi
retulerunt doctiſſimi viri, ac Conſiliarij
eiuſdem: quicquid teneat *Maſtrill.
dict. deciſion. 33. numer. 14. & ſequentib.*
quia deciſiones in contrarium relatæ per
eum, ab ipſo præcipuè factæ fuerunt; & quā-
uis in dicta cauſa ipſe tenebat contrarium,
10 refert tamen n. 13. quod alij ſpectabiles Cō-
ſiliarij iudicaſſent contrarium, ſtante enor-
miſſa læſione, prout etiam in anno 1612. in
eodem Regno in cauſa hæredum quondam
Philippi Doria cum illis de Barrabino ſic
fuit deciſum per magnam Reg. Cur.

Imò ipſemet *Maſtrill. deciſ. 29. per
tot. poſt. Affl. deciſ 188. Capyc. dec. 202. nu.*
12. ſe ipſum met refert iudicaſſe de menſe
Nouembris 602. quod quoties ſententia
retractatur poſt cauſam appoſitoriam, & ſic
in iudicio reuiſionis, iudicauit, in quam poſ-
ſeſſorem vigore ſententiæ reuocatæ teneri
reſtituere rem vna cum fructibus; quia titu-
lus anterior reducitur ad non titulum, quod
multis medijs, & authoritatibus probat, &
contraria ſoluit, & idem eſt in propoſito;
quia, dum contractus declaratur nullus ob
enormiſſimam læſionem, clarum eſt, quod
illa ſententia ſiue ſecundum decretum, ſeu
titulus reducatur ad non titulum; & conſe-
11 quenter illa bona fides in tali caſu non pro-
deſt quoad acquiſitionem fructuum, vt poſt
*Roman. & alios, & præcipuè poſt Surd.
deciſ. 25. ſub num. 21. ipſe affirmat dict.
dec. 29. n. 10. & 11. & conſequenter ſum
pro Maſtrillo contra Maſtrillum.*

Inſuper opinio prædicta eò magis locum
haberet, ſi adeſſet aliqua ſuſpitio talis ſcien-
tiæ, vt quia ex actis, vel per teſtes aliquo mo-
do id probaretur, ex quo habuit creditor ali-
quam dubitationem, per quam, facta aliqua-
12 li diligentia poterat venire in cognitionem,
quod ille poſſeſſor non eſſet Dominus di-
ctorum bonorum tunc enim teneretur re-
ſtituere bona cum omnibus fructibus, ita
*Milanenſ. deciſ. 9. num. 126. lib. 2. Roland.
Socin. ſen. Gozadin. Contrad. & Bertran.
quos in hoc caſu probat Caſtill. deciſ. 35.*
n. 3. quia hic re vera eſt poſſeſſor malæ fidei,
& omnes fructus reſtituit, dummodo non
ſint induſtriales, vt poſt alios explicaui part.
3. *quæſt. 19. nu. 9. & ſeqq. etiam in addit.*
13 Quæ quidem ſcientia in hoc caſu colligere-
tur non ſolùm per relationem alterius, vt
quia aliquis ei dixerat illa bona eſſe aliena,
non autem poſſeſſoris; nam in hoc caſu con-
ſtitueretur in mala fide etiam ſi adeſſet fa-
ma illa bona, eſſe aliena *l. ſi fundum C.
de rei vendic. Bart. Bald. Affl.* Menoch. *&
alij plures, quos probat Ioſeph Maſcard.
in tract. de probat. concluſ.* 1001. *n.* 24. *&
ſeq.* & *n.* 34. vbi de ſama loquitur; ſed etiam,
ſi notitiam habuiſſet adeſſe aliquas ſcriptu-
ras, vt quia ſciebat, vel ei relatum eſſet adeſ-
ſe inſtrumenta ſiue alias ſcripturas, ex qui-
bus ſcire poterat rei veritatem. ſi enim ex il-
lis ſcripturis appareret illa bona eſſe aliena,
creditor præſumitùr id ſcire; nam eo ipſo,
quòd aliquis ſcit adeſſe inſtrumentum de
14 aliqua re, præſumitur etiam ſcire omnia pa-
cta etiam ſpecialia appoſita in tali inſtrumē-
to, quia vt cautius negotiaretur, præſumitur
vidiſſe inſtrumentum, vt fundat *Caſtrenſ.
conſ. 51. Iſte Nereuſ. in fin. lib. 1. Anchar.
Alex. & Abb. quos probat Tuſch. liter. S.
concluſ 64. num. 22. & 23. & dixi part.
1. cap. 3. num. 9. in addit.* ex quo ſcire, &
15 ſcire poſſe, ac ſcire debere paria ſunt,
*l. qui cum alio ff. de regul. iur l. quod te ff. ſi
cert. pet.* Maſcard. *loc. cit. num. 37. Tuſch.*

dict.

Digitized by Google

d.concluſ.64.n.40.& ſeqq. & alij paſſim; hoc enim eſt vulgatum in ore omnium; &
16 conſequenter creditor tenetur diligenter inquitere verum Dominum bonorum, in quorum poſſeſſionē immitti deſiderat alias talis immiſſio non præiudicaret vero Domino, vt ſcripſerunt *Imol.& Alex.in l.à Diuo Pio §.quod addictum pignus ff. de re iudic.Socin.Crauett.Roland.& Hondede.* quos citat *Caſtill.dict.deciſion.35.nu.2.* igitur, ſi hoc procedit regulariter, eò magis magis locum habet, quando creditor dubitaret, vel aliquo modo notitiam habuiſſet illa bona eſſe aliena; quæ notanda ſunt, vti quotidiana in dicto Regno.

Illud poſtremo aduertendum, quòd ſciē-
17 tia de præterito præſumitur etiam de præſenti; qui enim olim ſicut, etiam hodie ſcire præſumitur, ſi ipſe expreſsè non probaret contrarium, vt quia dicta bona mutaſſent Dominum, ſiue poſſeſſorem, vt poſt *Dyn. conſ.53.n.6.notat Tuſch. d.concl.64. nu.* Et ideò, ſi ego ſciebam te fuiſſe Dominum aliquorum bonorum, & poſtea, vt cauſarem executionem contra Petrum diligenter non perquiſiuiſſem, ſi Petrus eſſet Dominus talium bonorum, in dubio præſumor in mala fide, niſi aliunde probauerim, quòd Petrus exiſtimabatur Dominus eorundem bonorum; nam regula eſt contra me.

SVMMARIVM.

1 *Res omnes pignorari, & hypothecari poſſunt etiam fructus futuri, & fructus animalium n.2.*

3 *Res communes poſſint hypothecari, & qualiter.*

4 *Res hypotheca'a per ſocium non tollitur per diuiſionem, & quomodo hypothecata remanet, & ſatis erit, quod à principio poteſt obligari n 5.*

6 *Res quæ pignorari non poſſunt, an res Eccleſiæ n.7.*

An bona emphiteutica n.8.

An bona feudalia n.9.

An res minorum n.10.

12 *Pignus tollitur etiam hypotheca ex ſuper veniente dominio, & qualiter intelligatur n.13.*

14 *Pignus conſeruatur pariterqu; hypotheca ex ſuper venientia dominij.*

15 *Creditor reuertitur ad primæua iura reſoluto dominio.*

16 *An per hypothecam generalem, quis incurrat pœnas extrauagantis ambitioſæ.*

17 *Intellectus ad extrauag.ambitioſæ de reb.Eccl. non alien.& n.19. extrauag. ambitioſe de reb.Eccl. non alien. locum habet.*

18 *Quando dominium transfertur, & ſic per ſpetialem hypothecam non generalem.*

20 *Extrauagant.ambitioſe exigi cauſam alienandi, & conſenſum Monaſterij.*

21 *Procurator, qui poteſt recipere cambium.*

22 *Probibitio Pauline ceſſat, quando mutuũ verſum eſſet pro ſoluendis debitis Eccleſiæ.*

23 *Alienatio non dicitur, dum obligatio ſit de fructibus rerum Eccleſiæ, & ſic deciſum n.24.*

25 *Verbum præſumſerit de notat dolum, & temeritatem.*

QVAEST. XII.

1 DVodecimò quæro, quæ nam res pignori obligari poſſint? Regula eſt generalis, quod omnes res, quarũ habemus dominium, & liberam adminiſtrationem poſſimus alijs hypotheca, & pignorari, *l. quæ prædium, C. ſi alien.res pignor. dat.ſit,* & hoc ſiue ſint res mobiles, ſiue immobiles, ſiue corporales, ſiue incorporales, ſiue præſentes fuerint,
2 ſiue abſentes, ſiue exiſtentes ſint, ſiue futuræ etiam ſi eſſent fructus futuri, at fœtus animalium, *l. & quæ non dum ff. de pignor. & hypothec.& vtrabiq; omnes,* Mantic.*lib. 11.de tacitis, & ambig.conuention. tit.4.*
3 poſſumus etiam pignorari, ac hypothecari rem communē, pro parte tamen noſtra, non autem pro parte ſocij *l. vnica C. ſi res commun.pignor.dat.ſit. Doctores communiter in §.fin.inſtit.quib.mod re contrab. oblig.* quo caſu hypotheca non tolleretur per diuiſionem factam inter ſocios, ſed res illa remaneret obligata per indiuiſio, *Bart.in l.2.ff.de ſeruitutib.poſt alios Vinc. de Franch.deciſ.77.AEgid Magiſt.in deciſionibus diuerſor.in titul.de ſubbaſtatione c.43.quos probat Tepat.libr.2. variar. iur.ſentent.in tit. de pignor. & hypothec. f.mibi 234.col.2.verſ.res aliena obligari,*
5 vt alios omittam, quia ſatis eſt, quod à principio potuerit obligari pro parte ſocij; & genera-

Digitized by Google

neraliter omnis res, quæ in ſpecie non eſt prohibita pignorari, poteſt dari in pignus *l. ſi vs §. vſusfructus ff. de pignor. & hypot. cum vulgat. alijs.*

Res autem, quæ pignorari prohibentur
6 ſunt plures, vt habetur in locis citatis. Primò homo liber, quia non recipit æſtimationem, *l. qui filios, C. quæ res pignor. oblig. poſſ.* vbi gloſ. & DD. hoc limitant in pluribus ca-
6 ſibus, vt per eos. Secundò pignorari non poſſunt res Eccleſiæ, quia non ſunt in dominio noſtro c. 1. de pignor. ſed hæc ſuas etiam habet limitationes in caſibus neceſſarijs pro ſoluendo ære alieno Eccleſiæ, & in omnibus caſibus, in quibus eſt permiſſa alienatio, quos omitto. Vnum tantum referam in fine
8 huius quæſtionis. An autem bona emphyteotica Eccleſiæ hyporhetari poſſint, patet ex dictis ſupra vbi probatum eſt, quod etiam
9 in generali obligatione veniant. Tertiò nec obligari poſſunt bona feudalia ſine aſſenſu Domini *capit. Imperialem vbi Andr. & alij de probib. feud. alienat. per Federic.* & hoc omnes ſciunt; ſolùm autem in hac Ciuitate limitatur in beneficium mulierum Neapolitanarum reſpectu dotium, & iurium dotalium, vt poſt alios probaui conſ. ;. Nec quarrò poſſunt pignorari res minorum ſine decreto Iudicis, nec etiam res litigioſæ, & ſic de alijs, vt habetur *in dict. l. quæ prædiũ poſt alios Ioann. Oinotom. in dict. §. fin. nu. 7. & ſeqq. inſtit. quib. mod. re contrah. obl. lig. Azor. par. 3. moral. lib. 7. c. 6. & alij paſſim:* nec etiam cadit pignus, nec hypotheca
11 in bonis proprijs, quia res propria nemini ſeruire poteſt; & ideò dominium ſuperueniens ſicut extinguit ſeruitutem, vt dixi ſupra de ſeruitutibus q. 3. ita etiã tollit pignus, & hypothecam *l. neq; pignus ff. de regul. iur. Bald. Rom. & alij, quos probat Tuſch. in verb. hypotheca concluſ.* 121. ubi latiſſimè hanc illationem examinat: poſt alios *Milanenſ. deciſ. 9. nu. 46. cum ſeqq. lib. 2.*
13 & alij qui omnes hoc intelligunt, quando creditor efficeretur Dominns irreuocabiliter dictorum bonorum: ſecus verò, ſi reuocabiliter, vt eſt quando aliquis requiretur dominium cum pacto de retrouendendo, ſiue per primum, & ſecundum decretum poſſideret bona debitoris, & ſic de alijs, quia tunc conſeruaretur ſeruitus in dictis bonis vt poſt alios dixi in allegat. q. 3. de ſeruitutib.
14 & conſeruaretur etiam pignus, & hypothe-
15 ca: & ſit, reſoluto dominio, creditor reuerteretur ad primeua iura, vt poſt alios explicaui *infra de empt. & vendit. q. 24. & probat Bart. per illum text. in l. ex ſextante §. Latinus Largus ff. de except. rei iudic. Bald. Angel. Dec. Cephal. Affl. Negusant. & alij, quos probant* Milanenſ. *d. dec. 9. n. 47. & 48 Tuſch. d. concluſ. 121. n. 8. & ſeqq.* qui probant ſemper habere locum, quòd à creditore reuocari poteſt dominium dictorum bonorum, prout poſt alios explicaui *d. q. 24. de contrah. empt.*

Caſus autem, quem recenſere volui de hy-
16 pothecatione rerum Eccleſiæ, talis eſt, an ſ. per hypothecam generalem, quis incurrat *pœnas extrauag. ambitioſæ de reb. Eccleſ. non alien.* & ſi attendamus opinionem *Quarantæ in ſuo bullar. in verb. alienation. 2.* iam per generalem hypothecam alienans incurreret in pœnas dictæ extrauang. Verum eius opinio mihi non probatur, & proinde dum caſus accidit contrarium conſului, quam conſultationem diuerſi doctiſſimi viri ſecuti fuerunt, & ſecundum prædictã conſultationem fuit executum, & liberaui quandam Abbatem à maxima perturbatione, & perſecutione motus ſui tribus rationibus. Primò quia prædicta extrauag ambitio-
17 ſæ, loquitur de contractibus, per quos transfertur dominium ibi (Per quod ipſorum dominium transfertur) igitur translatio dominij eſt neceſſaria, & ſic requiritur hypotheca ſpecialis, vt per quos transfertur dominium vt eſt quando conſtituuntur annui cenſus, ſiue introitus ſuper aliquo corpore bonorum & in defectũ ſuper omnibus alijs bonis tunc enim clarum eſt, quod pro rata cenſus conſtituti, ſecundum receptiorem ſententiam ſit translatum dominium ſi emptorem, *vt poſt alios dixi part. 2. titul. de bon. quæſtion. 12. numer. 5. etiam in addition.* quo caſu haberet locũ dicta Paulina, vt poſt alios probat *Riccius in collect. deciſion. Rotal. tit. de alienat. rer. Eccleſ. deciſ. 71.* ſed per hypothecam generalem non transfertur dominium, ſed ſolùm dicta bona obligantur creditori pro obſeruantia contractus, vt millies in hoc titulo replicatum eſt,
18 & conſequenter dicta Paulina loquitur de hypotheca ſpeciali, non autem de generali, prout in ſpecie per illum *text. probat Abb. in cap. nulli de reb. Eccleſ. non alienand. in cap. 2. nu. 3. de precar. & in cap. 1. num. 4. de pignor. alios citans, & probãt Couarr. lib. 2. variar. reſol. cap. 16. num. 7. Rodoban. in tract. de reb. Eccleſ. non alienand. quæſt. 2. cap. 6. & q. 51. cap. 29. Molin. de contract. lib. diſputat. 466. numer. 2.* Quorum opinio comprobatur quia ſic in in ſpecie mandat text. in dict. cap. nulli igitur ſic debet intelligi d. extrauag. ambitioſæ, dum in ſpecie non mandat contrarium ſciũt
19 enim omnes, vt ius nouum declaretur à iure antiquo in eo, in quo è dubium, & quod dum ius antiquum per nouum expreſsè nõ

cor-

corrigitur, viget *l. ſancimus, C. de appell. cum vulgat. alijs.*

Secundò comprobatur ex ratione iam dicta; quia, dum dicta Paulina loquitur de translatione dominij, dum poſtea ſubiungit de hypotheca, vtiq; de illa hypotheca intelligitur per quam transfartur dominium, vt pari formiter determinentur omnia diſpoſita per ipſam Paulinam, & etiam quia, dum expreſsè non introduxit contrarium in hypotheca, debet ſeruari ius antiquum, vt dictum eſt. Et tantò magis dum eſt conſtitutio pœnalis, quæ vt ſciunt omnes, potius reſtringi debet, quàm ampliari.

Poſtremò monebar, quia in dicta hypothecatione aderat cauſa neceſſaria, & vrgens ſubueniendi famulis, & animalibus dicti Monaſterij ſic etiam ſoluendi æs alienum, nec de facili conſuli poterat Summus Pontifex, nec Generalis dictæ Religionis, & prædictus
20 Abbas adhibuit ſolennit item, quam potuit, nempè, conſenſum totius Monaſterij quo fit, vt etiam ſi eſſet alienatio in ſpecie, & hypothecatio ſpecialis, adhuc in nullas incidiſſet pœnas, vt colligitur ea verbis eiuſdem Paulinæ, vt in ſpecie tenent *Abb. in capitul. ſin. n. 8. de Eccl. ædif. & 29. Doctores, connumerato Menochio conſil. 1199. vol. 12.* vbi quædam contraria ſoluit, probant etiam *Zabarell. Rebuff. Rodoban. & alij, quos ſequuntur idem Quarant. in dict. verb. alienatio num. 42. Tuſch. in verb. alienatione prohibita, concluſ. 262. tot.* & cõſenſus Monaſterij ſatis eſt, vt ſubſequatur, vt poſt *Peruſin. Ioann. Andr. & alios notat Rodriquez tom. 1. quæſt. regu. q. 27. art. 2. verſ. verum eſt tamen.*

Accedebat etiam, quod Abbas prædictus recepit pecuniam ad cambium, quod ſoluere promiſit de fructibus bonorum dicti Monaſterij: quo caſu duo ſequitur. Primò quod cambium potius ſapiat rationem mutui, ex quo propriè eſt contractus præſcriptis verbis, ſeu emptionis, & venditionis pecuniæ pro
21 certo lucro, vel ob periculum, vel ob aliam inſtam cauſam, & conſequenter procurator, qui poteſt recipere mutuum, poteſt etiam recipere pecuniam ad cambium, ita *Roman. conſ. 94. num. 8. conſ. 114. numer. 4. Bald. & alij, quos probat Tuſch. in verb. cambia concluſion. 31. præcipuè nu. 6.* Quo caſu, dum mutuum verſum fuit pro
22 ſoluendis debitis Eccleſiæ, vel in vtilitatem Monaſterij, ceſſat prohibitio Paulinæ, vt ſciunt omnes, notat etiam *Calderinus conſ. 276. Tuſch. in verb. alienatio concluſ. 271. num. 10. cum ſequentib. & alij*; hoc enim eſt clarum.

Secundum, quod ſequitur eſt, quod, dum
23 promiſſum eſt ſolui cambium de fructibus bonorum Monaſterij dicitur obligata perſona Abbatis, & aliorum Monachorum, vt de fructibus bonorum Monaſterij ſoluant, nec eſt propriè alienatio, dum de fructibus ad libitum diſponere poſſunt, vt ſciunt omnes, & in proprio facto ſcripſit *Bart. in l. codicillis §. inſtitutio ff. de legat. 3. poſt alios tenent Crauet. conſ. 217. num. 4. Gabr. conſil. 47. num. 12. vol. 1. Corbol de iur. emphyt. ampliat. 49. Caroc. deciſion. 130.* & ita fuiſſe
24 pluries Romæ deciſum teſtantur, & etiam refert *Rodoban. de reb. Eccleſ. non alien. fol. 103. nu. 26. quos refert, & probat Ricc. dict. deciſ. 71. num. 5. tenent etiam Calderin. & Federic. de ſen. quos probat Tuſch. in verb. alienatio concluſ. 257. num. 21. & concluſ. 276. nu. 49. & num. 59. cum ſeqq.*

Vltimò addebatur, quod etiam ſi Paulina
25 ſit vſu recepta, vt locum habeat deber in alienatione interuenire dolus, & temeritas, nam verbum præſumpſerit, quod in ea apponitur, denotat dolum, & temeritatem, & conſequenter dum abſunt ab alienatione ceſſant pęnę *dict. extrauag. vt poſt alios notant Nauarr. conſ. 19. de reb. Eccleſ. nõ alienand. Quarant. dict. verb. alienatio num. 50. Rodriq. tom. 3. quæſt. regul. q. 23. art. 11. in princ. Ricc. vbi ſupra dec. 138.* ſed hic Abbas adhibuit conſenſu Monaſterij reſeruauit aſſenſum Apoſtolicum, ſumpſit pecuniam ad cambium pro neceſſitatibus vrgentiſſimis Monaſterij igitur clare ſequitur, quod ab ſu erint dolus, & temeritas, & in caſibus licitis alienauerit.

SVMMARIVM.

1 *Pignus ſine hypotheca cõſtitui poteſt quibuſcumq; verbis hypothecam denotantibus ſiue in ſcriptis ſiue non, ſiue inter præſentes ſiue inter abſentes n. 2.*

3 *Hypotheca tàm per contractus, quam per voluntatem contrahitur.*

4 *Hypotheca probari poteſt per bonos teſtes ſic, & contractus.*

5 *Contractus per binos teſtes probatus habet hypothecam ex quibus creditor alijs præfertur.*

6 *Hypotheca per epiſtolam ſcriptam manu debitoris ſine die, & conſule probatur.*

QVAE-

QVAEST. XIII.

1 Decimotertiò quæro, qualiter pignus
conuentionale conſtitui poſſit?
Hæc quæſtio facilis eſt, & reſoluta
apparet ex dictis ſupra queſt. 3. vbi
probatum eſt, quod hoc pignus, ſiue hypo-
theca conſtitui poſſit quibuſcunque verbis
denotantibus talem hypothecam, tam cum
ſcriptura, quàm ſine ſcriptura *l. contrahitur
ff. de pignor. & ſi ſcriptura careret dic, &
conſule l. penul. §. 1. & ibi Bartol. ff. de pi-
gnor. Bald. & Neguſan. quos probat Mã-
tic. lib. 11. de tacitis, & ambig conuention.
titul. 3. ſub n. 3. verſ. ſecundò extenditur*,
2 & hoc tam inter præſentes, quam inter ab-
ſentes ſatis eſt enim conſenſus debitoris ſiue
verbis inter præſentes, ſiue per nuntium, ſiue
per Epiſtolam inter abſentes illum exprimat
*l. conſenſu verſ. vnde inter abſentes ff. de
action. & obligat. l. 1. in fin. ff. de contrah.
empt.*

Inſuper tam per contractum, quàm per
3 vltimam voluntatem hoc fieri poteſt *l. Lu-
cius ff. de aliment. & cibar. legat. Alex.
conſ. 173. T iſo themate num. 3. volum. 2.
Tuſch. in verb. pignus concluſ. 344 per tot.
latiſſimè Neguſ. part. 3. de pign. memb. 1.*
per tot. vbi latiſſime hoc declarat, &
plures caſus ponit, prout etiam facit
*Mantic. dict. titul. 3. per tot. ad quos mit-
to lectores, ſupra q. 3. aliquos caſus recen-
ſui.*

Hinc eſt etiam, quod hypotheca probari
4 per duos teſte, ſi deponant de veritate rei
geſtæ, & contractum fuiſſe celebratum, quia
ad eſſentiam contractus non eſt neceſſaria
ſcriptura, ſed illa requiritur ad contractus
probationem, vt ſæpiſſime replicatum eſt, &
ideò ſatis eſt, quod contractus probetur per
teſtes, & dum contractus probatus fuit per
5 duos teſtes, tunc contractus ille ſuam habet
hypothecam, qua præfertur creditoribus
poſterioribus, qui illam habent Bart. per il-
*lum tex. in l. ſcripturas num. 4. C. qui po-
tior. in pignor. habean. vbi omnes Fulgoſ.
Caſtrenſ. Angel. Butr. Abb. Felyn. Iaſ. Soc.
Crauett. Roland. & alij quos probat Surd.
deciſ. 72. tot. & in ſpecie num. 4. cum ſeqq.
& patet & dictis ſupra quæſtion. 3.* vbi
etiam probatum eſt, quod per ſolam epiſto-
lam ſine die, & Conſule detur hypotheca;
ſed tunc verificari detur illam Epiſtolam
fuiſſe ſcriptam manu debitoris; & ſic promi-
ſerit debitor alicui obligare certam rem, per
illam ſolam voluntatem dicitur illam obli-
gaſſe, *Aretin. per illum text. in l. 1. num. 1.
ff. de pignorat. act. Alciat. conſ. 81. num. 31
lib. 8. quos probat* Mantic. *d. lib. 11. tit. 3. n.*
14. quia alios caſus recenſet, qualiter pignus,
& hypótheca contrahatur.

SVMMARIVM.

1 *Quis tenetur probare quantitates pigno-
ris an creditor, vel debitor, de veritate
num. 5.*

2 *Teſtis in cauſa propia quare teſtificare
prohibetur.*

3 *Conſanguinei, & affines teſtificari pro-
hibentur limitatur n. 4.*

6 *Teſtis in cauſa propia, quando admitti-
tur, & potiſſimum, quando veritas ali-
ter haberi non poteſt n. 7.*

8 *Probatio valoris pignoris, quando admi-
cti debeat aliunde.*

9 *Iudei an admicti debeant ad teſtifican-
dum.*

10 *Vſurarij, an admictantur ad teſtifican-
dum, & quare.*

11 *Vſurarij, an teneantur ad reſtitutionẽ
vſurarum.*

QVAEST. XIV.

1 QVartodecimò quærò, quiſnam te-
neatur probare quantitatem, pro
qua datur fuit pignus, an debitor,
an vero creditor? & prima facie
videbatur dicendum, neutrum ipſorum ad-
mitti, quia vnuſquiſq; ipſorum in cauſa pro-
pria deponeret; & ſi debitor admitteretur,
de minori; ſi creditor de maiori ſumma de-
2 poneret, & omnia iura clamant; nemo teſtis
in cauſa propria; imò ſiuè principaliter, ſiue
quouis alio modo de eius commodo, vel in-
commodo ageretur, nũquam admittitur ad
teſtificãdum, ex quo per affectionem, quam
haberet, non præſumeretur deponere verita-
tes, *l. in omnibus C. de teſtib. vbi omnes
l. nullus ff eod. latiſſimè, Surd. conſ. 94. Rot.
Genuæ,* Maſcard. *& alij innumeri, quos
probant Farinac. in tract. de teſtib. q 60.
per tot. Tuſch. in verb. teſtis concluſ. 197
& ſeq.* Imò nec conſanguinei, nec affines ad-
mitteretur ad teſtificandum, vt latiſſime
proſequuntur prædicti Authores, Tuſch. vbi
ſu-

*ſup.concluſ..q.201.cum ſequentib.Fari-
nac.vbi ſup. quæſt.54. cum plurib.ſeqq.*
4 qui ſolùm hoc limitant,quando teſtes renun
tiarent commodo, quod illis perueniret ex
tali depoſitione,vel ſi factum proprium ten-
deret in beneficium alterius, *Bart.conſ.19.
num.4.lib.2. Caſtrenſ.in l.quicumq; in
fin.C.de ſeru.fugitiu.& alibi Salycet.Ale
xandr.Iaſon.vterq; Socin.Dec.Marſil.Af
flict.* Parıſ. *& alij, quos probant Tuſch.
vbi ſupra concluſ.198.tota Farinac.dict.
quæſtion.60.num.48, cum ſequentib.* &
conſequenter videbatur dicendum, quod
nullo modo admitteretur teſtimonium de-
bitoris,nec creditoris.

Nihilominus in quæſtione præpoſita con-
5 trarium deciditur per noſtras conſuetudi-
nes,& habetur hic in *Conſuetud.ſi quis
aliquam rem nobilem.vbi Napodan. &
alij fol.*379.qua ſancitur,*quod,ſi ſucceſſe-
rit quæſtio inter creditorem,& debitorem
de quantitate, pro qua pignus mobile de-
tinetur,nec illa quantitas poſſit aliundè
probari per teſtes,vel per ſcripturas,in
defectu probationis ſtatur dicto creditoris
cum iuramento de quantitate pecuniæ
creditæ vſq; ad valorem pignoris obligati.*
6 Et ratio eſſe poteſt, quia, dùm conſtat fuiſ-
ſe conſtitutum pignus, nec debitor hoc fa-
ctum negaret, nec aliundè poteſt probari
veritas,tunc etiam ſecundùm ius commune
admittuntur teſtes ad teſtificandum in cau-
ſa propria,quia hæc eſt probatio ſubſidiaria,
quæ non excluditur,ita *Butr.in cap.dile-
cti num.40.vbi Abb.num.12.de elect.&
tunc etiam conſanguinei admitteretur,
Alberic.in l.parentes num.2. in fin. verſ.
ſed nunquid iſti C.de teſtib.latiſſimè Ga-
briel in rubric de teſtib. concluſ.13. num.
14 & 27.Crot.& alij,quos probat Farin.
in dict.tract.de teſtibus quæſtion.54. nu.
76.& dict.quæſtion.60.num.58.& ſeqq.*
& licet aliqui teneant, quos prædicti Aucto-
res cumulant, quod nec etiam in hoc caſu
probatio admittatur, quia ſemper agitur de
7 commodo,& incommodo alterius; in hoc
tamen conueniunt,quod ſi aliter veritas ha-
beri non poſſit, admittatur,ita *Felyn.in
cap.veniens il ſecondo num.21. verſ. &
procederet abſque dubio de teſtibus, Fa-
rinac.dict.quæſtion.60.num.61.*& proin-
dè conſuetudo vt tolleret diſputationes Do
ctorum, & hoc non eſſet in arbitrio Iudicis,
prout eſt ſecundum ius commune, an de-
beat dare fidem ſimilibus depoſitionibus,
introduxit,vt in hoc ſtetur dicto creditoris
cum eius iuramento prout etiam ſtatur in
valore pignoris,ſi illud amiſſum fuerit,vt ha-
betur hic in Conſuet.ſi creditor fol.380. &
voluit maiorem fidem adhiberi creditori,
quia cenſetur magis idoneus,& magis veriſi-
milia deponere, tum quia deponit de quali-
tate negotij,vt dictum eſt, tum etiam quia
agitur de verificanda quantitate ſoluta de-
bitori,& in ſolutionibus factis alicui regula-
riter ſtatur dicto ſoluentis, præcipuè quan-
do ſolutio eſſet veriſimilis;quia tunc ipſi ma
gis creditor, quàm alijs, vt poſt alios ſcripſe-
runt *Oſaſc.deciſ.97.num.37.Tepat.lib.1
variar.iur.reſolut. in tit. de teſtib.f.267.
col.1.§.teſtibus deponentibus Surd. conſil.*
452.*n.*50 *vol.*3.quæ ſolutio veriſimilis eſt in
hoc caſu, quia creditor deponit de quanti-
tate vſq; ad valorem pignoris; quia non eſt
veriſimile (ordinariè loquendo) quod pro
maiori,ſiue exorbitanti ſumma datum eſſet
pignus, quamuis regulariter non credatur
teſti deponenti ad ſe exonerandum, vt ſi fa-
mulus deponeret ſe coſignaſſe aliquam pe-
cuniarum quantitatem alicui de mandato
8 eius Domini;nam aliunde id probare debet,
*ita Bart. in dict. l.in omnibus num.7. vbi
Salycet.num.6.verſ.cui aſſentit,& alij,
quos probant Maſcard.de probation.con-
cluſ 738.num.2.& concl.1232.Farinac.
loco cit.q 63.nu.311.Surd.loc.cit.& alij;*
ſed,vt dixi,per noſtras conſuetudines eſt ſā-
citum contrarium in caſibus expreſſis;& ſic
ſumus citra controuerſiam.

Limitatur tamen prædicta conſuetudo
9 duobus modis.Primò in Iudæo;cùm enim
in tali probatione ſubſidiaria requiratur iu-
ramentum, vt dictum eſt; tunc Iudæi non
gaudent diſpoſitione iuris in caſibus,vbi de-
bet interuenire iuramentum, vt dixi,
*part.2.tit.de perſon.quæſt.1.& ex pluri-
bus probant Addent.hic ad Napodan.in
dict. Conſuet.ſi quis aliquam f.479. quod
eſt clarum.*

Secundò limitatur in vſurarijs, vt notat
10 Napod loco cit n.6.vbi rationem aſſignat,
quia hæc conſuetudo dat beneficium hoc
fidei creditoris, vt in defectum probationũ
credatur eius dicto iurato: ſed vſurarijs non
adhibetur fides,quia diffamati ſunt de iure,
imò expelluntur à communione Eccleſiæ,
& Altaris,donec ad Eccleſiam redeant, cap.
cùm tu de vſur. & etiam quia diuerſæ aliæ
ſunt promulgatæ pœnę contra vſurarium,
nam non ſolùm repellitur à teſtimonio,vt di-
ctum eſt,& *probat Cardinal.conſ.25.in
princ.Alexandr.conſ.93.repetitus libr.6.*
vbi probat; quod eſt infamis, & vilis per-
ſona,& ſic non eſt idoneus teſtis *l.improbum
vbi gloſ. & communiter DD. C.ex quib.
cauſ.infam.irrogat.Couarr.Clar.Aufrer.
Marſil.Maſcard.Plot.& alij, quos probat
Farinac.in dict.tract. de teſtib. q.56.nu.*

352.cum ſeqq.& q.69.nu.77. cum ſeqq. Tuſch in verb. vſurarius concl. 343. nu. 12.cum ſeqq. ſed alijs pœnis punitur nempè quòd teſtari non poſſit, repellatur ab ordine, & beneficio, priuatur Eccleſiaſtica ſepultura, vt per Tuſch. d.concl. 343.& dum facit teſtamentum, idoneam præſtare debet cautionē, vt poſt innumeros probat *Tuſch. vbi ſupra concluſ.342.tot.& an vſura probetur teſtes ſingulares tractat concl. 341. Sayr. lib.12.clau.reg.cap.21.num.17. & ſeqq.*

11 quod omitto: Qualiter autem cogatur reſtituere vſuras, & remittere iuramentum de ſoluendis vſuris, & qualiter vſuræ reſtituantur examinat poſt alios idem *Tuſch. in dict. verb vſurarius concl. 340.cū plurib.ſeqq.* ad quem mitto lectorem; quia non pertinet ad materiam noſtram, nam prædicta indicaui ad confirmationem limitationis traditæ per Napod. quæ vera eſt.

SVMMARIVM.

1 *Actio duplex competit pro pignore hypothecato directa, & contraria.*

2 *Actio pro pignore quando datur directa.*

3 *Creditor tenetur de dolo lata, & leui culpa ſi facto ſuo fuerit pignus deterioratum.*

4 *Actio contraria pro ſu[m]ptibus recuperandi cauſa pignus datur.*

5 *Actio hypothecaria competit creditoribus eiuſquè hæredibus pro pignore legali.*

6 *Actio hypothecaria contra quos detur.*

7 *Electio eſt creditoris, vel agere contra principalem, vel contra tertios poſſeſſores.*

QVAEST. XV.

1 DEcimoquintò quæro, quæ nam actio detur ex pignore, & contra quos? Reſpondetur duplicem actionem dari ex pignore, directam vnam; & contrariam alteram. Directa datur debitori contra creditorem, vt ſoluto ei debito, teneatur reſtituere pignus ipſi debitori eo modo, & in eadem qualitate, & forma, prout eidem creditori traditum fuit; nec datur hæc actio, niſi toto debito ſoluto, vel ſaltem depoſitato pœnes publicam perſonā, *l. quamdiu C. de diſtract. pignor. l. acceptā C. de vſur. & l. nec creditores C. de pignor. act.* Et hac actione tenetur creditor de dolo lata, & leui culpa, ſi facto ſuo fuit deterioratum pignus *l. creditor C. de pignor. act. de qua materia latiſſimè tractat Menoch. conſ. 118 lib. 2. & conſ 353. lib. 4. & alij pœnes Tepat. lib. 2. variar. iur. ſentent. tit. de pignor. act. per tot. vbi etiam probat,* an, & quando hæc actio detur, & quando poſſit denegari, quod omitto; nam reaſſumam aliqua in ſequentibus quæſtionibus.

Actio contraria datur creditori contra debitores pro recuperandis ſumptibus ne-

4 ceſſarijs, factis in re pignorata, *l. creditor vbi vbi omnes C. de pignor. act. de qua materia latiſſimè tractant ſcribentes in §. omnium. inſtit. de action. Tepat. loco citat.* & alij paſſim; clarum eſt enim creditorem debere recuperare expenſas neceſſarias, ſic etiam vtiles, hoc enim eſt certum in omni re, quia ſine expenſis neceſſarijs bona pignorata perirent, & ſine vtilibus non eſſent talis æſtimationis: & ſic debitor eſt ſemper in lucro. Qualiter autem debitor vti poſſit hac actione contra creditorem per excomputatione fructuum pignoris cum capitale, dicetur infra q. 31.

Pro pignore legali, hoc eſt pro hypotheca

5 datur actio hypothecaria cuicunq; creditori, hypothecam habenti dict. l. quamdiu, & datur etiam hæredibus ipſius creditoris in ſolidum, quamuis poſtea diuidatur pro virili inter ſe, eſt enim potius diuiſio reſpectu commoditatis, & vtilitatis peruenientis ex dicta actione *l. ſi fundus §. ſi duo vbi gloſ. ff. de pignor. l. 1. C. ſi vnus ex pluribus, & ibi omnes Tuſch. in verb. hypothecar. concluſ. 124. n. 1. & 2.* datur etiam filio contra bona paterna pro mala adminiſtratione patris pro bonis aduentitiis ipſius filij, vt dixi alibi. Et poſt alios traditis *Farinac. dec. 558. & 559. Recentior.*

Hæc autem actio datur primò contra de-

6 bitorem obligatum in inſtrumento, Secundò datur contra eius hæredes. Tertiò datur contra quoſcumq; tertios poſſeſſores bonorum dicti debitoris, quod eſt manifeſtum apud omnes, quoniam illa bona transferunt ad quoſcunq; poſſeſſores cum onere dictæ hypothecæ: eſt enim omnibus notum & vulgatiſſimum, quod res tranſeat cum onere ſuo; & hoc eſt adeo verum, vt procedat,

7 nulla facta diſcuſſione contra principalem, quia creditori datur electio in hoc caſu conueniendi debitorem, vel agere actione hypothecaria contra dictos tertios poſſeſſores, vt eſt notoria praxis in noſtris, & alienis Tribunalibus, latiſſimè fundant *Alex. conſ.*

conſ.83.nu.2.vol.6.Gozadin.Neguſan.
Mazol.& alij,quos probant Theſaur.de-
ciſ.215.Surd.conſ.533.num.3.vol.4. &
alij cumulandi in quæſtionibus ſeqq. &
in prag.1.in tit.de aſſiſtentia,vbi latiſſimè
Rouit.

SVMMARIVM.

1 Actio hypothecaria, quando datur contra tertios poſſeſſores.
2 Aſſiſtentia,quæ nam ſit in Regno,& vnde oriatur n.3.
4 Aſſiſtentia in ſe continet tria remedia, S.Saluianum interdictum, hypothecariam, & l fin. C. de acquir.poſſeſſ.& nu.10.
5 Interdictum ſaluianum, an detur contra quemlibet poſſeſſorem tertium.
6 Remedium l.fin C.de acquir.poſſ. quando competat.
7 Actio hypothecaria,quæ nam ſit quomodo,& qualiter competat.
8 Remedium interdicti Saluiani eſt poſſeſſorium,& pinguius eſt hypothecaria, quæ eſt remedium poſſeſſorium numer.9.
11 Conſtitutum quare,& cur apponitur in aſſiſtentia continente illa tria remedia.
12 Saluianum interdictum cur concurrat in aſſiſtentia.
13 Probatio,quæ nam requiratur in ſaluiano interdicto,vt quis obtineat.
14 Requiſita in actione hypothecaria, quæ nam ſint.
15 Verba illa in bonis,& de bonis qualiter intelligantur.
16 Creditor,quid teneatur probare pro cõſecutione aſſiſtentiæ.
17 Dominium, an ſit neceſſe probari in iudicio aſſiſtentiæ, & conſequenter rem eſſe in bonis,& de bonis n.18.
Et potiſſimum contra tertium poſſeſſorem n.20.
19 Differentia,quæ eſt,quod res ſit in bonis.vel ex bonis.
21 Saluianum interdictum non datur contra tertium poſſeſſorem.
22 Remedium l.fin.C.de acquir.poſſ. datur contra principalem.
23 Creditor, an & quando teneatur probare debitorem fuiſſe Dominum.
24 Electio eſt creditoris,vel agere contra poſſeſſores, vel contra vnum ex eis,& an procedat in hypotheca n.25.
26 Creditor exacto credito,an poſſit iura ſuo cedere, & quid in fideiuſſore n.27.
28 Fideiuſſores eidem creditori obligatione ſimultanea ligantur.
29 Tex.in l.ſi quis ff.qui vel à quibus ponderatur.

QVAEST. XVI.

1 DEcimoſextò quæro, quid probandum ſit, quando actio hypothecaria datur contra tertios poſſeſſores?
De hac quæſtione multi multa dicunt vt poſt alios reaſſumit Tuſch.dict.
verb.hypothecaria concl.122.& 123.Rouit.in prag.1. in tit. de aſſiſtentia per tot.
& alij infr- cumulandi.Ex quorum dictis reaſſumam magis vrgentia circa hanc quęſtio-
2 nem. Et quia in Regno noſtro vocatur hoc iudicium aſſiſtentiæ, quæ originem ducit à iure inſiſtendi; cùm enim poſſeſſio ſit ius inſiſtendi rei non prohibitæ poſſideri, gloſ.& DD. communiter in l.1.ff de acquir.poſſeſſion. ex hoc iure inſiſtendi deductum eſt hoc nomen regnicolum Aſſiſtentia, vt poſt Marant. in repet.l.1.§.quod ait Prætor.ff.vti poſſidetis notat Rou. in dict. pragmatic.1.num.12. quamuis Vincent. de Franch.deciſ.101.num.22. affirmet aſſiſtentiam oriri ex ſaluiano interdict. de qua aſſiſtentia latiſſimè tractat deciſ.120.Sed quia hæc eſt contenta potius ſuperflua,& magis adhærendo corticibus verborum,eſt vera denominatio Marantæ, & Rouiti,ideò tranſeo ad alia.

Dico ſecundò in hoc iudicio aſſiſtentiæ
4 tria præcipuè remedia concurrere, nempè, Saluianum interdictum, remedium l.fin.C.de acquir. poſſ. & actionem hypothecariam,vt fundant Afflict.& eius Addent.deciſ.383.Capyc.deciſ.51.num.31.Rouit.dict.pragm.1. num.13.& ſequent quæ quidem remedia ſunt inter ſe diuerſa quoad effectum,& originem, quamuis tendant ad eundem finem rei, ſed per diuerſa media, quod patebit explicando eadem remedia; ſiquidem Saluianum interdictum à Saluio Iuliano fuit inuentum, vt poſt Eguinarium,& Butr.probat Menoch. remed.3.de adipiſc.poſſeſſ.quem ſequitur,

Tuſch. in verb. Saluianum interdictum concluſ. 18. *num.* 1. quod interdictum duplex
eſt, vnum directum, & alterum vtile. Dire-
ctum eſt merè poſſeſſorium adipiſcendæ, &
datur locatori contra conductorem prædij
ruſtici, vel Vrbani pro rebus illatis, & inue-
ctis in prædium conductum, & tacitè hypo-
thecatis locatori pro penſione, ita *Sarmient.*
in tract. de redditib Eccleſ. par. 3. *c.* 2. *n.* 19
cum ſeqq. Et hanc eſſe receptiorem ſenten-
tiam poſt *Bart. Salycet. & alios notat Me
noch. dict. remed.* 3. *num.* 17. *cum ſequent.*
Alex. conſ. 112 *Viſo quedam num.* 6. *verſ.*
item ſufficit lib. 6. *Tuſch. dict. concluſ.* 18.
num. 3. *cum duob. ſeqq. Surd. decis.* 174. *&*
ita intelligi debet opinio Rouiti in dict.
pragmatic. 1. *numer.* 15. & datur etiam
contra ſubcolonum, ac eorum hæredes, &
etiam contra emphyteutam, vt poſt alios
proſequitur *Menoch. dict. remed.* 3. *num.*
82. *cum ſeq. poſt alios Tuſch. d. concl.* 18. *n.*
9. *& ſeq.*

Vtile interdictum Saluianum datur con-
5 tra quemlibet tertium poſſeſſorem pro re-
bus poſſeſſis à debitore tempore contractæ
hypothecę *l.* 1. *vbi Bart ff. de Saluian. in-
terd. l.* 1. *& ibi gloſ. Bart. & Salycet. C. eo-
dem Aretin. in §. item ſeruiana inſtit. de
action. Neguſant. de pignor. membr.* 1.
part. 8. *num.* 5. *& membr.* 3. *num.* 19. *Ro-
ta in nouiſſimis par.* 2. *deciſ.* 34. *num.* 24.
vbi teſtatur de communi Alex. dict. conſ.
112. *num.* 6. *& ſeqq. Balduin. Sarmient.*
*Marant. Signorol. Cuiacius, & alij com-
muniter penès* Menoch. *dict. remed.* 3. *nu.*
55. *& ſeqq. & licèt Hoctomanus contra-
riam ſequatur ſententiam, ipſum repro-
bat* Menoch. *loco citat. num.* 61. & com-
munem ſequitur ſententiam, prout etiam ſe-
quitur *Tuſch. dict. concluſ.* 18. *num.* 6. *alios
citat, & probat Surd. d. dec.* 174. *nu.* 17. *&*
ſeqq. quia hoc vtile interdictum magis par-
ticipat de reali quam de perſonali, & hoc vo
luit *Præſ. de Franch. d. dec.* 101. *num.* 22.
dum aſſeruit aſſiſtentiam oriri ex Saluiano
interdicto, nempe, ex iſto interdicto vtili;
quia iſtud datur contra tertios poſſeſſo-
res.

Remedium *l fin. C. de acquir. poſſeſſ.*
eſt remedium poſſeſſorium recuperandę poſ-
ſeſſionis; quod remedium prouenit ex con-
ſtituto, quando quis conſtituit ſe poſſidere
præcario nomine alicuius, per quod conſtitu
tum transfertur poſſeſſio ad conſtitutarium
ex iuris diſpoſitione poſſeſſio verò naturalis
remanet penes ipſum conſtituentem iuxta
*tex. in l quod meo, & l. interdum ff. de ac-
quir. poſſ. l. & habet §. eum, qui præcario
ff. de precar. latiſſimè Menoch. in tract. de
recuper. poſſ. ſ remed.* 14. *& poſt Tiraq.*
Rouit. d. prag. 1. *n.* 16 *cum ſeq.*

Actio hypothecaria magis reſpicit iudi-
7 cium reale, quia iudicium, quod per hanc
actionem mouetur, vocatur petitorium
l pignor. ff de pignor. & omnes hac ſciunt,
& latè proſequitur Surd. dict. deciſ. 174.
& alij, quos omitto: omnes enim probant,
quod à principio hypotheca non contraha-
tur ſine obligatione perſonali attamen, ſub-
lata perſonali obligatione, remanet hypo-
theca, & hoc iure vtimur: ſic etiam licèt per
actionem hypothecariam auocetur poſſeſ-
ſio, hoc tamen venit in conſequentiam, vt
dicitur de rei vendicatione, quæ principali-
ter continet petitorium; aliquando tamen
auocat poſſeſſionem, vel detentationem rei
ratione dominij *l. officium ff. de rei ven-
dic. et. Rouit. in dict. prag.* 1. *n.* 14.

Ex his patet differentia inter prædicta re-
media; nam Saluianum interdictum regula-
8 riter reſpicit iudicium poſſeſſorium, & ſic
intentatur ad auocandam poſſeſſionem, &
datur contra omnia bona debitoris, vt poſt
Papienſ. Aretin. Alex. Cravett. Menoch.
*& alios notat Tuſch. in dict. verb. Saluia-
num concluſ.* 19. *vbi ſubdit nu.* 5. *& ſeqq.*
9 quod per hoc remedium pinguis, & vtilius
prouideatur, quàm per hypothecam, quæ
eſt remedium petitorium, & datur contra
bona, particulariter obligata, & requirit pro-
bationem dominij; quæ non ſunt neceſſa-
ria in Saluiano interdicto: quæ an ſint vera,
inferius explicabo; nam tales differentias ad-
mitto in interdicto directo, non autem in
vtili, vt dictum eſt.

Quod autem in iudicio aſſiſtentiæ con-
10 currant prædicta tria remedia, poſt
*Afflict. & Capye. in locis citatis probat Ro-
uit. in dict pragmat.* 1. *num.* 17. *cum ſeqq.*
ea ratione, quia communis contrahendi
11 modus eſt, vt in contractibus apponatur
conſtitutum, quod per ſe non ſubſiſtit, ſed
neceſſarium eſt, vt accedat alicui contractui
principali, vt venditioni, donationi, & ſic de
alijs; dum, nempe, pro obſeruentia promiſſo-
rum in contractu contrahens obligat om-
nia bona ſua cum poteſtate capiendi pro-
pria authoritate, & conſtituendo ſe illa poſ-
ſidere precario nominè alterius contrahētis,
vt poſt *Tiraquell. notat Rouit. loco citat.*
& ſic, dum per conſtitutum eſt translata poſ-
ſeſſio ciuilis in ipſam conſtitutarium, & re-
manſit naturalis penes conſtituentem, vt di-
xi ſuperius vtiq; dum debitor alienauit res
obligatas, interuertit poſſeſſionem ciuilem
quæ erat penes creditorem, & ad hanc poſ-
ſeſſionem recuperandam fuit introductum
remedium *dict. l fin. C. de acquir. poſſeſſ.*

vt

*tot laiſſimè poſt Bald. Angel. Marant. Ti-
raquell. & alios proſequitur Menoch. d.
remed. 14. de recuper. poſſeſſ. numer. 24.
cum ſeqq. Rouit. vbi ſupra num.* 20. qui
etiam ſubdit, & ex dictis cernitur, quòd Sal-
12 uianum interdictum proditum eſt, vt cre-
ditor adipiſcatur poſſeſſionem naturalem,
quæ remanſit penes debitorem. Hypothe-
caria actio naſcitur, dum pro obſeruantia
contractus ſunt hypothecata omnia bona,
vt millies ſupra replicatum eſt; & ſic patet
probatum aſſumptum ipſius doctiſſimi Cõ-
ſiliarij Rouit.

Dico tertiò, vt quis obtineat in Saluiano
13 directo, ſatis eſt, quod probet bona fuiſſe
poſſeſſa per debitorem: ſi verò intenſetur vti-
le, vel hypothecaria, etiam dominium dicto-
rum bonorum probare debet fuiſſe penes
debitorem, probatur hoc dictum quoad
omnes eius partes, & de interdicto ſaluiano
directo, quod datur pro bonis inuectis, & il-
latis, *dixi ſupra de locato, & cond. & pro-
bant Alex. dict. conſ.* 112. *& alibi Natta
Caſtrenſ. & alij, quos probat Tuſch. in
dict. verb. Saluianum concluſ. 19. num. 6.
& ſeqq. præcipuè num.* 11. *cum ſequent.*
vbi ad plura infert: quæ omitto; nam penes
ipſum videri poſſunt.

Probatur ſecunda pars, quia quatuor ſunt
requiſita neceſſaria, vt quis obtineat in
14 actione hypothecaria primò, quod credi-
tor probet ſuum creditum eſſe verum, & li-
quidum, ſecundò quod bona prædicta, vel
ex conuentione partium, vel ex iuris diſpo-
ſitione ſint ei hypothecata, tertiò, quod bo-
na illa bona fuerint in bonis, & de bonis de-
bitoris tempore contractæ obligationis, vel
poſtea. Et quartò quod nunc poſſideantur
ab illo tertio poſſeſſore, ita *Bald. conſ. 36
factum ſic ſe habere videtur libr. 1. conſil.
455. lib 5. Alex. conſ. 136. in cauſa nu. 18.
& ſeq. lib. 2. Caſtrenſ. & alij penes Tuſch.
in verb. hypothecaria. concluſ. 123. Philipp.
Franch. in quadam eius diſput. num. 4. vt
habetur tom. 3. tractat. part. 2. fol. 327.
Afflict. dict. deciſion. 383.* & alii infra ci-
tandi; adeò vt ſolùm ſit controuerſia, quo-
15 modo intelligatur illud tertium requiſitum
(in bonis, & de bonis debitoris) an ſcilicet,
teneatur creditor probare illum fuiſſe Do-
minum dictorum bonorum, vel ſatis ſit pro-
bare debitorem poſſediſſe illa bona, & quidē
Affl. d. dec. 383. de Franch. d. dec. 101. n. 23.
& quidam alij dicunt ſatis eſſe creditorem
probare bona illa fuiſſe in bonis, & de bonis
ſui debitoris; nec quicquam dicunt de pro-
batione dominij; ſed poſt *Lanar. conſil.
79. num. 13. Marant. Maſcard de Ponte
Rouit. Pellic. & quoſdam alios Ioannes
Bapt. de Thor. in compend. deciſ. Neapo-
lit. in verb. hypothecaria quomodo probari,*
tenet eſſe communem praxim in hoc Re-
16 gno, quod creditor non teneatur probare
debitorem fuiſſe Dominum dictorum bo-
norum; quia, dum ȷ r baırbc na fuiſſe in
bonis, & de bonis debitoris, iam præſumi-
tur debitor poſſediſſe illa bona tamquam
Dominus.

Verum hic Author non legit Rouitum,
quia ipſe expreſsè probat creditorem eſſe
aſtrictum probare, quod debitor fuerit Do-
minus dictorum bonorum; & iure quidem:
quia, dum eſt iudicium reale, & ſic petitoriū,
& datur ad auocandum dominium dictorū
bonorum, ſiue, vt in Regno dicimus, in iudi-
cio aſſiſtentiæ, vt creditor poſſit dicta bona
mediante appretio ſibi adiudicari facere, ſeu
vt habeat poteſtatem, & facultatem venden-
di, & de pretio illorum ſibi ſatisfacere, vt in
d. prag. 1. de aſſiſtentia, de Franch. deciſ.
120. & eſt praxis notoria, vtiq; probare de-
bet fundamentum ſuæ intentionis, nempe,
debitorem illum fuiſſe Dominum, ne exe-
17 quatur in bonis alienis, quod omnia iura
abhorrent, & conſequenter probare debet
tale dominium, *ita Iacob. de Aren. in l.
cùm reſ. vbi Cyn. & Bart. C. ſi alien. reſ. pi-
gnor. dat. ſit. idem Bartol. Salycet. Angel.
pract. Papienſ. Aretin. in §. item ſeruiana
num. 8. inſtit. de action. vbi Gomez num.
35. verſ. tertia regula, & ibi Iaſ. num. 89.*
vbi dicit, quod nemo DD. ab hoc diſcrepat
*Florian. Corne. Neguſant. & Alberic.
quos probat Rouit. dict. pragmatic.* 1.
numer. 21. *verſicul. ergo huic, & in
fin.* dicit, quòd dùm Fiſcus vidit prædi-
ctas eius allegationes deſtitia à proſecu-
tione litis contra Comitem Saponariæ, &
eandem ſententiam vltra per eos cumulatos
probant *Alex. in pluribus locis Natt. Ca-
ſtrenſ. Crauett. Theſaur. deciſ. 175. nu.
2. Roland. Grat. Caputaquenſ. quos ſequi-
tur Tuſch. in dict. verb. Saluianum con-
cluſ. 19. num. 7 quàmuis in dict. verb. hy-
pothecaria concluſ. 123. num. 3. & seqq.*
aliquos citet, qui tenent, vt ſatis ſit probare
bona illa fuiſſe in bonis, & de bonis debito-
ris, etiam ſi bona fide illa poſſidiſſet.

Attamen non eſt recedendum ab opinio-
18 ne communi, quia, qui tenent eſſe proban-
dum fuiſſe in bonis, & de bonis debitoris,
includunt etiam, vt probet creditor domi-
nium, quod optima ratione *Rouit. pro-
bat ex tex. in l. 2. § in hac actione ff. de vi
bonor. raptor. sanè inſtitut. eod. & vtro-
biq; glos. & ead. gloſ. in l. pignus in princ.
C. de pignor. act.* quod ſcilicet res dicitur in
bonis noſtris, ideſt in dominio noſtro, & ci-
tat

Digitized by Google

cat plura iura concordantia, præcipuè *text.*
in l. rem in bonis ff. de acquir. rer. domin.
quæ ſic habet (*rem in bonis noſtris intel-*
ligimur habere, quoties poſſidentes excep-
tionem, aut amittentes ad recuperan-
dam eam actionem habemus.) Quæ quidem
exceptio non competit, nec etiam actio re-
cuperandi, niſi vero Domino, & text. in d. l. 2.
§. ſanè ponit differentiam, quando res eſt in
19 bonis, & quando ex ſine, de bonis noſtris,
quia dum eſt de bonis, ſiue, ex bonis ſatis eſt
res illa ſit commodata, locata, pignorata, vel
depoſita, & ſic quod bona fide eam poſſidea-
mus, quãdo verò eſt in bonis, quia tunc exer
cemus directè actionem, ſiue exceptionem
debent illa bona eſſe in dominio noſtro.

Itaq; ſi loquamur de tertio poſſeſſore,
20 qui nullo modo habet cauſam lucratiuam
ab eodem debitore, ſed ab alio extraneo, &
ſic exercere vellet hac iudicium hypothe-
carium creditor contra illum tertium poſſeſ
ſorem: & clarum eſt, quod teneatur creditor
probare debitorem illum fuiſſe Dominum
dictorum bonorum, ex quo hoc eſt funda-
mentum ſua intentionis, quia, ſi debitor non
erat Dominus illorum bonorum, illa bona
non fuiſſent affecta iure hypothecæ, & con-
ſequenter contra tertium poſſeſſorem tran-
ſiuiſſent ſine tali onere: & ideò neceſſariò re-
quiritur, quod fuiſſet Dominus dictorum
bonorum, & ſic loquuntur DD. deſuper ci-
tati, quod ſit probandum dominium, quia
contra talem tertium poſſeſſorem non datur
aliud remedium, niſi actio hypothecaria, &
ſic vti poteſt exceptione dominij, vt expellat
creditorem, vt probant DD. infra cumulan-
di, nempè *pract. Papienſ. & Corne. quos*
citat, & ſequitur Rouit. dict. pragmat. 1.
ſub num. 21. Bald. Caſtrenſ. Alex. Neguſ.
Soc. Aretin. & alij, quos in effectu probat
Tuſch. in verb hypothecaria concluſ. 123.
per tot. præcipuè n. 11. cum ſeqq.

Quodq; non detur aliud remedium patet,
21 quia non datur Saluianum interdictum: il-
lud enim non datur contra tertium ſed ſo-
lùm datur contra principalem debitorem,
vt eſt tex. expreſſus in l. 1. C. de precar. &
Saluian. interd. loquendo de Saluiano di-
recto; nam vtile datetur, vt dixi ſupra verſic.
vtile interdictum, quia hoc concidit cum
actione hypothecaria, & ſic poſſet tunc talis
tertius poſſeſſor eadem exceptione dominij
22 ſe tueri contra creditorem. Non datur re-
medium l. fin C. de acquir. poſſeſſ. Illud enim
ſolùm datur contra eundem principalem
debitorem, & contra tertium poſſeſſorem
habentem cauſam ab eodem debitore: quia
iſte tertius poſſeſſor non poteſt referre quæ-
ſtionem dominij, dum cauſam habet ab eo-
dem debitore *l. quod in ipſis ff. de reg. iur.*
cum vulg. alijs. Ex quo creditor culpa, vel
dolo debitoris priuatur ſua poſſeſſione ci-
uili, ad quam recuperandam non eſt neceſ-
ſarium probare dominium debitoris, ſed ſa-
tis eſt demonſtrare, quòd bona illa alienata,
vel tempore conſtituti, vel poſtea fuerint poſ
ſeſſa per dictum debitorum; vt habetur in
dict. l. fin. latiſſimè Menoch. *dict. remed.*
14. de recuper. poſſeſſ. practic. Papienſ. in
forma libelli in cauſa ſpoliat. poſſeſſ. in
verb. coram vobis num. 4. Corneus *conſ.*
27. lib. 4. & alibi quos probat, Rouit. in
dict. pragmat. 1. ſub num. 21. verſ. aut ter
tio, & vltimo, & probat etiam, Alexand.
conſ. 115. lib. 6. de quo meminit, Tuſch. in
dict. verb. Saluianum concluſ. 19. num. 16
& in verb. hypothecaria concluſ. 129.
numer. 2. & ſequentib. vbi in effectu ſic
concludit Bald. Caſtrenſ. Neguſant. Et
alios ad hoc probandum citat, & conſe-
quendum, dum contra tertium poſſeſſorem
penitus extraneum non datur hoc remediũ,
nec directum Saluianum interdictum, quæ
ſunt remedia poſſeſſoria, ſed ſolùm datur
actio hypothecaria, vel vtile Saluianum in-
terdictum, quæ ſunt iudicia petitoria, & rea-
lia, ſequitur perneceſſe, quod teneatur credi-
tor probare debitorem fuiſſe Dominum
dictorum bonorum: ſecus verò eſſet, quo-
ties creditor ageret contra eundem de-
bitorem, vel contra tertium poſſeſſorem
habentem cauſam ab eodem debitore;
quia nec iſte ſe tueri poteſt exceptione
dominij nec etiam principalis debitor,
leg. ſi inter colonum, §. 1. ff. de pignorib.
& ita intelligi debent DD. qui tenent, quod
ſatis ſit probare, quod bona fide debitor
illa bona poſſideat, vt optimè probant præ-
dicti DD.

Concludo igitur, quod ſi agatur contra
principalem debitorem, ſatis eſt creditorem
probare, quod debitor fuerit poſſeſſor dicto-
rum bonorum: Si vero ageretur contra ter-
tium poſſeſſorem, & tunc ſi non habet cau-
ſam à debitore, verior eſt, & receptior opi-
nio, & communior, quod ſit probandum do-
minium: ſi verò talis tertius poſſeſſor habe-
ret cauſam continuam lucratiuam, & nunc
receptior eſt opinio, quod ſatis ſit probare
bona fide illum poſſediſſe, quàmuis ſecurius
ſit probare illum fuiſſe Dominum, & hæc mi
hi videtur veritas.

Illud ſolum notandum eſt, eſt in electio-
24 ne creditoris agere, vel contra omnes ter-
tios poſſeſſores dictorum bonorum hypo-
thecatorum, vel contra vnum ſolum ex illis;
nam ſatis eſt, quod exacto credito, cedat illi
iura ſua, vt eſt notoria praxis ex regula
tex. in l. creditores, vbi Bart. ff. de diſtract.
pignor.

Digitized by Google

pignor. l. moſchis: vbi gl. ſ. & alijs commu-
niter ff. de iure Fiſci, Roman. Socin. Corn.
Neguſant. & alij, quos probat Tuſch. in
verb. hypothecaria concluſ. 126. præcipuè
num. 26. & ſeqq. Milanenſ. *deciſ. 13. num.*
59. & ſeqq. par. 2. Fontanell. ne pact. nup-
tialib. clauſ. 4. gloſ. 18 par. 2. num. 41. cum
ſeqq. & dixi par. 3. quæſt. 1. nu. 56. cum
ſeqq. etiam in additionib. & licèt Couarr.
lib. 3. variar. reſ. lut. capitul 7. numer. 7.
25 dicat hoc non procedere in hypotheca,
quæ datur pro annuis redditibus ſiue pro
contractu cenſuali, quando quis pro mille,
verbi gratia, vendidit ſuo creditori tot an-
nuos introitus; nihilominus nullam citat ſu-
ſistentem rationem, & contra ſuam opinio-
nem ſæpiſſimè deciſum refert, & iure quidē;
quia iura prædicta loquuntur indiſtinctè de
omni hypotheca, prout poſt alios firmant in
indiuiduo *Surd. deciſ. 44. Franciſc.* Marc.
deciſ. 433. part. 1. Molin. *de contract. lib.*
diſput. 383. num. 9. Valaſq. Montaner. *Pe-*
rez. Parlador. & Gomez. Leonius, quos
probat Fontanell. loc. cit. n. 53. Milanenſ.
26 vbi ſupra, & ita indiſtinctè practicatur; nam
eadem eſt ratio in omnibus, vt creditor ele-
ctionem habeat, & ſatis eſt cedere iura ſua
illis, vel illi tertio poſſeſſori, vt pro ratis, quę
pertinent ad alios poſſeſſores dictorum bo-
norum, recuperet, quod ſoluit; nam pro eius
rata non recuperat ſolutum, ex quo obſtaret
illi exceptio cedendarum, quoniam pro eius
rata non poteſt cedere iura, vt per *Specula-*
tor. & alios notat Capyc. deciſ. 51. vbi ſic
deciſum refert Parlador. lib. 2. rer. quoti-
dianar. capitul fin 4. part. §. 1. numer. 20.
27 qui arguit à fideiuſſoribus ad tertios poſſeſ-
ſores, & ita fuiſſe pluries deciſū Siciliæ refert
Maſtrill. in addition. ad Petr. de Gregor.
in tract. de cenſib. quæſtion. 6. num. 104.
28 Sed de hoc valdè dubitat *Fontanell.*
part. 2. num. 56. & 57. Quia fideiuſſores
eadem ſimultanea obligantur, ſeu ligan-
tur obligatione eidem creditori, *l. fideiuſſor*
ff. de fideiuſſor. l. cùm alter C. *eod.* quod
non eſt ita in tertijs poſſeſſoribus, qui eo-
dem tempore non emerunt, & conſequen-
ter poſterior emens remanet obligatus ei,
qui primò emit, & conſequenter contra vlti-
mum emptorem exequeretur ab alijs tertijs
poſſeſſoribus pro tota ſumma ex regula,
text. in l. ſi quis ff quis, & à quib. ibi (*ſi*
29 *quis habens creditores, plures manumi-*
ſerit, non omnium libertas impedietur,
ſed qui primi ſunt liberi erunt, donec cre-
ditoribus ſuum ſoluatur) pro qua ſentē-
tia citat *Ant. Fabr. in ſuo Codice lib. 8. tit.*
23. de exception. diff. 14. vbi in fin. ſic de-
ciſum refert per illum Senatum ſecundum
æquiorem ſententiam; & iure quidem; meo
iudicio, quia licèt eodem contractu creditor
habeat hypothecata omnia bona debitoris,
conſequenter electionem habeat conueniē-
di ſingulos poſſeſſores, & ab vno corpore bo-
norum quæ fuerunt dicti eius debitoris, exi-
gere totum eius creditum; nihilominus ter-
tis poſſeſſores nullam inter ſe habent con-
nexionem, & proinde, qui vltimò emit à de-
bitore, ille eſt poſterior, vt dicimus de eo,
qui vltimò cōtraxit, vt explicabitur inferius;
nam iſti præferuntur priores creditores. An
autem ſit facienda excuſſio debitoris princi-
palis dicetur quæſt. ſeqq.

SVMMARIVM.

1 *An poſſit via executiua exequi contra tertios poſſeſſores, & n. 11.*

2 *Creditor antequam agat contra tertium bebet agere perſonali actione contra principalem.*

3 *Tertius poſſeſſor poteſt opponere excuſſiones exceptionem etiam ſi agatur contra bona ſpetialiter obligata n. 4.*

5 *Remedium l. fin. debet in ſpetie intentari.*

6 *Excuſſio, an requiratur quando agitur contra tertios poſſeſſores.*

7 *Clauſula conſtituti, & præcarij, quid operetur.*

8 *Clauſula peto iuſtitiam miniſtari, quid operetur.*

9 *Executio contra tertios poſſeſſores, qualiter fieri deat.*

10 *Melioramenta, an retineri poſſit per tertios poſſeſſores.*

12 *Agi via executiua contra nominatum in contractu poteſt, quod non procedit in Regno Siciliæ n. 13.*

Secus in Regno noſtro, qui ordinariè agitur contra tertios poſſeſſores nu. 14.

15 *Iudices ſeculares, an poſſint via executiua procedere contra Laicos detentores bonorum Eccleſiæ.*

16 *Eccleſiaſtici tenentur ad ſolutionem gabelle pro bonis laicorum ad eos præſentis, & ab eorum Iudice cōpetendi n. 17.*

QVAE-

QVAEST. XVII.

DEcimoſeptimò, quæro, an in via
1 executiua poſſit exequi contra
tertios poſſeſſores? Hæc quæſtio
poſita eſt ad maiorem expreſſio-
nem quæſtions præcedentis, pro qua notan-
dum eſt, quòd, licèt plures teneant, quod an-
2 tequam creditor hypothecarius agat con-
tra tertium poſſeſſorem, debeat prius egiſſe
actione perſonali contra principalem debi-
torem, vt voluerunt *gloſ. Bart. & alij in
l. proſecutionem* C. *de pignor. poſt alios
Alex. conſ* 100. *num.* 10. *lib.* 5. *Neguſ. in
tract. de pignor. in* 1. *membr. par.* 8. *n.* 9. *cũ*
ſeqq. quod etiam procederet, quando ſtatu-
tum reijceret excuſſionem principalis, vt te-
net *Tuſch. in verb hypothecaria concluſ.*
126. *nu.* 34. *Caroc. Gamm. Carol. de Graſſ.
Cancer. & alij, quos probat* Petr. *Fonta-
nell. de pact. nuptialib. clauſ.* 4. *gloſ* 18. *par.*
2. *num.* 61. *& ſeqq. quod non negat* Mila-
nenſ. deciſion. 2. *part.* 2. ex quo dum ter-
3 tius poſſeſſor non contraxit cum creditore,
nec eſt hæres debitoris poteſt opponere ex-
ceptionem excuſſionis iuxta *tex. in authent.
hac ſi debitor.* C. *de pignor. quod Theſaur.
poſt alios deciſion.* 53. *num.* 4. adeo verum
4 putat, vt locum habeat etiam ſi agatur con-
tra bona, ſpecialiter obligata, dummodo nõ
5 ſit intentatum remedium *l. fin. C. de acquir.
poſſ.* & dicit, quod tale remedium debeat in
ſpecie intentari, nec ſatis ſit, vt imploratur
per illam clauſulam (ius, & iuſtitiam mini-
ſtrari) Nihilominus in praxi contrarium ſer-
6 uatur; quoniam, quando agitur cõtra tertios
poſſeſſores poſſidentes bona hypothecata
non requiritur talis diſcuſſio, ex quo dum
creditor electionem habet contra poſſiden-
tes bona ſibi hypothecata, talem electionẽ
habet contra omnes nam clauſula conſtitu-
7 ti, & precarij id operatur, & etiam quia bona
prædicta tranſeunt ad quoſcunq; poſſeſſores
cum dicto onere, nec eſt neceſſarium, vt in
ſpecie intentetur remedium d. l. fin. quia, dũ
proceditur, ſola facti veritate inſpecta, ſatis
8 eſt talis qualis petitio, & ſufficit illa clauſula
(Peto ius, & iuſtitiam miniſtrari) vt idem met
*Theſaur. ſibi contrarius probat poſt alios
deciſ* 215. *num.* 6. *in fin. & poſt alios pro-
bat Cancer. lib.* 2. *variar. reſol. cap* 5. *de
fideiuſſorib. num.* 155. *Muntaner. Tepat.
& Anton. Faber, quos probat Fontanell.
dict. par.* 2. *num.* 62. *cum ſeqq. Milanenſ.
dict. deciſ.* 2. *Maſtrill. deciſ.* 171. *num.* 52.
*dicens in illis Tribunalibus, ita paſſim
obſeruari; ſic etiam Benedict. de Barz. in
tract. de guarentig. par.* 1 *princip col.* 1. *in
fin. vt legitur tom. .. tract. part.* 2. *fol.* 340.
quod eſt clarum etiam in noſtris Vribunali-
bus.

Eſt tamen aduertendum, vt executio cõ-
9 tra tertios poſſeſſores fiat ſecundũm valorẽ
bonorum tempore alienationis, ex quo ſe-
cundum aliquos non habetur ratio meliora-
mentorum nec redditum, citatur *Bart. in
l. Moſelis ff de iur fiſc. & Petr. de Gregor.
in tract. de cenſib quæſt.* 6. *num.* 45. *&* 46
videndus eſt Milanenſ. deciſ. 13. *part.* 2.
10 nihilominus tertius poſſeſſor, qui fecit me-
2 lioramenta in dictis bonis, poteſt meliora-
menta deducere, vt eſt omnibus notum:
imo, ſi ſoluat æſtimationem rei, deductis ſuis
melioramentis, poſſet rem illam liberare, &
ſi velit, poſſit pro ſe retinere, vt per illum
text. notat Bart. in l. 2. *in* 3. *notab. vbi An-
gel. C. de prædijs naucul. lib.* 11. *Caſtrenſ.
in l. ſi conuenerit* §. *ſi fundus ff. de pignor.
act. Socin. conſ.* 224. *in fin. lib.* 2. *Neguſ. de
pignor. in* 4. *membr.* 5. *par. princip. nu.* 21.
*& alij communiter, quos probat Couarr.
lib.* 1. *variar. reſolut. capit.* 8. *num.* 2. vbi
teſtatur de communi, & in praxi ſeruari, quos
ſequitur *Tuſch. in d. verb. hypothec. concl.*
126. *num.* 23. *& in verb. meliorament.
concl.* 182.

His notatis, deuenio ad quæſtionem pro-
11 poſitam, quod contra tertium poſſeſſorem
agi nequeat via executiua, ſed tantum agi
poteſt via ordinaria, quàmuis ſtaret ſtatu-
12 tum tribuens executionem inſtrumentis, vt
eſt ritus in hoc Regno, & ratio eſt, quia via
executiua exercetur tantum contra nomi-
natum in contractu, & medio iuramento ob-
ligatum creditori de facie ad faciem, & ſic
præſentialiter, vt eſt praxis notoria in hoc Re-
gno, de qua plures teſtantur, nempe, *Ma-
rant. in ſuo Specul. par.* 6. *titul. de execut.
ſent. Carauit in rit.* 167. *de Francb. deciſ.*
341. *& alij paſſim. Rebuff. Suarez. Duenn.
Rip. Ioann. Trigon. Bertrand. Crauett.
Anton. Maſſ. Alexand. Dec. Vant. Petr. de
Gregor. & Guttier. quos recenſet Mila-
nenſ. deciſ.* 2. *num.* 1. *&* 2. *lib.* 2. *& idem
poſt Iaſ. Ioann. Aloyſ. de ſeptimo, & quoſ-
dam alios probat Ioann. Philipp. Teſta
alleg.* 10. vbi ſubdit, quòd, licèt in dicto Re-
gno Siciliæ plures fuiſſent cauſatæ executio-
nes contra tertios poſſeſſores, attamen exe-
cutiones illæ fuerunt retractatæ, ex quo via
tamen ordinaria procedi poteſt, non autem
via executiua contra tertios poſſeſſores.

Verum *Milanenſ. dict. deciſ.* 2. *num.* 3.
&

& ſeqq. deciſ. 11. tot. & deciſ. 13. num. 53. cum ſeqq. latiſſimè Maſt. ill. qui alios cumulat in addit. ad Petr. de Gregor. dict. quæſt. 6. liter. L. numer. 107. & 108.
13 quod in dicto Regno indiſtinctè cauſatur executio contra tertios poſſeſſores virtute Regiæ pragmaticæ ex quo ſatis eſt, quod poſſideat bona hypothecata, & dicunt, quod exequatur etiam in bonis proprijs dicti tertij poſſeſſorij; quod non puto verum, nec vidi obſeruatum ſpatio ferè duorum annorũ, quibus ibi ad cui, quãuis cauſatas vidi executiones contra tales tertios poſſeſſores, etiam ſi eſſent nudi detentores, vt ſunt conductores, quos ibi gabellotos vocant; & fit executio pro penſione præterita, quod ipſi dicunt, quandiù prædia detinuerunt, & pro tali penſione proceditur contra eos via executiua, non tamen poſſunt cogi in futurum, ex qno libertate habent relinquere prædia conducta; & hoc iure vtuntur in dicto Regno; ſed, vt dixi, in Regno noſtro hoc non ſeruatur; ſed ſolùm agitur via ordinaria, & fiunt præcepta conductoribus, vt adueniente tempore ſolutionis penſionis promiſſæ, faciunt depoſitum, vt ex illo ſatisfiat quibus de iure debetur; & hoc iure vtimur; nec coguntur antequàm tempus ſolutionis adueniat, prout coguntur in dicto Regno Siciliæ.

Plus aliqni prætendere volebant, & practicare conabantur in dicto Regno Siciliæ,
15 quod Iudices ſæcnlares poſſent exercere viam executiuam, & cauſare executiones contra detentores Laicos bonorum Eccleſiæ; & multoties fuit cauſata execntio, prout videri poteſt penes *Philipp. Teſtaì d. alleg.* 10. licet non benè vt vidi etiam pluries optimè ſeruatum reuocatas fuiſſe remiſſam talem cognitionem ad Iudicem Eccleſiaſticum, qnia illi detentores bonornm Eccleſiæ, licèt ſubditi ſint Iudicibus ſæcularibus, tamen ipſi nihil debent creditoribus Eccleſiæ, & proinde ſi Eccleſia deberet, ſiue obligata eſſet aliquid ſoluere, vtiq; cogi debent Eccleſiaſtici ab eorum Iudice competente Eccleſiaſtico, nam ſi bona Laicorum perueniant ad Eccleſiaſticas perſonas tranſeunt quidem cum onere, ſed Eccleſiaſtici conueniendi ſunt coram illorum Iudice Eccleſiaſtico cõpetente, *vt dixi part. 2. tit. de perſon. q. 7.*
16 nam, ſi bona ſoluebant ſingulis annis certum quid pro gabella, dum erant penes Laicos, vtiq; ſi gabella non ſit variabilis, tenentur etiam Eccleſiaſtici illam gabellam ſoluere, dum ad illos peruenerunt dicta bona, *Abb. in cap. non minus de immun. Eccleſ. Nauarr. in manual. c. 27. n. 115. Franciſ. Suarez in tract. de cenſur. diſp. 21. ſect. 2 n. 99. in fin.* & alij: attamen, ſi Eccleſiaſtici eſ-
17 ſent renitentes ſoluere prædictam gabellã, cogendi eſſent ab eorum Iudice Eccleſiaſtico competenti, *Innoc. & Abb. in dict. cap. non minus, Remig. de Gonni in tract. de charitatiuo ſubſid. quæſt. 62. num. 53. & 77. Molin. de maioratib. & tribut. diſput. 672. §. 3. concluſio, & alij, quos cumulaui tract. 2. de cenſur. c. 19. n. 3.*

SVMMARIVM.

1 *Potiores in pignore, qui debeant haberi.*
2 *Creditor hypothecarius præfertur creditori non hypothecario licet ſit prior in tempore, quod ampliatur n. 3.*
Et declaratur n. 5.
4 *Hypotheca conſtituitur per ſcripturam priuatam trino teſte firmatam.*
6 *Creditor licet poſterior præfertur creditori anteriori, quando appareret de numeratione pecuniæ, & per confeſſionem creditoris anterioris.*
7 *Cauſa oneroſa licet poſterior, an præferatur cauſæ lucratiuæ.*
8 *Hypotheca cuius cauſa prioritatem operatur procedit etiam in bonis ponea quæſitis, & in pignore prætorio, & iudiciali.*
9 *Creditor poſterior cui bona fuerunt in ſpetie obligata donec pretium ſoluatur præfertur.*
10 *Emptor de cuius pecunia fuit ſatisfactum creditori anteriori præfertur ob ſub ingriſſionem in locum illius.*

QVAEST. XVIII.

1 DEcimo octauò quærò, qui nam potiores in pignore habentur? Hæc quæſtio tam in actione reali, quã in perſonali latiſſimè diſputatur, & examinatur per *Azon. in eius ſumma, C. de bon. auctor. Iudic. poſſidend. præcipuè num. 10. & in titul. C. qui potior. in pignor. habean. & alios, quos cumulaui conſ. 13. Tepat. lib. 2. receptar. ſentent. tit. qui potior. in pignor. habean. Tuſch. in verb. hypothecarius creditor concluſ. 127. cum plurib. ſeqq. Mantic. lib. 11. de tacitis, & ambig. conuentionib. titul. 22. cum ſeqq. Sayr. lib. 10. clauis reg. tract. 5. c. 10.*

& proindè aliquos caſus magis practicab-
les reas ſummam, pro reliquis lectorem mi-
ctens ad prænarratos authores; & vt caſus
prædicti magis clareſcant, eos per quæſtio-
nes particulares diſcutiam.

Dico igitur primo creditorem hypothe-
2 carium præferri creditori non hypotheca-
rio, licet priori in tempore *l. eos C. qui potior. in pignor. habean. & omnes præcitati DD.*
hoc notant, & ratio eſt, quia, dum habe. hy-
pothecata, & proinde præfertur creditori
anteriori, qui talem hypothecam non habet
*dict. l. eos cum alijs cumulatis per Man-
tic. dict. titul. 22. num. 20. Tuſch. dicta
concluſ. 127. num. 1. cum ſequent.* ſiue in
agendo, ſiue in excipiendo id ſuccedat, vt
3 per eos; quod eſt adeò verum, vt locum ha-
beat etiam in bonis, quæ peruenerunt de-
bitori à prædicto creditore non hypotheca-
rio, *l. procuratoris §. ſed eſt quæſitum
verſ quid tamen, & § planè ff. de tribu-
tor. actione, poſt Caſtrenſ notat Tuſch.
loco citat. num. 7. & in verb. creditor. con-
cluſ. 1064.*

Verùm creditor dicitur ſine hypotheca,
quoties nullo modo illam haberet, quia ſi
eam haberet aliquo ex modis relatis ſupra
queſt. 3. ſatis eſſet, ſic etiam ſi priuata ſcriptu-
4 ra eſſet trino teſte roborata, nempè, eſſet ſub-
ſcripta à contrahentibus, & à tribus teſtibus
probatæ opinionis; ſic enim euitatur ſuſpi-
tio fraudis, quæ fieri poſſet per poſteriores
creditores, ſiue per debitorē prioribus cre-
ditoribus. *l. ſcripturas § ſin autem ius pi-
gnoris vbi omnes C. qui potior. in pign. ha-
bean. Bart. Bald. Anchar. & alij, quos pro-
bant Mantic. dict. lib. 11. titul. 24. per tot.
Tepat. loco citat. fol. 238. colum. 2. & 3.*
qui plures caſus reaſſumunt, & quòd prædi-
cti teſtes ſubſcripti debeant recognoſcere
eorum ſubſcriptiones, quia tunc illa ſcriptu-
ra priuata haberet vim ſcripturæ publicæ,
quod eſt clarum.

Dico ſecundò creditorem hypothecariū
5 priorem in tempore præferri creditori hy-
pothecario poſteriori in tempore, nempe,
cui vltimo loco fuerunt bona obligata, quod
eſt vulgatum axioma *l. ſi prior. § vltim. ff.
qui potior. in pignor. habean. cap. qui prior.
de reg. iur. in 6. cum alijs innumeris penes
Mantic. d. lib. 11. tit. 22. n. 1. & 2. Tuſch.
in d. verb. hypothecarius cōcl. 129. per. tot.*
qui prædictam regulam, & declarant, & am-
pliant, ſiue prior hypotheca deſcendat ex ti-
tulo lucratiuo, vt ex donatione ſiue aliunde;
nam cauſa oneroſa poſterioris creditoris nō
habetur in conſideratione in hypotheca
reali ex quo tempus, non autem cauſa in hu-
iuſmodi hypotheca attenditur *l. 1. vbi gloſ.
C. de iur. fiſc. lib. 10. Mant. d. tit. 22. n. 23.*
& ſeqq. & alij, dummodo realiter appareat
6 numeratio pretij vtriuſq; creditoris: ſi enim
de vno tantum appareret realis numero, &
de alio tantum confeſſio, quàmuis ille, de
quo patet realis numeratio, eſſet poſterior
præfertur priori; quia illa confeſſio poteſt eſ-
ſe ſimulata, & facta ad fraudādum veros cre-
ditores, *gloſ Bald. & Angel. in l. diuerſis,
C. qui potior. in pign. habean. Tiraquel. &
alij, quos probat Menoch. conſ. 720. lib. 7.
Mantic. dict. lib. 11. tit. 23. n. 27. bene ve-
rùm eſt, quod Cuman. Alciat. Capyc. Afflict.
nius, & Guttier. quos probat. Caſtill. deciſ.*
72. tota tenent, quod ſi eſſet mera cauſa lu-
cratiua, nempè, donatio abſoluta, & vera, nec
7 per eam ſolueretur debitum, nec dos, ſiue le
gitima, & ſic de alijs, quòd cauſa oneroſa po-
ſterior præferretur dictæ cauſæ, merè lucra-
tiuæ: ſed prima opinio receptior eſt quā cen-
ſuetur *Gabriel conſ. 82. 1. volumin.* & in
praxi è recepta, vt non attendatur cauſa lu-
cratiua, vel oneroſa, ſed attendatur tempus,
& veritas cauſæ ſi nempè, cauſa ſit vera, & ſi-
ne fraude; quamuis *Paſchalis part. 2. de vir.
pact. pot. c. 9. n. 46.* audet ſuum proferre iudi-
cium ob DD. qui contrarium tenent; ſed vt
dixi tempus cum obligatione reali, non aute
cauſa facit aliq; priorem, nam prior in tem-
pore, non autem in cauſa eſt potior in iure
vt ſunt iura vulgata, & ſic, ſublata ſimulata
præfertur donatarius prior in tempore; quā-
do vero eſſet pars in tempore, tunc cauſa
oneroſa præfertur lucratiuæ.

Ampliatur, vt procedat, etiam in bonis
8 poſtea quæſitis, & in pignore Pretorio, & iu-
diciali *l. fin. vbi gloſ. C. de bonis author. iu-
dic. poſſid. vbi Bart. num. 1. & 2. Neguſ.
& alij, quos probat Mantic. dict. titul. 22.
num. 22. Andr. Gail. lib. 2. obſeruat. 25. Te
pat. loco citat. §. 2. Ioann. de Caſtill. lib. 3.
controuerſ iur. cap. 4. num. 18. & ſequent.*
quod ſæpe ſuperius replicatum eſt, vt in
generali obligatione veniant etiam bona fu-
tura.

Ampliatur ſecundò in pretio rei venditæ
9 ſecundi creditoris, quia, ſi ſecundus creditor
illa bona non vendidiſſet cum pacto ſpeciali,
quod eadem bona ſint ei in ſpecie obligata,
donec ei ſoluatur pretium eorundem bo-
norum, vtiq; prior creditor illi præferretur
*ex regul. tex. in l. licèt C. qui potior. in pi-
gnor. habean. & poſt alios Afflict. deciſ.
306 n. 4. de Franch. deciſ. 369. Tepat. lo-
co cit. fol. 238. col. 1. Mant. d. lib. 11. tit. 23
præcipuè n. 20. & 21.*

Tertiò deniq; ampliatur etiam in empto-
10 re, de cuius pecunia fuit cum effectu ſatisfa-
ctum priori creditori habenti hypothecam

an-

anteriorem in prædio empro, ex quo talis
emptor ſubingreditur in locum prioris cre-
ditoris, & eius iuribus vritur, & ſic excludit
*alios poſteriores; vt toto titul. C. de his, qui
in locum prior credit. ſucceder. Boer. dec.
47. de Franch. deciſ.* 134. *Crauett. conſ.*
298 *poſt alios Tepat. loco citat. fol.* 239.
col. 2. & 3. vbi ponit varias ampliationes; ſed
dicam infra q. 38. cum ſeqq. an autem etiam
procedat prælatio quòad intereſſe, dicam
infra q. 21.

SVMMARIVM.

1 *Creditor anterior in vno loco, an in alio pariter anterior dicatur in bonis ibi exiſtentibus, quod declaratur n.* 5.

2 *Tex. in l. ſi fideicommiſſum §. tractatũ, ff. de iudic ponderatur.*

3 *Creditores vnius prouintie, etiam poſteriores præferuntur creditoribus alterius prouintiæ.*

4 *Contrahentes cum ſeruis in loco vbi ipſi adminiſtrant bona Dominus præferuntur cæteris.*

QVAEST. XIX.

DEcimonono quæro; an creditor an-
1 terior in vno loco, veluti Neapo-
li, ſit anterior in alio loco, vt puta,
Panhormi? In hac quæſtione alij
affirmant, & alij negant, affirmant *Cuman. &
Fulgoſ. qui ita conſuluerunt, vt ipſe Cu-
manus refert in l. priuilegia numer.* 9.
& 10. ff. de priuileg. creditor. quod nem-
pè credirores antiquiores vnius prouinciæ
præferantur creditoribus poſterioribus eiuſ-
dem debitoris etiam in bonis alterius Pro-
uinciæ, quia, locus diuerſus non variat hypo
thecam, dum illa venit ex diſpoſitione iuris
communis, quod viget in omni loco, quos
2 probat *Mantic. dict. libr.* 11. *titul.* 23. *nu.*
32. *cum ſequentib. ex text. in l. ſi fideicom-
miſſum, §. tractatum, ff. de iudic.* ubi
ſic dicitur (æs alienum non eſſe vnius loci,
ſed vniuerſarum facultatum). & conſequen-
ter infert hic Author per hunc text. quod, ſi
æs alienum non reſpicit locum, ſed facultates
vniuerſas debitoris, vtiq; vbicumq; ſunt ſi-
ta bona debitoris, remanent hypothecata
credirorihus anteriobus.

Verùm contrariam ſententiam probarunt
*Ang. per illum text. in l. procuratoris, §. ſi
plures, & Caſtrenſ. & vterq; n.* 1. *ff. de tri-
but. act. Stracc. in tract. de decoct. nu.* 20.
poſt alios Decian. conſ 109. *nu* 29. *& ſeqq.*
lib. 2. de quibus meminit Mantic. loco citato,
3 nempe, quod creditores eiuſdem Prouinciæ
etiam ſi poſteriores eſſent creditoribus alte-
rius prouinciæ: ipſis prius debet ſatisfieri, &
ſi aliquid ſupereſſet de bonis debitoris, dare-
tur creditoribus alterius Prouinciæ, & hanc
ſententiam probat *Fulgoſ. in d. §. ſi plu-
res n.* 2. *nam, licèt text. in dict. §. ſi plures,*
4 loquatur de ſeruo, nempe, quod contrahen-
tes cum ſeruo in loco, vbi ſeruus adminiſtrat
bona Domini, quàmuis poſteriores ſint, præ-
ferantur creditoribus eiuſdem Domini alte-
rius prouinciæ, quamuis anteriores eſſent;
nihilominus ratio textus tam procedit in
ſeruo, quàm in homine libero; quia contra-
hentes tam cum ſeruo, quàm cum homine
libero reſpiciunt eundem locum, ac eã merc-
cem, ſeu negotiationem, in quibus contraxit,
& proinde non debet eis nocere anteriori-
tas aliorum creditorum alterius prouinciæ,
quàmuis ſint eiuſdem debitoris, ex quo ſi
ſciuiſſent illum debitorẽ habuiſſe alios cre-
ditores; vtiq; cum illo non contraxiſſent; &
hæc opinio mihi probatur; vti æquior, & cõ-
munior; nam propria opinione eſt ſolus Cu-
manus, & Mantica.

Nec vrget, quòd ipſe Mantica arguat ex
5 abſurdo, nempe, quòd ſi aliter diceremus, ſe-
queretur, quòd bona debirorit, exiſtentia in
alia prouincia, non eſſent obligata credito-
ribus, quod eſſet abſurdum, & contra natu-
ralem rationem; imò contra legem met ciui-
lem; quæ mandat; vt æs alienum nõ ſit vnius
loci, ſed vniuerſarum faculatum, vt dicta eſt,
Siquidem abſurdum facili modo vitari po-
teſt meo iudicio, vt procedat reſpectu debi-
toris, non autem reſpectu creditorum diuer-
ſorum locorum, hoc eſt, creditores vnius lo-
ci, ſiue prouinciæ prius ſatisfactionem reci-
pere debent de bonis ſitis in eadem prouin-
cia, nec habetur ratio, quòd in alia prouin-
cia debitor habeat alios creditores anterio-
res; ne tamen debitor ſit in lucro, & locuple-
tetur cum alterius iactura, quod ſupereſt de
eius bonis, ſatisfactis credirorihus eiuſdem
prouinciæ, daretur creditoribus alterius pro-
uinciæ; & ſic omnibus eſt conſultum, & con-
ſequenter reſpectu debitoris æs alienum nõ
eſt vnius loci; ſed vniuerſarum facultatum
debitoris; ſed hoc non debet cedere in de-
trimẽtum, & damnum creditorum eiuſdem
prouinciæ, & hæc mihi videtur veritas.

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Hypotheca dotis an præferatur creditoribus, anterioribus referuntur opiniones inuicem contrariæ n.2.*

3 *Mulier pro dote attento iure communi præfertur, anterioribus, & ſic deciſum refertur.*

4 *Mulier ſecundum aliquos pro dote non præfertur anterioribus creditoribus, quod in tacita hypotheca procedere dixerunt in concurſu plurium creditorum n.5.*

6 *Hypotheca dotis poſterior præfertur in bonis poſtea quæſitis quemadmodum Fiſcus.*

7 *Hypotheca tacita dotalis præfertur alijs creditoribus poſterioribus habentibus expreſſam.*

8 *Hypotheca dotalis præfertur, quãdo duo inſtrumenta eodem die fierent vnum dotis aliud alterius negotij, & ſi de hora non appareret eſſent æqualia numer.9.*

Et quid in duobus dotibus conſtitutis à patre filiabus n.10.

11 *Nominatus prius eſt magis dilectus, & primus nominatus in inſtrumento præfertur, quia eſt potior in pignore niſi aliud appareat.*

12 *Ordo ſcripturæ, quando attendi debeat.*

13 *Creditor qui diligentiam fecerit præferri debeat alijs.*

14 *Creditor habens iura æqualia non tenetur dimittere bona alteri creditori æquali ſiuè ageret actione hypothecaria ſiue Saluiano interdicto.*

15 *Conditio melior eſt poſſidentis inter pares.*

16 *Poſſidens plus iuris habet, quã qui non poſſidet.*

17 *Dos confeſſata, an habeat priuilegia dotis.*

QVAEST. XX.

1 Vigeſimò quæro, an hypotheca dotis præferatur creditoribus anterioribus? De hac quæſtione latiſſimè tractant Doctores in *l. aſſiduis. C. qui potior. in pignor. habean. in §. fuerat inſtit. de action. Mantic. lib. 11. de tacitis, & ambig. conuention. titul. 26. Caſtill. lib. 3. quotidian. controuer. iur. cap. 4. num. 3. cum ſeq. & alij infra citandi*; alii
2 quidem affirmantes, & alij negantes; affirmãt igitur, vt hypotheca dotis præferatur creditoribus anterioribus, *Angel. in §. ijs conſequenter, authent. de æqualit. dot. qui refert ita ſeruari de conſuet. tenet etiam Aretin. in l. 1. ff. ſolut matrim. vbi Socin. iun. num. 111. cum ſeqq. & conſ. 10. num. 11. lib. 3. Bald. Nouell. in tract. de dot. par. 10. limit. 16. quos recenſent Tuſch. dict. concl. 129. num. 12. Mantic. dict. titul. 26. ſub numer. 22. verſicul. ſextò extenditur & num. 24. vbi alios citat prout etiam varios citat Caſtill. dict. capit. 4. num. 15.* vbi dicit hanc opinionem ſecundum ius communem veriorem eſſe, & ita fuiſſe deciſum in Camera Imperiali refert *Miſinger. obſeruat. 13. centur. 4. & obſeruat. 45. centur. 6. & alij plures, quia, dum text. in dict. l. aſſiduis* expreſse mandat mulierẽ eſſe præferendã creditoribus anterioribus, intelligi detur de omni hypotheca anteriori, ẽt ſi ex contractu deſcenderet; tantò magis, quia in ambiguis ſemper pro dote reſpondendum eſt l. in ambiguis ff. de iur. dot. & per alias rationes, vt per eos.

4 Contrariam tamen ſententiam tuentur *gloſ. in dict. l. aſſiduis in verb. licèt anterioris vbi Salycet. in princ. num. 3. verſic. tertij, Bulgar. in l. 1. num. 23. ff ſolut. matrim. vbi Socin. ſen. num. 109. Rip. num. 1. qui hanc dicit communem, & veriorem, Alex. conſ. 58. num. 6 in fin. & num. 7. lib. 7. Gozadin. conſ. 28. num. 30. & 34. Ruin. conſ. 57. num. 8. lib. 5. Couar. lib. 1. variar. reſolut. cap. 7. num. 1. verſ. quinta concluſio, quos probat Mantic. dict. tit. 26, num. 25. vbi teſtatur de magis communi Angel. Aretin. in §. fuerat inſtitut. de action. vbi Iaſon. num. 72. & 73. Neguſant. de pignor. in 4. membr. 2. part. num. 111. vbi contraria ſoluit Corne. conſ. 182. circa primum col. pen. lib. 1.* vbi teſtatur de communi, & affirmat ab ea in iudicando non eſſe rece-

recedendum, quos recenſet *Tuſch. dict. con-
cluſ. 129. num. 11. tenent, & alij, quos ſe-
quuntur Artman. in tract. de dot. lib. 1. c.
4. Roderiq. in tract. de annuis redditib lib.
2. quæſt. 10. num. 7. Molin. in tract. de con-
tract. diſput. 438. §. dubitant DD. Caſtill.
dict. c. 4. num. 3. & num. 15. cum ſeq. Re-
bell. par. 2. de obligat iuſtit. lib. 6. quæſt. 10.
num 5. & ſeqq. & dixi conſ. 13.* vbi alios
cumulaui; & ſine dubio hæc eſt receptior, &
verior ſententia, tam in puncto iuris, quàm
auctoritate rerum iudicatarum, vt prædi-
cti Authores notant: ſic etiam *Guttier. lib. 3.
pract. quæſt ciuil. quæſt. 99. & alij paſ-
ſim: ſiquidem tex. in dict. l. aſſiduis*, loqui-
5 tur de tacita hypotheca, & vult, vt in concur-
ſu plurium perſonarum, habentium tacitas
hypothecas, quamuis aliæ haberent anterio-
rem hypothecam, mulieri pro dote præfera-
tur omnibus alijs hypothecis, etiam anterio-
ribus, tacitis, non [illegible], & ideò lex ſuam tantũ
prouiſionem ſubtraxit tacitæ hypothecæ ip-
ſius legis, non autem hypothecæ hominis,
ſpecialiter per expreſſam hypothecam ſibi
proſpexit, ac conſuluit, & vt dixi, hæc eſt vera
ſententia.

Declaratur tamen tribus modis. Primò, vt
6 in bonis poſtea quæſitis præferatur hypothe-
ca poſterior dotis, quia in his hypotheca do-
talis eſt magis priuilegiata prout etiam Fi-
ſcus in bonis acquiſitis poſt contractam hy-
pothecam præfertur creditoribus anteriori-
bus hypothecam expreſſam, l. ſi is, qui ff. de
iur. fiſc. & in hoc dos æquiparatur Fiſco, quia
dum eodem tempore in bonis, nouiter quæ-
ſitis concurrant duo creditores, vtiq; qui eſt
magis priuilegiatus præfertur non priuile-
giato, & ſic dos præfertur alijs, ita
*Bald. in dict. l. aſſiduis num. 1. verſ. cùm
enim fiſcus, vbi Angel. num. 8. Salycet.
num. 4. verſ. & attende idem Bald. conſ.
289. num. 2. lib. 3. Bellamer. & Bald. No-
uell. quos probat Mantic. dict. titul. 26.
nu. 23.*

Declaratur ſecundò, vt hypotheca tacita
7 pro dote præferatur alijs creditoribus po-
ſterioribus habentibus expreſſam, & hoc eſt
clarum ſecundum omnes, vt eſt videre pe-
nes *Caſtill. d. c. 4. nu. 7. cum ſeqq. Mantic.
dict. titul. 26. præcipuè num. 32. & ſeqq.*
vt alios omittam, quia, vt dixi hæc clarum
eſt, & adeò vt multi voluerint, quod præfera-
ratur etiam habentibus expreſſam: quod an
verum ſit, patet ex dictis.

Tertiò declaratur, vt in pari negotio ſem-
8 per dos præferatur, & conſequenter ſi eodẽ
die appareant facta duo inſtrumenta vnum
de dote, & aliud de altero negotio, nec appa-
reat de prioritate temporis ad minus per
horam præfertur inſtrumentum dotis, vti
cauſam priuilegiatam continens, *gloſ. in l. ſi
ex pluribus §. Lucius in verb. ate obliga-
uit ff. ſolut. matrim. & in cap. duobus in
verb ſi non appareat de reſcript. in 6. de
Franch. deciſ. 649. num. 3. cum ſeqq. Cyn.
Bald. Salycet. Afflict. Maſcard. Oſaſc.* Me-
*noch. Brunor. & alij, quos probat Fonta-
nell. clauſ. 1. de pact. nuptial n. 12. cum ſeq.*
vbi latiſſimè de hac illatione tractat de
Franch. deciſ 649. num 3. & ſeqq. & dixi
*par. 6 q. 2. num. 27. quicquid dicat Mant.
d. lib. 11. tit. 22. num. 11. & ſeqq. tractat
etiam Tuſch. in verb. hypothecarij concl.*
140. vbi etiam poſt alios explicat, quòd, ſi
9. non appareat de prioritate temporis, dicun-
tur omnes æquales, & vnus non eſt melioris
conditionis, quam alter, & proinde pro rata
concurrunt ad bona debitoris; poſſet tamen
vnus offerre alteri, *ita ex tex. in l. cùm
tibi C. qui potior. in pignor. habeant. l. ſi de-
bitor ff. de pignor. probant Caſtrenſ. in l.
vnic. in fin. C. de priuileg. dot. Neguſan. de
pignor. in 2. membr. 5. part. princip. num.
13. Phanut. in tract. de inuentar. part. 5.
ſub num. 143. cum ſeqq. Angel. & alij, quos
probat Tuſch. dict. concluſ 130. qui num.
11. ex tex. in l. 2. §. prius vbi Bart. in fin.
ff. de vulgar. & pupillar. Felyn. Alex. in
pluribus locis, Aretin. Iaſon. & Socin.*
10. idem probat locum habere in duabus do-
tibus conſtitutis à patre filiabus in eodem
teſtamento, ſeu inſtrumento non enim ha-
betur ratio de prima nominata, quia ordo
ſcripturæ non operatur, quando conſtaret
de mente præſumpta in contrarium, prout
eſt in hoc caſu, quia præſumitur pater æqua-
liter prouidere voluiſſe ſuis filiabus, dixi, vt
appareat de præſumpta mente in contrariũ,
11 nam aliter ſeruaretur ordo ſcripturæ, & pri-
mus nominatus præferretur non ſolùm, quã-
do id euenit in vltimis voluntibus; ex quo
primus nominatus eſt magis dilectus;
*l. quoties ff. de vſufruct. l. cùm pater. §. pe-
nult. ff. de legat. 2. l. generaliter §. quis ergo
ff. de fideicommiſſar. libertatib.* quod eſt
vulgatum axioma; ſed etiam primus nomi-
natur in inſtrumento præfertur, quia eſt po-
tior in pignore, niſi aliud appareat conuen-
tis, *Angel. in §. etenim nu. 22. verſ. & præ-
dicta faciunt, Authen. de hæredib. & Fal-
cid. Felin. Iaſon. & Socin. iun. quos recen-
ſet Mantic. dict. titul. 22. num. 3. vbi num.
4. poſt Bart. Bald. Salycet. Felyn & Iaſon.*
12 probat habere locum, dummodo non fue-
rit conuentum inter partes, vt contractus
celebraretur in ſcriptis, & ſic procedit præ-

dicta

ſe; quam opiniem vltra ibi cumulatos videtur probare poſt alios *Neguſant. de pignorib. in* 1. *membr.* 2. *par. num.* 52. *verſic. decima concluſ.*; *probant Cannetius in extrauag. volentes, §. at non erit ocioſa, & Caſtill. dict. deciſ.* 17. *vbi num.* 46. ſic deciſum refert per Sacrum Conciſtoirum dicti Regni Siciliæ, de quibus meminit, eoſq; ſequitur *Ioannes Baptiſt. de Thor. in compend. deciſion. Neapolitan. in verb. prælatio, ſeù potioritas, & vt dict. quæſtion.* 3. opinio hęc magnam habet ęquitatem, quod ſinguli creditores ſuum conſequantur capitale; nec vnius ratione intereſſe excludat alios ratione capitalis: & proinde non ſunt tanta reprehēſione digni illi Conſiliarij, qui ſic deciderunt, contra quos inuenitur noſter *de Ponte deciſion.* 34. *numer.* 54. de quo ad hoc propoſitum memini d. q. 3. n. 24. licèt in puncto iuris, prout ſic loquitur prædictus doctiſſimus Pater de Ponte, verior ſit opinio quod prælatio priorum creditorum non ſolùm procedat pro ſorte principali, ſed etiam pro intereſſe; quia licèt intereſſe debeatur ſingulis annis, debetur tamen ex primitiua obligatione, nam eo tempore eſt contracta hypotheca in beneficium dictorum creditorum, tam pro capitali, quàm pro eius intereſſe, & ſic reſpectu vtriuſq; vnica eſt actio, & vnica hypotheca, & quamuis quolibet dię naſcatur obligatio pro intereſſe, ſingulæ tamen obligationes deſcendunt à dicta primeua obligatione, quæ facit, vt ſingulæ obligationes procreandę diebus ſingulis roborentur primeuitate, & potioritate dictæ primę obligationis, & eius potiantur priuilegio *l. Lucius, vbi gloſ. Bar. & alij ff. qui potior. in pignor. habean. Oſaſc. de Ponte, & Roderiq. de quibus memini dict. quæſt.* 3. *nu.* 26. *Neguſant. Bald. Nouell. & alij plures, quos probant Tuſch. in verb. hypothecarius creditor. concluſ.* 129. *nu.* 24. *& ſeqq. Mantic. dict. titul.* 22. *num.* 32. *Surd. deciſ.* 171. *num* 2. *& deciſ.* 341. *num.* 16. *Maſtrill. deciſ.* 119. *num.* 11. *cum ſeqq. Vaſq. in opuſcul. de pignor. & inſp. cap.* 5. §. 3. qui multis medijs, & authoritatibus hac confirmant, ſed ſatis eſt ratio deſuper indicata.

Nec vrgeat, quod plures teneant contra-
6 riam ſententiam, quia plures ex eis loquuntur relatiue ad alios, & ſic per tranſennam hoc dicunt, & non probant, vt alibi dixi. Sic etiam quia aliqui ex illis loqui vidētur, quoties tam anteriores, quam poſteriores dederunt pecuniam pro emendo eodem predio, vel re, vt pro emendo feudo; maſſaria, mercibus, & ſic de alij; tunc quamuis ſint anteriores aliqui in tempore; quia tamen omnes concurrunt ad eandem rem; ideò non habetur ratio anterioritatis, quòad tertias, ſed ſolum reſpectu capitalis, & ita audiui practicatum, ex quo tertio non habentur in conſideratione reſpectu illius rei, quæ fuit empta ex pecunia communi tam anteriorum, quæ poſteriorum creditorum, & tertio, quia receptior, & verior ſententia eſt in contrariū, vt antorior pro capitali, ſit etiam talis pro terijs, vt paulo ante retuli.

SVMMARIVM.

1 *Creditor dans pecuniam pro refectione domus, an præf. ratur anterior bus.*

2 *Creditor ad emendam rem, an præferatur cæteris creditoribus anterioribus.*

3 *Hypotheca ſpecialis, an intelligatur contracta in creditore dante pecuniam ad emendam, vel reficiendam rem.*

QVAEST. XXII.

1 VIgeſimoſecundò quæro, an ille, qui dedit pecuniam pro reficienda domo, vel pro refectione prædij ruſtici, etiam ſi poſterior ſit, præferatur creditoribus anterioribus eiuſdem debitoris? reſpondi affirmatiuè, quia ſine tali refectiores illa refecta non eſſet in bonis debitoribus, *l. interdum, vbi Bart. & alij ff. qui potior. in pignor. haben. Rip. in l.* 1. *nu.* 3. *ff. in quib. cauſ. pign. & in l. priuilegia num.* 35. *ff. de priuileg. creditor. Roman. Caſtrenſ. Alex. Neguſ & Decian. quos citat Tuſch. in verb. hypothecarius creditor. concluſ.* 131. *num.* 25. *& ſeqq. & alij, etiam infra cumulandi, & deciſum tradit Io: Baptiſta Thor. in compend. part.* 1. *verb. creditor poſterior.*

Idem eſſet, per eandem rationem, ſi quis
2 dedit pecuniam ad emendam aliquam rem debitoris, dummodo interueniat obligatio ſpecialis rei emendæ, *l. licèt vbi Bart. & alij, C. qui potior. in pignor. habean. Neguſant. de pignor. in* 2. *membr.* 5. *part. num.* 17. *& ſeqq. Tuſch. dict. concluſ.* 131. *num.* 16. *& ſeqq. Mantic. dict. lib.* 11. *titul.* 22. *num.* 27. *Roderiq. lib.* 2. *de annuis redditib. quæſt.* 20. *tot. Molin. de contractibus diſput.* 438. §. *occaſione huius*, & alii, nam ſi non adeſſet ſpecialis hypotheca, non daretur

retur talis prælatio, quàmuis multi teneant,
quod ſi adhùc effectum emendi prædium
creditor mutuaſſet pecuniam, licet non ex-
3 preſſent, quod ſit ſpecialiter hypothecatum,
multi teneant, quod ſpecialis hypothecatio
ſubintelligatur, vt ex *tex. in l. 2 li. C. qui
potior. in pignor. habean. Roman. conſ. 40.
num. 6. verſ. tertiò quia video, Neguſan.
loco cit. num. 15. Socin. iun. conſ. 10. nu. 7,
lib. 3. quos probat* Mantic. *d. lib. 11. tit. 23.
n. 21.* tutior tamen eſt prima opinio, quod ſit
neceſſaria ſpecialis obligatio; quia ſic text.
diſponit; & ſic magis communiter tenetur, vt
dixi ſupra q. 18. in 2. ampliatione, quàmuis
ſecundã opiniò magnam habeant æquitatẽ,
quia bona illa non eſſent in patrimonio de-
bitoris, niſi empta fuiſſent ex dicta pecunia
præfati creditoris, & deciſiones affert *Ioann.
Baptiſta de Thoro in ſupplemento deciſ.
Regni verb. creditor ad rem emen-
dam.*

SVMMARIVM.

1 *Creditores dantes pecuniam ad ſocieta-
tem, an præferantur anterioribus.*
2 *Socius, an præferatur creditoribus ſocij
in bonis ſocietatis.*
3 *Prior in tempore potius in vſuris.*
4 *Socius dans pecuniam pro ſocietate, an
habeat hypothecata omnia bona ſocie-
tatis.*
5 *Creditor, qui dedit pecuniam pro ſocie-
tate, an præferatur creditoribus ſocio-
rum, & quid in creditoribus pecuniam
dantibus pro reſtauratione ſocietatis
latè diſſeritur n. 6.*

QVAEST. XXIII.

1 VIgeſimo tertiò quæro, an credito-
res; qui dederunt pecuniam pro
ſocietate præferantur alijs credi-
toribus, & anterioribus dictorum
ſociorum? Pro hac quæſtione eſſent plura
diſcutienda de ipſa ſocietate, quænam dica-
tur ſocietas particularis, & quæ vniuerſalis,
ſiue omnium bonorum, & hæc qualiter con-
trahatur, de qua materia nouiſſimè tractat
per uigintiſex titulos, M*antic. lib. 6. de
tacit. & ambig. conuention.* quę omitto,
quia plura recenſui infra in titulo commun.
diuiden. ibi enim opportunius cadebat, &
proinde aliqua ſunt hic diſcutienda pro de-
claratione huius quæſtionis.

Dico igitur primò. Hic non eſſe quæſtio-
2 nem, an vnus ſocius præferatur creditoribus
alterius ſocij in bonis ſocietatis; ſiquidem,
ſi loquamur de creditoribus, qui contraxe-
runt cum ſocio ante initam ſocietatem, cla-
rum eſt, quod illi præferantur ſocijs reſpectu
bonorum ſocij debitoris; ſic è contra, ſi ſo-
3 cietas prius contracta fuiſſet, quia prior in
tempore eſt potior in iure, vt multoties ſu-
perius traditum eſt, poſt alios *Fontanel. clau.
4. de pact. nupt. gl. 9. par. 2. n. 52. cum ſeqq.*
an autem hæc hypotheca incipiat à die ini-
tæ ſocietatis, vel à die redditę rationis inter
ſocios.

Dico ſecundò, nec eſſe quęſtionem, an
creditor, qui dedit pecuniam pro ſocietate
4 habeat hypothecata omnia bona ſociorum;
nam quęſtionem iſtam abſoluam infra q. 43.
ſi enim pecunia illa fuit verſa in commodum
ſocietatis, ſunt hypothecata bona dictę ſo-
cietatis; alias ſecus, vt loco citato dicetur: nã
omne ęs alienum contractum, etiam ab vno
ex ſocijs pro ipſa ſocietate ſolui debet, de
communi, & ſic de bonis ſocietatis, *l. omnes
æs alienum & l. ſi ſocij ſimus ff. pro ſocio,
Petr. de Vbald. Dec. Caſtrenſ. Alex. An-
char. Roland. Menoch. & alij quos pro-
bat Mantic. d. lib 6. tit. 22. nu. 2. & ſeqq.*
vbi ſic pluries Romę deciſum refert, & ſin-
guli ſocij obligantur pro illa quantitate,
quam habet in ſocietate: quod eſt clarum,
quia pro illa quantitate participat de lucro,
& pro illa quãtitate pecunia aliena fuit verſa
in vtilitate ſociorum *Bald conſ. 122. nu.
2 lib. 5.* Caſtrenſ *in l. 1. §. non autem nu. 4.
ff. de exercitator. actior. & alibi, Anchar.
Dec. & Pariſ quos probat* Mant. *d. tit. 22.*
nu. 8 & alij, adeò vt bona ſocietatis dici ne-
queant bona ſocij, niſi prius ſolutis debitis
ſocietatis *Bald. & Salycet in l eius C. de
compenſat. Magon. qui alios citat. deciſ Lu
cenſ. 1 nu. 13. poſt alios Fontanell. clauſ. 4.
de pact. nupt. gl. 9. part. 2. nu. 55. cum ſeqq.*
itaq; hęc ſunt clara.

Inſuper creditores; qui dederunt pecuniã
pro ſocietate, pręferuntur creditoribus ſin-
5 gulorum ſociorum, qui aliunde, & ſic ex alia
cauſa ſunt creditores: quod pluribus ratio-
nibus probant poſt alios *Magon. dict. deciſ.
1. per tot. Borgnin. in tract. de tutor. &
curator. n. 220. & alij, quos probat Fon-
tanell. loco citat. num. 52. cum ſequentib.
& præcipuè numer. 16. & ſequentib.* vbi
ſic pluries deciſum refert in Senat. Cathalo-
nię; quia debitum, & creditum ſocietatis eſt
diuerſum à debito, & credito ſocij particula-
ris: quod enim eſt debitum, vel creditum
in

in communi, nempè ratione ſocietatis, non poteſt dici debitum, vel creditum ſingulorum ſociorum, & proindè dum pecunia datur pro ipſa ſocietate preferuntur creditores prædicti alijs creditoribus ſingulorum ſociorum, quamuis cautius ſit apponi pactum, vt in ſpecie remaneant merces illæ obligatæ ipſi creditori, vt poſt alios notat *Vincent. de Franch. deciſ. 369. & 506. Gratian. deciſ. 13. Surd. deciſ. 139. & alij penes Fontan. loc. cit.*

Ex his patet, quod, ſi pecunia data fuiſſet
6 pro reſtauratione ſocietatis, vt quia ſocietas decoquebatur, & vt ſubſtineretur, quis dediſſet pecuniam ſocijs, vtiq; iſte præferretur, quoniam ſine tali reſtauratione ſocietas eſſet diſſoluta, & conſumpta, & euanuiſſet, & proinde ex diſpoſitione iuris præfertur alijs per rationes, etiam ſuperius cumulatas ex *regul. tex. in l. interdum vbi gloſ. Bart. & alij communiter ff. qui potior. in pignor. habean. l. huius eod. tit. et in particulari in reſtaurationis ſocietatis cõſuluit Caſtren. conſ. 285. alias 286. vol. 1. Stracc. & alij, quos probat Decian. conſ. 108. nu. 23. cum ſeqq. vol. 2. Tuſch. in verb. hypothecarius creditor. concluſ. 131. num. 27. Mant. dict. lib. 6. tit. 25. ſub n. 7. verſ. primũ remediũ*: hoc .n. eſt priuilegium iuris, vt mutuans pro conſeruatione ſingularum rerum, nempè, Apothecæ, vel alterius ædificij vrbani, ſic etiam pro conſeruatione, vel reſtauratione nauis, & ſingularum aliarum rerum præferatur alijs creditoribus, etiam anterioribus; nam aliter res illæ perijſſent, vt habetur in iuribus citatis, & in *l. creditor, qui ob reſtitutionem, ff. ſi certum petat. cum alijs cumulatis per Decian. loc. citat. & per Tuſch. dict. concluſ. 131. num. 25. cum ſequentib. & poſt alios Fontanell loc. cit. Iaſon. Alciat. & Nauarrum, quos probat Mantic lib. 11 de tacitis, & ambig. conu. tit. 23. n. 22.* & alij plures. Reliqua autem, cõcernentia materiam ſocietatis, declarabũtur *in d. tit. communi diuidund.*

SVMMARIVM.

1 *Creditor dans pecuniam pro alimentis medicamentis, & funeralibus, an alijs præferatur.*

2 *Animalium alimenta ſunt hypothecata alimentanti.*

3 *Dans pecuniam pro medicamentis, & alijs pro valetudine recuperanda, an præferatur.*

4 *Mutu antes pro infirmitate, quis eorum præferri debeat.*

5 *Creditores pro impenſis funerum, an & quando præferri debeant.*

QVAEST. XXIV.

1 VIgeſimo quartò quæro, an dans pecunia pro alimentis, medicamentis, vel pro expenſis funerum, præferatur alijs creditoribus etiam anterioribus? De hac quæſtione multi multa dicunt, vt eſt videre penes *Surd. deciſ. 255. tot. de Franch. deciſ. 51. Maſtrill deciſ. 10. Caſtill. deciſ. 103. Borgnin. deciſ. 3. deciſ. 30. & deciſ. 32. part. 1. Mut. ad Conſuet Panbormit. capit. 38. & ſeqq. Molin. de contract. lib. diſput. 536. & alibi. Idem Caſtill. lib. 3. controuerſiar. capit. 8. num. 17. & ſeqq. Tuſch. in verb. hypothecarius concl. 131. num 25. & ſeqq. Mant. lib. 11 de tacitis, & ambig. conuent. tit. 23* ex quorum dictis reaſſumam breuiter potiora.

Dico primò dans pecuniam pro alimen-
2 tis familiæ, vel animalium, præfertur alijs creditoribus etiam anterioribus, imò animalia alimentata ſunt hypothecata alimentanti, vt dicetur infra de paſcuis q. 27. & in particulari probant *Bart in l interdum, ff qui potior. in pignor. habean. & alij, quos ſequutur Decian. conſ 108 num. 23. & ſeqq. lib. 2. Tuſch. dict. concluſ. 131. nu. 27. & 28. & in verb. alimenta concl. 286* & alij deſuper citati: hoc enim eſt, quia ſine alimentis animalia prædicta perijſſent.

Dico ſecundò, idem procedere in eo,
3 qui dedit pecuniam pro medicamentis, & pro alijs neceſſarijs pro valetudine recuperanda *Bart. in l. reſtituenda, C. de petit. hæreditat. Alex. Iaſon. Neguſan. Syluan. & Roland. quos probat Mantic. dict. tit. 23. num. 26. Borgnin. dict. deciſ. 32. & deciſ. 44. num. 46. & 47. part. 1. & in ſuo repertor. in verb. creditor. la ſecunda, & quarta, Caſtill. dict. capitul. 8. num. 21. & ſequent Surd. deciſ. 55. num. 10 & alij*
4 deſuper cumulati, qui etiam notant, quod ſemper vltimus mutuãs præferatur, & ideò ſi plures mutuaſſent pecuniam alicui in infirmitate, qui vltimo loco mutuauit ille præfertur, ex quo dicitur magis ſubuenire ægroto in vltimis conſtituto, vt poſt alios notat *Surd. & Caſtill. locis paulò ante citatis.*

Dico tertiò creditores pro impenſa fune-
5 ris præferuntur alijs creditoribus anterioribus eiuſdem debitoris; ſalus enim animarum præfertur omnibus alijs, ita ex *tex. in l. impenſa funeris ff. de religioſ. & ſumptib. funer. notant omnes DD. initio citatis*; & licèt hoc intelligant omnes eſſe verum in tacita hypotheca, ſed in expreſſa multi tenent contrarium, vt habentes hypothecam expreſſam præferantur, vt tenent Neguſ. *de pignor. in 2. membr. 5. part. num. 28. quem probat Mantic. d. tit. 23. num. 23.* nihilominus receptior eſt ſententia, vt etiam habentibus expreſſam præferantur, *Rip. in l. priuilegia num. 62. ff. de priuileg. creditor & alij, quos probat Tuſch. dict. concluſ. 131. num. 40. & in verb. ſepultura concluſ. 193. latiſſimè, Surd. locis citat. Borgnin. locis citatis, Maſtrill. dict. decis. 10. n. 2. & alij, quos receſſet Ioann. Bapt. de Thor. in ſuo compend. in verb. expenſa infirmitatis*: clarum eſt enim, quod tam medicamenta, quàm alimenta, ſic etiam expenſæ funerum tale habeant priuilegium, vt ſalus animarumq; ac alimentorum cauſa etiam dotibus præferri debeat, vt poſt alios notat *Borgnin. in d. eius repertor. 1. par. in verb. creditor. 2. & 4. Brixian. in repertor. eiuſdem Borgnini in verb. creditor funeris*, vbi plures citat, & reprehendit contrarium tenentes; qui videri poſſunt pro reliquis præcipuè *Surd. d. dec. 155.* vbi contraria etiam ſoluit.

SVMMARIVM.

1 *Dominus fundi pro penſione, vel canone an alijs præferatur etiam illis, qui dederunt ſemen.*

2 *Dominus fundi emphitheotici, an præferatur pro canone, & ſoluto ab emphiteota.*

3 *Colonus non poteſt amouere fructus ex area niſi vocato Domino, quē expectare tenetur per ſex horas.*

4 *Dans triticum, vel ſemen, an præfertur alijs creditoribus.*

5 *Dominus fundi, an præferatur illi qui dedit ſemen agri ſeminandum.*

6 *Fructus debentur deductis expenſis.*

7 *Mutuans pro refectione, an equiparetur danti ſemen pro ſeminando.*

QVAEST. XXV.

1 VIgeſimoquintò quęro, an Dominus fundi pro eius penſione, ſiue canone præferatur alijs creditoribus coloni etiam illis, qui dederunt ſemen, ſiue pecuniam pro emendo ſemine, vt eſt triticum, hordeum, & ſic de alijs? In hac quæſtione plura cumulat Decian. conſ. 50. *vol. 3* Mantic. *lib. 11. de tacitis, & ambig. conuent. tit. 23. n. 11. cum ſeqq.* Muta *ad conſuet. Panbor c. 84. n. 11. & ſeqq.* & alij infra cumulandi, ſed reaſſumam magis practicabilia.

Dico igitur primò Dominus fundi, ſiue
2 prædij emphyteotici pro canone ei non ſoluto ab emphyteuta præfertur alijs omnibus crediroribus ipſius emphyteutæ, quàmuis priores ſint *l. etiā, ff. qui potior. in pignor. habean. Rip. in l. priuilegia num. 36. ff. de priuileg. creditor. Anton. Ballus ſiculus lib. 5. variar. tractat in titul. de cenſibus quæſtion 9. nu. 11. & ſeqq. & alij paſſim*: & ratio eſt, quia canones debentur ratione dominij eiuſdem rei, quod dominium eſt vnitum cum ipſis prædijs; & proindè Dominus, tam reſpectu proprietatis; quàm reſpectu fructuum perceptorum ex eodem prædio, præfertur omnibus alijs creditoribus eiuſdem emphyteutę, & proinde fructus naſcituri ex dicto prædio ſunt eidem Domino hypothecati pro canone, & idem eſt in omni alia locarione, vt fructus ſint tacitè hypothecati pro mercede, ſiue affictu dictorum prædiorum *l. ſi in lege §. ſi colonus ff. locat. l. in prædijs, ff. in quib. cauſ. pign. tacitè contrahat. & hoc omnes ſciunt.*

Hinc eſt etiam, vt colonus, ſiue maſſarius
3 non poſſit amouere fructus ex area, niſi vocato Domino fundi, ſiue decimatore, quando ex illo prædio decima deberetur, & poſt vocationem tenetur expectare Dominū per ſex horas; quo non veniente, poteſt terragiū Dño relinquere: & aſportare reliquos fructus *vt fundat Guid. Pap. deciſ. 272. Capyc. deciſ. 57. poſt alios Hieronym. à Laurent. dec. 58. Rot. Auenionenſ. tot vbi ſic deciſū refert in illa Rot.*

Dico ſecundò, dans triticum, ſiue aliud ſe-
4 men agri; præfertur alijs creditoribus eiuſdem coloni, & ratio eſt, quia ex ſuo ſemine ager produxit fructus, & proindè alijs præfertur, vt ex multis probat Bor*gnin. deciſ. 27. num. 37. part. 2. de quo meminit*, Muta *dict. cap. 84. num. 14.* Mant. *dict. titul. 23. num. 13. cum ſeqq. Practic. Papienſ.*

Papienſ. quem probat Caroc. par. 5. de loc. & conduct. tit. de diſſorm q. 5. n. 2. Io. Bap. Thor. vot. 13. & alij infra citãdi: nã ſola quæſtio eſt, quiſnam præferatur Dominus fundi pro penſione eiuſdem fundi, an vero ille qui dedit triticum, ſiue aliud ſemen agri? Pro cuius controuerſiæ ſolutione.

Dico tertio Dominus fundi pro eius canone, ac penſione in fructibus eiuſdem fundi pręfertur illi, qui ſemen dedit: Hoc dictum poſt *gloſ. in l. interdum in verb. item hoc eſt verum ff. qui potior. in pignor. habean. Salycet. Iaſon. & alios probat ex multis Decian. conſ. 50. per tot, vol. 3. vbi etiam quædam contraria ſoluit Bartol. Angel. Dec. & alij, quos pro parte probat Coſim. Nepit. ad Conſuetudin. Cataniæ titul. 35. conſuetud. vnic. num. 5. fol. mihi* 259. quamuis hoc locum habere non dicat, quando dans ſemen eſſet mercator, & malè, vt mox dicetur. Eandem ſententiam, quod Dominus fundi præferatur tenet, *Caſtill. dec. 9. Rot. Siciliæ n. 6. & 7. qui meminit de Decian. loc. cit. & videtur eſſe tex. expreſſus in l censoria* §. t. *ff. de verb. & rer ſignific.* & ratio vera eſt, omiſſis alijs; quia, licet fructus non naſceretur, ſi fundus ſeminatus non eſſet ex illo ſemine, nihilominus prima cauſa eſt fundus; quia ſemina ex ſe non poſſunt germinare, & fructus producere ſine prædio, & conſequenter terra, ſiue prædium eſt prima cauſa, & magis principalis: ſemen vero eſt cauſa, ſiue conditio ſine qua prædium non produceret illos fructus.

Hoc dictum eſt contra *Mant. d. tit.* 23 *n.* 11. & ſeqq. qui contrariam tuetur ſententiam, nec pro ſe aliquem citat, quàmuis afferat aliquas rationes, quæ habent magnam
6 æquitatem pro illo qui dat agri ſemen. Mouetur igitur dupliciter. Primò, quia fructus dicuntur, deductis expenſis *l. fructus ff. de impenſ. in reb. dotal. fact. cum vulgat.* alijs, igitur triticum, ſiue aliud ſemen prius deduci debet tanquam loco expenſarum fuerit ſubrogatum. Verùm negatur conſequentia, quia expenſæ ſunt diuerſæ à fundo, & ſemine; & proindè fructus non colligerentur etiam ex fundo, & poſtquàm fundus ſeminatus fuit, niſi propter illas expenſas, & proindè ex fructibus deducuntur prius expenſæ, & quod ſupereſt dicuntur fructus, ſed in ſemine ſecus eſt, quia concurrunt duæ cauſæ, nempè prædium, vt cauſa principalis, & ſemen vt cauſa, ſiue conditio, ſine qua fundus non produceret illos fructus, & proinde quærimus, quænam cauſa ſit potior, & ſine dubio potior eſt cauſa fundi, & ſucceſſiuè non valet argumentum de expenſis pro colligendis, & conſeruandis fructibus ad ſemen agri.

Nec vrget ſecundum argumentum ipſius
7 Manticæ, quatenus æquiparat illum, qui dat ſemen agri reficienti rem aliquam, & ſucceſſiuè ſicut mutuans pecuniã pro refectione, & conſeruatione rei, vt dixi ſupra q 22. cum ſeqq. ita debet eſſe in propoſito, ſiquidem eſt diuerſa ratio, quia res illa ſine dubio periret ſine tali reſtauratione, ſed in caſu noſtro licet ager non produxiſſet fructus ſine tali ſemine, non tamen tractatur de conſeruatione fructuum, ſed de illorum productione, & inquirimus, an in producendis fructibus potior ſit cauſa ſeminis, vel cauſa fundi, & clarum eſt, quod fundi cauſa ſit potior, quia, ſine fundo ſemen eſſet mortuum; nec viuificatur, niſi per fundum, nec germinat, nec ad perfectionem reducitur, nempè ad recollectionẽ fructuum, niſi per fundum, & conſequenter fundi cauſa eſt potior; & hoc ſiue dans ſemẽ agri, ſeu pecunias pro emendo illo ſemine, eſſet mercator, ſiue non ſemper enim eadem eſt ratio, & hæc mihi videtur verita, pro reliquis videatur *Dec. d. conſ.* 50.

SVMMARIVM.

1 *Dominus domus, an præferatur creditoribus inquilini, & in quibus bonis num.* 2.

3 *Dominus vehiculi, ſeù nauis, an præferatur in bonis inuectis, & illatis ibi.*

3 *Locator, an præferatur alijs creditoribus in fructibus natis, & collectis, & alijs, & quid in fructibus induſtrialibus n.* 5.

QVAEST. XXVI.

Vigeſimoſextò quærò, an Dominus
1 domus pro penſione eiuſdem pręferatur alijs creditoribus inquilini? De hac quęſtione plura dixi ſupra de locato, & conducto, & ſupra hoc titulo. Idcircò paucis hanc quæſtionem abſoluã: nam abſoluta patet quæſtio ex reſolutione præcedentis quæſtionis.

Dico igitur Dominum domus præferri pro penſione domus omnibus creditoribus,
2 etiam anterioribus ipſius inquilini, nempè in bonis inuectis, & illatis in ipſam domum, quia ſine domo bona illa conſeruari non poſſent *l. interdum, iuncta l. ſeq. ff. qui potior. in pignor. habean. Iaſon. Caroc. & Borgnin. quos probat Muta ad conſuetud.*

Panhormit. cap. 34. num. 6. & dicit hunc
caſum fuiſſe omiſſum per *Neguſan idem*
probant Areiin. et alij, quos ſequitur Matica
lib. 11. de tacitis, & ambig conuent.
titul. 23. num. 2. & 3. vbi num. 4 cum
ſeqq. ex text. in dict. l. interdum cum l. ſeq.
3 & alijs probat idem habere locum in bonis
inuectis, & illatis in vehiculum, & in nauem,
& ſic de alijs, quod eſt clarum: nam eadem
eſt ratio quòad omnia, prout de tacita hypotheca
etiam in his rebus dixi ſupra *quæſt.*
7. & in dict. titul. de locat. & conduct.
Et quia locis citatis hac lariſſimè probatum
eſt, idcircò omitto reliquas probationes.

Tenet etiam in omni locatore, quod prę-
4 feratur pro penſione omnibus creditoribus,
etiam anterioribus præferatur, in quam, in
fructibus natis, & collectis ex re locata,
l. in prædijs ff. quib. cauſ. pign. tacitè contrah.
ſiue ſint fructus naturales, ſiue induſtriales,
vt fundat *Neguſant. de pignor. in*
4. membr. 2. par. nu. 148. quàmuis Iaſon.
in fructibus induſtrialibus teneat contrariū
in §. item ſeruiana num. 37. inſtit. de
action. de quibus meminit Tuſch. in verb.
hypothecarius concluſ. 131. n. 10. cum ſeq.
Sed mihi probatur opinio Neguſantij, quod
5 etiam in fructibus induſtrialibus, qui ex prędio
colliguntur, prçferatur quibuſcumq; alijs
creditoribus eiuſdem conductoris; quia omnes
fructus hypothecatos habet, vt patet ex
dictis ſupra q. 25.

SVMMARIVM.

1 *Dominus paſcuorum, & cuſtodes animalium, an præferantur alijs creditoribus.*
2 *Dominus paſcuorum, & cuſtodes animalium, an habeant ius retinens.*
3 *Cuſtodes animalium ea ſequeſtrari poſſunt pro eorum ſalario.*

QVAEST. XXVII.

1 Vigeſimoſeptimò quæro, an Dominus
paſcuorum, & cuſtodes animalium
præferantur alijs creditoribus
pro paſcuis, & cuſtodia animalium?
Omiſſa diſputatione reſpondeo affirmatiuè,
& ratio eſt, quia ſine cuſtodia, &
ſine paſcuis perijſſent illa animalia, & conſequenter
præferuntur quibuſcunq; alijs creditoribus
etiam anterioribus, *l. interdum, & l huius, §. qui potior. in pignor. habeant.*
alios citant, & probant Borgnin.
deciſ. 44. num. 47. part. 1. deciſ. 27 nu. 37.
part. 2. deciſ. 1. num. 28. part. 5. Mut. ad
Conſuet. Panhormit. cap. 32. nu. 34. & ſeq.
Surd. in tract. de aliment. tit. 8. priuil. 62.
num. 19. & alij.

Plus dicunt DD. ob eandem rationem,
2 quod Dominus paſcuorum, & cuſtodes animalium
habeant ius retinendi, nempe, vt poſ
ſint dicta animalia ſibi retinere, donec illis
ſoluantur paſcua, & merces pro cuſtodia
eorundem animalium, *ita Roman. ſingul.*
336. Malæfidei, Neguſant. de pignor. in
3 membr. part. 6. num. 14. & alij, quos probat
Borgnin. deciſ. 23. numer. 32. part. 1.
vbi refert ſic in actu iudicatum pro cuſtode
fructuum pro camperijs, pecorarijs, & vaccarolis,
& poſt ipſos *Alciatum, Natt. Menoch. Plot. Decian. & alios probat Carott.*
part. 5. de locat. & conduct. in tit. de diſſormitat.
quæſt. 5. num. 4. & ita plures ob-
3 ſeruatum vidi, nempè, in Dominis paſcuorum,
qui ſequeſtrare faciunt animalia, & multoties
illa vendere faciunt, donec eis integrè
ſatisfiat pro pretio paſcuorum: cuſtodes verò
animalium, quamuis habeant tale ius retinendi
in praxi, tamen hoc iure non vtuntur,
ſed accedunt ad Iudices; qui oretenus,
cognita veritate negotij, nempè, famulos
prædictos ſeruijſſe tali Domino pro tali mer
cede conuenta pro cuſtodia talium animalium;
cogunt, in quam, omni mora poſt poſita,
Dominum animalium ſatisfactionem
dare famulis prędictis, & indefectum poſſunt
vendere prædicta animalia, vt eiſdem famulis
ſatisfactionem tribuant mercedes enim
famulorum multa habent priuilegia, præcipuè
circa illarum ſolutionem, vt citò ſoluantur,
& locator penes ſe non retineat mercedem
famulorum, vt habetur paſſim in Sacra
Scriptura: poteſt etiam cauſa mercedis diebus
feriatis, etiam in honore Dei terminari,
& expediri, & ſic de alijs.

SVMMARIVM.

1 *Hypothèca vnius creditoris, an retrotrabatur de vno tempore in alio in aliorū præiudicio.*
2 *Hypotheca contracta à procuratore poſt mandatum, an retrotrahatur ad diem mandat.*
3 *Aſſenſus præſtitus in obligatione feudalium, an retrotrahatur in præiudicium illo-*

Digitized by Google

illorum, quod medio tempore contraxerunt.

4 *Pactum de non opponendo, & ad diſcurſum ſi non fuerit appoſitum in contractu hypotheca celebrato extra locum, in quo tale pactum exercetur, pro bonis exiſtentibus in illo loco, ſi inde fuerit obtemptum ex Principis gratia, an præiudicet alijs Creditoribus medio tẽpore contrahentibus.*

QVAEST. XXVIII.

1 Vigeſimò octauò quæro, an hypotheca vnius creditoris retrotrahatur de vno tempore ad aliud in aliorum creditorum præiudicium? Quæſtio hæc, vt intelligatur, ſic formari poteſt. Petrus erat creditor Pauli in centum in actione perſonali; deindè idem Paulus obligauit bona ſua Titio, & poſt obligationem realem Titij Petrus obtinuit hypothecam realem ab eodem Paulo, an, inquam hæc hypotheca realis Petri retrotrahatur ad diem primæ obligationis perſonalis? Reſpondeo negatiuè, vt ad literam probat *text. in l. creditor. § ſi primus, l. 1. & l. qui Balneum, & ibi omnes. ff. qui potior. in pignor. habean. Neguſant. Ann. de Ponte, & alij, quos probat Maſtrill. deciſ. 26.* & hoc eſt vulgatum apud omnes, quia retrotractio hypothecæ licèt fiat ad primæuam obligationem fieri tamen non poteſt in præiudicium tertij, qui medio tempore obtinuerũt hypothecam realem, ex quo negligentia primi contrahentis, qui non procurauit obtinerè à principio hypothecam realem, non poteſt, nec debet nocere diligentiæ eorum, qui validè medio tempore contraxerunt, & conſequenter etiam ratihabitio retrotrahi non poteſt in præiudicium eius, cui medio tempore fuit ius quæſitum *l. ſi partem in fin. ff. quemadm ſeruit. amittat. l. potior. in fin. ff. qui potior. in pignor. habean. Bart. Bald. Alexan. Ruin. Nat. Curt. iun. Decian. & alij, quos probat Mant. lib. 11. de tacit. & ambig. conuent tit. 22. num. 16. cum ſeq.* vbi latiſſimè probat, quod ſi hypotheca contracta fuerit à procuratore multo tempore poſt mandatum, hypotheca illa non retrotrahitur ad diem mandati in præiudicium illorum, qui medio tempore contraxerunt cum mandante ex dictis rationibus, quia nec ratihabitio, nec retrotractio fieri poteſt in præiudicium tertij, vt habetur in iuribus citatis.

Hinc etiam feudiſtę communitèr docent, 3 & quotidiè practicatur in noſtro Regno, quod dum feudalia bona obligari nequeunt ſine aſſenſu Domini Proregis, vt in Conſtit. Regn. Conſtitutionem Diuæ Memoriæ, vbi omnes, dum imperatur aſſenſus poſt contrarium obligationem, licèt aſſenſus retrotrahatur ad dum obligationis contractæ nõ tamen retrotrahitur in præiudicium aliorũ, qui medio tempore contraxerunt cum Regio Aſſenſu; quia nempè obtinuerunt aſſenſum Regium, vt lauſſimè probat *Frecc. lib. 2. de ſubfeud. quæſtion. 30. vbi in fin.* ſic bis deciſum refert in S.C. probat etiam *Vincent. de Franch. deciſ. 75. & 86. & Anna, quos probat Ioann. Baptiſt. de Thor. in ſuo Compend. in verb aſſenſus quamuis non retrotrahatur*, & hoc iure vtimur, vt probat etiam poſt alios noſter *de Ponte in tract. de poteſt. Proreg. titul. de refuta. feudor. §. 10. numer. 5. & ſæpè alias.*

Ex his decidi poteſt quæſtio, quæ in anno 1613. & 1614. accidit in Regno Siciliæ, dum 4 ibi adeſſem, aliquis contraxit extra illud Regnum pro bonis tamen ſitis in illo Regno, & habebat hypotheeam realem, non tamen habebat pactum de non opponendo, & ad diſcurſum vendenda, vt eſt pactum, quod exercentur in illo Regno, vt dixi ſupra queſt. 10. & alius poſt dictam obligationem contraxit in dicto Regno, & ſic habuit hypothecam cum dicto pacto ad diſcurſum vendendo. Primus creditor ex gratia Principis, nempè, ex diſpenſatione Domini Proregis obtinuit pactum prædictum eius obligationi, & hypothecæ, quærebatur, an hoc pactum retrotraheretur ad principium obligationis, & hypothecæ in præiudicium illius, qui medio tempore contraxit cum hypotheca, & habuit prædictum pactum; fuit reſolutum negatiuè; quia, licèt Princeps potuerit pactum prædictum concedere, quia ſolum concedit viam executiuam iuxta ſtylum Regni, vt d. quæſt. 10. explicatum eſt; nihilominùs talis conceſſio non poteſt tertio nocere, quia gratia Principis nunquam conceſſa intelligitur in tertij præiudicium *l. nec auus, C. de emancip. liberor. cum vulgat. alijs*; & proindè valida eſt conceſſio, ſed non in præiudicium eius, qui medio tempore contraxit, quod præiudicium facit, vt pactum prædictum retrotrahi non poſſit ad diem obligationis, & celebrati contractus, ut patet ex ſuperius diſcuſſis, & ex multis probat Maſtrill. dict. dec. 25. ubi ſic alias deciſum refert in illo Regno, prout ſic deciſum fuit in dicto anno 1613. & iterum in anno 1614. in cauſa Illuſtriſſimi Cardinalis Aldobrandini cum Patribus Societatis Ieſu in Baronia Palatij Adriani; Cardinalis enim uti beneficiatus eſt directus

Domi-

Dominus dictæ Baroniæ, quæ fuit conceſſa in emphytheuſim quibuſdam nobilibus dicti Regni, & conceſſio facta fuit extra id. d Regnum, & proindè Notarius non potuit apponere clauſulam dicti pacti executiui de non opponendo, & ad diſcurſum vendendo, pro executione facienda, ſi emphyteuta non ſolueret canones, ex quo neſciebat notarius ſtylum prædictum, & poſt conceſſionem prædictam Patres Societatis neſcio quem contractum fecerunt cum dicto emphyteuta, & habebant hypothecam cum dicto pacto; & ideò licèt Cardinalis eſſet anterior, quia ex diſpoſitione iuris pro canone omnibus alijs, etiam anterioribus præfertur, vt dixi ſupra quæſt. 25. nihilominus id procedit in via ordinaria; ſed quia non habebat dictū pactum executiuum, & illud obtinuit ex gratia Domini Proregis; idcircò in uia executiua fuit iudicatus poſterior, ex quo pactum retrotrahi non poterat in præiudicium dictorum Patrum, & fuit in Tribunali Santiſſimæ Inquiſitionis, quia poſſeſſor dictæ Baroniæ erat ex familiaribus prædicti Sancti Officij Inquiſitionis; quamuis fuit poſtea agitata cauſa ordinaria, & in proxima præterita æſtate 1616. de menſe Iunij, ſi recte recordor, obtinuit Cardinalis.

SVMMARIVM.

1 *Obligans bona ſua abſenti, & ante ratificationem illa alteri obligaſſet, quis præferri debet, & n. 4.*

2 *Ratificatio non obſtat ei qui medio tempore contraxit limitatur n. 3.*

4 *Traditio an, & quando dicatur facta in executionem venditionis ſiue locationis in contractu celebrato, qui pendente ſolutione dominium non ſit tranſlatum.*

5 *Conſtitutum, an & quando transferat dominium.*

6 *Contractus plures in eodem inſtrumento celebrati pro vno cenſetur ſi in vno fuerit facta conuentio hypotheca, an alijs præferatur.*

7 *Stipulatio facta per Notarium pro pupillo abſenti, an ius irreuocabile illi acquiratur.*

8 *Tacita ratificatio ius irreuocabile aperatur maxime in donatione.*

9 *Contractus celebratus nomine abſentis per nuntium, an ante ratificationem ius quæratur irreuocabile, & quid ſi nec nuntius, nec epiſtola interueniat, nu. 10.*

11 *Notarius pro alijs ſtipulari poteſt.*

12 *Dominium, & poſſeſſio acquiritur abſenti reuocabiliter, & quid ſi noluerit ratificare.*

13 *Ratificationis ſpecies duæ ſunt, & quando retrotrahitur.*

14 *Concordātur opiniones inuicem contrariæ de abſente volente ratificare, an præferri debeat.*

QVAEST. XXIX.

Vigeſimononò quæro, ſi aliquis bo-
1 na ſua obligaſſe abſenti, & ante illius ratificationem obligaſſet bona ſua alteri, quiſnam iſtorum creditorum præferatur? Hanc quæſtionem latiſſimè examinat *Borgnin. dec. 15. par. 4.* & multis medijs probat, quod ſecundus creditor præferatur, & præcipuè illa mouetur ratione, quia abſens ille poterat non ratificare contractum, & conſequenter obligatio, & hypotheca manebant in ſuſpenſo, vt dixi *par. 4. in tit. de renunc. q. 1. nu. 70. & ſeq.* etiam in addition. de donatione facta abſenti, quod antequam abſens ratificet, & acceptet donationem, poſſit donans illam reuocare, ex quo in poteſtate donatarij eſt nolle acceptare donationem, & ſucceſſiuè, dum hypotheca, contracta in beneficium abſentis ſic erat in ſuſpenſo, quamuis abſens ratificet
2 deinde contractum, illa ratificatio non poteſt retrotrahi in præiudicium illius, cui hoc medio tempore fuit irreuocabiliter, & firmiter ius quæſitum, vt patet ex dictis quæſtione præcedenti, & mouetur etiam ex *tex. in l. 3. C. de nouation. citat etiam Zuccard. conſ. 72. n. 25. cum ſeqq. Albam. Turrett. Gamm. Magon. & alios.*

Hoc tamen limitat *Borgnin. loc. cit. n. 39. cum ſeqq.* quoties, ac fieret ex propoſito
3 in præiudicium creditorum anteriorum, & plures citat, & inter alios *Vinc. de Franch. dec. 369. n. 7. & ſeqq. Surd. deciſ. 157 & alios.*

Verū prędicta opinio patitur difficultates, & *Cornucus, & plures alij penès Milanen.*
4 *dec. 4.* vbi latiſſimè hanc quæſtionem examinat *libr. 2 præcipuè numer. 40. & ſequen.* contrarium tenent, & ſic hinc inde authoritates refert, & ipſe hanc eandem tuetur ſententiam, quamuis admodum inuolutè loquatur, idcircò reaſſumam aliquos caſus, qui videntur eſſe ſine controuerſia.

Dico igitur primò ſi quis venderet bona
5 ſua Petro cum ſpeciali hypotheca, quod pēdente ſolutione pretij, non transferatur dominium; licèt venditor conſtituat ſe nomine emptoris poſſidere, vel tradat emptori poſſeſſionem nihilominus traditio facta dici-

tur

tur non in executionem venditionis, ſed potius ratione locationis, vt durante tempore ſolutionis pretij, emptor poſſideat illa bona nomine conductionis, & ſic ex titulo locationis, vt fundat *Berou. conſ. 123. num. 8. vol. 1. Magon. deciſ. 91. Rota Florentin. num. 8. Aretin. Afflict. Tiraq. & alijs plures, quos probat Surd. d. deciſ. 157. nu. 2. & ſeqq.* Qui etiam probant, quod tale conſti-
5 tutum ſit conditionale, nempè, quod tunc transferat dominium, & poſſeſſionem in emptorem, quando ipſe ſoluit pretium, & non aliter: quod manifeſtè cernitur, nam regulatur ſecundũ naturã cõtractus, ſuper quo apponitur; nam eſt executio eiuſdem contractus, vt optimè probant prædicti Authores, & dixi alibi, & conſequenter creditores ipſius emptoris nullum ius acquirunt in dictis bonis venditis.

Dico ſecundò in eodem inſtrumento fie-
6 rent diuerſi contractus, habentur pro vnomet contractu, quia vnus intelligitur factus reſpectu alterius, quàmuis vnum inſtrumentum prius fuerit ſtipulatum, & conſequenter, ſi facta ſit conuentio cum ſpeciali hypotheca, vtiquè illa locum habet, non obſtante, quòd adſint alij creditores, etiam anteriores; vt latiſſimè probat *Afflict. deciſ. 306. vbi ſic deciſum refert; vbi Vrſill alios cumulat, & hic eſt caſus dictæ deciſion. 369. Vincentij de Franch.* vbi alios cumulat, & contraria ſoluit: alios citat, & probat *Surd d. dec. 157. nu. 6. & ſeqq.*

Dico tertiò, ſi contractus fiat pro minore,
7 Notarius pro illo abſente ſtipuletur, tunc per illam ſtipulationem acquiritur minori ius irreuocabiliter, *ità Ruin. conſ. 47. num. 3. vol. 5. Rubeus Alexandr. conſ. 117. nu. 6. Molin. de primogen. Hiſpan. lib. 4. capit. 2. nu. 75. Pariſ. Deci. & Theſaur. quos probat Milanenſ. dict. deciſ. 8. num. 56. lib. 2.*
8 Quia tacita ratificatio interuenit; & quoties interuenit tacita ratificatio, tunc abſenti irreuocabiliter ius acquiritur, præcipuè in donatione, vt poſt *Burſat. conſ. 118. vol. 1. & Caualcan. notat Milanenſ. vbi ſupra num. 54. & poſt alios dixi dict. quæſt. 1. de renunciat. in addition. num. 19. & ſeqq.* & eo magis quando pro abſente aliquis donationem acceptaret, qui poteſt prætendere intereſſe, vt eſt pater pro filio, quia tunc ſine ratificatione filij acquireretur ei ius irreuocabiliter, dum eſt actus, qui tendit in beneficium filij, prout eſt donatio, vt poſt alios probat *Theſar. deciſion. 70 num. 13. & 14. Borgnin. deciſion 41. num. 17. quos probat Milanenſ. dict. deciſ. 4. num. 55.* & ſucceſſiuè in his caſibus pro abſente eſſet validè, & irreuocabiliter contracta hypotheca.

Dico quartò ſi eſſet contractus vltrò ci-
9 troq; obligatorius, & abſens miſiſſet nuntium, vel epiſtolam, quibus mediantibus fuit celebratus contractus, tunc ante aliam ratificationem eſt ius quęſitum abſenti, & firmata hypotheca, vt poſt *Aretin. conſ. 128. ex text. in l. 1. in fin. ff. de contrah. empt. l. conſenſu. ff. de action. & obligat. & poſt alios not. Milanenſ. d. deciſ. 4 nu. 30. cum ſeqq.*

Igitur tota cõtrouerſia eſt, quãdo nec nũ-
10 tius nec epiſtola interueniũt, & in hoc caſu loquũtur DD. cit. per Borgn. & ipſemet tenet, ꝙ ſecundus creditor præferatur, & inter alios citat *Milanenſ. loc. cit. qui tamen n. 39. verſ. cõtrariam opinionem cum ſeq.* tenet contrariam ſententiam, quod etiam ſi Nuncius, vel epiſtola non interueniant, & Notarius ſtipuletur pro abſente, validus ſit
11 contractus, quia Notarius tanquam ſeruus publicus poteſt pro alio ſtipulari, *l. non aliter, ff. de adoption. cum alijs cumulatis per gloſ. & alios in §. ſi quis alij inſtit. de inutilib. ſtipulat. Bart. Ang. Imol. Roma & alij in l. ſtipulat. iſta, §. ſi ſtipuler. ff. de verb. obligat. Bald. Abb. Gabr. Gomez Afflict. Theſaur. & alij quos probat Milanſ. d. dec. 4. num. 40. & 41.*

Plus dicunt DD. quod licèt dominium, &
12 poſſeſſio acquirantur abſenti reuocabiliter, ſi, nempè, ipſe noluerit ratificare cõtractum eſt tamen illi dominium, & poſſeſſio acquiſita, & actio acquiritur illi ſine ceſſione *Bart. in dict. l. ſi ſtipulor. num. 3. verſ. tertiò fallit. Imol. n. 35. Roman. num. 14. Alex. num. 11. Bald. Gabr. Beltrand. Gomez Boer. Tobias Noni. Paſſett. Burſat. Pigu. Ruin. Cephal. Oſaſch. & alij, quos probat Milanenſ. d. dec. 4. n. 42. & ſeqq. vt alios omittam.*
igitur ſi eſt quęſitum ius abſenti, & eſt in eius poteſtate illud acceptare, vel non acceptare, eo ipſo, quod acceptat, nihil aliud facit, niſi firmare ius ſuum, nempe facere illud irreuocabile, & conſequenter ſola eius voluntas firmat ius ſuum, nec illi derogatur per alios contractus, & hypothecas poſtea celebratas.

Nec vrgent contraria, & præcipuè, quod retrotractio non fiat in pręiudicium tertij; nam duę ſunt ſpecies ratificationis. Prima eſt, quoties actus eſſet nullus, niſi accederet confirmatio alterius, vt eſt contractus feudalis ſine aſſenſu Domini; & ſic de alijs, ut ſi à principio adſit defectus poteſtatis, uel ſolemnitas omiſſę, et in hoc caſu, dum contractus confirmatur, ſupplendo defectum poteſtatis, uel ſolemnitatis omiſſæ, illa con-

fir-

firmatio non retrotrahitur præcipuè in præiudicium tertij, vt ex *tex. in l. obſeruare §. fin. ff. de offic. Proconſul. probant Bald. in l fin. in 1. & 6. fallent. C. ad Macedonian. Bart. Aretin. Bero. Corn. & alij, quos probat Milanenſ. d. deciſ. 4. nu. 79. cum ſeqq.* & ita procedunt contraria.

Secunda ſpecies ratificationis eſt, quoties valuit actus à principio, & partis ratificatio ſolum requiritur ad confirmandum ius ſuũ, vt eſt in caſu noſtro, & tunc hæc ratificatio retrotrahitur, ex quo nullum aderat obſtaculum confirmationis aliunde, & conſequẽter ſi abſens nihil aliud facere debebat, niſi acceptare contractum, vtiq; ab initio contractus fuit validus & ſatis fuit ſtipulatio Notarij, & ita fuiſſe deciſum in Magna Regia Curia refert Mi*lan. d. dec 4. n. 96. & ibid. vſq;* in fin. quædam alia contraria ſoluit.

Cõcludo igitur, quod ſi abſens nihil aliud

14 facere debuiſſet, niſi tamen acceptare contractum, nec requireretur obligatio ex parte ſua, tunc eſt ei ius acquiſitum, & præfertur illis, qui medio tempore contraxerunt, & ita procedit hæc ſecunda opinio. Si vero abſens debuiſſet ſe obligare in beneficium eius, qui præſentialiter contraxit, & tunc, quia contractus non dicitur Perfectus, nec validus, donec ipſe ſe obliget, idcircò tunc contractus valet ex nunc, nempè, poſt ſecutam eius obligationem non autem ex tunc, nempè, è die celebrati contractus per Notarium, & ita procedit prima opinio. Pro reliquis, concernentibus hanc quæſtionem videantur prædicti, Authores præcipuè *Borgnin. dict. deciſ. 15 part. 4 & Milanenſ. dict. deciſ. 4. dicentur etiam aliqua quæſt. ſeq.*

SVMMARIVM.

1 *Hypotheca in donatione facta ex nunc pro tunc ſequuta morte, an retrotrahatur ad tempus donationis notiſſimũ in præiudicium tertij n 4.*

2 *Donatio facta cum clauſula ex nunc pro tunc de bonis de quibus donans in vita vel in morte non poteſt diſponere, an retrotrahatur à morte donantis ad diẽ donationis.*

3 *Donatio inter virum, & vxorem licèt in vita non valeat confirmatur morte.*

5 *Conſtitutum, & præcarium, quod operatur in translatione dominij, & poſſeſſionis.*

6 *Opinio Authoris rècenſetur, quando retrahitur donatio in præiudicium tertij.*

7 *Donatio cauſa mortis nedum reuocatur per alienationem bonorum, ſed etiam per hypothecam ſpetialem rei donatæ non tamen generalem.*

8 *Dominium tranſit recta via à die mortis donantis in donatarium, ſicut in legato.*

9 *Alienatio bonorum donatorum valet in omni cauſa neceſſaria ipſius donatarij ſi donatio facta fuerit cum poteſtate diſponendi in certis caſibus.*

QVAEST. XXX.

1 TRigeſimo quarto, an in donatione facta ex nunc pro tunc, ſecuta morte donantis, retrotrahatur hypotheca ad tempus donationis factę? Hæc quæſtio poteſt dupliciter agitari. Primò quando ſimpliciter fuit facta donatio de illis bonis, clarum eſt tunc, quod illa ſit donatio inter viuos, & ſuum effectum ſortiatur poſt mortem donantis, vt poſt alios dixi *part. 3. quæſtion. 5. & in addion.* & ſic quia dominium fuit translatum in donatarium à die donationis, ſine dubio hypothecæ contractæ poſtea per donantem non afficiunt donatarium, & ex iuris diſpoſitione retrotrahitur eius poſſeſſio ad diem donationis, vt à maioritate rationis patet ex dictis quæſtione præcedente, & de hoc non poteſt ſubſiſtenter dubitari. Sed dubitatio ſola eſt in ſecundo caſu, vt mox dicetur.]

Secundò igitur fieri poteſt donatio cum

2 illa clauſula *ex nunc pro tunc, & è contra de omnibus bonis, de quibus donans in vita, vel in vltima voluntate non diſpoſuiſſet*, an in hoc caſu donatio retrotrahatur à morte donantis ad diem donationis factæ adeò, vt reſoluantur hypothecæ contractæ dicto medio tempore per donantem. Et quidem noſter *de Ponte conſ. 29. per tot. vol. 2. de quo memini d. quæſt. 5. in addition. num. 9. poſt Oldrad. Alex. & Neguſ.* tenet fieri retrotractionem ad diem donationis, & reſolui omnes hypothecas contractas dicto medio tempore, & præcipuè ea ratione, quia hypotheca non importat diſpoſitionem rei, vt nempe obligans bona ſua dicatur de illis bonis diſponere, nam re vera non diſponit, cùm non transferat in creditorem dominium dictorum bonorum, ſed ſolùm debitor conſtituit ius in re in beneficiũ creditorum in bonis hypothecatis, remanẽtibus ipſis bonis penes eundem debitorem, *iuxta text. in l. qui habebat, ff. de legat. 3. Neguſ. de pignor. in 1. memb. par. 1. & dixi ſupra hoc eodem tit.*

Con-

Digitized by Google

Confirmari poteſt eius opinio, prout ipſe-
met confirmat *d conſ.29.n.9. ex doctri-
na Bartholi communiter recepti in l.rem
legatam in fin.n.10.ff. de adimend. legat.*
3 nempè, quod, licèt donatio inter virum, &
vxorem non valeat in vita, confirmatur tamē
morte *l.Lucius Titius §.quiſquis ff. de le-
gat.2.l.cùm hic ſtatus §.intuſtum ait ora-
tio ff. de donat. inter vir.& vxor. Bar. Pa-
riſ.Socin.Surd.& alij, quos probat Farin.
deciſ.6. Rot. Roman.in nouiſ. Mantic.lib.
11.de tacit.& ambig.conuent.tit.2. n.22.*
& ſeqq.& conſequenter licèt maritus potuiſ
ſet in vita alienare dicta bona, nihilominus,
dum non alienauit valuit donatio, & idem
eſſet in propoſito.

Verùm contraria opinio mihi probatur
4 in hoc ſecundò caſu; quia opinio prædicti
eruditiſſimi viri, ſolùm locum habet, quod
retrotrahatur donatio à die mortis ad diem
donationis, & ita loquitur *Oldrad. dict.
conſil.139.ad habendan.num.5.& num.
7.in fin. ſic etiam Alexand. conſil. 82.
perſpectis lis volumin. 2.& Neguſant.*
quos ipſe citat, attamen verum eſt, ſed quod
retrotrahatur in præiudicium tertij, ipſi non
dicunt, & ſi dicerent, negarem conſequen-
tiam, & ratio eſt clara, quia retrotractio nul-
lo modo fieri poteſt in præiudicium tertij, vt
multoties ſuperius in præcedentibus quæ-
ſtionibus replicatum eſt, & eadem ratio eſt
in hoc caſu. Et quoniam tota vis opinionis
contrariæ conſiſtit in ſolutione contrario-
rum, ideò ſi oſtendero ea non militare, cla-
ra remanebit mea ſententia.

Prima ratio eſt, quod bona hypothecata
remaneant penès debitorem, & quòd non
dicantur alienata; ſed nego ſecundam partē
aſſumpti: verum eſt quidem, quod illa bona
remaneant penès debitorem, ſed quòad na-
turalem poſſeſſionem, nam per illam hypo-
5 thecam, in qua interuenit conſtitutum, &
præcarium, certum eſt, quod dominium, &
poſſeſſio ciuilis ſint translata in beneficium
creditorum, hoc enim facit conſtitutum, vt
patet ex dictis quæſtion. præcedent. & ex
*tex.in l.quod meo ff. de acquir.poſſ. Bart.
& alijs probat idemmet de Pont.conſ.54.
n.17.col.2.* adeò, quòd vendens annuos in-
troitus ſuper bonis ſuis cum clauſula conſti-
tuti, & præcarij, dicatur illos vendere cum
rata bonorum, ſuper quibus conſtituuntur
cenſus, vt poſt alios dixi *par.2.tit.de bon.
q.12 n.6.& ſeqq.& conſ.11.n.17.& ſeq.*
ex quo in poteſtate creditorum eſt velle di-
cta bona diſtrahere ratione illius iuris realis,
quod habent in dictis bonis.

Secunda ratio eſt, quod, dum in ſpecie nō
ſunt bona alienata, ſit confirmata donatio in
bonis non alienatis: hoc quidem verum eſt,
ſed quod iſta donatio retrotrahatur in præ-
iudicium tertij, hoc meo iudicio fieri nequit
nec termini ſunt pares; nam in bonis non
alienatis confirmauit donans eius donatio-
nem, & ſic ſeruatur conuentio, & verum eſt,
ſed dum in vita potuit donans ipſe diſpone-
re eo ipſo, quòd hypothecas contraxit, ſunt
prælati creditores donatario, qui ſolùm poſt
mortem donantis conſequitur ius in bonis
tantum non alienatis, & hęc mihi videtur ve-
ritas.

Confirmatur ex dictis poſt *Dyn.Bart.
Bald.Natt.Neguſant.Surd.Fontanell.&
alios, quos probaui d.part.3.in addit.q.4.
num.9.cum ſeqq.* quod donatio cauſa mortis
non ſolùm reuocetur per alienationem bo-
norum, ſed etiam per hypothecam ſpecialē
rei donatæ, non autem per hypothecam ge-
neralem, ſi donās omnia bona ſua hypothe-
caſſet, vt loco citato dictum eſt, quod eſt ve-
8 rum: ſed donatio remanet reſpectu quantita-
tis bonorum non alienatorum, & horum do
minium tranſit recta via in donatarium à
die mortis donantis, prout eſt in legato
*l.2.vbi gloſ. ff. de publican. Bartol. Ang. l.
Salycet.Caſtrenſ.Roman. Alexand.Lupus
Couarr.Gomez.& alij, quos probat Surd.
dict.conſ.171.num.17.& ſeqq.vol m.2.*
ſed ſicut in legato attenditur tempus mor-
tis, ita etiam in hac donatione, quod nempè,
creditores donantis pręferantur donatario
ſic, vt creditores teſtatoris pręferuntur lega-
tario: nam in effectu hæc donatio reſoluitur
in donationem cauſa mortis, dum in vita
poterat donans de bonis donatis diſponere;
quia, ut dixi *d par.3.q.5.in addit.num.9.*
reſoluitur hæc donatio, vt valeat in illis bo-
nis, de quibus donans in vita, vel in morte
non diſpoſuiſſet, & vltra ibi cumulatos pro-
bant *Gabr.conſ.3.vol.1. Caualcan. deciſ.
42.num.34.part.1. Mantic. lib.13 de ta-
cit.& ambig.conuent.tit.47.num.4.Natt.
Morat Menoc.Surd.Nauarr.& alij, quos
probat Ioann.Petr. Fontanell. clauſ.4. de
pact.nuptial.gloſ.26.num.1.cum ſequent.*
& in illa ſumma, quæ remanet iudicabitur
donatio inter viuos; ſed cum dicto effectu, vt
dixi, quod præferantur creditores.

Poſtremò confirmatur ex latiſſimè diſcuſ-
ſis per Fontanell. loco citat. vbi varios citat
9 Doctores, & num. 19. etiam deciſiones cu-
mulat, quod dum facta eſt donatio cum po-
teſtate diſponendi in certis caſibus, nempè,
pro neceſſitatibus ipſius donantis, & eius fa-
milię, quod valeat alienatio in omni cauſa
neceſſaria, tam quòad caſus expreſſos, quàm
ad caſus maiores, vel minores ex deciſione
*Caputaquenſ.298 part.2.Viui.deciſ.193.
lib.2.Caualcan Petro à Petra, & alijs*, &
in bonis non alienatis remaneat donatio.

Ll   Itaq;

Itaq; dum in hoc caſu generaliter donans reſeruauit ſibi facultatem diſponendi, & re vera diſpoſuit per tales hypothecas, & alias alienationes, ſumus in claris, quod in effectu pro ſumma donata reſpectu creditorum talis donatio ſapiat notitiam donationis cauſa mortis.

SVMMARIVM.

1 *Fructus rei pignoratæ, an ex computentur in ſortem.*

2 *Creditor percipiens fructus ex rebus ſibi datis in pignus, an computet in ſortem.*

3 *Pactum de non ex computando fructus in ſortem vti vſurarium tolli debet, et nomine oſtenditur.*

4 *Creditor an omnes fructus teneatur ſibi in ſortem excomputare.*

5 *Fructus dicuntur deductis expenſis.*

6 *Sumptus rei pignoratæ ſpectant ad debitorem.*

7 *Pactum, vt prius fructus in vſuras excomputentur, deinde in ſortem, an valeat n.9.*

8 *Maritus fructus dotis prius in vſuras ex computat, & quod ſupereſt in ſortẽ & ratio aſſertur.*

10 *Fructus excedentes onera matrimonij, an ſint reſtituendi.*

11 *Creditor quando non tenetur fructus in ſortem excomputare.*

12 *Retentio, ac reſtitutio fructuum, an & & quando ſint licita remiſſiue.*

QVAEST. XXXI.

1 TRigeſimoprimò quæro, an fructus rei pignoratę excomputentur in ſortem principalem? Hęc queſtio pro bona parte abſoluta fuit *part. 1. quæſt. 5. num. 14. & ſequentib. in addition. & quæſtion. 10. §. tertiò comprobatur ſupra hoc eodem titul.* Idcircò paucis abſoluenda eſt; & procedit queſtio in mero pignore, quod nempe manet in puris terminis pignoris, ſiue conuentionale ſit, ſiue Pretorium, ſiue iudiciale, dummodo bona illa detineat creditor loco pignoris pro ſecuritate ſui crediti, ex quo non habet dominium dictorum bonorum; ſi enim dominium transferretur in ipſum creditorem, tunc obſeruanda eſſent, quę ſuperius diſcuſſa fuerunt q. 10. cum plurib. ſeqq. vbi actum eſt de adiudicatione bonorum, quoties fuit iuſta, ſiue iniuſta, vel nulla, & ideò pono ſequentes concluſiones.

Prima concluſio, creditor percipiens fructus ex rebus, ſibi datis in pignus tenetur illos ſibi excomputare in ſortem principalem, ex quauis cauſa retineat penes ſe pignus: Hãc concluſionem probant *l. 1. 2. 3. & fin. C. de pignorat. act. vbi omnes Federic. de Sen. Angel. Signorol. Natt & Gabr. quos probat Tuſcb. in ſua pract. concluſ. in verb. pignus concluſion 354 num. 1. & 3.* & vltra per ipſum cumulatos probant plures alijs, quos ſequuntur *Surd. deciſ. 270. num. 1. & deciſ. 328. nu. 15. par. 2. Manticlib. 11. de tacit. & ambig. conuention. tit. 8. Afflict. Oſaſc. Theſaur. & alij plures, quos probant Tepat. lib. 2. variar. iur. ſentent. in tit. de pignor. & hypothec. ſ. 232 §. & ſeqq. Azor part. 3 moral. lib. 7. cap. 8.* Et hoc eatenus eſt verum ſecundum prædictos, & veritatem, quod pactum contra-

3 rium non excomputãdi in ſortem principalem ſit vſurarium, & nullius momenti; quia dum fructus pignoris non imputantur in ſortem, cedunt lucro creditoris, & eſt idem per diuerſa media, nempè, conuenire de fructibus computandis in ſortem principalem, & de vſuris præſtandis, & ſic quicquid lucro creditoris cedit ex tali conuentione vſura eſt, quę iure diuino, & humano eſt prohibita, vt millies ſupra replicatum eſt: & hanc rationem reddunt *Abb. in cap. 1. de vſur. Iacobin. de Santo Georg. Rube. & alij plures, quos probat Mantica d. tit. 8. num. 2.* & hoc eſt clariſſimum eò magis in foro conſcientiæ ex ratione allata, & tenent hoc omnes Theologi, & canoniſtæ, vt poſt alios probant *Nauarr. in Manual. c. 17. nu 216. Gabr. Sot. & alij plures, quos probat Rebel. par. 2. de obligat. iuſtit. lib. 8. tit. de vſur. quæſt. 11. Azor. loco citat. & alij paſſim*: non enim hoc poteſt habere ſubſiſtentem dubitationem, & procedit ſiue ſit pignus verum, & expreſſum, ſiue ſit præſumptum, ac ſimulatum, ſiue interueniat modicum, ſiuè longum tempus, quo creditor bona illa poſſideat; quia dum ſunt bona aliena, redditur malæ fidei poſſeſſor, & tenetur in ſortem principalem illos fructus ſibi excomputare; nam dominium pignoris remanet penes debitorem, & eius ſemper ſunt fructus, & proinde nec longa poſſeſſio prodeſt creditori etiam ſecundum ius ciuile; ne fructus pignoris debeat ſibi in ſortem imputare, *l. qui pignoris ff. de acquir. poſſeſſ. Signorol. Socin. ſen. Bald.* Menoch. *& alij, quos probat* Mã*tic. dict. titul. 8. num. 3. cum ſeqq. Angel. Afflict. & alij, quos probant Tuſch. dict. concl. 354. n. 4. cum ſeq. Theſaur deciſ. 78*

Surd.

Surd. & Tepat. in loc. cit. Molin. Leſſius, & alij infra cumulandi.

Inſuper non excuſat quilibet contrahendi modus, quin fiat talis imputatio etiam ſi eſſet obligatio in forma Cameræ Apoſtolicæ, nam rei veritate ſemper eſt contractus pignoris, & omnis alius contractus indicatur ſimulatus, & in fraudem vſurarum celebratus, & nullo modo tenet, vt in particulari de ſingulis contractibus probant *text. in cap. illo vos, de pignor. cap. ad noſtram de empt. & vendit. vbi omnes, & de obligatione in forma Cameræ probant Galleſ. & Menoch. quos ſequitur Mantic. d. tit. 8. n. 5. vt alios ſileam.*

Secunda concluſio, quæ eſt limitatio, & declaratio præcedentis, creditor non tenetur
4 ſibi in ſortem omnes fructus pignoris excomputare, ſed poteſt pro ſe retinere quicquid pro eorum cultura, recuperatione perceptione, vel cuſtodia expendit; ſic etiam quicquid pro legitima pœna, illi debetur, vel voluntariè illi donatum ſit à vero Domino; vel ratione lucri ceſſantis, & damni mergentis, prout ei iudicabitur legitimè deberi, ſi nempè ſolitus eſſet negotiari. Hæc concluſio eſt communis quoàd omnes eius partes, quam præcipuè probant *Federic. de Sen. conſ. 194. Cuman conſ. 19. Afflict. Vrſill. Ruin. Neguſant. Caſtrenſ. Oſaſc. Deci. Menoch. & alij, quos ſequuntur Tuſch. dict. concl. 354 nu. 20. cum ſeqq. Mantic. dict. tit. 8. n. 18. cum ſeqq. Theſaur. deciſ 78. Carot. part. 2. de locat. & conduct. titul. de creditore, quæſt 8 præcipuè num. 6. cum ſeqq. Franciſc. Marc. quæſt. 912. part. 2. & alij plures Theologi, & Canoniſt. quos probant Rebell. dict. quæſt. 11. Azor. dict. capit. 8.* vt alios omittam, clarũ eſt enim, quod quicquid expenſum eſt pro recuperatione perceptione, & cuſtodia fructuum, ſit deducen-
5 dum ex fructibus; ſciunt enim omnes, quod fructus dicantur, deductis expenſis, *l. interdum vbi Bar. & alij, ff. qui potior. in pign. habean. cap. ad noſtram de iur. iuran. cum*
6 *vulg.* alijs, & idem eſt de alijs ſumptibus neceſſarijs, quia iſti pertinent ad debitorem, qui eſt Dominus dictorum bonorum, *l. ſi neceſſarias in princip. & l. ſi ſeruos, ff. de pignorat. act. l. pignus C. de pignor. Bar. Bald. Aretin. Alciat. Crauett. Roman. Hoſtienſ. Ioan. Andr. Afflict. & alij, quos probant* Mantic. *d. tit. 8. n. 16. cum ſeq. & alij deſuper citati.*

Quod attinet ad id, quod voluntariè donatur, eſt etiam clarum, ſi donans ſit Dominus, & non fiat donatio ad palliandas vſuras, hæc enim improbatur, vt notant prædicti Authores, & millies ſupra eſt replicatum, & idem eſt de legitima pœna, vt patet ex terminis, poſtremò, quod attinet ad lucrum ceſſans, & damnum emergens, eſt etiam clarum nam ſolitus negotiari, debet habere lucrum ceſſans, & idem eſt de damno emergente, dummodo verè, & legitimè probentur, nec adſit aliqua palliatio vſurarum, & in hoc etiã
7 omnes conueniunt, & in his poteſt etiam fieri pactum, ne prius fructus pignorum in vſuras legitimas, deinde in ſortem imputentur, *ita Salycet. in l. 2. num. 2. C. de vſur. Caſtrenſ. in l. Iulianus. §. ex vendito. num 3. verſicul. item quæro. ff. de action. empt. Abb. Dec. Menoch. & Oſaſc. quos probat Mantic. dict. titul. 8. num. 22. Molin. diſp. 315. & 316. & alij, quos ſequitur Leſſius lib. 2. capit. 20. num. 128. cum ſequentib.* vt alios omittã; clarum eſt enim, vt id quod natura ſua eſt licitum, poſſit etiam in pactũ deduci; quia pactum ſe habet per accidens, & quoniam non adeſſet, etiam fieret tale excompotum, vt ſuperius dictum eſt.

Ex hac etiam ratione deducitur, quòd, dum maritus ſuſtinet onera matrimonij, &
8 ex dote illi promiſſa perciperet fructus, ſi ei ſoluta fuiſſet, ſi loco pignoris retineat aliqua bona, primò fructus pignoris ſunt excomputandi in legitimas vſuras dotis, & quod ſupereſt excomputatur in ſortem, & poteſt etiã hoc deducere in pactum, *cap. ſalubriter de vſur. l. pater. ff. de dol. mal. except. Bald. Nouell. Rube. Crauett. Abb. Couarr. Sot. Menoch. & alij, quos probat Mant. d. tit. 8. n. 19. cum ſeq. Alex. & alij plures & Theologi, quos ſequuntur Tuſch. dict. concluſ. 354. num. 29. 35. & alibi Rebell. dict. lib. 8. quæſt. 12. Azor. dict. lib. 7. capitul. 9. Leſſius dict. capitul. 20. num. 141. & ſeqq.* & alij: nam in hoc omnes conueniunt, ſed ſolùm diſſentiunt in aſſignanda ratione, ſed magis communis ratio eſt propter lucrum ceſ-
9 ſans, quod gener non capit ex dicta dote, & ex danno emergente, quod ſentit ex onere matrimonij; & licèt multoties gener non ſuſtineat onera matrimonij, nihilominus ſatis eſt, quod aptus ſit ſuſtinere, & quod promittens dotem non ſubſtineat onera matrimonij pro genero intuitu promiſſionis dotis; ſic enim vnum compenſatetur cum altero; & ſucceſſiuè ſi ex proſpera fortuna non ſuſtineat onera matrimonij, quia hoc eſt introductum in eius beneficium, non debet retorqueri in eius odium, vt per hoc non ſoluantur ei fructus, ſiue legitimæ vſuræ ratione dotis; quæ, ſi eſſet ei ſoluta, conſecutus fuiſſet fructus dotis, & habuiſſet etiam illud vtile, &

commodum, quod ex gratuita aliorum cõceſſione, ac donatione non ſuſtinuiſſet onera matrimonij.

Eſt tamen inter Theologos, & ſummiſtas maxima altercatio, ſi illi fructus excederent
10 onera matrimonij, an ſint reſtituendi debitori; & affirmatiuam ſententiam defendunt *Syluest. Angel. Tabien. & Sot. penes Rebel. d. q. 12.* quia in exceſſu ceſſat ratio oneris matrimonij, in qua ſe fundant iura, & communis ſententia, quod fructus pignoris conuertantur prius in vſuras pro oneribus matrimonij ſupportandis; nam à ratione ceſſante, ceſſaret etiam imputatio, quæ regulatur proportionabiliter cum oneribus matrimonij, *contrariam ſententiam tuetur Rebel. d. q. 12. num. 5. verſ quid ſi plus valeant*: qui Author ea mouetur ratione: quia in eo, quod fructus excedunt onera matrimonij, cenſetur à ſocio facta donatio genero, & ita in dubio præſumendum eſt, niſi contrarium probetur ex verbis illius, qui pro ipſa dote pignus dedit. Verũ ſi ſiſtamus in metis oneribus matrimonij; verior eſt prima opinio, quia eatenus excomputantur fructus talis pignoris in vſuras dotis, quatenus gener ſuſtinuit, vel ſuſtinere potuit onera matrimonij, & ſic quod plus gener recepit, vel reſtituere tenetur ſocero, vel ſibi excomputare in ſortem dotis. Si verò attẽdamus conſuetas vſuras, ſiue intereſſe raxatum præcipuè per noſtras conſuetudines, & alias ſimiles in beneficium viri, vt ſuo loco dictum eſt, tunc legitimè vſuræ, ſiue intereſſe talium dotium, intelligitur omne id, quod ex iure municipali taxatum eſt in beneficium viri, & pro hac ſumma legitimi intereſſe, non autem ratione onerum matrimonij excomputantur fructus pignoris in tales vſuras, & ſic concordãtur vtreq; opiniones.

Redeundo ad concluſionem, quod non
11 teneatur creditor excomputare in ſortem principalem fructus pignoris, procederet etiam quoties creditor in re pignorata haberet directum dominium, & debitor haberet dominium vtile, vt vaſallus, & emphyteuta, *cap conqueſtus, vbi Abb. nu. 4. de vſur. cap. 1. extra de feud. Roman. & Neguſ. quos probat Tuſch. dict. concluſ. 354. num. 22. Tepat. dict. ſol. 232. § fallit ſecundò poſt alios Rebell. dict. lib. 8. quæſt. 11. nu. 3. & ſeqq. Caroc. dict. titul. de creditore quæſt. 2. num 13. Afflict. Sot. Nauarr. & alij penes Mantic. dict. titul. 8. num. 29. cum ſeqq. Leſſi. d. c. 20. nu. 139 cum ſeqq.* tum quia in hoc caſu conſolidaretur, ſeù quaſi vſuſfructus cum proprietate, tùm etiam quia interim Dñs directus priuaretur ſeruitio debito per vaſallum, & canone ei debito per emphyteutam; nec illi interim territoria prædicta excolerent, ſed vt rectè poſt *Nauar. Couar. & alios notat Mantic. d. tit. 8. n. 23.* hoc etiam procedit ſecundum debitam proportionem, ſi, nempè, fructus non excedunt prædicta onera, nec vaſſallus, vel emphyteuta bona illa melioraſſent, quia quod excederet, Dominus directus non faceret ſuum, & teneretur illud reſtituere, quod eſt verum, & ex dictis cernitur.

Plures autem limitationes circa retentio-
12 nem, & reſtitutionem fructuum rei pignoratæ poſt alios cumulat *Tuſch. dict. concl. 354. & concl. 355. aliquos etiam ponit Mant. d. tit. 8. ſic etiam Rebell. in locis* citatis, ſed ſatis ſunt pro ornatu huius quæſtionis quas ſupra recenſui.

SVMMARIVM.

1 *Pignus quando dicatur remiſſum ex iuris neceſſitate.*

2 *Creditor, an & quando cogi poſſit, vt reſtituat pignus.*

3 *Pignus an, & quando remanet apud creditorem ſubſecuta ſolutione.*

4 *Actio perſonalis ſi tollatur, ac etiam hypothecaria ſublata videatur.*

5 *Obligatio realis in pignore, quando cenſetur in eſſe.*

6 *Principali ſublato, an cenſeatur quoq; acceſſorium ſublatum.*

7 *Pignus, an cenſeatur remiſſum ceſſare cauſa ob quam fuit datum.*

8 *Hypotheca extinguitur, quando res inſolutum data fuiſſet niſi illa fuerit reſeruata, & qualiter procedat oſtenditur n. 9.*

10 *Actione primæua agi an poſſit pro bonis datis in ſolutum inde euictis, & quid in cauſa dotis n. 13.*

Quid ſi genus pro genere ſoluatur numer. 14.

Quid ſi ſpecies pro ſpecie n. 15.

Et quid ſi genus pro ſpecie daretur nu. 16.

Et quid in alijs caſibus n. 17.

18 *Periculum, & comodum ad quem ſpectat data re inſolutum.*

19 *Nomen debitoris ſimpliciter inſolutum datum cuius periculo cedit, & quid ſi fuerit ceſſum.*

20 *Hypotheca poſteriorum creditorum, an extinguatur datis bonis debitoris in ſolutum anteriori creditori, & an ille* te-

teneatur reſtituere, oblato credito.

21 *Hypotheca neceſſitate iuris extinguitur per nouationem.*

22 Nouatio, *vt dicatur facta duo requirũtur, vt recedatur à primæua actione.*

23 *Creditor recipiens ſimpliciter alia pignora, an cenſeatur receſſiſſe à primæua obligatione.*

24 *Declaratue deciſion. Præſ. de Franch. 708.*

25 *An pro dationem prorogationis cenſeri debeat receſſum à primæua actione.*

26 *Caſus in quibus receditur à reſolutione hypothecæ ex iuris neceſſitate referuntur remiſſiue.*

QVAEST. XXXII.

Trigeſimoſecundò quæro, quando
1 pignus dicatur remiſſum ex iuris neceſſitate? Reſpondetur multis modis. Primò ſatisfacto creditore, ſi nempè, ſit ei debitum ſolutum à debitore vel alio modo ſatisfactum l. item liberatur ff. quib. mod. pign. ſoluat. & hoc ex illo vulgato axiomate ſolutione eius, quod debetur, tollitur omnis obligatio: & proindè, ſublata principali obligatione pignus nõ poteſt conſiſtere, *l. fœnerator. vbi Bartol. C. de nautico fœnor. poſt alios Afflict. deciſ. 237. Mantic. lib. 11. de tacit. & ambig. conu. tit. 31. num. 1. & ſeq. & alij infra citandi:* hoc enim eſt certum apud omnes, non ſolùm ſi debitor principalis ſoluat creditori, ſed etiam, ſi debitum ſoluatur à perſona extranea, dummodo cum effectu ſoluatur l. ſi res obligatas, C. de pignor. Dixi cum effectu, quia non ſufficit ſola oblatio ſolutionis, nec ſententia Iudicis, quod debitor ſoluat, ſed requiritur cum effectu ſolutio, vel vt depoſitetur debitum penes fidum Banchum, vel aliam perſonam publicam, tunc poteſt conueniri creditor, vt reſtituat pignus l. vltima *C. de luition pignor. Federic. de Sen. conſ. 226. Mantic. loco citat. num. 4. cum ſeqq.* vel niſi creditor eligeret aliqua bona debitoris: nam vna ſemel quòd elegit, non poteſt variare quòad alia bona, vt ex multis probãt *Capyc. deciſ. 33. & deciſ. 46. num. 7. Rebuff. et alij, quos probant Tepat. lib. 2. var. iur. ſententiar. in titul. quib. mod. pig. vel hypothec. ſoluat. §. 2. cum ſeq. Mant. loc. cit. Molin. in tract. de contract. diſp. 537. &* alij: ſic etiam, ſi datur eſſet fideiuſſor pro pignore, ex quo per receptionem fideiuſſoris, intelligitur liberatum pignus, *l. ſoluitur, §. ſi conuenerit. ff. quib. mod. pign. vel hypothec. ſoluat.*

Verùm hoc procedit, ſi totum debitum
3 ſit ſolutum vna cum legitimo intereſſe: nam ſi totum debitum principale nõ ſit ſolutum; & etiam ſolutæ ſint legitimæ vſuræ, ſeu intereſſe, vtiq; remaneret pignus pro quantitate non ſoluta *l. 1. C. de luition. pignor. l. 2. C. de fideiuſſor. l. tutor. §. Lucius Titius ff. de vſur. Bart. Caſtrenſ. Alex. Iaſ. Crauett. & alij, quos probat Mant. d. tit. 31. n. 9. cũ ſeq.* & hoc eſt clarum: non enim tenetur creditor recipere dimidiatam ſolutionem, & ſi illam recipiat, cenſetur ſibi conſeruare ius ſuũ in toto pignore pro quantitate ei non ſoluta, vt habetur in iuribus citatis, & in *l. vnica vbi omnes C. de diſtract. pign.*

Eſt tamen quæſtio, ſi tollatur actio perſo-
4 nalis, an hypotheca ſoluatur? & affirmatiuam ſententiam tuetur *Natt. conſ. 416. num. 11. lib. 2. quem ſequitur Tuſch. in verb. hypotheca concluſion. 134. num. 2.* ea ratione, quia hypotheca eſt acceſſoria ad actionem perſonalem, & proinde ſublato principali, quale eſt obligatio perſonalis, tollitur acceſſorium, quale eſt pignus, ex regul. *text. in l. cùm principalis ff. de regul. iur.* Verùm contrariam ſententiam ſequar, quam poſt *Bart. Salycet. Roland. & alios probãt Vincent. de Franch. deciſ. 119. præcipuè num. 24. Surd. deciſion. 24. num. 4 deciſ. 271. num. 4 conſ. 243. num. 10. & alij;* ſiquidem, vel debitor per ſententiam Iudicis fuit abſolutus à perſonali obligatione, & tũc remanet Realis, nec pignus intelligitur ſolutum, *l. ſolutum ff. de pignorat. act. l. grega, §. etiam ſi creditor ff. de pignor. l. quamuis, la ſecunda C. ead. Capyc. deciſ. 46. num. 7. Mantic. dict. titul. 31. num. 30. cum ſeqq.* vel mortuus eſt principalis debitor, & tunc eadem eſt ratio, vt remaneat obligatio realis, & ſic pignus, & hypotheca: nam actio realis, licèt a principio contrahatur, mediante actione perſonali, nec aliter cõtrahi poſſit, *l. contrahitur, vbi Bart. & alij ff. de pign.* nihilominus poſtquam contracta eſt, non ſèquitur amplius perſonam, nec ei adhæret, ſed ſequitur fundum, & hoc iure vtimur.

Neç vrget ratio in contrarium adducta,
6 nam verum eſt quidem, quod ſublato principali, tollatur acceſſorium, ſi, nempè, principale ſit totaliter ſublatum, quia tunc acceſſorium non habet, in quo ſubiectatur, ac ſuſiſtat; ſed non eſt ita in propoſito, quia hypotheca non poteſt à principio contrahi ſine actione, & obligatione perſonali, quia ei adhæret: ſed vna ſemel, quòd fuit contracta, vtiq; duo reſpicit, nempè, perſonam, & bona obligata, in quibus ſubiectatur, & ſubſiſtit hypotheca, & ſic actio realis ſequitur rem ipſam

Digitized by Google

aſtio *l.deferre.§.fin.iunct.l.ſequenti ff de iur.Fiſc.& dixi d q.24.*

Tertius caſus eſt, quando datur ſpecies
15 ſpecie, quia tunc datio inſolutum iudicatur ad inſtar permutationis, & ideò, ſi res tradita non fiat re ipſa accipientis, non dicitur receſſum à 1. *contractu l.ſi rem ff. de ſolution.l.libera,vbi Bald n.6.C de ſenten. & interlocut.omn.iudic.Boer.dec.337.& dixi d.q.24.*

Quartus caſus eſt, quando datur genus
16 pro ſpecie, nam renetur dans facere genus accipientis *l.qui concubinam §.ſi hæres ff.de leg.3.* Sic etiam quando datur ſpecies pro genere, dummodo genus non conſiſtat in pecunia, *l.ſi prædium.C.de euiction. Bar Bald.& alij plures,quos probat Surd. loc.cit.n.57.& ſeqq. cum alijs cumulatis d.q.24.* De qua materia tractat latiſſimè *Tepat.d.lib.2.titul de dation.inſolut.in verb.datio inſolutum concl.23.cum duab. ſeqq.*

In alijs autem caſibus per dationem in-
17 ſolutum extinguitur primæua actio ea ratione, quia in illis datio inſolutum æquiparatur emptioni, & venditioni, & eſt talis naturæ, quod debitor nõ ſit obligatus ad aliud, niſi tradere rem illam creditori, & proinde ſi tempore traditionis nomen debitoris datum inſolutum creditori, erat verum, & ſoluendo, & poſt traditionem ſit decoctum, vel quouis alio modo diminutum; periculum eſt eiuſdem creditoris, quia poſt traditionẽ commodum, & incommodum ad ipſum creditorem ſpectat, dum nominatim debitoris nomen inſolutum accepit, *l.pupilli, §. ſorte ff de ſolution. Dec.conſ.99.num.4. hec.& alij quos probant Oſaſc.deciſ.02. num.7.Surd dict.conſ.145.nu.28.& 29. & conſ.452 num.15.& ſeqq.Tepat loco cit.Menoch.con.946 lib.10.& alij paſſim.*
19 qui omnes dicunt, quod locum habeat, quando nomen debitoris ſimpliciter datum fuerit inſolutum pro aliquo debito; ſecus tamen, quando fuiſſent ceſſæ actiones ſolutionis cauſa, tunc enim donec fiat exectio cum effectu, periculum eſt eiuſdem debitoris, & eandem diſtintionem probant *Rot. Gen.deciſ 3.nu.26.Præſ.de Franch.deciſ. 108.Tuſch d.concluſ.23.nu.9. cum ſeqq. & concluſ 24.& 25.idem Surd.dec.266.* qui omnes videri poſſunt circa reliqua concernentia hanc illationem.

Eſt tamen aduertendum, quòd, dum de-
20 bitor dat bona etiam inſolutum priori creditori, non per hoc extinguitur hypotheca poſteriorum creditorum, & proinde poſſunt poſteriores creditores offerre creditum anteriori creditori, & ille tenetur recipere creditum, & reſtituere illa bona poſterioribus creditoribus vt poſt alios fundat *Vinc.de Franch.deciſ 413.de qua il latione dicetur in ſequentibus, præcipuè q.37.cum ſeqq.*

Quintò principaliter dicitur extincta hy-
21 potheca neceſſitate iuris per nouationem factam inter debitorem, & creditorem, niſi expreſsè creditor reſeruaſſet ſibi primæua iura *l.nouatione ff.de nouation.l.ſolutum, ff. de pignor. action. l. vnic. C. etiam ob Chyrograf.pecun.pign.tenea. l.nouatione C.de fideiuſſor.Bart.Caſtrenſ Boer.& Neguſ.quos probat Mantic.d.tit.31.nu.21. cum ſeq.*

Vt autem ſit facta nouatio, duo requirun-
22 tur. Primò, quod poſterior obligatio ſit valida, & vtilis, & ſecundò, quod in ſecunda pignorum obligatione debitum principale ſit expreſsè deductum in nouam obligationem, & tunc per nouationem receditur à primæua obligatione, ſi creditor expreſsè ſibi non reſeruaſſet primæua iura, vt colligitur ex iuribus citatis, & probat *Bart in l.Valerianus num.5.in fin ff.de prætor ſtipulation Bald. Caſtrenſ. & Neguſant. quos probat Mantic.loc.cit.nu.23.& 24.*
23 Et ideò ſi creditor ſimpliciter reciperet alia pignora, per eorum receptionem non dicitur receſſiſſe à primæua obligatione, ſed pignora poſteriora intelliguntur acceſſiſſe pro obligatione priori *text.eſt notabil.in l.ſi paternam.C.ad Velleian.vbi Bald.num.8* hoc dicit eſſe mirabile, & rationem aſſignat, quia poſteriora pignora reſpiciunt magis cauſam, quàm titulum obligationis, quem ſequitur *Neguſ.par.6 de pignor.memb.3. n.3.& 4.quos probat Mantic. d.num.24.* Etiam quia per receptionem poſteriorum pignorum creditor præſumitur magis confirmare ius ſuum & ſecurius ſe reddere, quã vt receſſerit à primæua obligatione, & eſt vulgatum, vt hodie nullo modo inducatur nouatio, dum poteſt capi alia coniectura, *vulg.text.in l.fin. C. de nouation.* quod
24 eſt axioma notum lippis, & tonſoribus; quãuis Vinc.de Franch.dec.708.conetur probare, quod per receptionem voluntariam alterius pignoris dicatur receſſum à primo pignore, ſi in ſecunda receptione dolus non interuenerit; nam eius opinionem veram iudicio iuxta ſuperius explicata, ſi conſtaret, creditorem liberaſſe primum pignus, alias ſecus, quia potius recipiuntur poſteriora pignora pro maiori ſecuritate creditoris, vt dictum eſt.

Plus tradunt DD. quod ſi creditor dediſ-
25 ſet prorogationem debitori ad ſoluendum, non dicitur receſſum à primæua obligatione

pi-

Paulus.eod.tit.l 1.& fin.C.de remiſſ.pigno. vbi omnes Mantic.d tit.31. num.37. cum ſeqq. Molin. d.diſp.537. 9.quamuis aliena-tio.Tuſch & Maſcar. in locis citatis. Surd. deciſ.163.conſ 445.& alibi Ioan. Philipp. Teſtai alleg.12.nu.15. cum ſeqq. & omnes alij, dummodo, vt dixi, non adſit reſeruatio iuris creditoris, vel niſi creditor oſtenderit ſe fuiſſe deceptum; & conſequenter, vt creditor ſibi præiudicet, non ſufficit ſola præſentia creditoris, ſed requiritur, quod
5 creditor conſentiat alienationi, vel faciat aliquem actum poſitiuum, ex quo reſultet eius cōſenſus, vt quia pro teſte ſe ſubſcripſit in inſtrumento alienationis, vel Iudex per banna, ſiue proclamata admoniſſet creditores, quod compareant diſtractioni pignoris: in his enim, & ſimilibus caſibus, ſi creditores non compareant, & contradicāt expreſsè, præſumuntur renuntiare iuribus ſuis. *l.ſi eo tempore, vbi omnes. C.de remiſſ. pignor.Bart. Abb. Neguſan. & alij*, quos probant *Tuſch. d.concluſ.135. num.15. & 16.Surd.deciſ.163.& deciſ.302. Molin. & Tepat.in locis citatis. Mantica d.num.37.*
6 *cum ſeqq.* & omnes alij deſuper citati: quāuis in ſubſcriptione pro teſte aliqui contradicant, quod creditor non cenſeatur ſibi præiudicare, ſed receptior eſt opinio affirmatiua, quia poterat contradicere, vel ſe ſubſcribere citra præiudicium iurium ſuorum.

7 Eſt tamen aduertendum, quod ſpeciale ſit in Fiſco, vendente bona debitoris in patria aliorum creditorum; quia, ſi creditores illi non contradicant, cenſentur ſibi præiudicare ex ſola ſcientia cum taciturnitate, licet non interueniat alius actus poſitiuus. *l.ſi hypothecas.C.de remiſſ.pignor. vbi gloſ. & alij omnes Bart. in l.vltima.nu.2. verſ. 2. caſu eod. tit. Surd. d. deciſ.302. num.8. Mantic.d.tit.31. nu.41.* vbi poſt *Roman. in Anthen ſimiliter nu 31.C.ad leg.Falcid. & Andream Tiraquell.* hoc dicit etiam habere locum in cauſa pia, quæ vtitur priuilegio *fiſci*: Imò quod dicitur de libertate extenditur etiam ad cauſam piam, & ſic ſi debitor, ſciente, & tacente creditore, bona hypothecata alienaſſet ad pias cauſas, dicitur remittere pignus, vt poſt *Bart. Bald. Caſtrenſ. Roman. Socin.ſenior.& Tiraquel. probat Mantic.loco cit.nu.*40.

8 Sed quæſtionis eſſe poteſt, ſi bona, alienata per debitorem cum conſenſu creditoris, reuerterentur poſtea ad eundem debitorem, an in illis creditor ipſe habeat hypothecam, & comunis eſt reſolutio, quod ſi ex noua cauſa ad debitorem reuertantur illa bona creditor in illis nullam habeat hypothecam; quia, dum ſemel remiſit creditor ius ſuum reſpectu illorum bonorum, vtiq; reſpectu eiuſdem creditoris liberè redirent ad debitorem, & conſequenter nullum ius creditor in illis haberet, & remaneret in beneficium debitoris, & aliorum creditorū eiuſdem debitoris. Si verò illa bona ex cauſa antiqua, vt ex pacto de retrouendendo, ex pacto ad.ectionis in diem, vel legis cōmiſſoriæ, redirent ad debitorem, tunc creditor in illis bonis haberet hypothecam, quia durat contractus antiquus, & conſequenter durat etiam eius hypotheca. *l.voluntate vbi gloſ.& omnes.ff.quib. mod. pig. vel hypothec ſoluat. Bart. in l.in diem ff.de aqu.pluuial.arcend. Dec. Crauett. Tiraq. & alij, quos probant Vinc.de Franch.deciſ. 64.nu.8.& ſeqq.deciſ 191.& 226. Aloyſ.de Leo in l fin C.de remiſſion.pignor.Teſtai d. alleg.12.num.20 & ſeqq. vbi Neguſ Socin. iun.Roderiq. Milanenſ. & alios citat, poſt alios Mantic.d.tit.31.nu.60.& ſqq.Surd. deciſ.163.& alibi, & dicam aliqua infra q.* 48. qualiter procedat, dum creditor non conſenſit alienationi, & quid in bonis emphyteoticis.

9 Verùm, ſi alienatio non habuiſſet effectū quouis modo, tunc non dicitur creditor amittere eius hypothecam ex ratione citata, quia durat contractus antiquus, & conſequenter durat hypotheca creditoris. *l. 1. §.cum venditor.& l ſi debitor. §. vltimo ff. quib.mod.pign. vel hypothec.ſoluat. cū alijs pluribus cumulatis per Mantic. d. tit.31. à nu.48.vſque ad nu.60. vbi latiſſimè hanc illationem examinat, quod eſt clarum.*

10 Inſuper non omittam duas alias illationes, de quibus maximè vidi dubitatum in Sacro Conſ. dum ibi cauſarum patrocinio vacarem: prima eſt, an ſit extincta hypotheca, ſi vniuerſitas aliqua fuerit admiſſa ad regium demanium: ſecunda quid ſi illa vniuerſitas fuiſſet vendita ſubhaſta, vrgentibus eius creditoribus. Ad primam dicebam nullo modo hypothecam fuiſſe extinctam, tum quia Regium demanium eſt remedium voluntarium, competens vniuerſitati, vt poſſit ſe liberare ab onere ſeruitutis Baronalis, & per conſequens non poteſt tollere hypothecam eius creditorum, ſicut dicimus de datione inſolutum, ſi, nempè, debitor daret eius bona inſolutum etiam anterioribus creditoribus: nam illa datio inſolutum non extinguit hypothecam aliorum creditorum, qui per ius offerendi poſſunt auocare bona à dicto anteriori creditore, ſoluto ei credito cum legitimis vſuris *l.1.C.ſi antiq.creditor.vbi omnes, cum alijs cumulatis per Vinc. de Franch. deciſ. 12. per Theſaur.deciſ.157.per Surd. deciſ.286. præcipuè nu.11.cum ſeqq. & dixi ſupra qu.*
11 *præced.nu.* . Tum etiam, quia Regium demanium dicitur beneficium Principis

eſſe deciſum. De Franch. deciſ. 240. Franc. de Amic. & alij penes de Thor. verb. remiſſio, ſiuè renunciatio iuris hypotheca, adeò vt omnes dicant, quod remiſſio vitæ militiæ, & paragij fieri poſſit ſine regio aſſenſu.

Nihilominus fuit replicatum, quòd, licèt hæc opinio ſit verior, attamen probabilis eſt etiam prima, & ideò, dum habemus, regulam quod in dubio non præſumatur creditor renunciare ius ſuum, eò magis hoc procedit, quando eſt dubium an in tali remiſſione requiratur aſſenſus, ex quo adeſt maior probabilitas pro ſecuritate huius opinionis.

S V M M A R I V M.

1 *Creditor per receptionem pignoris an cenſeatur remictere principalem obligationem, deciſio Regiæ Cameræ in hoc refertur num. 2.*

3 *Creditor remictens hypothecam an cenſeatur remictere ſuum creditum.*

Q V AE S T. XXXIV.

1 TRigeſimoquartò quæro, An creditor per receptionem pignoris cenſeatur remittere principalē obligationem? Reſpondeo negatiuè, vt verbi gratia ſi ego cōſequi debuiſſem à te mille aureos, & tunc pro illis dediſti mihi in pignus aliqua bona, vt ex illis perciperem lucrum aliquod per receptionem dicti pignoris, non cenſeor remittere principalem obligationem conſequendi à te dictos aureos mille, & ratio patet ex dictis in præcedentibus, quia pignora etiam poſteriora recipiuntur pro priori obligatione ad confirmandum ius meum, vt ex *tex. in l. ſi paternam C. ad Vellean. & alijs dixi ſupra q. 32. & 33.* & conſequenter, cū bona illa non recepi inſolutum, ſed pro cōſeruatione iurium eorum; clarum eſt, quod non cenſeor remittere principalem obligationem eo magis, quia renuntiatio nunquā præſumitur, quando capi poteſt alia coniectura, vt millies recenſui par. 4. in tit. de renuntiat. & in caſu noſtro ego dico recipere illa bona, non vt remitterem principalem obligationem, ſed ad meam maiorem ſecuritatem, & ad confirmandum magis principalem illam obligationem, & vt interim per receptionem talis lucri percipiendi ex dictis bonis, donec conſequerer meum creditum, minus eſſem in damno, prout ita in ſpecie ſcripſerunt *Guglielm. de Cune. Bart. Fulgoſ. Alberic. Caſtrenſ. & alij communiter ff. de pignorat. act. & bene eſſe communem ſententiam affirmat Neguſant. par. 5. de pignor. membr. 1. num. 5. quos probat noſter de Pont. conſ. 94. vol. 2.* vbi in
2 fine ſic deciſum refert in regia Camera Summariæ, videlicet, quod, cùm Dux Nuceriæ conſequi debuiſſet à regio Fiſco Comitatum Terrænouæ, ſiue eius excambium, & Dux interim à regio Fiſco quaſdam functiones fiſcales recepiſſet, per illam receptionem non cenſebatur Dux receſſiſſe à principali obligatione petendi dictum Comitatum, vel eius excambium, ſed eas recepit loco cautionis, & maioris ſecuritatis, & interim minus eſſet in damno quòad vſq; Comitatum, vel dictum excambium conſequeretur.

3 Inſuper occaſione prędictorum notandum eſt, quòd, ſi creditor expreſsè, vel tacitè hypothecam remiſiſſet, non cenſetur per illius remiſſionem remittere ſuum creditum, vt ex *tex. in l. poſtquam, ff. de pact. Cumano, & Dec. probauit Neguſan. par. 6. de pignor. memb. 3. nu. 37.* vt alios omittam eſt enim clarum, quod renuntiatio ſit potius reſtringenda, quàm amplianda, & ſit intelligenda in caſu ſuo tantum, nempe, vt in caſu noſtro ſit remiſſa hypotheca, non autem creditum: & ideò ſi hypotheca remiſſa ſit reſpectu certorum bonorum, remanet in alijs bonis eiuſdem debitoris, vt patet ex dictis quæſt. præced. Si verò quòad omnia bona ſit remiſſa hypotheca, tunc poteſt creditor conſequi eius creditum à debitore per aliud iuris remedium, vt notant præfati DD.

S V M M A R I V M.

1 *Hypotecaria an tollatur præſcriptione.*
2 *Agere non valenti non currit præſcriptio.*
3 *Præſcriptio non admictitur de iure canonico ſtante mala fide.*
4 *Hypotecaria quanto tempore præſcribatur.*
5 *Præſcriptio an detur contra bona Eccleſiæ alienata ſine ſollemnitatibus.*
6 *Præſcriptio cum fuerit completa omni iure admictitur etiam in foro conſcientiæ.*
7 *Præſcriptio quadragenaria in quibus locis admictitur, & quid in regno Siciliæ, num. 8.*
9 *Lites ex litibus neutiquam debet oriri.*
10 *Lites quos effectus pariant.*
11 *Laudes Inſulæ Siciliæ referuntur.*
12 *Præſcriptio centenaria nedum habet vim tituli, & priuilegij ſed vim ſeruitutis, & publici inſtrumenti.*
13 *Conſuetudo in contrarium an introduci poſſit ne præſcriptio admictatur.*
14 *Actio hypotecaria in Regno Neapolitano quanto tempore præſcribatur.*
15 *Præſcriptio an admictatur in S. R. C.*
16 *Vrſilli opinio refellitur circa præſcriptio-*

Furtiuis nudata coloribus. ex Apolog. Æſopi. Sequens illud Diui Hieronymi ad Paulin. Malo inquit, alieni operis interpres exiſtere, quàm (vt quidam faciunt informes corniculæ) alienis me coloribus adornare. Vel ne aliorum ad inſtar, Cornicum oculos configerem, vt eſt in prouerbio, pro eo, quod eſt veterum ſcientiam nouo inuẽto obſcurare, & efficere, vt priores nihil ſciiſſe videantur, vt ſcribit *Cicer. pro Murena* dicens. *Inuentus eſt ſcriba quidam C. Flauius, qui Cornicum, oculos confixerit, & ſingulis diebus ediſcendos faſtos populo propoſuerit, & ab ipſis cautis iureconſultis eorum ſapientiam compilarit.*)

6 Cùm autem præſcriptio eſt completa, non ſolùm procedit in foro exteriori, ſed etiam in foro conſcientiæ, vt omnes docent; quoniam ſatis eſt, vt tit. & priuilegio iuris quis bona poſſideat, & proinde ſe tueatur præſcriptionis exceptione, vt ex multis canoniſtis, & Theologis probant *Sayr. lib. 9. clauis reg. cap. 12. Caror. decis. 131. per tot. & præcipuè num. 28. cum ſeqq. Menoch. de arbitr. iudic. lib. 1. q. 49. Couarr. in regul. poſſeſſor. §. 3. in par. 3. Leſſius lib. 2. de iuſt. & iur. cap. 6. dub. 11. nu. 37.*

7 Procedit, & procedere debet vbiq; locorum, & vt poſtponamus noſtrum regnum, de quo dicetur inferius, procedit in regno Hiſpaniarum, vt docet *Couarr. loco cit.* Leſſius etiam in loco citato, & præcipuè in regno Cathaloniæ, vt poſt alios affirmat *Ioann. Petr. Fontanell. in tract. de pact. nuptial. clauſ. 8. gloſ. 19 par. 5. num. 16. cum ſeqq. vt alios reticiam.*

Procedit etiam in Regno Franciæ, vt probat *Boer. decis. 182.*

Procedit in Ducatu Mantuano, adeò vt tollatur omnis actio per legitimam præſcriptionem; & poſſeſſor ſit vndequaq; ſecurus, vt ex multis probat *Surd. decis. 3. nu. 3. conſ. 234 nu. 13. & 24. conſ. 269. nu. 4. vol. 2. & ſæpè aliàs.*

Idem obſeruatur in Rota Piſana, vt aduertit *Alexand. Raudenſ. decis. 11. num. 10. par. 1.* vt aliorum locorum omittam recenſere Doctores.

Idem aduertit procedere in illo Ducato *Theſaur. decis. 157.* ad quem ſe remittit, & alios citat *Morot. in tract. de ſecundo creditore offerente nu. 60.*

8 In regno tamen Siciliæ, dum ibi adeſſem, audiui obſeruari contrarium, vt inibi talis præſcriptio non admittatur, ea ratione, quia eorum magna Regia Curia, tanquam mater, quæ ſequitur æquitatem, non ſolet admittere exceptiones rigoroſas, prout iudicatur exceptio præſcriptionis, & conſequenter illud tribunal ſolùm admittere centenariam præſcriptionem, vt poſt Bongiorum, & quoſdam alios Doctores Siculos refert *Intrigliol ſing. 61. lib. 2.* & iterum in *decis. 28. nu. 19.* & quidam *Iuniores in dicto Regno* mecum diſputantes, audacter hanc ſententiam conabantur defendere.

Verùm plures Seniores doctiſſimi, & integerrimi viri, etiam Senatores in dicto Regno vnam mecum contrariam defendebant ſententiam quando, dùm vbiq; locorum ſeruatur ex diſpoſitione vtriuſq; iuris, quod admittatur talis præſcriptio quadragenaria, non adeſt ratio ſubſiſtens, cur in dicto regno admitti non debeat, ſed magis conueniens, vt potius inibi, quàm alibi admittatur, vt mox dicetur, & in particulari ex multis hoc probant *Addentes ad Intrig. d. ſingul. 61. Anton. Bal. ſuper bull. q. 33 fol. mihi 323.* & plures alij: cum enim vtrunq; ius introduxit, & praxis vniuerſi orbis obſeruet præſcriptionem admittendam eſſe, vt ſit litium finis, ne dominia rerum ſint in incerto, & ob alias plures rationes, publicam reſpicientes vtilitatem, debent etiam in dicto Regno obſeruari.

Additur etiam, quòd *Addent. ad Intrigl. d. lib. 2. ſingul. 58.* & plures alij id voce protulerunt, hoc fuiſſe introductum in illo regno, non tam æquitatis ratione, quàm aliquorum Iudicum auaritia, qui ſportularum, quę ibi eiſdem ſoluuntur, commodo, potius excitari, quàm extingui lites deſiderant: & quàmuis id ego non credam, nam adſunt ibi Iudices timorati, nihilominus, cohibendo linguam à detractionibus, ſententiam retineo, quod præſcriptio admitti debeat, tum quia & leges, & Sacri Canones hoc mandant, tum etiam quia ipſimet Iudices detractiones, & murmurationes plurimas euitant, ne ſic petulanter de illis dicatur lites multiplicare velle ſportularum commodo, cùm potiùs omni iura, & diligentia, prout iura mandant, conari debent lites, earum prorogationes tollere, & ne lites ex litibus oriantur, & quaſi ſerantur, 9
cùm potius tolli debeant *l. 4. §. ait Prætor. ff. de re iudic. l. terminato. C. de fructib. & lit. expenſ.* & Cicero Seruium Sulpitium laudat, non tam ob admirabilem iuris ſcientiam, quàm quòd maluerit litium contro- 10
uerſias tollere potius, quàm actiones inſtituere: lites enim odium generant: pacem, & quietem ciuium perturbant: Reipub. varia, & maxima detrimenta præbent, homines ad ſummam egeſtatem deducunt, eos propriam patriam relinquere cogunt, & aliorum plurimorum malarum ſunt Seminarium, vt *in Authent. de defenſorib. Ciuitat. in princ.* cum alijs cumulatis à *Paulo Mõtano in tract. de iur. tutelar. & curation. c. 33. nu. 260. cum ſeqq.* & habetur in proœm. *in conſuet. Audiuimus in fine*, & conſequenter,

ptum etiam directum dominium,& cõtra illam non dari reſtitutionem in integrum etiam ex capite ignorantiæ, & habere vim legis, & eandem poteſtatẽ, quam habet Imperator, & tollere omnem malam fidem, & habere locum etiam contra Summum Pontificem, & Imperatorem, vt etiam poſt alios probant *Tuſch. in verb. præſcriptio immemorabilis, concl. 550. per tot. de Franch. deciſ. 511. nu. 6.* nam vetuſtas, & priuilegium æquiparantur, vt probant etiam *Andr. in c. Imperialem, § præterea ducatus, nu. 50. verſ. æquiparantur de probib. feud. alien. per Federic. Couarr. in regul. poſſeſſor par. 2. §. 3. nu. 6. & ſeqq. Purpurat. conſ. 536. nu. 7. vol. 2. Lanar. conſ. 14 nu. 8.*

13 Ex dictis cernitur, quod contra prædicta non poſſit introduci conſuetudo in contrarium, quia eſſet conſuetudo contra ius ciuile, & contra ius canonicum, vt ex dictis cernitur, & conſequẽter eſſet neceſſarius conſenſus Principis, vt poſt alios explicaui in procem. *q. 14. num. 12. & ſeqq.* & latiſſimè poſt alios Theologos, & Canoniſtas probat *Suarez lib. 7. de legib. cap. 18. per tot.* etiam quia eſſet conſuetudo contra naturalem rationem, contra quam rationem naturalem non poteſt conſuetudo introduci, vt ex omnium ſententia probat idẽ *Suarez d. lib. 7. cap. 6. cum plurib. ſeqq.* Et in caſu noſtro non ſolùm ius ciuile, & Canonicum, ſed etiam ratio naturalis præſcriptionem introduxerunt, vt ſit litium finis, dominia rerum non ſint in incerto, malitia vnius non ſit alteri nociua, & ſic de alijs, & conſequenter contrarium non eſſet conſuetudo, ſed abolẽdus abuſus, iniqua corruptela, iurium ciuilis, canonici, & naturalis correctio, & multorum aliorum malorum non ſolùm occaſio, ſed etiam ſeminarium, & conſequenter abijcienda, & tollenda.

14 In regno tamẽ noſtro Neapolitano multi tenent actionem hypothecariam tolli præſcriptione longi temporis, nempè, decem annorum inter præſentes, & viginti inter abſentes, ſed non tolli precarium, & conſequenter creditor anterior non obſtãte dicta præſcriptione hypothecæ, poteſt virtute eiuſdem precarij auocare bona ab alijs creditoribus poſterioribus iure aſſiſtendi, & ita bis deciſum refert in Sacro Conſilio *Afflict. deciſ. 139.* vbi plures cumulat, quam ſententiam poſt *Alex. Caſſan. Balb. Neguſan. Dec. Pariſ. Socin. iun. Crauett. Pinell.* & alios probat *Anna pater ſingul. 237. Hypothecaria:* de quibus poſt *Pellice. Tapiam, Marant. Viui. Anton. Fabr.* & alios meminit ad hoc propoſitum *Ioannes Bapt. de Thor. in eius compend. in verb. poſſeſſor tertius ignorans.*

Verùm aliqui ex prædictis Auctoribus non aperiunt qualiter hoc procedat: ideircò ſunt intelligendi, prout loquuntur Auctores, vnde ipſi hoc deducunt, & conſequẽter *Afflict. d. deciſ. 139.* & Auctores, quos ibi cumulat loquuntur de præſcriptione longi temporis decem annorum inter præſentes, & viginti inter abſentes, & per iſtam tollitur ſolùm hypotheca, & remanet precarium, quod præſcribitur ſpatio triginta annorum, quia eſt conditio ex lege, & conſequenter eſt actio perſonalis in rem ſcripta, quæ præſcribitur ſpatio triginta annorum, *l. 1. C. de condition. ex leg.* vt deprecario poſt *Fulgoſ. conſ. 214 Franciſ. de Crem. ſing. 16.* & alios notat *Afflict. d. deciſ. 139. nu. 6.* vbi Addentes *Marant. in tract. de remed. poſſeſſ. num. 57. & ſeqq.* & per conſequens non loquuntur de præſcriptione quadragenaria, qua tollitur non ſolùm hypotheca, ſed etiam precarium, vt ipſimet Auctores affirmant, & ex ſuperius dictis colligitur.

15 Benè tamen verum, quòd *Vrſill. ad Afflict. deciſ. 13 ſub nu. 9. verſ. quid dicendum, & deciſ. 329.* affirmat, quod hodie in Sacro noſtro Conſilio rarò determinantur lites per ſolam præſcriptionem, ex quo quaſi nunquam in illa interueniunt debita requiſita, & pro exemplo affert factum, diſcuſſum per *Afflict. d. deciſ. 13.* contra heredes illius tutoris, qui non obſtante lapſu ſexaginta annorum fuerunt condemnati reſtituere pupillis bona deſcripta in inuentario, quia ſcriptura, de qua aliquis habet notitiã, arguit malam fidem, quia ſcriptura indicat bona eſſe aliena, & citat *Crauett. & Hiero-*

16 *nym. Grat. & dixi ſupra q. 11.* Attamen *Vrſill.* non aduertit, quod Sacrum Conſilium vt refert *Afflict. d. deciſ. 13. num. 29.* non habuit illam ſententiam pro legitima, ſed pro multum dubia, & conſequenter perſuaſit ambabus partibus, vt compromitterent cauſam in idem Sacrum Conſilium, & ſic partes fecerunt, & per Sacrum Conſilium fuit prolatum laudum, & reuocata fuit prædicta ſententia, & ſic non eſt verum, quod Sacrum Conſilium non admiſiſſet præſcriptionem.

17 Quatenus verò *Vrſill.* aſſumit, quod nũquam interueniant requiſita in præſcriptione gratis dicit, & nos ſupponimus interuenire, & dum interueniunt, etiam in Sacro Conſilio præſcriptio currat; ſed ſi adeſſet aliqua iuſta cauſa dandi, & concedendi reſtitutionem in integrum aduerſus præſcriptionem triginta, & quadraginta annorum præcipuè ex capite iuſtæ ignorantiæ, concederetur, vt poſt *Hoſtienſem, Abbat.*

Paul.

Digitized by Google

Paul. de Leazar, Cardinal. Franciſ. de Aret. Butr. Felyn. Alex. & alios probat idem *Afflict. deciſ. 329. vbi Vrſill. Tiraquell.* & locis citat, & probant etiam alij, quos ſequuntur *Tuſch. in verb. præſcriptio. concl. 549. cum plurib. ſeqq. Caſtill. d. deciſ. 12. nu. 16.* vt alios omittam.

SVMMARIVM.

1 *Cenſus ſeu annua præſtatio quanto tempore præſcribatur. & nu. 6*
2 *Centenaria in annuis præſtationibus ex legatis ac vltimis voluntatibus exigitur.*
3 *Præſcriptiones tot ſunt quot ſunt anni.*
4 *Ius exequutiuum in materia bullari quanto tempore præſcribatur, & quid in Regno Siciliæ nu 5.*
7 *Tertius poſſeſſor cum bona fide, & iuſto titulo Hypothecam habens quanto tempore præſcribat.*
8 *Præſcriptio quid ſit.*
9 *Præſcriptio in cenſu emphiteotico quanto tempore admittitur. & quid pro præteritis vel futuris nu. 10.*
11 *Ratio diuerſa eſt in annuo legato, & præſtatione, & in cenſibus.*
12 *Ius quod obſeruatur in annuis reditibus ex contractu an in præſtationibus annuis legatis procedat.*
13 *Annua præſtatio debita Eccleſiæ ſeu loco pio an pro vnica, vel pro pluribus cenſeri debeat.*

QVAEST. XXXVI.

1 TRigeſimoſexto quęro, Annuus cenſus, & quęlibet annua pręſtatio quanto temporis ſpatio pręſcribatur? Hęc quęſtio fuit poſita conſequenter poſt pręcedentem quęſtionem, & ab illa diſtracta fuit ad euitandam prolixitatem quęſtionis pręcedentis, & ob maiorem legentium commoditatem.

Pro cuius declaratione dico. Primo non eſſe hic quęſtionem de pręſcriptione tributi, quod ſoluitur in recognitionem directi dominij; hoc enim ius dicitur imprȩſcriptibile, quia nullo vnquam temporis ſpatio pręſcribitur, *l. competit, vbi omnes, C. de præſcript. trig. vel quadrag. annor. Franciſc. Marc. deciſ 352. num. 4. par. 1. Boer. deciſ 264.* & alij, quos probat *Tuſch. in verb. præſcriptio. concluſ 570.* vbi latiſſimè examinat, quænam præſcribi non poſſint, & conſequenter quæſtio procedit de præſcriptione cenſus ſingularis, nempè de ſingulis præſtationibus, quę debentur ratione dicti cenſus, & tunc datur præſcriptio triginta annorum, *l. cùm notiſſimi, §. in ijs, C. de præſcrip. trig. vel quadrag. annor.* & alij, deſuper citati, ea ratione, quia per hãc præſcriptionem non tollitur ius ſupremi dominij, cuius ratione prohibetur præſcriptio, ſed ſolùm tollitur ſolutio cenſus, & remanet ſubiectio, & iuriſdictio. *c. ex parte de priuileg. Bald conſ. 314 Ad euidentiam, nu. 3. lib. 3. Grammat. deciſ 100. nu 21. Tuſch. in d verb præſcriptio. concluſ. 563. num. 3. poſt alios Surd. deciſ. 3. per tot. præcipuè nu. 16. cum ſeqq.* cum alijs inferius cumulandis.

3 Dico ſecundò in annuis præſtationibus, quæ ex legatis, vel aliarum vltimarum voluntatum ratione ſoluuntur non currere præſcriptionem continuandi in futurũ ſpatio triginta annorum, ſed eſſe neceſſariam præſcriptionem centenariam, quia hoc tẽpore totum legatum præſcribitur, *l. vt interdum, & l fin. C. de ſacroſan. Eccleſ. Abb.* & alij, quos probat *Tuſch. d. concluſ. 563. nu. 5. concluſ. 553. nu 22 cum ſeqq. gloſ in d. l. cùm notiſſimi, §. fin. in verb. cuiuſcunq; anni verſ. tu dic tertiò, Crauett.* & alij, quos probat *Roderiq. lib. 1. de annuis redditib. quæſt. 17. nu. 101. cum ſeqq. Andr. Gayl obſeruat 76. lib 2. Tepat lib. 2. variar. iur. ſenten. in tit. de cenſib. § præſcriptio contra annuam præſtationem Bemius conſ. 153. num. 39. lib. 2.* poſt alios *Peregrin. conſ. 81 nu 1. vol. 2. Hieronym. Gauall q. 569 num 3. practicar. quæſtion. commun. contra commun.*
3 quia tot ſunt præſtationes, quot ſunt anni, *l. pluribus, § de hac ff de verb. obligat. Azo. in ſumma C. de præſcrip. trig. annor. nu 6. Alex. in l de pupillo § in pluribus nu 5. vbi Iaſ ff. de noui oper. nuntiat. Foller. in tract. de cenſib. in verb. vnius nu. 106. & alij cumulandi nu.*

4 Dico tertiò ius executiuum etiam in cenſu bullari, ſeu inſtrumento guarantigiato, ac in ſentẽtia de iure communi præſcribi ſpatio triginta annorum, ſi aliud per cõſuetudinem loci non ſit introductum, *Bart. in l planè vbi Bald ff. quod falſo tutor. geſt. eſt Orian Franch. Grammat. Vrſill. Marant. Pariſ. Felyn. Crauett & Corrad.* quos probat *Tuſch. in d verb. præſcriptio concluſ. 547. nu 1. cum ſeqq.* Dixi de iure communi, nam conſuetudine introduci poteſt ſpatium minoris temporis, & ſuper decem annos id fiat; nam valet tale ſtatutum, *Cremenſ ſingul. 141.* ſtatuto cauetur, vbi multis hoc probat mediis. & *Couarr.* quos probat *Tuſch d. concl 547. nu. 6. & 7.* cum alijs infra cumulandis.

5 Hinc introductum eſt in dicto Regno Siciliæ, quod ius executiuum ſententiæ præſcribatur ſpatio vnius anni, & elapſo anno, procedatur per viam cedulæ condemnatoriæ, ſiue per actionem in factum, ac rei iudicatę; quo caſu eſt neceſſaria noua petitio,

& noua

Digitized by Google

& noua condematio, quia eſt præpoſitio nouæ actionis, quæ debet intentari coram Iudice competente rei conuenti, vt poſt *Bart. in l. à diuo Pio, § ſententiam Romæ, ff. de re iudic.* probat *Bongiorn. ſuper ritu Regis Alphonſi in dicto Regno Siciliæ cap. 132. verſ ibi poſt annum, vbi Cumias cap. 16. nu. 12 & ſeqq. Muta. Surd. & alij quos probaui conſ.* . . . vbi latiſſimè hāc materiam diſcuſſi, & vltra ibidem cumulatos, idem poſt alios probat *Marius Giurba in deciſionibus eiuſdem Regn. deciſ 96. totum*. Ius verò cauſandi executionem in cenſibus bullaribus per viam executiuam præſcribitur in eodem regno ſpatio decem annorum ſicuti mandat idem ritus Alphōſi, vbi *Ioannes Aloyſ. de ſeptimo cap. 111. §. infra decennium, vbi Anton. & Blaſc. Lant. cap. 132. in verb. decennium, & in eod. cap. 132 omnes ſcribent. Cumias in d rit cap. 7. num. 8. cum ſeqq.* & hoc eſt vulgatum inter omnes Siculos, qui etiam docent, quod non valeat pactum in contrarium, vt, nempè, non obſtante lapſu decennij, poſſit fieri executio, quoniam pactum prædictum nō valeret, ex quo pacta priuatorum non poſſunt tollere ius commune, nec etiam municipale, vt ſæpè ſæpiùs notatum eſt.

His notatis, examinanda eſt quęſtio propoſita nam ſecundum ius commune, quàm etiam ſecundum terminos bullæ in dicto regno Siciliæ, ſed hoc vltimum examinabo quæſt. ſeq.

6 Dico igitur quartò. Annuus cenſus præſcribitur ſpatio triginta, vel ad ſummum quadraginta annorum, attenta diſpoſitione iuris communis: hoc dictum ad litteras probat *tex in l ſi quis emptionis, § fin C. de præſcrip trigin. vel quadrag annor* ibi: (*exceptionem etiam triginta, vel quadraginta annorum in illis contractibus, in quibus vſuræ promiſſæ ſunt ex illo tempore initium capere ſancimus, ex quo debitor vſuras minimè perſoluit*) *& gloſ. ibi in verb.* exceptionem ſic ponit caſum. (*Debes mihi aliquid annuum ſoluiſti; poſtea ſtetiſti triginta annis continuis, quod non ſoluiſti ſine interpellatione, præſcripſiſti*) Eandem ſententiam probat *tex in l. cùm notiſſimi, §. in ijs, eod. tit.* ibi (*In ijs etiam promiſſionibus, vel legatis, vel alijs obligationibus, quæ dationem per ſingulos annos, vel menſes, aut aliquod ſingulare tempus continent, tempora memoratarum præſcriptionum non ab exordio talis obligationis, ſed ab initio cuiuſcunq; anni, vel menſis, vel alterius ſingularis temporis computari manifeſtum eſt*) vbi gloſ. in verb. *cuiuſcunq; anni* hanc ſententiam probat, quod tali tempore præſcribatur annuus cenſus; quam ſententiam ſequuntur ibidem *Bulgar. Oldrad. Oddoffred. Ioann. Faber, Iacob. Butricar Bart. Bald. Angel. Alberic.* & quidam alij ſequuntur etiam *Azo. in ſumma C. eod. tit. nu. 6. Dyn. & Bart in l. de pupillo, §. ſi in pluribus. ff. de nou. oper. nuntiat.* vbi *Alex. num 4. cum ſeqq. idem Alex. in l. ſi Stichum, §. 1 num 3. ff de verbor. obligat.* Quam etiam ſententiam probant *Angel per illum tex in l. eos, qui, num. 2. C. de vſur. Caſtr. in tract. de annon. in princ. nu. 41. Gigas in tract. de penſionib q. 83. nu. 8. Barbat. conſ 9. nu 2. lib. 3. Aretin. conſ. 112. ante nu 1 Balb. in tract. de præſcript. par. 4 princip. q. 4. nu 3. Ioann. Andr. Abb. & Felin. in c. auditis in fin. de præſcription. Rebuff. tom 2. commentar. conſtit. Gall. de famulor. ſalar. gloſ 11. in fin. Guttier. conſ 87 nu. 13. Signorol. de Homod. conſ. 31. Iaſ. conſ. 7. nu. 7.* vbi affirmat hanc eſſe veram, & communem opinionem *Fulgoſ. conſ. 234. in fin.* vbi ſimiliter hanc dicit eſſe communem, & in iudicijs receptam ſententiam, *Bald. conſ. 313 & conſ. 314. lib. 3. Put.* & alij, quos probat *Tuſch. in verb. cenſus annuus, concluſ. 195. nu. 1. & 3. & in verb præſcribi poteſt annua præſtatio. concluſ. 545.* probat etiam *Magon. deciſ 95. Rota Florentina Ioſeph Ludouic. deciſ. 31. Rota Lucenſ. Tepat. lib 2. variar. iur. ſententiar. in tit. de præſcript. trigin vel quadrag. annor. §. annuis præſtationibus, Roderic in tract. de annuis redditib. lib. 1. q. 17. nu. 100. & ſeqq. & lib. 2. q 9. nu. 64. Gomez, tom. 2. variar. reſol. cap. 11. in tit. de qualit. contract. nu. 45. Decian. conſ. 2. num. 40. & ſeqq. vol. 1.* vbi teſtatur de communi, *Theſaur. deciſ. 179.* vbi ſic plures deciſum refert etiam in cenſu emphyteotico, iuxta *tex. in d §. in ijs*: eandem opinionem poſt alios ſequitur *Surd. deciſ. 1. cum trib. ſeqq.* vbi ſic etiam deciſum refert contra Principem, vt etiam contra illum procedat talis præſcriptio quadraginta annorum, in annuo cenſu: tuentur eandem ſententiam *Valaſc. conſultat. 49. nu. 6.* vbi dicit eſſe nimis ſubtile tueri contrarium, & quòd in praxi talis præſcriptio obſeruatur, quia ſicut vna præſcriptio ſufficit ad obligādum, ita ſufficiet ad liberandum, *Azebed tom. 2. commentar. iur. Hiſpan. lib. 4. tit. 15. l. 9. num. 2. Maſſuer. in ſua prax. in tit de præſcription. verſic.* item quis emphyteuta latiſſimè *Federic. Martin. in tract. de iur. cenſ. cap. 5.* de iuſto annui reddit. *pret. num. 80. cum omnibus ſeqq.* & hanc eſſe opinionem omnium citra Montanorum affirmat *Peregrin. in conſil 81. num. 2. verſ. citra Montani. Ex tex in cap de quarta, de præſcription.* quo ſancitur, vt de quarta decimæ, & oblationis defunctorum clericus ab impetione Epiſcopi quadragenaria præſcriptione temporis ſe tueri poteſt:

Digitized by Google

nam tanto temporis ſpatio etiam decimæ præſcribuntur, vt habetur in *eod. tit. in cap. ad aures, ibi* (*Tuæ fraternitati tenore præſentium innoteſcat, quòd de iure melior eſt conditio poſſidentis, quia quadragenalis præſcriptio omnem prorſus actionem excludit*, & iddem habetur in *cap. auditis eodem tit.* faciunt etiam latiſſimè diſputata per Fælicianum *tom. 1. de cenſib. lib 3. cap. 4. num. 12. & ſeqq. & tom. 2. lib. 3. cap. 4.*
7 *num. 18. cum ſeqq.* vbi poſt alios probat, quod tertius poſſeſſor cum bona fide, & iuſto titulo, etiam actionem hypothecariam in cenſu præſcribat ſpatio decem annorum inter præſentes, & viginti inter abſentes, vt reliquos omittam Auctores, quia prædicta iura ſint Manifeſta, & ſine tergiuerſatione euitari nequeunt, vt etiam eſt *tex. ad literam, C. de vſur. in l. eos ibi* (*eos, qui à principali actione per exceptionem triginta, vel quadraginta annorum ſiue perſonali ſiue hypothecaria ceciderunt; iubemus non poſſe ſuper vſuris, vel fructibus præteriti temporis aliquam mouere quæſtionem, dicendo ex eiſdem temporibus eas velle ſibi perſolui, quæ non ad triginta, vel quadraginta præteritos annos referuntur, aſſerendo ſingulis annis earum actiones naſci: principali enim actione non ſubſiſtente, ſatis ſuperuacuum eſt ſuper vſuris, vel fructibus adhuc Iudicem cognoſcere.*) Itaq; clarum hoc mihi videtur, & quòd non ſit Iuridicum, ſed potius cauilloſum de contrario diſputari, cùm ſit opinio vbiq; locorum recepta etiam contra Principem, & Eccleſiam, prout ex ſuperius dictis cerni poteſt.

Et licèt multis rationibus DD. prædicti hanc firment ſententiam hæc vnica ſatis erit; qui enim ſpatio triginta, & eo magis quadraginta annorum cenſum non exegerit, præſumitur habuiſſe animum remittendi cenſum prædictum debitori, & ius ſuum illi cedere, & cùm leges hoc tempus taxauerint, ſiue præfiniuerint in exactione cenſus, & mandauerint, vt eo tempore elapſo, ſit præcluſa via amplius non exigẽdi vtiq; non exigens cenſetur ſe ipſum excluſiſſe à tali exactione, & ius ſuum remiſiſſe: clarum eſt enim, quod omnes actus noſtri cenſeantur facti ſecundum diſpoſitionem iuris, & tanto magis in hoc caſu ob varias vtilitates, prouenientes ex præſcriptione prout cerni poteſt ex diſcuſſis quæſt. præcedenti, & ideo præſcriptio communiter definitur, vt ſit ius quoddam ex tempore
8 proueniens, legum authoritate vim capiẽs, negligentibus pœnam inferens, & finem litibus imponens, ita *Ioannes Andr. in c. poſſeſſor. de regul. iur. in 6. Abb. Fely.* & alij *in rubr. extra de præſcriptionib. Balb. par. 1. de præſcript. q. 2. Oinotom. in rubr. nu. 6. inſtit. de vſucapion.* & faciunt tradita poſt alios per *Surd. deciſ. 158 nu. 13.* & per me cumulata in *tit. de renuntiat. q. 1. num. 49. cum ſeqq. etiam in additionib.* quod non faciens in tempore congruo, quod facere debebat, iuri ſuo renuntiare præſumatur.

9 Et idem procedit in cenſu emphyteotico, vt habetur in *d. §. in ijs, in l. cùm notiſſimi, C. de præſcript. trigint. annor.* de qua materia latiſſimè poſt alios tractant *Theſaur. deciſ. 179.* & alibi *Surd. d. deciſ. 1. cum trib. ſeqq. Peregrin. d. conſ. 81. num. 3. & ſeqq. lib. 2. Tuſch. in verb. præſcriptio emphyteuſis, concluſ. 561.* Qui, & præcipuè duo vltimi aliquas declarationes, & limitationes ponunt in præſcriptione cenſus emphyteotici, quas omitto, quia, vt in primo dicto retuli hæc quæſtio non habet locum circa præſcriptionem, quæ tollit ius ſupremi dominij.

Sed contra hoc quartum dictum tenent plures Doctores, & mouentur ratione citata in ſecundo dicto in annuo legato, quod non præſcribitur ſpatio quadraginta annorum quia, ſicut ibi tot ſunt præſtationes, quot ſunt anni, & ſic quælibet præſtatio ſuam poſtulat præſcriptionem, & ſic vnica præſcriptio non ſufficit ita erit in quolibet annuo cenſu debito ex contractu, prout in ſpecie tenent in *d. §. in ijs, Rayner. Martin. Iacob. de Aren. Cyn. Petr. de Bellapert. & Fulgoſ.* ſic etiam *Salycet.* (qui pro annuis præſtationibus futuris tenet primam ſententiam quod ſit inducta præſcriptio, vt in futurum annuus cenſus exigi nequeat, poſſint tamen exigi annui cẽſus in præteritum, nempe, pro toto ſpatio triginta annorum. Ad ſecundam ſententiam inſinuat *Speculator in tit. de locat. §. nunc aliqua, n. 41.* vbi ponit opinionem *Martini*, tenent etiam *Cyn. in l. comperit q. 3. C. de præſcript. trig. annor. & in l. plures, C. de fide inſtrumentor. Bald. in l. eos, nu. 3. C. de vſur. Butr. in c. peruenit, nu. 27. de cenſib. Iaſ. in l. de pupillo. § ſi pluribus, ff. de nou. oper. nuntiat. Capell. Tholoſ. deciſ. 343.* vbi eius addentes, *Crauett. par. 4. de antiquit. tempor. §. materia, nu. 36 Fulgoſ. conſ. 164.* vbi teſtatur in ambiguis hanc viam eſſe attendendam, vti ſecuriorem, & naturali iuri conuenientiorem tenent *Guid. Papa deciſ. 406. Corneus. conſ. 22. num. 20. volum. 3. & conſ. 44. num. 13. lib. 2. Boer. deciſ. 136. in fin. Gail. obſeruat. 73. lib. 2. num. 1.* vbi teſtatur ita decidere ſolere Cameram Imperialem prout affirmat etiam *Myſinger. obſeruat. 13.* probant etiam *Maſtrill. ad Petr. de Gregor. in tract. de cenſ. q. 9. n. 34.*

Boc-

Digitized by Google

Boccac. in tract. de cenſib. num. 67. qui poſt alios probat opinionem contra Salycetum, quod à triginta annis ſupra dicantur præſcriptæ annuæ præſtationes, non autem à triginta annis infra, quorum opinionem dicit non eſſe ſolidam, ſed imperfectam *Federic. Martin. d. cap. 5. num. 80. cum ſeqq.* qui pluribus medijs, iuribus & auctoritatibus horum ſententiam improbat; prout etiam facit *Cauall. in ſuis practic. quæſtion. commun. contra commun. q. 569. num. 10. & 11.* & iure quidem, vt ex dictis cernitur, & mox etiam dicetur; quia ab hac ſecunda ſententia tolluntur *Bald. Iaſ. Fulgoſ.* & quidam alij, qui etiam primam tuentur ſententiam tolluntur etiam *Salycet.* qui in
10 aliam iuit ſententiam quod præſcriptio ſit pro futuris, non autem pro præteritis cenſibus tolluntur etiam *Boccac. Maſtrill.* & ſi qui alij ſint eiuſdem opinionis, qui tenuerunt, quod præſcriptio ſit pro præteritis, non autem pro futuris præſtationibus annui cenſus; nulla enim mihi videntur ſolida ratione moueri dimidiando præſcriptionem prædictam.

11 Nec vrget eorum aſſomptum de annua præſtatione ex cauſa legati, ſiquidem eſt diuerſa ratio in annuo legato, & in annuo reddito ex contractu, quia in annuo legato tot ſunt præſtationes, quot ſunt anni, & ſingulis annis naſcitur obligatio, & actio, ſed in annuo cenſu debito ex contractu à principio contractus naſcitur vnica obligatio, & actio, quæ ſucceſſiuis temporibus diſtribuitur, & venit ex vnitate ſtipulationis; quę quidem actio non finitur morte debitoris, nec creditoris, ſed tranſmittitur ad *hæredes, l. Senatus, §. fin. ff. de donation. cauſ. mort. l. ſi Stichum, §. ſtipulatio. vbi omnes, ff. de verbor. obligat. Roderic. d. q. 17 num. 101. cum ſeqq. & eodem lib. 2. q. 15. nu. 35. & ſeqq. Surd. conſ. 302. nu. 8. vol 3.* & patet ex dictis ſupra *q. 21. de prælat. creditoris*, etiam reſpectu intereſſe, & conſequenter non poteſt fieri illatio de vno ad aliud.

12 Nec obſtat ſecundò quod multa iura probant, quod etiam in annuis pręſtationibus debitis ex contractu ſeruetur idem, quòd obſeruatur in pręſtationibus annui legati; nam loquuntur, quando ſint eiuſdem naturę, ſiuè effectus, nempe, primò ſi contractus eſſet conditionalis, ſi ſolutio fieret ſingulis annis, dummodo aliquid adimpleatur ex parte eius, cui fit ſolutio, *l. ſi ſeruus communis Mauij, §. fin. vbi Bart. nu. 2. & 3. ff. de ſtipulat. ſeruor.* vel ſecunda ſi annuus cenſus ſolueretur durante vita alicuius, *l. ſancimus, §. ſi quis autem, el ſecundo, C. de donation.* Vel tertiò quando ſtipulatio annuę ſolutionis fieret per expreſſas dinumerationes temporum, adeò vt ſingulis annis naſceretur obligatio, & actio, *l. ſi pluribus. § 1. ff. de verb. obligat.* & ſic de alijs: nam in effectu in his, & ſimilibus caſibus tot eſſent pręſtationes diſtinctę, quot ſunt anni, & conſequenter aſſimilarentur annuo legato, cum quo eſſent in hoc eiuſdem naturę, & conditionis, & conſequenter tot eſſent neceſſarię pręſcriptiones, quot ſunt annuę pręſtationes, vel eſſet neceſſarium tempus centum annorum, quo pręſcribitur annuum legatum, vt retuli ſupra in ſecundo dicto, & maior pars Doctorum, qui ſecundam tuentur ſententiam, loquuntur in annuo legato, vel in annuo reddito, debito ex contractu, qui aſſimiletur annuo legato, vt ex illorum lectura cernitur, & ex dictis etiam colligitur, & poſt alios aduertit *Roderic. d. q. 17. nu. 101.* & conſequenter reduci non poſſunt ad quęſtionem noſtram.

13 Poſtremò confirmatur noſtra ſententia quia, ſi daretur caſus, quod annuum legatum pręſtaretur alicui Eccleſię, Monaſterio, Collegio, vel Ciuitati, quia tunc hoc legatum, vel quęuis alia annua pręſtatio in effectu diceretur vnica reſpectu obligationis natę à principio, quoniam huiuſmodi perſonę non moriuntur, & legatum dicitur purum, & à principio vnam producit actionem, quamuis petitio, & exactio ſit ſuſpenſa, ſiue diſtributa in ſingulos annos; & conſequenter talis annua pręſtatio, pręſcriberetur ſpatio quadraginta annorum; quoniam hoc tempore etiam contra Eccleſiam pręſcribitur, vt millies ſupra replicatum eſt, & ita in facti contingentia fuiſſe iudicatum in Hiſpania poſt *Gregor. Lopez* affirmat *Roderic. d. q. 17. nu. 103. §. ſi igitur legatus.*

Ex quibus omnibus colligitur, quòd, dum vnica eſt ſtipulatio, vnica naſcitur actio, & obligatio à principio, & omnes pręſtationes pręſcribuntur ſpatio quadraginta annorum, & hęc mihi videtur veritas in hac quęſtione ſalua cenſura melius ſentientis.

SVMMARIVM.

1 *Annuus cenſus in Regno Sicilia quanto tempore præſcribatur, & quid attenta diſpoſitione iuris communis num. 2.*

3 *Exceptio præſcriptionis in prima inſtantia an admittatur.*

4 *Actio omnis atq; obligatio ſpatio 30. annorum tollitur.*

5 *Centenaria præſcriptio tollit capitale ac cenſus.*

6 *Exceptio præſcriptionis an ſufficiat allegare per debitorem, & ſi non allegaret. Quid agendum nu. 7.*

QVAEST. XXXVII.

TRigeſimoſeptimò quæro, An in regno Siciliæ præſcribatur annuus cenſus? Non mirentur lectores, ſi in hoc titulo præcipuè tot quæſtiones examinaui concernentes praxim dicti Regni Siciliæ, quia multoties replicaui hoc tertium volumen me compoſuiſſe, plurimum adiutus ab eiſdem doctiſſimis ſiculis, & eum eiſdem prædictas quæſtiones diſputaui, præcipuè in hoc titulo ſituatos, & coactus fui, & multum inſudaui in quibuſdam caſibus ſucceſſis, in quibus neceſſariò conſulere debebam, vt contrarium obtinerem, & multis ex ſpectabilibus Conſiliarijs eiuſdem Regni viſis allegationibus, non ita de facili exercebant, nec vtebantur procedendi modo, quo dicebant ſe in præteritum procedere ſolere; & vtcunq; ſit, vt etiam ſupra pluries indicaui, non eſt meum propoſitum illos impugnare, ac eos cogere, vt meam ſequantur ſententiam ſed diſputare, ac proponere quicquid circa prædicta mihi videtur verius; & tum quia ſemper, vel quaſi ſemper, dum contra ſiculos ſcribo, cum ſiculis teneo, eoſq; defendo, vt legenti eſt facilè perſpicuum; tum etiam, quia, dum ita acuti ſunt, data occaſione ſapientibus, ſapientiores fiunt, & melius intuebuntur veritatem, vt ſemper euenire ſolet in communibus opinionibus, prout patere poteſt in Apolog. ſecundi voluminis nu. .

1 In varias opiniones iuerunt ſiculi Doctores aliqui enim tenent iuxta opinionem Boccaccij, & aliorum, quod à triginta annis ſupra præſcriptio procedat, non autem in poſterum, nempe, quod creditor ceſſus nō exactos per annos triginta, non poſſit exigere, quia ſunt præſcripti, ſed à triginta annis infra poſſit cenſus exigere, niſi elapſi ſint triginta anni; & conſequenter ſingulis triginta annis præſcribantur cenſus. ita poſt alios *Maſtrill. in addition. ad Petr. de Gregor. in tract. de cenſib. q 9 nu. 34.* Sed horum opinio patet improbata ex dictis *quæſt. præced nu.* .

Alij opinantur, quod præſcriptione triginta annorum ſolùm tollatur via executiua, remaneat tamen via ordinaria, qua poſſit creditor exigere cenſus nō exactos. Sed hoc gratis dicunt & etiam, quia, vt retuli *quæſt. præced in 3.* dicto, via executiua in dicto regno in cenſibus bullaribus præſcribitur ſpatio decem annorum; in ſententia verò præſcribitur ſpatio vnius anni: itaq; Auctores huius ſententiæ nullo nituntur fundamento.

2 Alij tamen veritatem magis ſectantes, docent eandem præſcriptionem locum habere in dicto regno in annuo cenſu, quæ locum habet ſecundum ius commune, nempe, quod vna præſcriptio triginta annorum tam pro præterito, quam etiam in futurum ſufficiat ad præſcribēdum *ita Foller. in tract de cenſib. in verb. huiuſmodi cenſualia nu 92. Anton. Ballus ſuper bull. dicti regni q. 33. tot.* vbi varijs modis hoc probat, quam etiam ſententiam tuentur *Vincent. Pertoll. in rit dicti regni cap. 102. in princ* vt in dicto regno poſſit apponi exceptio triginta annorū. *Anton. Lanc. in eod. rit. cap 132. in verb.* decemnium. Subdens quod ſi vnica ſit obligatio, vnica ſufficiat præſcriptio, & *cap. 102. in verb ab annis decem.* idem tenet, prout hac iddem ſequuntur *Ioann. Aloyſ. de ſeptimo in d. rit. cap. 111. in verb. infra decennium, verſ ſolet etiam quæri. Et ibid. Cumias cap. 7. nu. 10. cum ſeqq.* latiſſimè *Franciſc. Milanenſ deciſ 12. nu. 13. 32. 58. 104. 108. cum ſeqq. & deciſ. 15. num. 17. lib. 2.* & plures eximij viri, & Doctiſſimi Regij Conſiliarij, & alij Doctores in dicto Regno eandem opinionem ſequebantur: quos in hac quæſtione conſului, & iure quidem, vt patet ex dictis quæſtionibus præcedentibus. & præcipuè *q 35.*

3 Nec obſtat, quod *Petr. de Gregor ſuper d. bull. q 6 num. 57. & Foll. r. ibid in verb. tanquam res, nu. 35* & quidem alij teneāt, quod in dicto regno in prima inſtantia non admittatur exceptio præſcriptionis contra cenſualem contractum, ſed admittatur poſtea in cauſa oppoſitoria. Nam primò reſpondetur contra eos eſſe receptiorem ſententiam quod etiam exceptio præſcriptionis decennalis admittatur in dicto regno, vt notat *Milanenſ. locis citatis*, quem ſequuntur. *Ballus d. q. 33 nu. 6. Adden ad Intrigliol ſingul. 58. lib. 2.* cum alijs cumulatis *quæſt. præced. in 3.* dicto, & vt audiui, dum ibi adeſſem, ita obſeruatur, & ſic practicatum vidi, nam elapſo decemnio agitur per actionem in factum, & vt aiunt, per cedulam condemnatoriam.

4 Secundò reſpondetur nos non loqui de præſcriptione decennali, vt loquuntur prædicti Doctores ſed loqui de pręſcriptione triginta annorum, qua ſecundum eoſdem ſiculos tam pro pręterito, quàm in futurum eſt pręſcriptus annuus cenſus, & ſublata eſt omnis actio, & obligatio per talem pręſcriptionem quę parit pleniſſimam ſecuritatem, *l ſicut, C. de præſcript. trig. vel quadr. annor.* nec de facili

contra

contra illam datur reſtitutio in integrum, etiam ex capite ignorantiæ, vt poſt alios latiſſimè explicant *Surd. deciſ.3. nu.3. deciſ.4.nu.4.cum ſeqq.Tuſch.in verb.præſcriptio.conclus.563.cum ſeqq.*

5 Inſuper eò magis præſcriberetur annuus cenſus etiam in dicto regno, ſi eſſet præſcriptio immemorabilis, ſiue centenaria, vt patet ex dictis in quæſtionibus præcedētibus, vt in particulari, quòd præſcriptio centum annorum tollat capitale,& cenſus, tenet *Petr.de Bellapert.in l.cùm notiſſimi, §.in ijs,in fin.verſ.item quia dixi, & ibid. Cyn.* poſt alios hoc idem ſequitur *Guid. Pap deciſ.406. num.2.* vbi ſic ſemper dicit vidiſſe iudicatum,prout ſic etiam affirmat *Boer.deciſ.336.in fin.*vt alios omittam: nō enim hoc poteſt habere ſubſiſtentem dubitationem,quoniam ſi ex diſpoſitione iuris,& ſecundum receptiorem,& veriorem ſententiam, & capitale, & annui cenſus præſcribuntur ſpatio quadraginta annorum à maioritate rationis præſcribuntur per centenariam.

6 Poſtremò notandum eſt, quod ad probādam præſcriptionem non ſit neceſſarium ex parte debitoris probare aliquid poſitiuum, ſed ſufficit allegare exceptionem præſcriptionis quia nempe fuit præſcriptū, hæc enim negatiua probatur eo ipſo, quod creditor non probat contrarium, nempe, ſe exegiſſe infra illud tempus, vt eſt videre penes præcitatos Doctores, & fundat poſt alios *Crauet. conſ.57.* quem probat *Tepat. in tit.de cenſibus in antiqu.fol.72. col.2. §. penult.& in tit.de præſcript.30 vel 40.annor.fol.298 col.3.§.penult.*& alij: quia creditor, ſiue actor tenetur probare fundamētum ſuæ intentionis, & conſequenter probare ſe,vel eius maiores, ſiue alios exegiſſe dictum annuum cenſum, & quòd præſcriptio non ſit introducta.

7 Requiritur tamen,quod reus alleget prædictam præſcriptionis exceptionem; quia, ſi illam omiſerit,& perdiderit, non poterit agere de euictione contra eius Auctorem, vt eſt *tex.ad literam in l.ſi obligata prædia, C.de euiction.*vbi omnes.

S V M M A R I V M.

1 *Creditor ſecundus qui iure offerendi emit pignus à priore creditore an cenſeatur remittere ſuam hypotecam.*

2 *Secundus creditor ius offerendi habēs priori creditori, vt illi debitum ſoluat, & in eius locum ſuccedat, & quid ſi nollet recipere pretium nu 3.*

4 *Creditor prior an cogi poſſit cedere ſua iura ſtante depoſito facto pro creditorem poſteriorem.*

5 *Creditor poſterior an poſſit deponere pecuniam integram creditori anteriori partim ex credito antiquo partim ex poſteriori.*

6 *Creditor ſecundus an teneatur offerre pecuniam expenſam propter meliorationes factas ab eodem creditore anteriore.*

7 *Creditor poſterior an poſſit offerre creditum anteriori creditori cui fuit pignus datum inſolutum.*

8 *Ius offerendi in Regno an concedatur facta adiudicatione in forma præuia ſententia aſſiſtentia.*

9 *Poſſeſſor vi rei pignoratæ ſemper præfertur.*

10 *Remiſſio hypotecæ an, & quando cenſeatur facta.*

11 *Creditor ſecundus ſoluendo creditum anteriori creditori an cenſeatur remittere hypotecam.*

12 *Quis poteſt ſua iura defendere ex titulis validis, & quid ſi vnus titulus eſſet inualidus, nu.13.*

14 *Actio ſemel extincta an reuiuiſcat.*

15 Tex. in l. cum poſterior, ff de diſtract. pignor.*ponderatur, & declaratur nu.16.*

17 *Ius congrui an eſſet in creditore poſteriore emente bona extraneus.*

Q V AE S T. XXXVIII.

1 TRigeſimo octauò quæro, An ſecundus creditor, qui iure offerendi emit pignus à priori creditore, cenſeatur per illam emptionem remittere ſuam hypothecam? Hāc etiam quæſtionem de facto habui in Vrbe fælici Panhormi cum quodam docto viro, qui audacter in cauſa cuiuſdam Monachi opinionem affirmatiuam conabatur defendere ex *tex.in l.cùm poſterior.ff de diſtrac. pignor.* ſed omnes alij eruditiſſimi viri in dicta Ciuitate vnà mecum negatiuam tuebantur ſententiam, & approbarunt omnia per me diſcuſſa in hac quæſtione noluit tamen ille ſolus Doctor approbare; ſed remāſit in eius opinione Addam nunc pro huius quæſtionis,& aliquarum ſequentium declaratione quædam de iure offerendi, quæ ibi non diſcuſſi in hac cauſa.

2 Dico igitur. Primò ſecundum creditorem habere ius offerendi priori creditori, vt illi debitum ſoluat,& in ejus locum ſuccedat. Hoc dictum eſt clarum,& habetur in *l.potior. §.vltimo, ff qui potior. in pignor. habean.& toto tit.C.ſi antiq.credit.& C.de his, qui in locum prior. creditor. ſucceder.*

3 quod dictum eſt adeò verum,vt poſſit ſecūdus creditor priori creditore inuito exercere ius offerendi,& ſi prior creditor nollet ſuum creditum recipere, poteſt ſecundus

creditor depoſitare pecuniam debitam dicto priori creditori: ſed tenetur depoſitare totum debitum principale vna cum vſuris, ſiue legitimo intereſſe, alias prior creditor habet iuſtam cauſam nō recipiendi oblationem, *l. grege. in fin ff de pignor. l. creditor acceptis, §. 1. ff qui potior. in pignor. habean. l. 2. C. debitorem vender. pign. impedir. non poſſ. Bart. Caſtrenſ. Crauett. & Neguſan.* quos probat *Mantic. lib. 11. de tacit. & ambig. conuention tit. 28. num. 18.* & alij quos probat *Ludouic. Morotius in tract. de ſecundo creditore offerente num. 12 cum*
4 *ſeqq. & nu. 68. & ſeqq* Et dum eſt depoſitata pecunia pro capitale, & tertijs decurſis cogi poteſt prior creditor cedere iura ſua ſecundo creditori, *Bart. in l. Ariſt. nu. 1. & ſeqq. ff quæ res pignor obligar. poſſ & in l. 1. num 1. & 2.* per illum *tex. C qui potior. in pignor. habean. Neguſant par 5. de pignor. membr. 3. nu. 10. verſ.* Secundò amplia quos probat *Mantic d. tit. 28 nu. 5.* & hoc iure vtimur; ſatis eſt enim, quod prior creditor habeat ſuum capitale cum legitimo intereſſe.

5 Ampliatur etiam habere locum hoc dictum, ſi prior creditor poſſideret pignus partim ex credito anteriori, & partim ex credito poſteriori, quia ſecundus creditor ſufficit offerre debitum tantum alterius, non autem poſterius, *l. quærebatur, ff qui potior in pignor. habean. Neguſan d. memb. 3. nu. 11. in fin. Mantic d. tit. 28 nu. 7.* & dicetur infra *q 40. & 41.*

6 Verùm ſi prior creditor dicta bona melioraſſet, teneretur ſecundus creditor ei offerre etiam pretium meliorationum, vt in eius locum ſuccedat; aliter enim oblatio non eſſet legitima, nec integra, *Bart. in l in his. num. 3 vbi Ioann. de Plate num. 2 C. de prad. & omnib. reb. nauicularib. lib. 11. Socin. ſen. Crauett. & Couarr.* quos probat *Mantic. d. tit. 28. num. 15.* quod eſt clarum, quia pro ſolis meliorationibus daretur retentio, vt ſuo loco dictum eſt.

7 Tertiò ampliatur etiam, ſi primus creditor accepiſſet inſolutum dicta bona, *l. 1. §. cùm autem* vbi *Salycet. Bald. Neguſant. & Riminald. iun.* quos probat *Mantic. d. tit. 28. nu. 2. & nu. 27. cum ſeqq.* vbi hoc declarat habere locum, & optimè quando eſt datio inſolutum voluntaria, vel ex primo Iudicis decreto: ſecus verò, ſi fuiſſet interpoſitum ſecundum decretum Iudicis pro executione ſententiæ diffinitiuæ, quia tunc ceſſat ius offerendi, & citat etiam *Alex.* qui teſtatur de magis communi, & veriori ſententia *in l ſi finita, §. Iulianus, nu. 122. ff. de damn. infect.* & poſt *Menoch.* & alios dixi *par. 6. q. 5. in additión. num. 17. & ſeqq.* vbi dixi hoc eſſe verum, niſi in adiudicatione eſſet reſeruatum ius offerendi plures alius citat *Morot. d. tract. de ſecundo creditore offerente nu. 37. cum ſeqq & Alex. loco cit.* quem probat *Mantic. vbi ſupra nu. 31.* tradit cautelam, qua tolleretur ius offerendi nempè, vt Iudex dicat in decreto, Adiudicamus, verbi gratia, Caio creditori Titij talem rem inſolutum, & pro ſoluto tam reſpectu dominij, quàm etiam reſpectu poſſeſſionis, reo ſuper iſta re, & omnibus prædictis perpetuum ſilentium imponentes, &c.

8 In noſtro tamen Sacro Conſilio Neapolitano ſeruatur, quòd, ſi mediante ſententia aſſiſtentiæ præuio appretio, & adiudicatione in forma bona fuerint adiudicata creditori, ceſſare ſolet ius offerendi: ſecus ſi appretium adhuc factum non fuiſſet ita *Afflict. deciſ. 187. Capyc. decis. 102 ſub nu. 5. & nu 9 de Franchis deciſ. 112 nu 9. Anna conſ. 35. nu. 23 & conſ. 57. num. 2. & 10. de Ponte Maxill. Muſcatell. Andr. Gail. Ricc. & Peregrin.* quos ſequitur *Ioan. Bapt. de Thor. in compend. deciſion. Neapolitanar. in verb. ius offerendi lo 4 tom. 1.*

Poſſem aliàs ampliationes, & limitationes addere, quando non ceſſet, vel detur ius offerendi ſecundo creditori contra priorem; ſed videtur mihi ſuperuacuum: nam poſt *Neguſant.* & alios plures caſus reaſſumunt *Mantic. d tit. 28. Morot. in tract de iure offerend.* qui eſt poſt eius conſilia, & poſt regnicolas reaſſumit etiam prædictus *de Thoro in d. verb. ius offerendi*, vbi omnes caſus examinat, & conſequenter ad eos, & præcipuè ad Morotium mitto lectores, volui tamen ſupradicta indicare pro declaratione quæſtionum, vt dictum eſt. hoc ſo-
9 lo addo, quod ſemper poſſeſſor rei pignoratæ, ſiue hypothecatæ præfertur in iure offerendi: nam primus creditor poſſet offerre creditoribus poſterioribus, vt eos excludat à iure offerendi, & magis confirmet ius ſuum: ſic etiam poſterior creditor, ſi poſſideat præfertur anterioribus, quia ſatis eſt, quod ei ſoluat creditum cum legitimo intereſſe: ſed quando neuter poſſidet, tunc præfertur prior, & anterior creditor, quia in pari cauſa prior in tempore, eſt potior in iure, vt ſunt iura vulgata, & poſt alios latiſſimè proſequuntur *Mantic. d. tit. 28. nu. 18. cum ſeqq. Morot. loco cit. nu. 13. cum plurib ſeqq.*

10 Dico ſecundò in remiſſione iuris ſui circa ma etiam hypothecæ quæſtionem eſſe magis de facto, quàm de iure, vt docet Iureconſult. *in l. ſicut. § ſed & ſi vbi omnes, ff. quib. mod. pign. vel hypothec. ſoluit* vbi varia recenſentur exempla, quæ etiam reaſſumit *Molin. diſput. 537. de contract.* & alij paſſim, quod nunquam præſumatur creditor

tor emittere ſuam hypothecam, niſi ex facto ſubſecuto id colligatur, quoniam ex iuris diſpoſitione nemo in dubio præſumitur renunciare iuri ſuo, vt millies replicatum eſt in *tit. de renuntiat.* Et ſemper capitur coniectura, qua excluditur renunciatio, & quando expreſsè conſtat de renunciatione intelligitur in caſu ſuo, & ad alios non extenditur, vt loco citato dictum eſt, & proinde, ſi creditor conſentiat debitori vẽdere pignus pro certa ſumma, non poteſt venditor illud vendere pro minori, ſed ſolùm pro maiori ſumma, quia inde creditor maiorem haberet commoditatem, & ſic de alijs, vt habetur in *d. § ſed & ſi, & per Molin. loco cit.*

11 Dico tertiò dum ſecundus creditor ſoluit creditum anteriori creditori, non præſumitur remittere ſuam hypothecam, ſed potius illam cõſeruare, & roborare in eius beneficium. *ff de diſtract. pignor. l. cùm poſterior.* ibi (*cùm poſterior creditor à priore pignus emit, non tam acquirendi dominij, quam conſeruandi pignoris ſui cauſa intelligitur pecuniam dediſſe. Et ideò offerri ei à debitore poteſt, ita Modeſtin. lib. 8. Regularum.*) Qui *tex.* ad literam probat, quod eſt deductum in dicto tertio dicto, & ſunt rationes, deſuper citatæ, quia ſemper, quod expreſsè non conſtat de renunciatione iuris ſui, intelligitur creditor potius ius ſuũ confirmare, & duplici, ſiue diuerſis titulis dicta bona poſſidere, ſcilicet ex iure ſuo, & ex iure acquiſito per ſubingreſſionem in locum prioris creditoris, vt etiam videtur *tex. Clarus in l. fin C. de his, qui in prior. creditor. loc. ſucced. ibi* (*Si prior Reſpub. contraria, fundusq; ei eſt obligatur; tibi ſecundo creditori offerenti pecuniam poteſtas eſt, vt ſuccedas etiam in ius Reipub*) Et ſenſus eſt per illam dictionem, *etiam*, quæ ſtat augmentatiuè, vt ſciunt omnes, quod ſecundus creditor ſuccedat etiam in ius competens Reipub. & ſic ſuam hypothecam habeat, & amplius per ſubingreſſionem in locum Reipub. habeat ius eidem Reipub. competens, *& gloſ.* ibidem diuerſa alia iura concordantia ad hoc propoſitum cumulat.

12 Confirmatur hæc ponderatio ex illa communi iuris regula, quod poſſit aliquis diuerſis titulis ſua iura, ac poſſeſſionem tueri adeò vt habens ius validum ex vna cauſa, vel ab vna perſona, non ſibi præiudicet acquirendo aliud ius ex alia cauſa, vel ab alia perſona, ſi illi tituli diuerſi ad inuicem compatiantur, *l. pacta nouiſſima, vbi omnes, C. de pact.* & poſt alios *Tuſcb. in verb. poſteriora derogant prioribus, concluſ. 451 & lit. C. concluſ. 1011. num. 3. vt alios omittam.* Imò ſi ſint plures tituli, etiã ex eodem fonte procedentes, admittuntur pro conſeruatione eiuſdem iuris, & eatenus vnus titulus alium non tollit, vt potius vnus confirmet alterum, & ſecundus adiuuet primum, & ſi ex vno, pinguius prouideatur parti, quàm ex alio, etiam ſimul concurrere poſſunt, & ſimul allegari, vt poſt *Felyn in c. inter dilectos nu. 18. ver. ſecundò fallit, de fide inſtrumentor. & Calderin.* probat idem *Tuſcb. lit. T. concluſ. 321. nu. 5.*

13 Plus dicunt DD. quòd ſi vnus titulus eſſet debilis, vel inualidus, non per hoc eſſet præiudicatum alijs titulis validis, & ideò ex titulo valido poſſet quis ſua iura, & poſſeſſionem defendere, vt eſt *text formalis in c. nullus pluribus de regul. iur. in 6. vbi Dyn. Ioan. Andr. & alij. c. poſt electionem, vbi Abb de conceſſ. prabend. Caſſiador. in deciſionib. Rota Rom. deciſ. 21. nu. 5. Cagnol. in l. ſingularia, num. 18 ff ſi cert. petat. Pariſ. conſ 16. lib. 2.* vt alios omittã, & conſequenter videtur ſatis probatum, quod ſecundus creditor, qui emit pignus per ius offerendi, nullo modo cenſeatur remiſiſſe ius ſuum.

Confirmatur etiam, quia, licèt *Crauet. in conſ. 298.* conetur probare poſt *Caſtrenſ.* quod ſecundus creditor cenſeatur ſuam confundere hypothecam, dum emit pignus per ius offerendi, & quod ſi euinceretur pignus ab ipſo, non reuiuiſceret

14 eius hypotheca ex illa iuris regula, quod actio, ſemel extincta, amplius non reuiuiſcat; ſiquidem *Crauett.* loquitur contra terminos iuris, vt ex multis fundat *Ludouic. Morot in d. tract. de ſecundo creditor offerent. cum plurib. ſeqq.* Ex quo vera, & iuridica eſt reſolutio, quod ius pignoris, & hypothecæ, & ſic primæua actio nunquã extinguatur, nec confundatur, quoties creditor efficeretur reuocabiliter Dominus rei, ſibi hypothecatæ, vt dixi ſupra hoc *tit. q. 32. & num. . & infra contrahend. empt. q 24.* & poſt *Cyn. in l. 1. in 3. notab. C. ſi antiq. credit Bart. Alberic. Angel. & Caſtrenſ. in l. ex ſextante, § Latinus Largus, ff. de except rei iudic vbi Petr. de Bellaper. nu 9. Afflict. & Neguſan.* notat *Morot. loco cit. nu. 33. cum duob ſeqq.*

Sed quia totam vim ille ſiculus Doctor faciebat in dicto *tex. in l. cùm poſterior,* in illis verbis (*Non tam acquirendi dominij, quam conſeruandi pignoris ſui cauſa.*) Ideò dicebat ipſe, quod confuſum ſit pignus. Verùm nec ego, nec plures alij Doctiſſimi viri ibidem, quos, in hac quæſtione conſului, intelligebant vim conſequentiæ, quę de directo erat contra *tex.* & cõtra ipſum; quia, ſi ſecũdus creditor dedit pecuniam nõ tam acquirendi dominij cauſa, quàm conſeruandi ſui pignoris, ergo in tantum

non

Digitized by Google

non eſt verum, quod pignus ſit remiſſum per hunc *tex.* quod potius ſit confirmatum, & conſeruatum, vt creditor ille diuerſis titulis ius ſuum conſeruaret, vt ſuperius dictum eſt.

16 Dicebam ſecundo *tex.* illum, vt ex eius verbis cernitur, & notant ibi *gloſ.* & omnes loqui de iure offerendi, vt etiam probant *Neguſan par.5 de pignor. membr. 3. ſub nu. 5. §. ſecundò reſtringitur, & ſub num. 22. verſ tamen non confirmat. Vincent. de Franch. deciſ. 69. tot deciſ. 450. nu. 3. deciſ. 531. & alibi Menoch. de præſumption. lib. 3. præſumpt. 121 nu 7. cum ſeqq. Fabius de Anna conſ 37 toto.* probant, inquam, loqui de iure offerendi, & quia ille ſecundus creditor, dum voluntariè per ius offerendi ſoluit pecuniam creditori anteriori, quo caſu, dum voluntariè ſoluit, nõ acquiſiuit dominium dictorum bonorum irreuocabiliter, ſed reuocabiliter, quia poſſent alij creditores per ius offerendi habere dicta bona, & conſequenter dicit *tex.* quod *non tam acquirendi dominij, quàm conſeruandi pignoris ſui cauſa ſoluerit*, & conſequenter confirmauit ſibi pignus, vt ex duplici cauſa, & titulo poſſit ſe defendere.

Eatenus, Doctores voluerunt textum illum loqui de iure offerendi, quòd ſit præſũptio iuris, & de iure, vt præſumatur emptore iure creditoris, non autem tanquam perſona extranea, & proinde contra ipſum poſſint alij creditores vti iure offerendi, quãmuis emiſſet ſubhaſta, & dicta bona fuiſſent ſibi adiudicata tanquam plus offerenti, vt poſt alios probat *Vincent. de Franch. d. deciſ. 69.* vbi ſic deciſum refert in Sacro Conſ. quem probat *Morot. loco citato. nu. 19.* & latiſſimè *Conſiliar. de Anna d. conſ. 37* vbi dictum Præſidem tuetur ab oppugnationibus *Menoch. d. præſumpt. 121. nu. 8. & ſeq.*

17 qui voluit, quod ſit tantum præſumptio iuris, & proinde poſſet ſecũdus creditor probare contrarium, nempe, ſe emiſſe dicta bona tanquam perſonam extraneam & ſic ceſſaret tũc ius offerendi, quia dum emit perſona extranea ſubhaſta, fit Dominus irreuocabiliter dictorum bonorum, & non poteſt habere animum conſeruandi ſuum pignus, dum illud non habebat, & conſequẽter contra illum ceſſat ius congrui, *l. 1. & toto tit. C. ſi antiquior. creditor. vbi omnes, d. §. Latinus Largus. vbi ſimiliter omnes de Franch. d. deciſ. 69. deciſ. 224. deciſ. 39. nu 5. deciſ. 80. nu. 12. & in alijs locis ſupra citatis Anna d conſ. 37. Ioann. Papon. Theſaur.* & alij, quos probat *Tapat. lib. 2. variar. iur. ſentent. in tit de iur. offerend. in antiq. fol. 138. col. 4. Menoch. conſ. 89. nu. 153. vol. 1. & d. præſumpt. 121. nu. 5. & ſeqq Roland. Surd.* & alij, quos probant *Roderic. lib. 2. de annuis redditib q. 16. nu. 5. & ſeqq. & nu. 21. Maſtrill. deciſ. 120 tot. lib. 2.* & alij citãdi *quæſt ſeq* & conſequenter clara eſt probatio huius quæſtionis, quod nunquam creditor præſumatur remittere eius hypothecam, niſi expreſsè ſit remiſſa. An autem poſſit creditor emere pignus tanquam perſona extranea, in dubio non præſumitur, & proinde expreſsè conſtare debet ſe taliter emiſſe, prout ex d. & s cerni poteſt, & hæc videtur receptior opinio.

SVMMARIVM.

1 *Hypoteca an extinguatur per ſucceſſionem.*

2 *Hypoteca creditoris an extinguatur per ſucceſſionem particularẽ eo maximè quãdo creditor non fieret dominus irreuocabilis.*

3 *Hypoteca creditoris aliquando confunditur aliquando non ex ſucceſſione vniuerſali.*

4 *Hypoteca an tollatur quando debitor ſucceſſiſſet creditori ita vt aditio operetur ſolutionem. & proinde actio creditoris confuſione bonorum tolleretur, & deciſiones afferuntur, nu. 5.*

6 *Hypoteca creditoris an extinguatur quando ipſe ſuccederet debitori adeundo hæreditatem ſine beneficio legis & inuentarij licet aliqui teneant non eſſe extinctã, num 8.*

7 *Hypoteca remanet quando hæres inſtitutus grauatus eſſet reſtituere hæreditatem alteri ob quam fuit coactus adire.*

9 *Succeſſio in hæreditate inter creditorem, & debitorem an & quando ex iuris fictione operetur ſolutionem.*

10 *Eccleſia an teneatur vltra vires hæreditarias ſi eſſet hæres inſtituta. & adijſſet hæreditatem abſq. beneficio legis, & inuentarij.*

QVAEST. XXXIV.

1 TRigeſimoquarto quæro, An per ſucceſſionem extinguatur hypotheca? De hac quæſtione dixi aliquã *tom. 1. par. 2. tit. de bonis q. 23. præcipuè nu. 11 & ſeqq. par. 4. tit de renuntiat q. 5. nu. 17. & ſeqq* & vltra ibi cumulatos latiſſimè de, & tractant noſter *de Ponte conſ 69. nu 31 & ſeqq. conſ. 84. nu. 8 & cõſ. 143. per tot. vol. 2* & vltra per eum cumulatos *Mantic. de tacit. & ambig. conuẽtion. lib. 11. tit 31 nu. 31. & ſeqq. Monticula in tract de inuentar. nu 155. cum ſeqq. vt legitur tom. 8. tractat. par. 2. fol. 244. Scip. Rendina in ſuo promptuar. receptar ſententiar tit. 3. de actioni. num. 22.* & alij infra citandi, & proinde pro huius quæſtionis ornatu

Digitized by Google

natu reaſſumam potiora, & loquar nõ iam de ſucceſſione quæ fit per ius offerendi; nã de illa dixi *quæſt.præced.* & dicam etiam in ſeqq. ſed dicetur de alijs ſucceſſionibus tã de ſucceſſione vniuerſali, ſicut euenit in hæreditate, quàm etiam de ſucceſſione particulari, quę eſt in donatione, vel per alium titulum particularem.

2 Dico igitur Primò ſucceſſio particularis non extinguit hypothecam creditoris, ſi creditor non efficeretur Dominus irreuocabiliter dictorum bonorum. In hoc dicto conueniunt omnes, quia, ſi loquamur ex creditoris voluntate ipſe potius præſumitur conſeruare ius ſuum, quàm illud remiſiſſe, & ſic ex diuerſis titulis redderetur ſecurus, vt patet ex dictis *quæſt. præced.* Si verò loqueremur per extinctionem crediti, quod, nempe, ſatisfactum ſit creditori, & tunc, quia reuocabiliter ſit Dominus dictorum bonorum, conſequenter remanet eius hypotheca; nam ſemper quòd à creditore auelli poſſunt illa bona, vel per euictionẽ, vel per ius offerendi remanet intacta eius hypotheca, quia, vt patet ex dictis *quæſt. præcedenti* ſolùm confunditur, & extinguitur, quando creditor fieret Dominus irreuocabiliter, vt etiam notat *gloſ.in l.1.in verb.obtuleris, C.ſi antiquior.creditor.vbi Iacob.de Aren.nu.2 Cyn.Alberic.Bald.Salycet.*& alij innumeri, quos recenſent etiã, & ſequuntur Auctores initio huius quæſtionis citati: & quia hoc eſt manifeſtum, nec poteſt habere ſubſiſtentem dubitationem ideò tranſeo ad ſucceſſionem vniuerſalem.

3 Dico ſecundò ſucceſſio vniuerſalis aliquando confundit hypothecam creditoris, aliquando verò non confundit: hoc dictum latiſſimè probat *Napodan. in Conſuet. ſi quis, vel ſi qua, num.234. cum ſeqq. & num. 239. & ſeqq. fol. 140. cum ſeqq. & ibidem Anton de Alexan. Capyc. Piſanell. & alij Afflict. deciſ.237. & ibidem Piſanell. Vrſill. & alij. De Franch deciſ.80. & deci.518. de Ponte locis citatis*; & proinde hoc dictũ potius declaratione quàm probatione indiget.

Non confunditur hypotheca, quando creditor adiuiſſet hæreditatẽ ſui debitoris cum beneficio legis, & inuẽtarij, quia beneficium inuentarij conſeruat illæſa iura creditoris, vt poſt alios dixi in locis citatis initio quæſtionis: & in hoc conueniunt omnes, & ſola contentio eſt inter ſcribentes, quando non adeſſet beneficium inuẽtarij: de quo quæſito dicetur infra.

4 Nec ſecũdò tolleretur hypotheca, quãdo debitor ſucceſſiſſet creditori, quoniã in hoc caſu aditio hæreditatis non haberetur pro ſolutione, & conſequenter actio creditoris tolleretur cõfuſione bonorũ; quia, nempe, bona creditoris, & bona hæredis debitoris ſunt ad inuicẽ confuſa, *l.1.§.præterea.ff.de ſuppellect.legat. Napod. loco citato nu.236. ibi (Aut debitor ſuccedit creditori. & tunc aditio non habetur pro ſolutione, & actio tollitur ſola confuſione, quæ confuſio nil aliud eſt, quàm vnio bonorum hæreditariorum, & propriorũ ipſius hæredis.)*

5 Et ſecundũ hanc opinionẽ Napodani fuiſſe bis deciſum in Sacro Conſ. ſe Præſide, notat ibid. *Anton.de Alexand fol.141. in addit.incip. Iſta verba.* Et quædã alia additio ibid. incip. *Nouiſſimo.* Sic etiã aliàs deciſum refert: alias deciſiones ponit *Affl.* & eius *Addent. d. deciſ.237.* De quibus meminit *de Pont.* qui alios cumulat *d.cõſ.143. vbi in fin* ſic aliàs deciſum refert per idẽ Sacr.Conſ.in cauſa Comitiſſæ Anuerſæ cũ hæredibus Fabij de Afflicto, Ducis Caſtri Sangri: cùm enim fuiſſet contractũ matrimonium inter Ioannem Hieronymum de Afflicto Ducem dicti Caſtri Sãgri cum D. Cornelia de Lanos cum dote ducatorum decem, & octo mille cum conſtitutione antefati, & deceſſiſſet viri ſuperſtitibus filijs, & vxore, & prædictus Fabius de Afflicto primogenitus dictorum coniugum adiuiſſet hæreditatem patris ſine beneficio legis, & inuentarij, & ſic obligatus eſſet etiã de proprio ſatisfacere omnibus creditoribus paternis; & quia ipſemet Dux Fabius remanſerat etiam debitor matris in dotibus maternis, cui quidem matri creditrici ipſemet Fabius poſtea ſucceſſerat; & per hoc factum creditores paterni eiuſdẽ Fabij prætendebãt hypothecam matris eiuſdem Fabij fuiſſe confuſam per aditionem prædictam hęreditatis ſine beneficio legis, & inuentarij; nihilominus per S.C fuit deciſum contrarium, hypothecam non fuiſſe confuſam per illam aditionem, & in dictis dotibus materni fuit prælata dicta Comitiſſa Anuerſæ, vxor dicti Fabij, quàmuis eſſet poſterior creditoribus dicti Ioannis Hieronymi; quam etiam ſententiam poſt *Affl.d.dec.237. de Franch.d.deciſ 80. n.12. Fab.de Ann.conſ.2.conſ.103.nu.7. & conſ. 118.nu.11. & ſeqq. Conſiliarium de Georg. alleg.23.nu.21. & alleg.41.nu.26. de Ponte de poteſt.proreg.tit.9.in princ.n.23. & conſ. 8.nu.10. Battagl.in addition. ad Cyn. in l. debitori, C.de pact. Anton. Fabr.in eius Codice in tit.de iur.deliber. definit.44.* probat *Ioan.Bapt.de Thor. in verb proximiores ex parte vxoris*, vbi meminit de diſcuſſis per me *in d.tit.de renunciat.q.5. nu.18.* & hoc ex ratione citata, quia hæc vnio bonorum nullo modo inducit extinctionem hypothecæ, quia nõ eſt vera ſolutio, & ſic fit vnio cum ſua cauſa, & remanẽt iura in aliorum

beneficium: & cùm non ſit vera ſolutio, aditio prædicta non nocet adeunti, nec etiam alijs eius proximioribus ſiue agnati ſint, ſiue cognati, vt locis citatis habetur.

6 Eſt igitur ſola contentio, vt dixi, quando creditor ſuccederet debitori, ſi extinguatur hypotheca eiuſdem creditoris adeuntis hæreditatem ſine beneficio legis, & inuentarij. Et quidem multi tenent extinctam eſſe hypothecam: quia, dum eſt confuſa actio, & obligatio per aditionem hæreditatis, tollitur etiam obligatio pignoris, ſiue hypotheca, quæ eſt acceſſoria, *l. Stichum § aditio, ff. de ſolution. l. debitori. C. de pact. l. ſi vxor tua, vbi Bald. C. de bon. auctor. iudic. poſſiden. Ruin. & Neguſant.* quos probat *Mantic. d. lib. 11. tit. 31. nu. 31.* cum alijs per me cumulatis *d. q. 5. nu. 17. & ſeqq.* ea ratione, quia per hanc aditionem præſumitur hæreditatem ſoluiſſe creditum ſuum creditori ex diſpoſitione iuris, & per illam ſolutionem tollitur omnis obligatio, & conſequenter hypotheca extinguitur: quod etiam indicat *Napod. d. nu. 236. ibi* (*Quia cum debitor ſuo creditori hæres extiterit, actio quædam inter hæredem, & hæreditatem præponitur, id eſt fingitur, & intelligitur maior hæreditas ad hæredem pertinere, quaſi ſoluta pecunia hæreditati, quæ debebatur defuncto, & per hoc minus in bonis hæredis eſſe*) hæc Napod. Et notant etiam *Purpurat. Riminald. Carol. Neuizan.* & alij, quos probat *Monticula vbi ſupra nu. 160. cum ſeqq.* vbi multis modis hoc confirmat.

7 Verùm ipſimet Auctores, ſeu maior illorum pars hoc limitant, quoties creditor hæres inſtitutus grauatus eſſet reſtituere hæreditatem alteri, & coactus fuerit hæreditatem adire, quia tunc remaneret hypotheca, quamuis per aditionem hæreditatis eſſet ſublata perſonalis actio, vt ex tex. *in l. debitor. ff. ad Trebell. notant ibi Bart. Caſtrenſ. Alex.* & alij, quos probant *Neguſ. Cephal. & Menoch.* quos ſequitur *Mantic. d. tit. 31. nu. 32.*

8 Bene tamen verum eſt, quòd, etiam ſi creditor adiuiſſet hæreditatem debitoris ſine beneficio legis, & inuentarij; multi tenent non eſſe ſublatam hypothecam in beneficium eiuſdem creditoris: ita *Napodan. d. num. 236. ibi* (*& hoc niſi ſibi euinceretur hæreditas, quia tunc non eſt credendum, quòd iſte ſibi ſoluiſſet, à quo hæreditas euincitur. ff. de ſolut. l. Stichum. §. ſi creditor. & ad hoc vide pulchrum gloſ. ff. de euiction. l. ſi ei, ſi is, qui fundum, ibi. Quoniam cum debitor creditori ſuo, &c.*) Et eandem ſententiam poſt *Bart. Neguſan.* & alios probant noſter *de Ponte d. conſ. 143.* præcipuè *num. 3. cum ſeqq. Monticula in d. tract. de inuentar. in tit. de iur. deliber. nu. 160. & ſeqq. poſt Cyn. in l. debitori. C. de pact. notat ibid. Battaglin. in addition.* & ita fuiſſe deciſum in Sacro Conſilio probat *de Thoro in verb. hypotheca an ſit extincta, Anton. de Alex. Piſanell.* & alij addentes ad *Napod. in dicta conſuet. ſi quis, vel ſi qua, ſub num. 236. fol. mihi 141.* vbi ſic pluries deciſum referunt in Sacro Cõſilio poſt *Corat. in l. frater à fratre. ff. de condit. indeb.* vbi teſtatur de communi *Rendin. d. tit. 3. num. 22.* quorum opinio magnam habet æquitatem, & fundatur etiam in diſpoſitione iurium, & auctoritatum in præcedentibus citatarum, quia quoties à creditore per euictionem, vel ius offerendi poſſunt bona ſibi adiudicata, vel aliter ad eum peruenta auocari, non extinguitur hypotheca; quia, licèt ſublata ſit actio perſonalis per talem confuſionem bonorum, nihilominus actio hypothecaria remanet, & ſemper exerceri poteſt, dum à dicto creditore auocantur dicta bona, vt millies ſupra replicatum eſt.

9 Confirmatur hæc opinio ex doctrina *Bartholi*, communiter recepta *in l. ſi is, qui pro emptore, num. 67. ff. de vſucapion. Alexandri, Caſtrenſ. Afflict. Neguſan. Capyc. Piſanell.* & aliorum, quos probat noſter *de Ponte dicto conſ. 143. num. 6. & ſeqq. conſ. 69. ſub num. 5. & num. 6. & conſ. 84. ſub num. 8. eod. vol. 2.* nempe, quòd, ſi vnus ſit creditor, & alter debitor, & ſuccedens ex inductione ſiue præſumpta ſolutione non afficeretur aliquo damno, tunc verum eſt aſſumptum, quod ex iuris fictione, & miniſterio talis ſucceſſio operetur veram ſolutionem, & ſatisfactionem crediti, vt hæreditas præſumatur ſoluiſſe creditum, & conſequenter ſublata erit hypotheca ſolutione eius, quod debetur: & ſic ex iuris rigore talis aditio haberetur pro vera ſolutione, quod etiam poſt alios probat *Monticula loco cit.* & præcipuè *num. 173.* vbi etiam quædam contraria ſoluit. Si verò plures eſſent creditores eiuſdem hæreditatis, & vnus ex illis ſucceſſiſſet debitori, & tunc, quia ex tali præſumpta ſolutione ſucceſſor afficeretur aliquo damno, dum ab illo poſſent ab alijs creditoribus bona prædicta auocari: idcirco ex iuris fictione, & miniſterio non inducitur vera ſolutio, ſed ſolùm quædam confuſio bonorum, quia bona debitoris, & creditoris ſunt ad inuicem confuſa, vt ſuperius dictum eſt: quæ quidẽ confuſio non tollit hypothecam creditoris hæredis prædicti debitoris, quoniam, dum ſolutio cederet in eius damnum, præſumitur

tur

Digitized by Google

t..r recépiſſe dictam ſolutionem ſub conditione nempe, quatenus per illam non oſferatur præiuditium iuribus ſuis, & ſic cōſeruare iura ſua illæſa, & vt dixi, hæc opinio verior, & æquior mihi videtur.

Nec obſtant contraria, nam aliud eſt, quod adiens hæreditatem ſine beneficio legis, & inuentarij teneatur etiam de proprio creditoribus hæreditarijs, & aliud eſt eſſe confuſam, & extinctam eius hypothecam per talem aditionem. Primum verum eſt, quia adeundo hæreditatem, cenſetur ſe obligare creditoribus defuncti, vt eis ſatisfactionem tribuat, niſi tamen creditor eſſet Eccleſiæ, quia tunc hæres etiam ſine beneficio inuentarij non tenetur ſoluere, ex quo tunc attenditur ſola veritas; nec Eccleſia vult bona aliena, quoniam tunc nec econtra Eccleſia teneretur vltra vires
10 hæreditari..s, ſi eſſet hæres, & ſine tali beneficio adiuiſſet hæreditatem, vt poſt *Io. Andr. Hoſtienſ. Bart.* & alios notat *Menoch. conſ. 89. num. 158. cum ſeqq.* licet ipſe videatur contrarium velle, & malè, quia tunc veritas attenditur, & non iuris præſumptio, vt etiam poſt *Abb. Roland. Phanut. Monticulam,* & alios probat *Vincent. de Franch deciſ. 636. num. 29. & ſeqq.* & audiui ſic practicari in Reuerenda Fabrica. At ſecundum non eſt verum, quia, dum à creditore poſſunt auocari bona, nec præſumitur hypothecam remittere, nec iura præſumunt talem remiſſionem, vt millies ſupra replicatum eſt, & conſequenter de vno ad aliud non poteſt fieri illatio; & hæc mihi videtur veritas in hac quæſtione. Pro reliquis verò videri poſſunt Auctores deſuper citati præcipuè initio huius quæſtionis.

SVMMARIVM.

1 *Creditor ſecundus ſoluēs debitum creditori vigore iuris offerendi, an teneatur ſoluere debita creditoribus qui tunc medij temporis inter ipſum, & dictum creditorem anteriorem.*

2 *Poſſidens bona ex cauſa ſeu titulo partim anteriori, & partim poſteriori an ſibi praiudicet quoad creditores medij temporis.*

3 *Creditor ſecundus an faciat fructus ſuos ſoluendo debitum anteriori creditori, & num. 17.*

4 *Creditor ſecundus ſoluens anteriori creditori ſuccedit in hypotecas prælationes, & iura ceſſione interueniente ſiue expreſſa ſiue tacita, & quid ſi fieret ſolutio à perſona extranea, nu. 5.*

6 *Creditor ſecundus qui ſoluit debitum creditori anteriori poſſidere videtur ex illa cauſa ex qua poſſidebat creditor cum commodo vſurarum.*

7 *Ius liquidandi cedi non poteſt, & ratione confirmatur.*

8 *Creditor ſecundus per ceſſionem habitam à creditore anteriore præſumitur potius velle ius ſuum confirmare quam illud remittere, nec tenetur offerre debitum, quod poſtea eſt ſequutum, nu. 10.*

9 *Ius offerendi quare ſit introductum.*

11 *Creditor medius non tenetur offerre creditori poſteriori niſi creditum anterius, & non poſterius.*

12 *Creditor ſecundus pro ea ſumma quam ſoluit anteriori creditori præfertur creditoribus medijs inter ipſum, & creditorem prædictum quis idem eſſet in tertio quarto, & reliquis creditoribus, nu 13.*

14 *Creditor anterior emens bona à debitore non poteſt vnde ab eius vxore moleſtari, & ratione comprobatur.*

15 *Creditor admittitur ad ius offerendi quādo offerret omnia debita anteriora vna cum intereſſe.*

16 *Creditor ſecundus quando partim ex cauſa anteriori, & partim poſteriori poſſidere videatur.*

18 *Ius percipiendi redditus eſt creditoris non debitoris.*

19 *Creditor ſoluens primo creditori per ceſſionem ei ſuccedit.*

QVAEST. XXXX.

1 QVadrageſimò quæro, An ſecundus creditor, qui iure offerendi ſoluit debitum creditori anteriori, teneatur etiam ſoluere debita creditoribus, qui ſunt medij inter ipſum offerentem, & dictum primum creditorem? Et videbatur affirmandum. Primò quia, vt ius offerendi locum habeat creditor non ſolum tenetur offerre creditum priuilegiatius, ſed omne creditum, quod eſt anterius ſuo, vt ex pluribus probat *Neguſant. par. 5. de pignor. & membr. 3 nu. 32. ampliat. 2.* & poſt alios *Mores. in tract. de ſecund. creditor. offeren. nu. 63.*

2 Secundò facit talia iuris regula, quia poſſidens aliqua bona ex cauſa, vel titulo, partim anteriori, & partim poſteriori, ſibi præiudicat quoad creditores medij temporis, vt fundat *Maſtrill. deciſ. 37.* vbi ſic pluries deciſum refert in illo regno, ſed nunc hic creditor ita poſſidet, quia non tam acquirendi dominij, quàm conſeruan-

di ſui pignoris cauſa pecuniā dediſſe præſumitur, vt patet ex dictis *q. 38.* Igitur.

3 Tertiò confirmatur, quia controuerſa diſputatio eſt, an hic ſecundus creditor faciat fructus ſuos, & potius ex quadā æquitate, quàm ex iuris rigore fuit introductum, vt faciat fructus ſuos, vt latiſſimè poſt alios proſequitur *Roderic. lib. 2. de annuis redditib. q. 17. præcipuè ſub nu. 9.* Igitur videtur probatum aſſumptum contra talem creditorem offerentem.

His tamen non obſtantibus, contrariā ſententiam exiſtimo veriorem in Iudicijs, & praxi receptam, & vbiq; locorum retētam, vt ex dicendis patebit: quæ quidem opinio confirmari poteſt. Primò omnibus rationibus diſcuſſis *q. 38.* quia, nempè, poteſt aliquis pluribus titulis, ac diuerſis medijs vnammet rem poſſidere, & nunquam per ſecundum titulum tollitur primus, quando tituli ad inuicem compatiuntur, vt hic euenit, & nunquam præſumitur tā ex voluntate creditoris quàm ex iuris diſpoſitione creditorem velle ius ſuum, ſiue hypothecam confundere, & amittere, ſed potius conſeruare intactū, & illæſum, vt millies ſupra replicatum eſt etiam in duobus tomis prioribus.

4 Confirmatur ſecundò ex illo vulgato axiomate, quod iuſtus poſſeſſor, ſiue ſecundus creditor hypothecarius ſoluens debitum anteriori creditori, ſuccedit in hypothecas, prælationes, & iura primi creditoris, non ſolùm quando expreſsè interuenit ceſſio primi creditoris in beneficiū ſoluentis, ſed etiam, ſi illa ceſſio non interueniſſet, quoniam ex iuris diſpoſitione, præſumitur facta ceſſio, vt hic ſecundus ſuccedat in locum prioris creditoris, vt ſunt *tex. manifeſti in l. 1 vbi Bar. & alij, C. qui potior. in pignor. habean. l. 1. & per tot. C. de his, qui in loc. prior. creditor. ſucceſſ.* cum alijs cumulatis per *Neguſ. par. 5. de pignor. membr. 3. num. 10. Afflict. deciſ. 343. Capyc. deciſ. 51. de Franch. deciſ. 427. Intrigl. ſingul. 201. num. 14. lib. 2. Roderic. lib. 1. de annuis redditib. q. 14. num 21. & ſeqq. Tuſch. lit. H. concluſ. 129. num. 37. Caroc. in tract. de oblat. par. 2. q. 13. Molin. in tract. de contract. lib. diſp. 536. § ſi priori creditori, & alij cumulandi q. 43.* vbi diſcutie-
5 tur, an hoc locum habeat, quando ſolutio fieret à perſona extranea; quia hæc ſoluens debitum creditori anteriori, regulariter non ſuccedit in locum illius ſine ceſſione, vt probat *Vinc. de Franch. deciſ. 134. per tot. vbi in fin.* ſic deciſum refert in Sacro Conſ. ſed hoc diſcutietur *d. q. 43.*

Tertiò confirmatur ineuitabili ratione meo iudicio, quia hic ſecundus creditor habens bona ſibi relaxata à primo creditore cum dicta ceſſione iurium, dicitur poſſidere ex illamet cauſa, ex qua poſſidebat primus creditor, qui bona illa relaxauit, & eius iura ceſſit, non autem ex cauſa ſui proprij crediti, quia ex illo poſſidere non poteſt, dum ex eo nec ſibi adiudicauit, nec relaxata fuerunt dicta bona, ſed tantum habet illa hypothecata pro dicto eius credito, prout per prius habebat ante dictam relaxationem; & eius creditum fuit ſolùm cauſa, vt haberet ius offerendi. Probantur
6 manifeſtè ſingulæ partes huius rationis: prima quidem, quod poſſideat ex illamet cauſa, ex qua poſſidebat primus creditor, cui ſoluit, & non ex proprio eius credito, & poſſideat etiam cum commodo vſurarū: probant *tex.* ad literam in *l. Paulus, ff. de fideiuſſor. l. ſi fideiuſſor, ff de diſtract. pign. ibi (cum vſuris medij temporis.)* Imo habet etiam executionem paratam, prout habebat primus creditor, in cuius locum ſucceſſit, etiam ſi hic eſſet fideiuſſor, *l. creditor. C. de execut. rei iudic.* & conſequentèr ſuccederet in locum primi creditoris quò ad omnia eius commoda, vt latiſſimè proſequitur *Roderic. d. q. 17.* præcipuè *nu. 11.* Hoc tamen non habet locum præcipuè in
7 hoc regno in via executiua, nempe, in liquidatione inſtrumentorum, quia hoc ius liquidandi cedi non poteſt, ex quo eſt radicatum in perſona creditoris, & ex iuris diſpoſitione tranſit ad eius hæredes, dummodo viuat debitor, qui eſt obligatus de facie ad faciem in inſtrumento; quia, eo mortuo, extinguitur ius liquidandi inſtrumenta, & contra eius hæredes procederetur via ordinaria, & proinde dum fit ceſſio in aliorū beneficium cedens reſeruat ſibi ius liquidandi inſtrumentum contra debitorem in beneficium eiuſdem ceſſionarij ad omnem eius requiſitionem, & hoc iure vtimur; & eſt vulgatum penes omnes regnicolas, quia eſt praxis notoria, idcircò nullum cito Doctorem)

8 Secunda pars eiuſdem rationis eſt etiam manifeſta, quia ſecūdus creditor per illam ceſſionem habitam à primo creditore potius præſumitur velle ius ſuum confirmare, quàm illud remittere, vt in *l. cùm poſterior. ff. de diſtract. pignor. Neguſ. loco cit. nu. 18. Roderic. d. nu. 11.* cum alijs cumulatis ſup. *d. q. 38.*

9 Confirmatur quartò quoniam ius offerendi fuit introductum in beneficium creditorum, vt ſic in eorum electione, & facultate ſoluere debitum anteriori creditori, & habere bona debitoris ſibi obligata, *l. prior. C. qui potior. in pignor. habeant. & toto tit. C. de his, qui in loc. prior. creditor. ſuccedun. Cranett. conſ. 298.* & alij paſſim clarum eſt enim, quod ſit in electione cre-

dito-

ditorum poſteriorum, & conſequenter, ſi
illorum reſpicit beneficium non poteſt re-
torqueri in illorum odium, vt cogantur in-
uiti ſoluere debita, quæ nullo iure ſoluere
tenentur, ſed ſatis erit, quod ſint parati per
idem ius offerendi cedere illa bona alijs
creditoribus eiuſdem debitoris, recepto
ab eis pretio, ſoluto creditoribus anterio-
ribus, cùm ſint axiomata vulgata *inducta*
ad augmentum non debere operari dimi-
nutionem, & *inducta* in fauorem alicuius
non eſſe retorquenda in eius odium.

Probatur deniq; *ex* communi praxi, &
obſeruantia, nam *ita* practicatum vidi, &
audiui ſemper obſeruatum in hoc noſtro
regno, ſic etiam ſeruatum audiui in dicto
regno Siciliæ, prout multi Regij Conſilia-
rij, & alij Doctiſſimi viri mihi retulerunt;
quorum vnus mihi replicauit non poſſe eſ-
ſe Doctorem, qui poſſit defendere, vel aſ-
ſerere contrarium: & quia ibidem quidam
Doctor noluit huic veritati acquieſcere,
idcircò coactus ſui hanc quæſtionem ſic
prolixè examinare.

10 Vltimò, ne videatur deeſſe particularis
deciſio ſic *ex tex. in l. quærebatur, ff. qui
potior. in pign. habean.* probat *Tepat. lib. 2.
variar. iur. ſententiar. in tit. de iure offe-
rend. fol. mihi* 130. *col. 1.* vbi ſic habet (*Se-
cundus creditor confirmat ſibi pignus ſol-
uendo primum debitum quod præcedit; nec
tenetur offerre debitum, quod poſtea eſt ſe-
cutum, cum in eo non ſit poſterior. l. 21. ff.
qui potior. in pign. habean.*) vt alios omit-
tam; omnes enim docent, & ita iura man-
11 dant, quod creditor medius, qui venit ex
iure offerendi, non teneatur offerre credi-
tori poſteriori, niſi creditum anterius, in
cuius locum ſucceſſit, nō autem creditum
poſterius, vt ſæpe ſuperius replicatum eſt,
præcipuè *q. 28.* hic etiam poſt alios probant
*Neguſant par. 5. de pignor. membr. 3. num.
11. Intrigliol ſingul.* 201. *num. 15. lib. 2.* &
alij: & è contra ſecundus creditor pro ea
12 ſumma, quam ſoluit anteriori creditori,
præfertur alijs creditoribus medijs, inter
ipſum, & primum creditorem, in cuius lo-
cum ſucceſſit, *l. 2. C. de pignor. Ruin. Ne-
guſ.* & alij, quos probant *Borgnin. deciſ. 3.
nu. 36. & ſeqq. par. 1. Molin. d. diſput.* 536.
13 *§. ſi priori,* ibi (*Idem eſt ſi tertius, aut quar-
tus, aut vlterior creditor hypothecarius ſol-
uat, aut offerat debitum primo; ſuccedit
enim in locum primi, & præfertur ijs, qui
anteriores ſunt ſibi, & poſteriores primo.*)
Et alij, nam virtus ſubintrantiæ, ſeu ſubin-
greſſionis hoc facit, *l. 1. & per totum, C. de
his, qui in loc. prior. creditor. ſucceder. de
Franch. deciſ. 134. num. 3.* poſt alios *Ma-
ſtrill. in addition ad Petr. de Gregor. in
tract. de cenſib. q. 6. ante nu. 94.*

14 Nec eſt ſpernenda hæc alia conſideratio,
quia, ſi creditor anterior emiſſet à ſuo de-
bitore rem, per prius ſibi hypothecatam, &
poſtea moleſtaretur ab eiuſdem debitoris
vxore, petente ſibi adiudicari pro eius do-
tibus vigore hypothecæ dotalis dicta bo-
na, poteſt creditor anterior vti eius hypo-
thecæ anteriori, & per illam ſibi retinere
dicta bona, quoniam non dicitur ſibi præ-
iudicaſſe ex illa emptione, ſed potius vo-
luiſſe dicta bona poſſidere *ex* diuerſis ti-
tulis iuxta diſcuſſa ſuperius *q. 38.* & ita
pluries fuiſſe deciſum per Sacrum Conſi-
lium teſtantur *Capyc. deciſ. 43. de Franch.
deciſ. 4*[illegible]*. Lanar. conſ. 42. num.* 15. quod
etiam obſeruatur in Regno Siciliæ, vt poſt
alios probat *Maſtrill. deciſ. 24. num. 3. &
deciſ. 78. nu.* 10. de quibus poſt *Anton. Fab.*
meminit *Ioan. Bapt. de Thor. in eius com-
pend. in verb. creditor anterior,* ſi emerit
rem; & ſic patet veritas huius quæſtionis.

Nec vigent cōtraria, primum enim pro-
cedit, quoties primus creditor plura credi-
ta haberet, & vnū eſſet priuilegiatius alio;
ſed omnia ſunt anteriora credito eiuſdem
creditoris petentis *ius* offerendi: clarum
eſt enim, quod non habeatur ratio de cre-
dito magis priuilegiato, ſed de anteriori-
15 tate, & conſequenter, quod ille creditor
admittatur ad ius offerendi, tenetur of-
ferre omnia debita anteriora eius credito
vnà cum eorum intereſſe, *l. 3. vbi gloſ. in
verb. offerre, ff. de diſtract. pignor.* poſt alios
Vinc. de Franch. deciſ. 12. *Maſtrill. deciſ.
119. per tot. Caſtill. deciſ. 52. Anna conſ. 36.
Ricc. in eius collectan. cap. 689.* de quibus
meminit idem de *Thor. in d. eius compend.
in verb creditores poſteriores,* & dixi alias.

16 Nec viget ſecundum, quia hic creditor
ex vnica tantum cauſa poſſidet, nempe ex
cauſa primi creditoris, in cuius locum ſuc-
ceſſit, & ſuum creditum ſolùm fuit cauſa,
ſine qua non, vt dicunt philoſophi, nempe,
ſine qua non fuiſſet admiſſus ad ius offerē-
di, vt poſt alios probat *Roderic. lib. 2. de
annuis reddit. q. 16. tot.* & alijs paſſim; &
non poſſidet ex ſuo credito, quia nunquam
pro eo proceſſit adiudicatio, & conſequē-
ter ratio fundamentalis *deciſ. 37. Maſtrill.*
vt partim poſſideat *ex* cauſa anteriori, &
partim ex cauſa poſteriori, hic non mili-
tat; quia ibi proceſſit adiudicatio tamen
cauſa anteriori, quàm *ex* poſteriori, & ſic
creditor ex duplici cauſa poſſidebat, itaq;
deciſio illa non eſt applicabilis ad hanc
quæſtionem, etiam ſi vera eſſet, de cuius
veritate diſputabitur *quæſt. ſeq.* & etiam
quia ius offerendi conſeruat inuiſta, & il-
læſa iura, & *hypothecas* prædicti credito-
ris, quia creditor fit Dominus reuocabili-
ter, & ſucceſſiuè tam ex iuris diſpoſitione

quàm

Digitized by Google

quàm ex eius voluntate non confunditur eius hypotheca, vt dixi ſup. q. 38.

17 Nec vrget tertium quia hic ſecundus creditor facit fructus ſuos ex iurium ceſſione obtenta á primo creditore, in eius locum ſucceſſit tam reſpectu capitalis, quám intereſſe, *l. fideiuſſor. ff. de diſtract. pignor*. cum alijs ſupra cumulatis in 3. *cõfirmatione Menoch conſ. 125. nu. 38. lib. 2.*

18 nec debitor conquari poſſet, quia ius percipiendi redditus eſt creditoris, non autem debitoris, *l. nominis venditio. C. de hereditar. vel act. vendit.* & ſic per ceſſionem obtẽtam á dicto creditore ſucceſſit in eius locum, vt valeat vti iuribus ſuis, *l. emptor. eod. tit.* & gaudet omni priuilegio, quo primus creditor gaudebat, *l. mandati actio. C. mandat. l. creditor. C. de executione rei iudicat.* vbi omnes. Cum alijs cumulatis per *Roderic. d. q. 17. num. 27. cum ſeqq.* & ſic quod etiam vti poſſit via executiua, qua vti poterat primus creditor, vt locis citatis habetur. Sed qualiter procedat in hoc regno dixi ſupra Et ſic patet reſoluta quæſtio, eſſet hic examinanda quæſtio de ceſſione, ſi, nempe, ſoluens debitum, verbi gratia, Petro, vt illud ſoluat Titio, eius creditori cum animo ingrediendi in locum dicti Titij creditoris, & quòd pecunia non amoueretur á Bancho, an, inquam, per hãc conditionem ſit coactus Titius creditor cedere eius iura ſoluenti. Sed hanc quæſtionem abſoluam in fine huius tractatus, vt nunc proſequamur captam materiam de remiſſione, ſiue extinctione hypothecæ.

SVMMARIVM.

1 *Hypoteca creditoris an dicatur extincta ſi partim ex cauſa anteriori partim ex cauſa poſteriori poſſideat rem.*

2 *Creditor ſuſcipiendo in ſe onus poſterius an cenſeatur ius ſuum remiſiſſe ſeu hypotecam quo ad omnes creditores medij temporis.*

3 *Actus vnus per alium non vitiatur.*

4 *Nouatio non præſumitur facta niſi expreſſis verbis.*

5 *Pactum in contractu appoſitum ſi diſcordaret cum eo præſumitur per errorem poſitum.*

6 *Nouatio præſumitur facta quoad pactum non concordans cum contractu, & in omnibus remanet contractus validus.*

7 *Dominus plis eſſe poteſt ſimul, & ſemel in vno contractu aliquorum annuorum redditiuum, & cogere venditorem ſe redimendi ab annuo cenſu, quod procedit in vtroq; foro, nu. 8.*

9 *Accollatio non corpus pretij, ſed pars diminutiua faciens tanto minus valere quantus eſt onus.*

10 *Res cum onere minus æſtimatur quam ſi eſſet libera.*

11 *Nullitas contractus induceretur ſi oneris accollatio non deberetur.*

12 *Accollatio oneris ſi eſſet pars pretij debitor in reemptione teneretur ſoluere creditum.*

13 *Oneris accollatio debet ſtatim ſolui.*

14 *Creditores medij temporis ſunt anteriores ipſi creditori accolanti onus.*

15 *Creditor accollando ſibi onus poſterius in eo tantum ſibi præiudicat non tamen alijs.*

16 *Quod actum eſt inter partes conſiderandum eſt.*

17 *Creditor remittens ius pignoris ſui ſeu hypoteca quoad certas perſonas in dubio an videatur remittere quoad alios, & quo ad expreſſas tantum perſonas videtur remiſſio facta corroboratur num. 18. Sed concordantur opiniones nu. 19.*

20 *Renuntiatio iuris ſui non extenditur de perſona ad perſonam nec de caſu ad caſum.*

21 *Renuntiatio generalis quando ad incogitata extenditur.*

QVAEST. XXXXI.

QVadrageſimo primò quæro, An hypotheca creditoris dicatur extincta, ſiue confuſa; ſi partim ex cauſa anteriori, & partim ex cauſa poſteriori poſſideat, nẽpe, poſſideat ex ſuo credito cum ſuſceptione ſuper ſe aliorum onerum? Hanc etiam quæſtionem de facto habui in dicto Regno Siciliæ, & multo tempore fuit agitata, & diſcuſſa cum eiſdem ſiculis, Doctoribus qui dicebant in dicto Regno non dubitari, fuiſſe confuſam hypothecam, prout latiſſimè diſputat *Maſtrill. deciſ. 37.* qui duobus nititur fundamentis. Primò quia hic creditor partim ex cauſa anteriori, & partim ex cauſa poſteriori poſſidet: nam onerum ſuſceptio iudicatur pars pretij, quia pro illo onere ſuſcepto creditor minus ſoluit de pretio dictorum bonorum, *l. fundi partem ff. de contrah. empt. Socin. ſen. Valaſc. Poller. Gam. & Ludouic.* quos probat *Maſtrill. d. deciſ. 37. num. 6. cum ſeqq.* & vltra per eum cumulatos hoc idem probant *Surd. conſ. 217. num. 6 vol. 2. & conſ. 451. num. 35. & 36. vol. 3 Franciſc. Prouenzal in quodam eius conſilio inſerto poſt deciſionẽ ſeptimam Ioannis Franciſci del Caſtill. nu. 1. & 2 fol 53. idem Caſtill. deciſ. 14. num. 40. & ſeqq. Rota eiuſdem Regni Siciliæ,* & conſequenter videtur facta confuſio.

Se-

2 Secundò monetur, quia creditor ſuſci-
piendo ſuper ſe onus poſterius, cenſetur re-
miſiſſe ius ſuum, ac eius hypothecam quòad
omnes alios creditores medij temporis,
quia iſta onera poſteriora ſibi accollata
inducunt præſumptionem, quod eò magis
dictus creditor cenſeatur ſibi præiudicaſſe
quòad alios creditores medij temporis. ita
ex *Ioann. Andr. ad Speculator. in tit. de ſo-
lution poſt Bart. in l. creditor. § ſi tecum. ff.
qui potior. in pign. habean.* notat ibi *Alex.
ad Bart.* quos probat *Gaballin. milleloq.*
447. *nu.* 1. & hæc ſunt motiua *Maſtrilli*.

Mihi tamen, ſalua eius pace Maſtrilli,
contraria ſententia probatur ſcripta ibi
oſtendere volui, ſecum enim diſputaui, mi-
hi non placere eius ſententiam, eumq; ro-
gaui, vt mea motiua ruminaret, qui tamen
ob eius modeſtiam contradicere noluit, &
reſpondit, vt tenerem quid vellem, & me-
cum plures alij doctiſſimi ſicuti ſenſerunt,
quibus hæc ſcripta oſtendi, qui aliquos ex
Auctoribus cumulandis pro ornatu huius
quæſtionis addiderunt, etiam poſſet hæc
opinio confirmari omnibus rationibus, di-
ſcuſſis ſuperius, *quæſt.* 38. *cum ſeqq.* vt ex
eatum lectura cernitur: ſed paucis confir-
mabo, reſolutis poſtea contrarijs, in qui-
bus conſiſtit tota vis opinionis contrariæ.

Probatur igitur quæſtio vltra cumulata
in locis citatis, quia in dubio non inducitur
confuſio iurium; etiam ſi contrahentes, me-
diante decreto, bona debitoris ex diuerſis
titulis ſibi adiudicaſſent, quia mens contra-
hentium potius præſumitur pro conſerua-
tione iurium, & vt faciant actum diuiſibi-
lem, & vnus actus per alium non vitietur,
3 *l. qui tacitum §. pro parte. ff. de ijs, quib. vt
indign. l. ſi non ſortem, §. ſi centum, ff. de
condict. indeb. l. 1. §. hæc verba, ff. ne vis fiat
ei, l. ſi quis alium, ff. de ſolution.* cum alijs
pluribus cumulatis per *Alex. Raudenſ. de-
ciſ.* 30 *ſub num.* 232. *cum ſeqq.* quod eſt ma-
nifeſtum: millies enim replicatum eſt, con-
trahentes non præſumi facere actum, quo
iura ſua velint amittere, ſed potius quo
velint ſibi illæſa conſeruari, & ſic in dubio
iudicatur, etiam ex iuris diſpoſitione niſi
expreſsè conſtet contrarium ex verbis cō-
tractus.

4 Confirmatur hæc opinio alijs medijs, &
Primò eſſe vulgatum axioma, hodie non
præſumi nouationem, niſi fiat verbis ex-
preſſis, & ideò ſecundus contractus ſemper
præſumitur factus ad maiorem cautelam,
& firmitatem primi contractus, nempe, vt
prima obligatio maiorem firmitatem, &
robur obtineat, vt eſt *tex.* ad literam in *l.
fin. C. de nouation.* latiſſimè *Surd. conſ.* 385.
per tot. lib. 3. & alij paſſim.

Secundò confirmatur, quia ſi in ſecundo
contractu adeſſet aliquod pactum, quod à
dicto primo contractu diſcordaret, vel
quò ab illo recederetur, deberet illud pa-
ctum omnino reduci ad concordiam cum
dicto primo contractu, & ſi cum eo ad cō-
cordiam reduci non poſſet, tunc vel dici-
5 tur, pactum prædictum fuiſſe appoſitum
per errorem, vt conſuluerunt *Alex. conſ.*
156. viſo inſtrumento *lib.* 6. *Crauett. conſ.*
135. *num.* 13. quos probat *Tuſch. lit. A. con-
cluſ.* 130. *& concluſ.* 152. *nu.* 7. vel ad ſum-
6 mum intelligeretur ſolùm facta nouatio
quo ad illud pactum, non concordans cum
primo contractu, & in omnibus alijs re-
maneret primus contractus, & ſecundus
reciperet interpretationem ab illo primo,
vt habetur in locis citatis, & poſt *Crauett.*
& alios probat idem *Tuſch. in d. eius praxi
lit. N. concluſ.* 119. *num.* 8. & 50. vt alios
omittam.

7 Hinc dicunt DD. quod poſſit aliquis ſi-
mul, & ſemel in vno contractu eſſe Domi-
num aliquorum annuorum redditunm,
& cogere venditorem ſe redimendi à di-
cto annuo cenſu, ita *Dyn. conſ.* 1. *per tot.*
quem ſequitur *Tuſch. lit. P. concluſ.* 25. *nu.*
3. probant etiam *Couarr. lib.* 3. *variar. re-
ſol. cap* 9. *num.* 3. *Molin. diſp.* 377. *de con-
8 tract.* vbi ait hoc procedere in vtroq; fo-
ro, prout etiam poſt *Medin.* maiorem *Cor-
rad.* & alios probat *Rebell. par.* 2 *de obligat.
iuſt lib.* 10. *de cenſib. q. vlt. num.* 6. vt alios
omittam: nam ratio eſt clara, quia per hu-
iuſmodi pactum ſolùm daretur electio
creditori, nempè, eligendi vnum ex dictis
duobus, vel exigere annuos redditus, vel
cogere debitorem ad ſe redimendum à
dicto annuo cenſu: & dum eligit cogere
debitorem ſe redimere, teneretur reſti-
tuere quicquid exegit ipſe creditor in præ-
teritum à celebratione contractus, ex quo
talis contractus reſolueretur in mutuum,
& conſequenter ſolùm arbitrio boni viri
poſſet recipere aliquam ſummam, ratione
lucri ceſſantis, vel damni emergentis, pro-
ut dictum eſt ſupra de illo, qui mutuat eſt
pignore hoc eodem *tit. quæſt.* Et ex his
colligitur probata noſtra ſententia quod
nunquam creditor, etiam per accollationē
aliorum onerum poſteriorum, præſumatur
ſibi præiudicare quoad eius hypothecam
anteriorem, nec ius ſuum confundere: ſed
ſemper voluiſſe permanere impermixtum,
diuiſum, ac ſeparatum à dictis oneribus
poſterioribus.

9 Nec obſtant contraria: nam ad primum
reſpondetur quod onerum accollatio verè,
& propriè non eſt pars pretij: ſed potius
eſt pars diminutiua rei, deteriorans, & fa-
ciens rem ipſam tanto minus valere, quan-
tum eſt onus *l. mortis cauſa. In ſecunda §.
fin.*

Digitized by Google

fin. vbi *DD. ff. de donation. cauſ. mort. Abb. in c. in quibuſdam, num. 2. de decimis, Couarr. lib. 2. variar. reſol. cap. 4. num. 3. Tiraquell.* qui alios citat, *de retract. conuention. in præfat. num. 20. & ſeqq. Deciſio Pedemont. 41. num. 14 Crem. Pinell. & Granett.* quos citat *Surd. d. conſ. 451. ſub n. 36.* & in hoc ſenſu *DD.* dicunt onus rei eſſe pars pretij, nempe, quia res minus valet cũ dicto onere; & proinde quando fit extimatio talium rerum, non eſt habenda ratio veri valoris, ſed prius deducenda ſunt omnia onera; nam illa diminuunt verum valorem

10 rei; res enim cum onere minus æſtimatur quàm ſi eſſet libera, vt latiſſimè poſt alios proſequitur *Surd. d. conſ. 451. num. 35. cum ſeqq & d. conſ. 217. per tot.* de quo meminit *Caſtill. d. deciſ. 14. nu. 40.*

Confirmatur hæc ponderatio ab abſurdis euitandis: nam plura ſequerentur abſurda, ſi onerum accollatio eſſet verum pretium: primò quia, ſi tale onus non debere-

11 tur, induceretur nullitas, quia eſſet decretum ſine pretio, quod tamen ipſemet *Maſtrill. negat d. deciſ. 37. num. 4.* Secundò ab-

12 ſurdum eſſet, quia ſi tale onus eſſet pars pretij, vtiq; debitor in reemptione teneretur illud ſoluere creditori, & tamen ipſe *Auctor d. ſua deciſ. 37. num. 4.* hoc negat.

13 Tertiò eſſet abſurdum, quia illud onus ſtatim deberet ſolui ad *tex. in l. à diuo Pio. §. in venditione. ff. de re iudic.* & tamen hoc non fit. Et conſequenter quia talis onerum accollatio non fuit cauſa poſſeſſionis nec pro ea venditor fuit miſſus in poſſeſſionem bonorum, quia ſine prædicta accollatione onerum poterat in dictam poſſeſſionem immitti; & ideò dum voluntariè voluit illud onus ſoluere, non debet illi aliquod præiudicium generare.

14 Sed dato, & non conceſſo, quòd dicta onerum accollatio eſſet vera pars pretij, hoc ſolùm ſequitur, quod reſpectu aliorum creditorum medij temporis non poſſit ipſe creditor ſe iuuare ex tali accollatione quia reſpectu dictorum onerum creditores medij ſunt anteriores ipſi creditori, & hoc probat *tex. in l. cum, qui à debitore, ff. qui potior. in pign. habean. Vinc. de Franch. deciſ. 272. in fin. & Milanenſ. deciſ. 9. nu. 6. lib. 2.* quos citat *Maſtrill. d. deciſ. 37. nu. 8.* & patet ex dictis.

Sed conſequentia hæc mihi non videtur firma, ergo ius ſuum confuſum eſt; vt cogatur ſoluere credita illis creditoribus medij temporis; ſed bene ſequitur hæc conſequẽtia, ergo in iure offerendi creditores medij temporis non tenentur ad illa onera poſteriora, vt dixi *d. quæſt.*

15 Confirmantur prædicta ex particularibus deciſionibus Doctorum, dicentiũ, quod creditor, accollando ſibi onus poſterius, in eo tantum ſibi præiudicat, & non in alijs debitis, & oneribus, ſibi non accollatis; quia in illis nõ adeſt eius voluntas, vt adeſt in oneribus accollatis, vt optimè notauit *Salycet. in l 3. & in l. fin. C. de remiſſ. pign. Neguſ in tract. de pignor. par. 6. membr. 3. num. 13. Maſcard. in tract. de probation. concluſ. 1178. num. 41.* de quibus meminit *Maſtrill. d. deciſ. 37. num. 5. in fin.* vt alios omittam.

Et quia ex hac confirmatione dependet ſolutio ſecundæ oppoſitionis, & confirmatio huius quæſtionis; ideò videndum eſt, An ſi creditor remittit ius pignoris ſui, ſeu hypotecæ quòad certas perſonas, cenſeatur illud, vel illam remittere quòad omnes alias: nam in his terminis magis communiter, quàm in accollatione onerum Doctores noſtri hanc quæſtionem examinant.

16 In hoc dubio duo caſus diſtinguendi ſunt, Primus eſt, ſi pars negatiua, vel affirmatiua ex facto conſtet, & tũc quod actum eſt inter partes conſiderandum eſt, vt ſcripſit Iureconſultus in *l. creditor, qui §. fin. ff. qui potior. in pign. hab.* Et in hoc omnes conueniunt ex illo principio, pacta ſeruabo, & omnes contractus ex partium conuentione accipere legem, quæ inuiolabiliter poſtea inter eos ſeruanda eſt, ſi nihil mali continet, vt eſt notiſſimum, & vulgatiſſimum apud omnes.

17 Secundus caſus eſt, quando ſumus in dubio, & tunc *gloſ hinc inde variauit, nam in d. l. creditor, qui, §. fin. in verſ. ſecundo loco.* ibi ſed dic in dubio videri remittere, vt *infr. quib. mod. pign. vel hypoth. ſol. l. Paulus.* & huic opinioni adhærent *Bart. ibid. idem Bart. ubi Bald. in l. fin in fin. C. de remiſſ. pign. Caſtrenſ. in d. l. Paulus num. 1. Menoch. in tract. de præſumpt. lib. 3. præſumpt 119.* Quicquid ſit in muliere, quia in ea ſpeciale eſt, vt non cenſeatur ius ſuum remittere ex *tex. in l. iubemus, C. ad Vellejan. in tract. de contract. diſp. 537. [illegible] circa fin.*

18 Secundam opinionem, quod creditor ſolùm præſumatur remittere pignus, ſiue hypothecam quòad perſonam expreſſam tantum, nempe cui dedit licentiam alienandi, vel reſpectu oneris accollati, hæc enim paria ſunt in hoc, tenuit eadem *gloſ. in d. l. Paulus in verb.* remiſiſſe ibi (quantum ad tertium, & quantum ad alios) & proinde dum in *d. l. creditor. § fin.* ſe remiſit ad ſenſum in *d. l. Paulus.* etiam ad ibidẽ per eam dicenda ſe remiſit. Idem probat in *l. ignorante, in fin. C. de remiſſ. pignor.* & hunc intellectum nullam habet difficultatem, & ab omnibus approbari affirmat *Neguſant. in tract. de pignor. par. 6. membr. 3. nu.*

nu. 13. Itaq. *Salycet.in l fin.C.de remiſſ.pig.* quem probat in hoc *Negaſ. d.nu.13.in fin.*
19 ſic concordat opiniones prædictas, quod aut creditor expreſſit onus, vel remiſit hypothecam reſpectu certæ perſonæ, & tunc vera eſt ſecunda opinio, vt quoad illam tãtum præſumatur creditor ius ſuum remittere, aut indefinitè permiſit debitori, quod poſſit pignus alteri obligare, & tunc vera ſit prima opinio, vt hypotheca cenſeatur remiſſa quoad omnes: quam diſtinctionem probat etiam *Maſcard. d.concluſ.* 1178. *n.* 41. de quibus meminit *Maſtrill. d.num.5. in fin.* probat etiam *Surd.deciſ.*163.*nu.*11. nec ab ea diſſentit *Molin.d.diſp.*537.*num.* 3. *&* 4. faciunt etiam diſcuſſa ab eodem
20 *Surd.deciſ.*302. Ratio primi dicti illa eſt, quia renunciatio iuris ſui non extenditur de perſona ad perſonam, nec de caſu ad caſum, ſed amuſſim in caſu ſuo tantum eſt accipienda, vt pluries repetij ſupra *par.*4. *in tit.de renunciat.*
21 Ratio vero ſecundi dicti illa eſt, quia renunciatio generalis generaliter accipienda eſt, nec Doctores debẽt coarctare quod partes generaliter voluerunt intelligere, vt de renunciatione dictum eſt in *d.tit.de renunciat.q.*2.*num.*13.*&* 14.*q.*3. & alibi paſſim, quam renunciatio generalis extenditur etiam ad incogitata, quando verba renunciationis ſunt talia, vt in genere ſaltem ſit de tali iure cogitatum, vt fundauit *Rot. Rom.diuerſor. deciſ.*149 *tot. Crauet. conſ.* 875.*nu.*11. *Menoch. in tract. de præſumpt. &* dixi *d.tit.de renunciat. q.*10. *num.*15. *in addition.*

Ex hac diſtinctione tollitur fundamentum ex aduerſo, quoniam in accollatione onerum facta in adiudicatione exprimitur certa perſona, cuius eſt onus, imo excludi ſolet omnis alia, quia apponuntur clauſulæ, quod illa bona ſint adiudicata franca, libera, &c. & ab omni alio onere. igitur ſumus in illo caſu, in quo omnes concludunt, quod creditor nullo modo ſibi præiudicet quoad alias perſonas, & hæc mihi, & multis alijs veritas videtur eſſe.

Non curo reſpondere deciſionibus, quia ipſemet *Maſtrill. in fin. d. deciſionis pluries*, etiam refert deciſum pro hac ſententia etiam quia ſententiæ ſæpe ſolent eſſe caſus fortuiti, vt dixi pluries in primo tomo, & *Borgnin.deciſ.*22.*nu.*56.*par.*4. notat multoties ſe vidiſſe prolatas eſſe ſententias contra textus, gloſas, communes concluſiones, & obſeruationes, quod propoſuit quieſcere, & amplius in his nugis non ſe inuoluere, miſerendo ſui, Iudicum, & conſulentium: & plura alia dicit contra iniquos iudicantes, quod annotaui, non quia omnes ſententiæ ſic pronunciantur: abſit enim: nam ſcio, profiteor, & vita etiam defenderem, vt in his ſupremis tribunalibus ſolent iuſtiſſimæ proferri ſententiæ, quibus etiam magna habenda eſt reuerentia, vt de deciſionibus Sacri Neapolitani Conſilij dixi *tom.*1.*conſ.*8.*num.*53. ſed hoc dixi, quia multi etiam Iudices habent libidinem impugnandi, & prætendunt ſe eſſe maioris ſcientiæ, quàm noſtri maiores, & ſententijs acquieſcere nolunt, prætendentes iudicare ſecundum diſpoſitionem iuris, non autem per exempla, & vtinam veritatem attingerent, clarum eſt enim, vt debeamus veritatem inquirere, & ea cognita, ſecundum illam iudicare, etiam ſi aliàs fuiſſet deciſum contrarium: quod nõ eſt nouum, ſed admodum vſitatum, vt poſt alios docet noſter de *Pont. in tract. de poteſt. Prorex. in tit. de refutat feudor. §.1. num.*10.*in fin.* quod, vt dixi, fieri debet, quando veritas ita ſe haberet, non autem ſub hoc quæſito colore nouas excogitare opiniones, prout multi faciunt, qui in varias tendunt, & diuiduntur ſententias, & per dictas eorum ambages, ſeritatem occultant, obſcurrant leges, mundum vniuerſum litibus inuoluunt, rancores, & odia inteſtina fouent, & aliorum omnium malorum ſunt cauſa, vt dixi *tom.* 1. *in tit. de renunc.q.*15 *nu.* 25. *& ſeqq.* & eſt *tex.in l.*1.*§.noſtram autem*, *C.de veter iur. enuclean.* de qua materia latiſſimè, & ex profeſſo poſt *Bart. Alex. Natt.Vaſq.Canceran.* & alios tractat *Matth. Mathæſilan. in præfat. de elect. commun. opinion. num.*20. *& ſeqq.* vt legitur *tom.* 18. *tract. fol.* 222.

SVMMARIVM.

1 *Creditor habens ceſſionem iurium ab anterioribus creditoribus pro contractu continente ſummas partim anteriores, & partim poſteriores non confundit anterioritatem qua ratione oſtenditur. numer.*2.

3 *Confuſio iurium creditoris nunquam ex vnica ſtipulatione inducitur.*

4 *Deciſio M.R.C. regni Siciliæ affertur circa executionem factam pro vntijs* 600. *redditum, & ſubiugatio ſtare non poterat niſi pro certa ſumma.*

5 *Ictus fuſtium non infamat, ſed cauſa.*

6 *Creditor poſterior in locum prioris ſuccedit.*

7 *Hypoteca ſemel acquiſita nunquam tollitur per ſubſequentem contractum ſine expreſſo conſenſu illius cui primo fuit acquiſita.*

8 *Deciſio Putei 323. num.4. lib. 1. impugnatur.*

QVAEST. XXXXII.

QVero, Quid ſi eſſem creditor ex diuerſis ſummis, partim anterioribus, & partim poſterioribus: deinde conuenio cum meo debitore, & de omnibus ſummis vnicum facimus contractum, an per hanc vnicam ſtipulationem cenſeatur confuſa hypotheca mea anterior, & attendatur vltima ſtipulatio, & ſic cogi poſſim à creditoribus medij temporis, vt ſua credita ſatisfaciam. Pro reſolutione huius quæſtionis pono ſequentes concluſiones ſine magna diſcuſſione quia ex diſcuſſis in tribus præcedentibus rationes conſiciandi eas ſumi poſſunt.

1 Prima concluſio. Contractus continens ſummas partim anteriores, partim poſteriores, ſi creditor habeat ceſſionem iurium ab anterioribus creditoribus, non confundit anterioritatem. Hanc concluſionem probant *gloſ. in l. etiam, §. 1. in verb. audiendus, ff. de minor. & Iaſ* quos probat *Pute. deciſ. 323. num. 3. in fin. lib. 1.* Eam confirmant alij plures, quos ſequitur *Alex. Raudenſ. deciſ. Piſan. 30. num. 232. cum ſeqq.* & eam probant hoc, præ-
2 cipuè ratione, quia hic contractus dicitur habere clauſulas ſeparatas, & facit manere iura impermixta, vt poſſit creditor pluribus actionibus, & vijs ſe tueri; nam creditor ex cumulatione actionum in vnica ſtipulatione noluit plures titulos in eius vtilitatem cumulare, vt ex ſingulis ſeparatis poſſit ſua iura defendere, & ſic retorqueri non debet in eius odium, quod in eius fauorem, & beneficium eſt introductum, vulgato *tex. in l. quod fauore, C. de legib.*

3 Secunda concluſio, quoties aliqua coniectura ſumi poteſt, quod iurium confuſio ſi fiat, nunquam ex vnica ſtipulatione ſine decreto inducitur confuſio iurium creditoris: concluſio hæc probatur omnibus medijs, quibus probata eſt quæſtio præcedens, & etiam ex *Rota Auenionenſ. deciſ. 27.*

Confirmatur, quia quotieſcunq; natura rei deductæ in contractum, vel decretum vtiliter, & commerciabiliter eſt diuiſibilis per partes diſtinctas; tunc remanet diuidua, nec ei nocet vnicas ſtipulationis, ſiue decreti, & proinde obligatio, diſtributio, ſolutio, & liberatio, & pariter diuidua, *l. ſancimus, §. nec autem, C. de donat. ibi (Si res diuidi ſine ſuo periculo poſſibilis eſt)* & ibi *(Partitio vtiliter celebrari minimè poteſt)* cum pluribus alijs cumulatis adhoc propoſitum à *Raudenſ. d. deciſ. 30. num. 234 verſ* quid ſi natura, vt alios omittam.

Et ob hanc cauſam pluries, vt ex in fractibus ſpectabilibus Conſiliarijs Panormi audiui fuit in dicto Regno deciſum, quòd, licèt in contractu bullari, ſiue ad annuum cenſum adſit vnica ſtipulatio reſpectu diuerſarum ſummarum, in dubio tamen non præſumatur in dicta confuſio iurium, adeo quod ſi fuiſſent decurſi aliqui cenſus ex cauſa anteriori, & cauſaretur executio ex cauſa illius contractus, vtiq; valeret executio, & diceretur cauſata pro illa ſumma, quæ deſcendit ex illa cauſa anteriori incluſa in dicto contractu, nec creditores medij temporis poſſent prætendere confuſionem iurium ex illa vnica ſtipulatione.

4 Inſuper deciſum fuit à M. Curia Vicaria in cauſa Principis Villæfranchæ ceſſionarij D. Aemiliæ Marchioniſſæ Giarratanæ cum D. Rogerio Marchione Giarratanæ ad relationem ſpectabilis D. Cataldi Femiæ; quòd, dum erat facta ſubiugatio pro vnctijs ſexcentum redditum, nec ſubiugatio ſtare poterat niſi pro certa ſumma, dum fuiſſent virtute dicti contractus cauſata executio in certa ſumma, fuit iudicata firma, & valida executio pro ſumma legitima, & oppoſitiones fuerunt reiectæ, & dum à dicta ſententia fuiſſet appellatum, & per Dominum Proregem fuiſſet datus Iudex ſpectabilis de Blaſchis, fuit per eum confirmata ſententia, non obſtante quod contractus pro tota ſumma factus fuiſſet à curatore cum decreto ſudicis, quia decretum regulatur ſecundum contractum, vt multoties replicatum eſt, & ideò dum per contractum non eſt inducta confuſio iurium, & inſtigetur pro ſumma legitima, idem euenit, dum adeſt decretum. Sic etiam eadem Magna Regia Curia decidit in anno 1615. in cauſa Angelæ de Angelo, & Vincentij fidale cum Laudonia Seiacca ad relationẽ ſpectab. de Amico, & re vera hæc opinio maximam continet æquitatem, ne actus agentium operetur vltra illorum intentionem; renunciationes ſuorum iurium arcentur potius, quàm amplientur; quod in fauorem vniusq; fuit introductum non retorqueatur in eius odium, & ob alias plures rationes, & iuris regulas, quæ paſſim omnibus ſunt obuiæ.

5 Nec cancellatio priorum contractuum vrget, quia in dubio cauſa cancellat contra-

tractum, non autem linea, ſicut ictus fuſtiū
non infamat, ſed cauſa, ex qua quis fuſti-
gatur. *l. ictus fuſtium. ff. de his, qui notan.*
infam. & ideò in dubio primus contractus
non dicitur cancellatus, ſed eius anteriori-
tas fuit transfuſa in alium contractum, &
ſic licet hic contractus ſit poſterior, ſufficit
tamen, vt eius cauſa ſit anterior, virtus
enim ſubintrantiæ. ſiue ſubingreſſionis hoc
facit, vt poſterior creditor in locum prio-
6 ris ſuccedat, *l. 1. & toto tit. C. de his, qui in*
loc. prior. cred. ſucced. cum alijs cumulatis
per *Maſtrill. in addition. ad Petr. de Gre-*
gor. in tract. de cenſib. q. 6. ante num. 94. &
patet ex dictis alias. Quo fit, ſicut poſt
7 alios tradit *Neguſant. in tract. de pignor.*
par. 2. membr. 4. num. 143. vt hypotheca ſe-
mel acquiſita nunquam tollatur per ſub-
ſequentem contractum ſine expreſſo con-
ſenſu illius, cui primo fuit acquiſita, & ra-
tionem addit in *3. membr. 6. par. nu. 7.* quia
etiam in obligatione nouante ſemper in-
telligitur repetita hypotheca cum priuile-
gio prælationis ex *tex. in l 3. vbi Bart,* &
alij *ff. qui potior. in pign. habean.*

8 Hinc patet, quod deciſio *Pute. 323. nu.*
4. lib. 1. non ſit vera dum voluit, vt regula-
riter ex coaceruatione plurium ſummarū
in vno contractu ſit inducta iurium con-
fuſio ex vnica ſtipulatione ex *tex. in l. ſi*
quis cum ita. ff. de appellat. Non, inquam,
ſit vera, niſi natura rei deductæ in contra-
ctum ſit indiuiſibilis, vt patet ex dictis,
quia decretum, ſtipulatio, obligatio, ſolu-
tio, diſtributio, ac liberatio ſequuntur na-
turam rei principalis; quæ, ſi indiuiſibilis
eſt, ita regulat quicquid in ea fundatur;
ſecus ſi diuiſibilis ſit, vt notant omnes per
illum *tex. in l. ſtipulationes non diuidun-*
tur. ff. de verb. obligat. l. 1. §. & harum vbi
poſt alios *Aquilin. ff. de verbor. obligat.*
Raudenſ. d. deciſ. 30. num. 234. & proinde
dum in caſu noſtro detur talis diuiſio, vt
ex dictis cernitur, & patet ex terminis, non
poteſt induci confuſio iurium.

SVMMARIVM.

1 *Creditor ſoluens creditum anteriori credi-*
tori an dicatur nouam hypotecam acqui-
rere, vel ſolum in locum ipſius ſuccede-
re.
2 *Creditor ſecundus ſoluendo debitum ante-*
riori ſuccedit ſine ceſſione in ei locum,
& vtitur retentionis remedio.
3 *Ceſſio iurium an ſit neceſſaria, vt creditor*
poſterior ſoluens anteriori vti poſſit re-
tentione.
4 *Debitor recmens pignus à creditore nullum*
ius acquirit, & hypotheca reſoluitur.
5 *Debitor ſoluens creditori debitum de pecu-*
nia aliena, an ex hoc hypoteca ſoluatur
ſtante pacto expreſſo, vt teneatur cedere
iura, ſubſequuta inde ceſſione, & quid ſi
ceſſio non interuenerit nu. 6.
7 *Quænam requirantur, vt tertius de cuius*
pecunia fuerit debitum ſolutum anterio-
ri per debitorem, ſuccedat in locum
illius.
8 *Soluens creditori alicuius animo faciendi*
fructus ſuos, an illos faciat.
9 *Creditor ſoluens priori creditori, an ſucce-*
dat in locum ipſius, qui poſſidet feudum
aſſenſu adhuc non impetrato.
10 *Ceſſionarius ceſſione vti non poteſt contra*
bona ceſſa niſi pro ſumma realiter ſoluta.
11 *Ceſſio pro ſumma non ſoluta an, & quando*
ſubſtinetur.
12 *Creditor inuitus cogi an poſſit ad cedēdum*
iura extraneo ſoluenti debitum, ſeu of-
ferenti.

QVAEST. XXXXIII.

1 Quæro, An ſoluens creditum an-
teriori creditori; dicatur nouam
hypothecam acquirere, vel ſo-
lum in locum illius creditoris
ſuccedere? Quæſtio hæc eſt ad-
modum vtilis; ſi enim eſt noua hypotheca,
iam dicitur reſolutus primus contractus
primi creditoris, adeo vt hic nouus credi-
tor non poſſit moleſtari à creditoribus il-
lius primi creditoris. At ſi durat prima hy-
potheca, tunc dicitur durare primus con-
tractus. & ſic creditores illius primi cre-
ditoris habent ius in dictis bonis.

Hæc quæſtio tractatur in *l. Ariſt Nera-*
tio ff quæ res pignor. oblig. non poſſunt obl
Gloſ. Bart. Caſtrenſ. & alij. & in l. 1. C. de
his, qui in prior. credit. loc ſucced. vbi Bald.
Angel & alij, Neguſan. par. 5. de pignor.
membr. 3 num 16 & ſeqq. vt legitur tom. 6.
tractat. par. 1 fol. 232. Montic. in tract. de
inuentario. in tit. de iure deliberandi num.
175. vt habetur tom. 8. tractatuum. par. 2.
fol. 245. Cardin. Mantic. lib. 11. de tacit. &
ambig. conuention. tit. 28. & 29 & alij ci-
tandi.

2 Pro reſolutione huius quæſtionis conſi-
derandi ſunt plures caſus. Primus eſt, quā-
do ſecundus creditor ſoluit creditori an-
teriori, & hunc caſum examinaui ſuprà vbi
reſolutum eſt ſine ceſſione ſuccedere in lo-
cum primi creditoris, & dum non habet
aliud remedium, vtitur iure retentionis, vt
eſt æquior, & receptior ſententia, ſecun-
dum quam iudicauit *Rota Bonon. deciſ. 50.*
de qua meminit *Vincent. de Franch. deciſ.*
134. in fin. quos ſequuntur *Tepat. in tit.*

qui potior. in pignor. habeantur. lib. 2. variar. ſentent. fol. 239. § emptor. Mantic. d. tit. 29. & tit. 28 num. 8. vbi citat Bart. Salycet. & Neguſant.

3 Nec vrget, quod *Ioan. Franc. de Ponte conſ. 87.* contrarium teneat, & quidam alij penès *Mantic. d. tit. 29.* vt requiratur ceſſio, alias non detur retentio tali ſoluenti, cùm ſine ceſſione non poſſet habere hypothecam anteriorem, iuxtà *tex. in l. ſi potiores. C. de ijs qui in prior. credit. loc. ſucced.* & ex alijs iuribus. Nam rectè reſpondet *Mantic. d. tit. 29 num. 7. & ſeqq.* quod ad conſequendam hypothecam, ſit neceſſaria talis ceſſio adhoc, vt in locum illius ſuccedat; non autem vt ſi poſſeſſionem nactus fuerit, non poſſit ſe tueri exceptione contrà poſteriores creditores pro debito ſoluto anteriori creditori.

4 Secundus caſus eſt, quando ipſemet debitor ex propria pecunia ſoluit primo creditori, vt quia reemit pignus, & in hoc caſu reſoluitur prima hypoteca, & nullum ius acquirit, & ſic procedit opinio contraria, quia per talem reemptionem ſolùm ſe, & ſua pignora liberauit, ita *Salycet.* & alij in *d. l. 1. C. de his, qui in loc. prior. credit ſucced.* Si tamen fecit ſibi cedere iura à dicto ſuo creditore: habet tunc ius retentionis, præcipuè dum ipſe eſt poſſeſſor dictorum bonorum, ita habetur in *l. vſucapio. C. de pignor. gloſſ in d. l. Ariſt. vbi Bart. num 3.* & alij plures. Et licèt de *Ponte d. conſ. 87. nu. 14. & ſeqq. vol. 1.* tenuerit contrarium, tamen *nu. 20.* non audet recedere à communi ſententia, quam etiam tuetur *conſ. 45. & 143. vol. 2.* & caſus *d. conſ. 87.* erat diuerſus, quia, ſcilicet, emptor emit rem alijs obligatam, & ſoluit pretium, & volebat poſtea pretium retinere ſub prætextu, quod de mandato ſui venditoris ſoluerat pretium prætenſo creditori anteriori.

5 Tertius caſus eſt ſecundum terminos noſtræ quæſtionis, ſi primo creditori ſit ſatisfactum de pecunia tertiæ perſonæ: vt ſi ego debeam tibi centum cum annuo cenſu: non habens pecuniam meam præ manibus, illam mutuo accipio à Titio: & ſoluo illam tibi: Et in hoc caſu ſubdiſtinguitur quo ad extinctionem tuæ hypothecæ. Aut. n. tibi ſoluo illam pecuniam Titij cũ pacto expreſſo, vt ſic tenearis cedere iura tua, & re vera cedis: & tunc ſinè dubio remanet illa prima tua hypotheca, quia ex perſona tua transfertur in perſonam Titij virtute dictæ ceſſionis, qui etiam ex dicto nouo contractu acquirit aliam nouam hypotecam, contrahendo mecum, ita poſt *gloſſ.* notat *Bart. in d. l. Ariſt. nu 7. vbi Bal. nu 2. notab. Angel. in d. l. 1. verſ. ſed ſi debitor ſoluit. C. de his, qui in prior. cred. loc. ſucced. vbi Salyc. nu. 1. verſ. ſed dubium eſt in quo iure, & nu. 2. & de Salyc.* ad hoc proprium meminit *Vincent. de Franch. deciſ. 134. nu. 2. & 3. Neguſ. par 5 membr. 3. nu. 45* quem probat *Mantic d. tit 28. num. 16. & tit. 29.* toto conferunt diſcuſſa per decretum *de Ponte conſ. 95. vol. 2.*

Vtilitas ſola eſſet in hoc caſu, quia ſi Titius ex perſona ſua non poſſet illa bona vendere, puta ex pacto appoſito mecum de non vendendo, poſſet tamen vendere ex perſona illius, in cuius locum, & iura ſucceſſit, virtute dictæ ceſſionis habitæ, vt eſt videre penes præfatos Doctores.

6 Aut verò non interuenit ceſſio primi creditoris, & tunc ſine dubio extinguitur illa hypotheca, & hic extraneus ex iuris diſpoſitione ſuccedit in locum primi quò ad præſationem, & acquirit nouam hypothecam, ſimilem primæ, quia dum ego ſoluo creditum alicui ex pecunia mea, in locum eius ego ſuccedo, ita poſt *gloſſ in d. l. 1. C. de his, qui in prior. cred. loc. ſucced.* notat ibi *Angel. verſ. in ead. ibi.* Idem in priuilegio. *gloſſ. in d. l. Ariſt. vbi Bar. num. 7. Bald in fin.* & alij, & ità cum ſpectabili Fimia, & alijs fuit Panhormi reſolutum de anno 1614 dum ibi eſſem, & notant etiam alij infra cumulandi.

7 Controuerſia eſt tamen, quænam requirantur, vt ſine ceſſione in locum primi ille tertius ſuccedat, & receptior videtur opinio *gloſſ in d. l. Ariſt. v.* quatuor ſint neceſſaria. Primò, vt pecunia mutuetur debitori animo illam ſoluendi creditori. Secundò vt cum effectu ei ſoluatur. Tertiò, vt pactũ interueniat, quod ille tertius ſuccedat in locũ prioris creditoris, & quartò, vt aliud pactum interueniat, vt illa bona ſint in ſpecie obligata mutuandi talem pecuniã, & dum hæc quatuor interueniunt ſine ceſſione, extinguitur hypotheca primi creditoris, & ille mutuans ex iuris diſpoſitione ſuccedit in locum primi quoad prælationem, & quoad ſimilem hypothecam, vt notant prænarrati *Doct. Neguſant. de pignor. memb. 3. par 5. nu. 45. Ioan. Franc. de Ponte conſ. 87. num. 3. vol. 1. Antonin. Theſaur. lib 2. quæſtion. forenſ. cap. 30.* vbi plures deciſiones cumulat, & meminit de *d. conſ. 83 de Ponte.*

8 Si tamen poſſeſſor ſoluit: duo ſatis ſunt: Vt pecunia ſoluatur creditori anteriori, & vt ſoluat animo ſubintrandi in iura illius, & multi tenent, & vidi practicatum, quod ſi ſoluat animo faciendi fructus ſuos, etiam fructus ſuos faciant, *Rodric. de annuis reddit. lib. 2.*

Sed contrà hoc vrget non leue argumẽtum. Iam enim ſuperius dictum eſt, quod ſi ceſſio expreſſa interuenerit, non extingua.

guatur illa prima hypotheca: ergo etiam ſi non interueniat. Probatur conſequentia. Doctores enim ideo concludunt, quod ille mutuans ſuccedat in locum primi, quia ex iuris diſpoſitione ille creditor ſic velle præſumitur, vt eſt videre penès prænarratos Doctores, & ideo ex regula taciti, & expreſſi ſequitur, idem eſſe in vno, & alio caſu.

Reſponſio mihi videtur clara, vt non ſit eadem ratio in vno, & in alio caſu: Et ideo ceſſat obiectum de tacito, & expreſſo, vt dixi ſuprà *par. 2. tit. de perſonis q. 8.* & alibi. Nunc enim lex præſumit illum conſenſum, non idem in translatione hypothecæ, ſic enim vrgeret argumentum, &c. ſed in ſolutione, vt ſibi ſoluatur, &c. & facta ſolutione, ex miniſterio iuris mutuans ſuccedit in locum primi, quoad prælationem, & aliam ſimilem hypothecam, quæ in ſubſtantia eſt diuerſa à prima in effectu vero eſt eadem, vt notat *gloſſ. & Salyc. in locis citatis.*

9 Et in particulari in feudo, quod creditor, ſoluens priori creditori, non ſuccedat in locum ipſius, niſi aſſenſus interuenerit, probat latiſſimè *Fretia de ſubfeud. lib. 2. q. 32.* vt alios ſileam. Idem eſt in officio, quod non eſt trãſmiſſibile ad heredes, quia hoc officium eſt feudi ad inſtar, & de feudo ad officium hoc validum eſt argumentum, vt latiſſimè poſt *Boer. deciſ. 350. num. 4. Fretiam, Lopez,* & alios probat noſter *de Ponte deciſ. 28. num. 5. & ſeq.* qui poſt alios ſubdit, quod ſtrictius etiam procedatur in his officijs, quàm in feudo, ſic etiam *Frãc. de Amicis, in c. 1. tit. de his, qui feud. dar. poſſ. fol. 62. & 63.* vt alios omittam. In officio tamen, quod eſt trãſmiſſibile ad hæredes, vt ſolet eſſe militia taliter acquiſita, de qua loquitur *tex. in l. fin. C. de pignor. vbi Oddofred. Cyn. Bart.* & alij communiter qui textum illum interpretantur in officio ac militia tranſmiſſibile ad hæredes, vt latiſſimè proſequitur *de Ponte d. deciſ. 28. nu. 56. & ſeqq.* tenet etiam *Tellius fernand. ad leg. Tauri. l. 26. & 29. nu. 11. verſ. vnde ſi hæc officia, ſic etiam num. 10. verſ. & tenendo hanc opinionem.* Quod euenit ex defectu aſſenſus, nam lex reſiſtit tali hypothecæ, & proindè non procedit in caſu noſtro, quia dat creditori ſimilem hypothecam.

10 Illud aduertendum eſt, quòd dum hic talis obtinet ceſſionem à primo creditore, non poteſt vti ceſſione contrà bona prædicta, niſi pro illa ſumma, quam verè, & realiter ſoluit; quia pro dicta ſumma ceſſio eſt vera, & realis, & pro alia remiſſa illa ceſſio eſt ſimulata, *l. per diuerſas, vbi omnes, C. mandat.* quos probat *Regens de Ponte cõſ. 84. vol. 2.* qui poſt *Iacob. Butricar. ibidem Bart. Bald. Salyc. Alberic. Caſtrenſ. in d. l. per diuerſas.* Sic etiã ſpecul. *Innoc.* & alios probat, quia dum intentio illius legis fuit annullare ceſſionem prædictam in illa crediti parte, quæ cum effectu non fuit ſoluta, ideo ſimulatam eſſe vocat, & hoc tam quoad animum contrahentium, quam etiam quòad qualitatem tituli. Quòad animum quidem, quia ceſſionarius ſimulat habere bonam fidem, & non habet, cùm potius habeat animum fraudandi poſſeſſorem bonorum obligatorum, vt plus habeat de illis bonis, quam in veritate conſequi debet. Quò ad tituli qualitatem, quia ſimulat, habere iuſtum titulum ex cauſa veræ numerationis integri pretij, quem non habet, quoniam quod verè fuit numeratum, non æquiualet ei, quod fuit ceſſum; & ideo ſolùm valida eſt ceſſio pro pretio ſoluto cum effectu vnà cum eius legitimo intereſſe, quòd vt dixi infrà *par. 15. q. 20. §. cum tamen* eſſe ad rationem ſeptem pro centenario.

Benè verum eſt, vt notat *Bar.* communiter receptus in *d. l. per diuerſas,* quod etiã affirmat idem *de Ponte d. conſ. 84. nu. 6.* vbi hoc dicit eſſe de mente omnium, quod talis ceſſio etiam pro ſumma non ſoluta, ſit valida, quando ſit in beneficium poſſeſſoris dictorum bonorum, quia ſit pro conſeruatione rei, non autem in fraudem aliorum, & ideò lex abhorrendo ſimiles ceſſiones ad euitandas fraudes, voluit hanc regulam limitare, quando ceſſio fieret pro conſeruatione, & tuitione dictarum rerum, quia hæc iudicatur cauſa neceſſaria.

12 Poſtremò aduertendum eſt, quòd licèt extraneus poſſit ſoluere creditum ſuum creditori, & liberare pignus etiam inuito creditore, attamen creditor inuitus cogi nequit ad cedendum ſua iura extraneo ſoluenti, & offerenti, quoniam hæc ceſſio æquiparatur venditioni, & ſicut nemo inuitus regulariter cogitur vendere, ita nec cedere, ita per *tex in l. nulla C. de ſolut.* notant ibi communiter *DD. Bald. in conſ. 190. incip. conſilium prædictum lib. 5. Caſtrenſ. in l. ſi res obligata num. 6 ff. de leg. 1. Alberic. in l. fideiuſſoribus, ff. de fideiuſſ. Neguſ. de pignor. in 3. membr. 5. par. nu. 26. verſ. Tamẽ meo iudicio, & num 42. verſ. dubitatur Roderic. de annuis reddit. lib. 2. q. 16. nu 8. cum ſeqq. Gratian. deciſ. 215. nu. 12. Carthar. deciſ. Gen. 61.* & alij, quos probat *Ioan. Philipp. Teſtai. alleg. 12 nu. 94. cum ſeqq. vol. 1.* vbi hanc illationem examinat.

SVMMARIVM.

1 *Hypoteca primi creditoris diruta domo, & inde redificata ſemper remanet.*

2 *Domus redificata dicitur antiqua, & patrimonialis.*

3 *Meliorationes facta ſuper re obligata per debitores veniunt ſub obligatione bonorum.*

4 *Meliorationes facta per tertium ſuper re obligata creditoribus an veniant ſub obligatione bonorum hypotecatorum per debitorem licet aliqui contrarium firment, num. 5.*

6 *Meliorationes ſoluuntur habito reſpectu ad tempus quo facta ſunt non autem ad præſens.*

7 *Quod tempus attendi debet in reficiendis meliorationibus, & hoc ſit in electione domini ſeu poſſeſſoris huiuſmodi tempus attendere nu.* 8.

9 *Augmentum temporis in meliorationibus factis, an cedant in beneficium creditorum, vel domini.*

10 *Meliorationes facta per aliquem habentem dominium in re meliorata, quomodo, & qualiter earum æſtimationem conſequatur, & ratione comprobatur nu.* 11.

12 Tex. in l. Paulus, §. domus, ff. de pignor. *qualiter procedat.*

13 *Electio an ſit habentis dominium in re meliorata, ea conſequendi vel æſtimationem, & quando eſſet in electione domini, nu.* 14.

15 *Retentio pro meliorationibus an, & quando concedatur melioranti.*

16 *Hypoteca tacita an detur melioranti rem pro meliorationibus.*

17 *Actio quanam competit melioranti rem pro meliorationibus.*

18 *Meliorans rem, an percipiant fructus ex eo.*

19 *Retentio an competat pro meliorationibus factis.*

20 *Poſſeſſor an teneatur ſoluere præteritos canones ſeu cenſus quamuis emiſſet rem pro franca, & libera.*

QVAEST. XXXXIV.

1 QVæro, An meliorationes bonorum hypothecatorum veniant ſub hypotheca? Antequam reſoluamus quæſtionē, notādum eſt, quòd ſi Domus corrueret, & denuò reædificaretur, maneret prima hypotheca prioris creditoris: quoniam dicitur idem ædificium, ac domus, cum eiſdem oneribus, *l. ſi funus. § ſi res, & l. Paulus, §. domus ff. de pignor & hypoth. l. domo ff. de pignorat. action* poſt alios *Tiraquell. de retractu § 32. gloſ. 1 nu. 53. cum ſeqq.* Et ſic dicitur domus antiqua, & patrimonialis, vt erat prius, vt poſt alios probaui aliás, & probant etiam *Bald. in l. 1. ff de rer. diuiſ. Bart. in l. 1. ff. de ſuperfic. Alberic. in l. fin. C. de iur emphyteot. Caſtrenſ in l. 2. nu. 6 ff. de ſeruitut. Soccin. conſ. 138 vol. 1. Pariſ. de Puteo de reintegrat. feud. fol.* 107. & alij. Quia dum ſolum eſt antiquum, & ædificiū cedit ſolo, vtiq; ſic etiam iudicatur ædificium. Et proindè ſi ſolum eſt patrimoniale, ſic iudicabitur ędificium; ſi ſolum ſit feudale, ædificium erit feudale: ſi emphyteoticum, domus erit emphyteotica, & ſic de alijs.

Hoc explicato, deuenio ad quæſtionem, quæ duo habet capita. Primum eſt reſpectu creditorum, qui habent ipſa bona hypothecata. Secundum eſt reſpectu illius, qui meliorationes fecit. In primo capite ſubdiſtinguitur. Aut enim meliorationes fecit
3 debitor principalis, aut alia tertia perſona. Si debitor principalis, quæſtio eſt de indubitabili, meliorationes venire ſub dicta hypotheca bonorum, & ita tenent omnes per textum expreſſum in *l. Paulus, §. ſi mancipia, ff de pignor. & hypothec.* & ita ſemper fuiſſe ſeruatum in Sacro Neapolitano Cōſilio affirmat *Vincent de Franch. deciſ. 38. circa finem, & deciſ* 456. tota & alibi, quia vel tales meliorationes conſiderantur tanquam bona nouiter acquiſita, & hæc veniunt ſub hypotheca, vt multotiès replicatum eſt. Vel conſiderantur tanquam acceſſoria ad rem principaliter obligatam, (cùm meliorationes ſolo cedant, niſi ex pacto, vel conſuetudine eſſet contrarium introductum, vel in illo ſolo facta eſſet Eccleſia, vt poſt alios docet *Tuſch. in verb. melioramenta concluſ. 175. tota*) & clarum eſt, vt ſaltem obligatione acceſſoria, & naturali, à lege introducta, veniant ſub hypotheca bonorum tales acceſſiones rei principalis.

4 In ſecundo caſu, quando meliorationes factæ ſunt à tertia perſona, eſt tota controuerſia, nam multi affirmant, & multi negant. Pro parte negatiua, quod tales meliorationes non veniant ſub hypotheca, citatur *Bart. in l. 2. per illum textum, C. de prædijs ex omnibus rebus nauicularibus lib.* 11. quem ſequitur *Caſtr. in l. ſi conuenerit. la ſecunda, §. ſi fundus, num. 2. in fin. ff. de pignor.* vbi hoc dicit perpetuò menti tenendum, probat etiam *Iaſon. in l. creditor la prima num. 6. ff ſi cert. petat. Caſſan. in catal. gloria Mundi par. 12. conſid. 99. exactio. 17. Neguſ. in tract. de pignor. in 4. memb. 5. par. num. 28. Soccin. conſ. 15. col. 6. in fin.*

in fin. lib. 1. Marſil ſing. 321. in fin. de quibus meminit *Tuſch. in verb. melioramenta, concl. 182. num. 50.*

Nec deſunt rationes, & congruentiæ; quia licèt meliorationes ſolo cedant tanquam acceſſiones ad rem ipſam, cedunt tamen cum onere ſoluendi pretium melioranti, vt mox dicetur, & ſic nihil remanet, in quo creditor exercere valeat ſuam hypothecam.

5 Pro contraria ſententia citatur *tex. in l. Paulus. §. demum. verſ. Paulus, ff de pigno.* citantur etiam *Bart. & damnati Pariſienſ.* quos probat *Vincent. de Franch. d. deciſ. 456. vbi num. 2.* affirmat, ita ſemper fuiſſe iudicatum per Sacrum Conſilium, & pro hac opinione citat etiam *Neguſant.* ſibi contrarium, & idem probat *deciſ. 506. nu. 10.* ſic etiam *Alex. ad Bart. in d. l. 2.* & poſt *Couarr.* hanc etiam ſententiam probat *Garzias in tract. de meliorat. & expenſ. cap. 18.* vbi notat, contrariam ſententiam eſſe contrà textum expreſſum in *d. §. domus* qui generaliter, & indiſtinctè loquitur, & poſt *Neguſant & Brunum,* notat *Tuſch. in verb. hypotheca praeambula concl. 128. num. 2. Magon. in Rota Florentin. deciſ. 51. Surd. conſ. 128. vol. 1. Gabr. conſ. 45. vol. 2. conſiliar. de Georgio allegat. 40. nu. 28.*

6 Eandem ſententiam probare debēt omnes, qui tenent, quod meliorationes ſoluantur, non habito reſpectu ad tempus præſens, ſed ad tempus, quo factæ fuerunt, quia augmentum temporis cedit in beneficium creditorum, vt poſt *Couarr. & Garz.* probat *Ludouic. Morot. in tract. de iure offerendi in tit. de poſſeſſore offerente num. 8.* & plures alij ex infrà cumulandis, & hac ea ratione, ne bona hypothecata deueniant ad tertium poſſeſſorem, & fiat deterior conditio creditorum, & deſtruatur hypotheca, & ita ſe vidiſſe practicatum in illo ſenatu affirmat *Morot. d. num. 8. in fin. Magon. d. deciſ. 11.*

In hac Doctorum varietate mihi videtur, eligendam eſſe mediam viam, & fœdere diſtinctionis vtranq; ſententiam ad cōcordiam reuocandam. Igitur tota quæſtio
7 hæc dependet ab huius articuli veritate, quod nam tempus attendatur in reficiendis, ſeu reſtituendis melioramentis, de qua controuerſia plura habentur *d. deciſ. 38. & 456. Præſidis de Franch.* latiſſimè penès *Tuſch. in d. verb. melioramenta. concl. 176. tota.* & penès *Rebellium lib. 2. de obligat. iuſtit. lib. 7. q. 6.* tota, vbi plures alios citant, varias ponunt ſententias, magis tamen cōmuniter videtur in hanc inclinare, vt in quocunq; tertio ſiuè ſit merus poſſeſſor bonæ fidei, ſiuè Dominus, ſemper attenda-
8 datur, quod minus eſt, & ſic ſit in electione Domini, vel ſecundum præſentem æſtimationem, ſi minus valent meliorationes, vel ſecundum tempus, quo factæ fuerunt, ſi minus expenſum eſt, quàm nunc valent, & pro hac opinione *Tuſch. d. concl. 176. nu. 17. & ſeqq.* citat Gabrielem, Petrum Ant. à Petra, *Marzar. Caſtrenſ. Riminal. iun.* & plures alios, probat etiam *Molina de contract. lib. diſp. 463. §. multi,* & alij, de quibus meminit *Rebell. d. q. 6. in princ.* & ita fuit deciſum in Sacro Conſilio, prout refert *Anna ſing 182.* de quo meminit *Ioan. Bapt. de Thoro in compend. deciſ. Neapol. in verb. meliorationes facta in fundo.*

9 Dico igitur primò ſi ſumus in tertio poſſeſſore bonæ fidei, qui nullum habet dominium bonorum melioratorum, tunc meliorationum pretium, ſeu æſtimatio nō reſtituendum, prout expenſum fuit eo tempore, quo factæ fuerunt; Ratio huius dicti eſt, quia cùm iſte talis non ſit dominus rei, augmentum temporis non poteſt eſſe ipſius, ſed eius, cuius eſt res meliorata; & proindè ſatis eſt, vt habeat verum pretium meliorationum, prout iam expendit; ſic tenent omnes, quos in ſecundo dicto citabo. Et hoc modo iudico, veram eſſe opinionem Præſidis de Franchis in deciſionibus citatis, & ita procedere deciſiones Sacri Conſilij, vt augmentum temporis cedat in beneficium creditorum; quia cum tertius poſſeſſor habeat ſolùm veram æſtimationē melioramentorum, & ſi plus valent de præſenti, vnà cum augmento temporis cedant in beneficium Domini dictorum bonorum, clarum eſt, quod bona dicti debitoris veniant ſub hypotheca, ex rationibus aſſignatis in primo caſu; & hoc mihi videtur eſſe verum citrà omnem controuerſiā, vt ſatis ſit, hunc talem eſſe liberum ab omni damno, quamuis non conſequatur lucrum maioris valoris ex re meliorata; quia ſua non eſt, nec aliquod dominium in illa habet, & ita fuit deciſum in Sacro Conſilio, *Anna d. ſing. 182. expenſ. & allegat. 56.*

10 Dico ſecundò si tertius meliorationes habeat aliquod Dominium (vt quia emit rem cum pacto de retrouendendo; emit vltrà, vel infrà dimidiam iuſti pretij: ſit feudatarius, emphyteuta, vel vſufructuarius) & tunc habere debent æſtimationem meliorationum, prout valent de præſenti, nempè, tēpore reſtitutionis, ſiuè plus, ſiuè minus valeant, quàm fuit expenſum, ita *Bart. per illum textum in l. domos. ff. de legat. 1. vbi Iaſ. Alex. Garz.* & alij, quos citat, & probat *Barboſ. in l. diuortio. par. 1. §. fin. num. 91. ff. ſolut. matrim. Menoch. Velaſc. & Gamma,* quos probat *Rebell. d. q. 6. num. 1. Roland. conſ. 28. num. 18. verſ. non obſtat vol. 1. Theſaur. Rota diuerſorum*

Ruin.

Digitized by Google

Ruin. & alij, quos citat *Tuſch. d. concl.* 176. *num.* 15. *& num.* 22. vbi etiam eos probare videtur, & *concl.* 182. *num.* 52. *Anna d. ſing.* 182. *de Thoro in d. verb. meliorationes facta in fundo*, *Magon. in deciſ. Rota Florent. deciſ.* 51. *Riccius par.* 2. *deciſion. Curiæ Archiep. Neap. deciſ.* 263. Ratio eſt
11 manifeſta, quia cùm iſti habeant dominiũ dictorum bonorum, & ſi reuocabiliter, interim tamen ſunt Domini, & ſucceſſiuè ſiue augmentum ſit temporis, ſiuè meliorationum, ipſorum eſt, clarum eſt enim, quod augmentum temporis ſit poſſeſſoris, qui habet tale dominium rei, vt eſt notiſſimũ. Et ideo nihil eſt, quod prætendere poſſit Dominus rei, & ſucceſſiuè nec etiam creditores illius, & proindè non poſſunt tales meliorationes venire ſub hypotheca, & ſic procedit opinio negatiua, ſecundum quam etiam aliàs iudicauit Sacrum Neapolitanum Conſilium tempore Antonij de Iannario tunc Præſidis eiuſdem Sacri Conſilij, vt refert idem de *Franchis d. deciſ.* 38. *num.* 3. *in fin. Ricc. collect.* 150. *&* 667. de quibus meminit de Thoro *verb.* æſtimatio oblata. Et hæc mihi videtur veritas in hoc articulo, & in tota quæſtione, nec curo ſoluere contraria, quoniam per hanc rationẽ ſoluta apparent: *text. enim in dicto. §. domus*
12 procedit in caſu ſuo, ſi fiant à Domino rei, vel ab eo, qui dominium rei nullo modo habet; quia tunc viget ratio, vt æſtimatio ſoluatur de præſenti, & ſic nihil remanet, ſuper quo locum habeat talis hypotheca, vt dictum eſt.

13 Immò multi, quos citat *Tuſch. d. concl.* 170. *num.* 22. tenent, quod detur optio iſtis perſonis, habentibus tale dominium, petẽdi pretium meliorationum, prout illis magis expedit, & vtilius eſt, vel ſecundum tempus præſens, vel ſecundum tempus, quo ea fecerunt; ſed non eſt vera ſententia, quia ſi Domini ſunt, & interim ad eorum lucrũ, vel damnum omnia faciunt in illis bonis, non poteſt attendi niſi tempus reſtitutionis, quando ab illis reuocatur Dominium illorum bonorum, vt notiſſimum eſt.

14 Eſt tamen verum, quod ſi illi, qui habẽt vtile dominium, non ex cauſa neceſſaria, ſed voluntaria tales meliorationes fecerint, nec poſſint à fundo ſeparari, tunc eſt in electione Domini rei ſoluere æſtimationem meliorationum prout minus, & ſic eligere minorem partem, & pretium, *Paul. de Caſtro conſ.* 270. *viſo puncto, nu.* 4. *vol.* 2. *& Angel. de Bruſio*, quos probat *Tuſch. d. concl.* 176. *num.* 36. & conferunt latè diſcuſſa per *Barboſam loco citato nu.* 92. *&* 93. & poſt alios per *Rebell. d. q.* 6. *nu.* 8. *cum ſeqq.* qui tradunt, hoc idem eſſe in conductore, vt ſolùm recipiat, quantum expendit, dum rem ipſam meliorauit, dũmodo tantum melioraſſet.

In ſecundo caſu principali, ſi faciens meliorationes habeat eas hypothecatas, eſt magis controuerſa opinio, & omiſſis aliorum ſententijs, diſtinguo duos caſus, primus eſt antequam res meliorata perueniat ad tertium poſſeſſorem, ſecundus
15 eſt econtrà. Si loquamur in primo caſu, tunc iura dant melioranti retentionem rei melioratæ cum prælatione, vt alijs præferatur, vt dictum eſt, & probat *tex. in l. ſi in area, ff. de condit. indebit. Capyc. deciſ.* 17. *num.* 7. *Corn. ſoccin. iun. Ruin.* & alij, quos citat *Tuſch. in d. verb. melioramenta concl.* 182. ferè per totam, & retentionem hanc eſſe licitam in vtroq; foro, poſt alios probat *Rebell. d. lib.* 7. *q.* 7. vbi plures regulas circa hoc ponit, vt etiam facit *Tuſch. loco citato*, ad quos mitto lectorem, quæ retentio fit loco pignoris, vt ſibi ſatisfiat de melioramentis, vt poſt alios notat *Vincent. de Franch. d. deciſ.* 38. *num.* 3. vbi ſic deciſum refert, de quo meminit de *Thoro in verb. meliorationes iura facta*, *Riccius in* 2. *par. deciſion. Curiæ Archiep. Neap. deciſ.* 176. vbi alios citat: ita vt non poſſint creditores obijcere, vt ſoluat ſuperfluum, quia ipſe retinet domum, vel fundum, donec ei ſoluantur meliorationes, & expenſis, nec ſit dominus rei, vt poſt alios proſequitur *Ricc. d. deciſ.* 176. *nu.* 9. *& ſeqq. vbi ad plura infert vt per eum. Sura. deciſ.* 311. *idem Ricc loco cit. deciſ* 263 *nu.* 4. *&* 5.

Si verò illa bona ſint alienata in alium tertium poſſeſſorem, & tunc *Neguſ. in tra. de pignorib. in* 3 *memb* 5. *par num.* 9. tenet, meliorantem non poſſe agere contrà illum tertium actione hypothecaria, quia ſibi imputandum eſt, quarè non retinuit illa bona, vt refert *Tuſch d. concl.* 182. *n.* 10.

16 Mihi tamen magis probatur contraria ſententia, quod melioranti detur hæc tanta hypotheca, prout videtur *tex. expreſſus in l. ſi fundus, §. ſi res, & in l. Paulus, §. ſi domus, ff. de pignor. & hypothec. Tuſch. d. concl.* 182. *num.* 11. ita vt in bonis meliorantis talem habet hypotecam, vt præferatur omnibus creditoribus, etiam habentibus expreſſam, vt poſt *Surd. d. deciſ.* 311. *nu.* 7. *Borgnin.* & alios notat *Riccius d. deciſ.* 263. *num* 4. *&* 5. Si enim hæc datur reficienti domum, nauim, &c. vt ſuperius ſuo loco dictum eſt, & latiſſimè probat *Mantic. lib.* 11. *de tacit. & ambig. conuent. tit.* 23. cur denegari debet facienti meliorationes? certè nullo modo.

17 Eſt tamen verum, quod hæc actio datur in ſubsidium, ſi debitor principalis non ſit ſoluendo, quòd non negat *Neguſant. loco citato*, & dixi *tom.* 1. *par.* 4. *quæſt.* 14. *nu.* 5.

etiam

Digitized by Google

etiam in additionibus; & proindè multi docent, quod melioranti detur actio negotiorum geſtorum, vel actio in factum, ſiue officium Iudicis, quia æquum eſt, vt quod expendit in bonis melioratis, recuperet, prout latiſſimè poſt alios proſequitur *Tuſc. d.concl.182.num.12.& ſeqq.* qui videri poteſt pro reliquis quò ad hanc materiam, ſic etiam *Rebell. d.q.7.* nam plures citant, & hactenus pro hac quæſtione.

18 Si verò aliquis ſcienter meliorationes fecerit in bonis alterius, & indè fructus percepiſſet, facit fructus ſuos, vt dixi *par.7. q.16. in 2. vol.* Quam materiam latiſſimè examinant *Ricc.in collectan.c.150.& 191. & d.dec.176.Textay.allegat.1.Ioan.Franc. de Ponte deciſ.4.num.33.& deciſ.12.* rotam,

19 vt quis poſſit etiam retinere feudum pro meliorationibus factis, donec ei ſoluantur meliorationes. Idem procedit in meliorationibus factis in fideicommiſſo, vt latiſſimè proſequitur *Caſar Angelus q.13. de legitimo contradictore.art.7. cum ſeqq.& q.20.* vbi varijs iuribus, & Doctorum authoritatibus hoc probat, quod omitto, ſic etiã *Ricc.d.deciſ.176.num.8.& ſeqq.*

20 Eſt incidenter notandum, quòd ſemper poſſeſſor tenetur ſoluere cenſus præteritos, quamuis emiſit prædium pro franco, & libero: Quia res tranſit cum onere ſuo: & ideo vel debet ſoluere canones. ſiue cenſus præteritos, vel prædium ipſum dimittere, *l.2.C. ſine cenſu, vel reliquis, l. Imperatores, vbi Caſtrenſ.in princ ff.de public.& vetig. Speculator. in tit. de locatione, §.nunc aliqua. q.9.num.18 gloſſ.in l.2. in verb.repellere, C.de iur.emphyt.vbi Alberic.num 9. Salic. num.22.Iaſon.num.150. Anchar conſ.386. Abb.conſ.30.lib.2. Crauett.conſ.217.nu.5. Guido Papa deciſ.42. Afflict. deciſ.95. Rodoban.de reb.Eccleſ. non alienan.q.17.nu. 93.*poſt alios *Maſtrill.deciſ.171. Roderic. lib.2. de annuis reddit.q.9.num.51. Surd. deciſ.32.* Et ita fuiſſe deciſum in Sacro Cõſilio in cauſa Paſcalis Caputi cum hæredibus Horatij Curignani de Anno 1615. de menſe Iulij ad relationem conſiliarij S. Iacobi mihi relatum eſt, quod etiam poſſeſſor teneatur ſoluere laudemia non ſoluta, pro quibus aget poſtea contra venditores, qui non ſoluerunt cenſus, & laudemia.

SVMMARIVM.

1 *Ius offerendi introductum eſt in beneficium creditorum poſteriorum, & ratione corroboratur.*

2 *Creditor reſtituit bona vna cum fructibus per ius offerẽdi ne ſit in lucro nec in dãno ſunt quod procedit etiam in aſſignatione facta per partem quam per adiudicationem factam per Iudicem.*

3 *Ius offerendi conſeruat omnia iura offerentis illeſa, niſi expreſsè conſtet aliud ex facto.*

4 *Ius offerendi in magna æquitate fundatur.*

5 *Creditores medij temporis ſoluere tenentur creditori poſteriori ſummas quam ipſe poſteriori ſoluis anteriori in cuius locum ſucceſſit.*

6 *Plus illud quod valet bona ob ſolutionem factam per poſteriorem creditorem anteriori, an excomputari debeat in ſuo credito.*

7 *Ius offerendi an ceſſet per adiudicationem bonorum facta pretio appretio.*

8 *Exceptio quam quis poſſidet ex cauſa anteriori, an admictatur aduerſus inſtrumenta.*

9 *Creditor in certis annuis introitibus ad rationem ducatorum nouem pro centenario pro certo capitale minoris ſummæ ſi conſequutus fuerit aſſignationem à debitore debitoris cuius capitale erat maior, ſed redditus erat ad rationes ducatorum ſeptem pro centenario, an in foro coſcientia erit tutus.*

QVÆST. XLV.

QVæro, An creditor, qui iure offerendi habuit bona debitoris ſui à primo creditore, poſſit exigere creditum ſuum ſuper alijs bonis debitoris, aut contrà tertios poſſeſſores dictorum bonorum: An verò obſtet ei exceptio ſatisfactionis ex dicto iure offerendi? Reſpondeo, poſſe creditum ſuum recuperare, deducta illa quantitate, qua plus valent bona recuperata à primo creditore. Et licèt non afferam deciſionem in terminis, cum illam adhuc non inuenerim, probantur tamen ſingula infraſcriptis rationibus.

1 Primò quia ius offerendi fuit introductum in beneficium creditorum poſteriorum, vt electionem habeant, ſoluere creditum creditori anteriori, vnà cum intereſſe, & creditor reſtituat bona vnà cum fructibus, ne creditor anterior ſit in damno, vel in lucro, vt *tot.tit.C.de his, qui in loc.prior. credit.ſucced. Crauett.conſ.298.Vrſill. ad Afflict. deciſ.199.num.3.* cum alijs cumulatis per *Vincentium de Franchis deciſ.12. deciſ.531.* & ſæpè aliàs, probantem quod tam in aſſignatione facta per debitorem creditori anteriori, quàm in datione inſolutum eidem creditori facta per Iudicem, locum habeat, quod latiſſimè proſequitur *Moros. in tract. de iure offerendi*, & alij plures.

Secũdò licèt creditores poſteriores bo-

dictis, quod iſte creditor ſolùm erat tutus in conſcientia pro perceptione annuorum introituum, quia illorum erat Dominus, & licèt capitale, quod ſuus debitor conſequi debebat à Titio, erat maius, illud non habebatur in conſideratione, ſed ſolùm attendebatur quantitas introituum. At illud plus capitalis conſequendi ab ipſo Titio non erat iam adiudicatum ipſi creditori, ſed remanſit in beneficium dicti Cai ſui debitoris, qui ſolùm in capitali erat ei debitor pro ducatis termille, & ſeptingentum; & dum alter creditor eiuſdem Caij, licèt poſterior dicto aſſignatario, poterat per ius offerendi auocare dictam ſummam, & ſolùm ei ſoluere ſuum capitale dictorum ducatorum 3700. & illud plus erat ſecundi creditoris eiuſdem Caij, quia per dictam aſſignationem iura vtruſq; partis remanſerunt intacta; Ita remanſit illud plus in beneficiũ dicti Caij, adeò quod dum Titius exercuit pactum de retrouendendo, & ſic reſolutus fuit contractus, dictus creditor non potuit recipere, niſi ſuum verum capitale dictorum duc. 3700. & reliqui ducati octingentum remanſerunt in beneficium dicti Caij, & ſuorũ hæredum.

Et licèt hic creditor replicaſſet, ſe habere decretum Iudicis, quo fuerat Caio præfixus terminus duorum annorum ad redimẽdum à dicto ſuo creditore ſummam prædictam. Replicaui, illud decretum fuiſſe inualidum. Primò, quia contra inſtrumentum, in quo Caius habebat libertatẽ ſe redimendi quandocunq; Secundò quia reſtrictio non videbatur rationabilis, tum quia Caius non poterat ſe redimere propter ſuam decoctionem; tum etiam quia Titius debitor eiuſdem Caij poterat quandocumq; redimere capitale prædictum, exercendo ius luendi: quo caſu ſemper Caius remanebat creditor in dicta ſumma ducat. octingentum capitalis, & ſucceſſiuè iuſtè fieri non potuit tale decretum.

SVMMARIVM.

1 *Creditor poſſidens pignus pro ſecuritate ſui crediti ex conuentione facta cum debitore tenetur de dolo lata, & leui culpa, & quid in pignore pretorio nu. 2.*

3 *Creditor ob pignus in ſui poſſe exiſtens, an teneatur de caſu fortuito.*

4 *Probatio pignoris ammiſſi an ſpectet ad creditorem.*

5 *Onus probandi valorem pignoris ammiſſi an ſpectet ad debitorem.*

6 *Aeſtimatio pignoris ammiſſi ſi non manifeſtè appareat, an dicto creditori cum iuramento ſtari debeat quemadmodum ſtabitur iuramento locatoris in ſolutione penſionis, num. 7.*

8 *Electio an erit debitoris reperto pignore ammiſſo, vel illud petendi aut retinendi æſtimationem.*

QVÆST. XLVI.

1 QVæro, Si pignus fuerit ammiſſum, & dubitetur de eius valore, qualiter eius æſtimatio probetur? Pro reſolutione dico primò, quod creditor poſſidens pignus pro ſecuritate ſui crediti ex conuentione facta cum ſuo debitore, teneatur de dolo, lata, & leui culpa, vt poſt alios probant *Dec. in l. contractus num. 2. ff. de reg. iur. Florian. conſ. 11. num. 7. Tuſch. in verb. pignus, concl. 345.* & latiſſimè omnium *Menoch. conſ. 118. vol. 2. & conſil. 353. vol. 4.*

2 Dico ſecundò, quod in pignore pretorio ſolùm teneatur creditor de dolo, & lata culpa tantùm, non autem de leui, *Dec. loc. citat. & Neguſ.* quos probat *Tuſch. d. concl. 345. num. 8.*

3 Dico tertiò, non teneri creditorem de caſu fortuito, quia caſus fortuitus ſpectat ad Dominum pignoris, *l. quæ fortuitis, C. de pignor. action.* & alij paſſim, quod procedit etiam ſecundum noſtras *Conſuet.* vt habetur hic in Conſuetud. ſi creditor vbi *Napodan. num. 12. Menoch. dict. conſil. 353. libr. 4.* vbi furtum connumeratur inter caſus fortuitos.

4 Dico quartò, Probationem amiſſi pignoris pertinere ad ipſum creditorem tam de iure communi, vt probant Authores citati, ſic etiam idem *Menoch. de præſumption. libr. 6. præſumption. 64. numer. 7. & eſt text. in l. ſi creditor, C. de pignorat. action.* quàm etiam ſecundum noſtras *Conſuet.* vt notat hic Napodan. *in conſuet. ſi creditor, in verb. dicat.* ea ratione, quia dum hoc eſt ſancitum de iure communi, nec eſt deciſum expreſsè contrarium per conſuetudines, vt ſtetur ſimplici dicto creditoris; ideò dictum creditoris intelligi debet ſecundum terminos iuris, nempe, cum probatione valida, quia non oportet dicere, ſe probare: & dicenti incumbit onus probandi, vt ſunt regulæ tritæ, & vulgatæ. Et probatio non requireret tam exactiſſimam diligentiam, ſed ſatis eſſet bona fama creditoris, & probare, quod bona ſua amiſerit, quæ erant ſimul cum pignore, aut domum ſuam, vel arcas eſſe fractas, & quòd bona amiſerit, vt poſt *Speculat.* notat hic *Frecc. in addit. incipit. iſta probation. fol. 380.* de qua materia latiſſimè poſt alios tractat *Menoch. d. conſ. 353. vol. 4.* vt retineam alios.

5 Dico quintò probata pignoris amiſſione per creditorem, & dubitatione orta inter

creditorem,& debitorem de valore, & quãtitate eiuſdem pignoris, onus probandi pignoris valorem incumbere debitori, quod patet ex eiſdem rationibus, vt ſemper alleganti aliquid incumbat onus probandi, & actore non probante, reus abſoluitur, *l.qui accuſare, C.de edendo*, & tunc nec reus iurare cogitur,quia non ſunt ſumenda arma de domo rei, *l.manifeſtæ turpitudinis, ff. de iur.iurand.* vbi omnes, poſt alios *Martan. Socein. conſil.184. volumin. 2.* Verùm ſi ex
6 probationibus debitoris non appareat manifeſtè,& certe de pignoris æſtimatione,in defectum earundem probationum ſtãdum eſt dicto, & æſtimationi creditoris, factæ cum iuramento; & in hoc conſuetudo prætulit creditorem,vt habetur in *d.Conſuetud. ſi creditor. dicat.* Et hic exceptio firmat regulam in non exceptuatis, *l.nam quod liquidè,§.final.ff. de pœnul.legat.* cum aliis cumulatis per *Tuſcb. in verb. exceptio concl. 423.cum ſeqq.* & ſic in alijs remanet diſpoſitio iuris communis, vt ſuperius dictum eſt. Et in quantitate penſionis rei locatæ,& poſſeſſæ per conductorem, ſic etiam in ſolutione eiuſdem penſionis, creditur iuramento
7 locatoris,vt poſt alios probat *Muta ad Conſuet.Panorm.c.34.nu.48.*

8 Poſtremo ſi poſt probationes prædictas de ammiſſione pignoris,eiuſq; valore,etiam ſequuta ſatisfactione, fuerit repertum pignus tam penes creditorem, vel eius hæredes,quàm penes quemlibet alium; tunc debitor habet electionem petendi pignus, vel retinendi ſibi receptam æſtimationem,vt habetur in *d. conſuet.ſi creditor.* vbi Napodan. *num.15.* quia cum recepit ſatisfactionem, per illam non cenſetur,renunciaſſe iuri, petendi pignus ſuum,ſed potius habere ius repetendi. Et ad collẽdam omnem dubitationem,conſuetudo hoc expreſſit,vt vtrumquè ſit in arbitrio debitoris,ne creditor, vel eius hæredes haberent ius retinendi pignus, vel reſtituendi illud debitori contra eius voluntatem.

SVMMARIVM.

Inſtitutor poſitus à ſocijs in negotiatione, poteſt ſocios & inſolidum obligare, n.1. & ratio traditur nu.2.

Æs alienum, contractus à ſocijs, deducendum eſt ex omnibus bonis ſocietatis, numer.3.

Socij, contrahentes cum alijs, an poſſint ſe inuicem obligare, varij caſus recenſentur numer.1. & ſeqq. refertur antinomia numer.6. & 7. quæ reſoluitur numer.9. & ſeqq.

Socius, contrahens cum alio, in dubio ſolùm præſumitur portionem ſuam obligare, num.9. & 10. niſi in ſpecie obligaſſet partes ſociorum, n.10. & ſeq.

Creditor, contrahens cum ſocijs, an probare debeat, pecuniam eſſe verſam in vtilitatẽ ſocietatis, explicatur, num.5. & num.21. & 22.

Frater non poteſt obligare portionem alterius fratris ſinè conſenſu illius, nu.12. & declaratur text. in l.creditor la prima, §. poſt diuiſionem,ff.qui potior.in pign.habeant.*n.13. & 14.*

Hypotheca, ſemel contracta in omnibus bonis, non reſcinditur per diuiſionem bonorum, & ratio traditur numer.15.17. & 18.

Socij, negotiationem exercentes, habent ad inuicem mandatum, & tacitum conſenſũ, vt vnus poſſit alium obligare, num.18. & ſeq. & reſpectu creditorum tenentur in ſolidum, ad inuicem verò tenentur proportionibus ſocietatis, nu.20.

QVÆST. XLVII.

1 QVæro, Si ſocius obligaſſet bona communia alicui,an hypotheca locum habeat reſpectu ſuæ portionis tantùm,vel quòad omnia? Hæc quæſtio,& hunc, & ſequentem titulum reſpicit *commun.diuid.* Ideò vltimo loco illam poſui. Et quia habet magnam contradictionem,prius ſecernam certa ab incertis.

1 Dico primo,ſi obligatio facta fuerit per inſtitutores Societatis, nempè quem ſocij poſuerunt pro adminiſtratione Societatis, citrà dubium omnia bona ſunt hypothecata, & omnes ſocij in ſolidum ſunt obligati, quia omnes poſuerunt illum inſtitutorem, qui nomine ſociorum contraxit, nec
2 alij et creditores cum illo contraxiſſent, niſi omnia bona ſocietatis haberent obligata *l.1.ff. de exercitat.action.l.habebat, §.ſi duo, ff. de inſtitut.action. Bartol.in Authent. hoc ità num.11. C. de duobus reis, Cyn.Bald. & alij communiter in l.cum ſe. ff. ſi cert.petat. Caſtrenſ.conſ.346.volum 2. Alex.conſil.44. lib.2.conſ.39. vol.5.concl.217 vol 7.Natta conſil.167.libr.3.Oſaſc.qui teſtatur de communi, dec. iſ.150.num.6. Rota Genuen.deciſ. 15.numer.12.deciſ.29.numer.3.deciſion.140. & deciſ,166.* latiſſimè *Surd.deciſ.213.*& poſt ipſum,& alios *Gratian.commun. diſceptat. forenſ.cap.279.toto,Hector de Felice in tractat.de ſocietate,c.30.num.31.& ſeq.* & alij plures. Et in hoc dicto non poteſt eſſe ſubſiſtens dubitatio.

3 Dico ſecundò æs alienum contractum per ſocios, & verſum in vtilitatem ſociorum, etiam ſoluendum eſſe de communi, *l.*

om-

Digitized by Google

omne æs alienum,& l.ſi ſocij ſimus,ff.pro ſo-
cio, Petr.de Vbald.Dec.Roland.Menoch Se-
raphin. & alij, quos probat *Mantic.libr.6.*
de tacit.& ambigu.conuent.titul.22. vbi ſic
etiam bis deciſum refert in Rota Romana,
non ſolùm quando debitum contractum
fuit nomine Societatis, ſed quando nomine
ſocij,& verſum fuit in communem vtilitatẽ,
vt proſequuntur citati Authores; ſic etiam
Gratian.d.c.279.n.17.cum ſeq.

4 Dico tertiò, quando eſt ſocietas parti-
cularis,vt certi lucri v. g. conueniunt etiam
DD. cum duobus dicti præcedentibus. At
ſi debitum non eſt factum per inſtitutorem,
nec verſum fuit in vtilitatem ſocietatis, ſed
contractum fuit à ſocio; clarum eſt, quod
ſolùm obligata ſit portio ſua, quia dum
proprio nomine contrahit, partem ſuam
tantùm obligat, nec poteſt partem alterius
obligare, vt latius probant Authores citati
in primo dicto; & ideò creditor habet onus
probandi pecuniam illam fuiſſe verſam in
beneficium Societatis,vt infra clarius expli-
cabitur.

5 Sola quæſtio eſt,quando ſunt ſocij om-
nium bonorum, nec contractum eſt debi-
tum per inſtitutorem, nec verſum fuit in
vtilitatem ſocietatis, ſi tunc omnia bona
6 ſocietatis ſint obligata.& iam videntur tex-
tus inuicem pugnantes, quia pars affirma-
tiua habetur *in l.conſer.ſit, §. illud tenen-*
dum,ff.quib.mod.pignor.,vel hypoth. ſoluat.
& ſæpè alias. Et ſic etiam pluriès fuit deci-
ſum,vt etiam facta diuiſione, remaneat hy-
potheca in omnibus bonis ſocietatis,vt per
Vincent de Franch.deciſ.77. Surd. dict. de-
7 *ciſ.213.Gratian.dict.cap 279.& alij.Sed tex.*
in l. ſi probatum, C.commun.diuid. & in l.
vnic. C.ſi communis res pignori data ſit, &
ſæpè aliàs, probant contra, vt ſolùm pars
ſocij obligata remaneat creditori;ſic etiam
Ripa in l.1.num.16.ff.de pignor. & hypothec.
Anneus Robertus lib.3.rer.iudicat cap.19. &
8 plures alij,quia nequit ſocius obligare par-
tem alterius ſocij,& contrahens cum ſocio
ſolo,ſcit,vel ſcire debet,ſocietatem non eſſe
perpetuam,ſed voluntariam,& ad libitum
poſſe diſſolui,quo caſu ſocius debitor par-
tem bonorum communium, non autem om
nia habiturus eſt, & illa remanet creditori
hypotecata.

9 Igitur vt hanc anthinomiam diſſolue-
rem, tres alios caſus conſiderari. Primus
eſt,ſi ſocius expreſsè partem ſuam obligaſ-
ſet (quo caſu ſumus in claris, quod non ve-
niat pars ſocij,tùm ſit obligatio limitata)
aut ſimpliciter contraxiſſet, obligans ſe
ipſum,& bona ſua,nec expreſsè aliquid di-
xit, ſe obligare bona ſocietatis, tunc in
dubio ſolùm venit portio ipſius ſocij, non
10 autem aliorum, ex quo intelligeretur,ſo-
lùm portionem ſuam obligare,non autem
ſocij,*vt est text.in l.Iulianus, §.idem Cel-*
ſus,ff.de actionibus emption.ibi.Idem Celſus
eodem libro ſcribit; fundi, quem cum Titio
communem habebas, partem tuam vendidi-
ſti:& antequam traderes, coactus es com-
muni diuidundo Iudicium accipere. Si ſocio
fundus ſit adiudicatus, quantum ob eam
rem à Titio conſequutus es,id tantùm emp-
tori præſtabis,&c. Bart.in d.§.illud,& in
l.creditor.la prima, §.poſt diuiſionem,ff qui
potior.in pign.habeant.Alex.conſ.vlt.vol.7.
& alij penès *Surd. & Gratian. locis cita-*
tis.

11 Secundus eſt,ſi ſocij non eſſent volunta-
rii,quia,ſcilicèt,ad inuicem ſocietatem cõ-
traxiſſent ad negotiandum, vt ſunt Mer-
catores,& ſic de alijs; ſed ſunt cohæredes,
vt ſunt plures fratres,qui ſucceſſerunt com-
muni parenti.Et in hoc caſu dico, ſocium
non poſſe obligare partem alterius *ſocij,*
ita eſt text.ad liter.in l.ſi probatum, C.com-
mun.diuid.ibi. Si probatum fuerit Præſidi
Prouinciæ fratrem tuum vineas communes
pignori dediſſe:cum partem tuam,quam in
vineis habes, creditori obligare non potue-
rit: Præſes Prouinciæ reſtitui tibi eam iu-
bebit cum fructibus,quos creditor de parte
tua perceperit. Idem ad literam habetur, *l.*
vnica, C.ſi commun.res pignor.dat.ſit, &
12 vtrobiquè omnes ſcribentes,& ſic praxis eſt
notoria,vt in obligatione interueniant con-
ſenſus omnium fratrum,& cohęredum;alias
ſola portio obligati remanet hypothecata:
non enim ęquum,nec iuſtum eſt,quod vnus
poſſit obligare partem alterius,& ſucceſſi-
uè probari debet,pecuniam acceptam, fuiſ-
ſe verſam in vtilitatem omnium, vt notant
Authores citati.

13 Nec vrget *text.in d.§.poſt diuiſionem,*
ibi.Poſt diuiſionem regionibus factam inter
fratres conuenit, vt ſi frater agri portionem
pro indiuiſo pignori datam, à creditore ſuo
non liberaſſet.ex diuiſione quæſitæ partie par
tem dimidiam alter diſtraheret. Pignus
intelligi contractum exiſtimaui,ſed priorem
ſecundo non eſſe potiorem quoniam ſecun-
dum pignus ad eam partem directum vide-
batur,quam vltra partem ſuam frater, non
conſentiente ſocio, non potuit obligare.
14 Nam textus ſupponit,omnes fratres obli-
gationem prædictam feciſſe,ſeù ex conſen-
ſu omnium fratrum vnum obligaſſe fun-
dum illum; quo caſu ſumus in claris, quod
facta diuiſione remaneat pignus, & hypo-
15 theca pro indiuiſo,quia diuiſio non poteſt
præiudicare creditoribus; & ita procedit
deciſ. 77. Vincent. de Franch. & latius tra-
dunt *Vrſill. ad Afflict. deciſ. 213. numer.4.*
Lanar.conſ.77.numer.7.& ſeqq Carot.deciſ.
*2.num.12,*latè *Maſtrill.ad Petr. de Gregor.*

ſuper

Digitized by Google

luuntur hypotecæ contractæ medio tempore. Hæc concluſio patet ex dictis *tom. 1. par. 2. tit. de bonis, q. 2. num. 5. & ſeqq. & q. 6. num. 4. & ſeqq ſic etiam tom. 2. par. 9. q. 3. num. 6.* latiſſimè *Vincent. de Franeb. deciſ. 64. nu. 11. & ſeqq deciſ. 226.* & a ibi, *Aloyſ. de Leo in l. fin. C. de remiſſ. pignor. Rouit. in pragm. 1. de turib. & exactionib. fiſcal. num. 89. & ſeqq.* Exempla ſunt clara, et ſi Petrus venderet Franciſco cum pacto de retrouendendo aliquam domum, & Franciſcus medio tempore contraxerit debita, & obligaſſet alijs dicta bona. Vtiq; dum Petrus reſoluit contractum ex redemptione pacti de retrouẽdẽdo, vel ex iure luendi, reſoluũtur hypothecæ medio tempore contractæ per Franciſcum, & liberè domus reuertitur ad Petrum.

Procedit tamen concluſio, ſi liberè exercuiſſet Petrus pactum de retrouendendo; ſecus ſi illa bona ad ipſum perueniſſent ex cauſa donationis, legati, vel ex alio titulo, & non virtute pacti de retrouendendo; tunc enim non reſoluuntur hypothecæ, vt docent omnes, & habetur locis citatis.

2 Secunda concluſio ſi bona emphytheotica reuertantur ad dominum directum ob in obſeruantiam pactorum, extinguuntur hypothecæ contractæ medio tempore per emphyteutam ſinè conſenſu domini, ſecus ſi voluntariè dicta bona ad ipſum perueniſſent. Concluſio eſt communis, & vera, & indiget potius explicatione, quàm probatione. Vt autem hoc melius intelligatur, notandum eſt, in obſeruantiam pactorum debere eſſe circa rem ipſam, vel vſum ipſius, non autem extra, ad hoc vt bona incidant in commiſſum, ita DD. communiter in *l. 2. C. de iur. emphytheot.* Natta, Ioſeph Ludouicus, & alij, quos probat *Surd. deciſ. 180. tota.* Et ad tria capita reducuntur. Primum eſt, ſi promiſit bona emphytheotica meliorare, & ipſe deteriorasset, vt habetur locis citatis, & latiſſimè proſequitur idem *Surd. deciſ 186. tota Maſtrill. deciſ. 193. num. 22. & ſeqq. & alibi.* Et eſſet neceſſaria probatio deteriorationis,
3 & deberet interuenire ſententia Iudicis, vt mox explicabitur. Secundum caput eſt, ob alienationem eorundem bonorum, factam irrequiſito domino, latiſſimè *Corbul in tract. de iure emphyteot. tit. 14.* de cauſa priuationis ob alienationem factam irrequiſito domino, & alij Authores citati. Tertium eſt ob non ſolutos Canones per triennium, vt idem Author probat. hoc tit. & dixi *tom. 2. conſ. 44. nu. 22. cum ſeqq.*

4 Eſt tamen verum, quod in omnibus caſibus prædictis eſt neceſſaria ſententia Iudicis, vt verificetur deteriorario, probetur alienatio, & ſolutio non facta, vt benè poſt *Afflict. deciſ. 97. Bald. Alexandr. Corbul.* & alios, proſequitur *Maſtrill. d. deciſ. 193. num. 22. cum ſeqq.* præcipuè quia multa allegari poſſunt, quæ excuſent emphytheutam à ſolutione canonis. Et eò magis, quia poſſent creditores eiuſdem emphytheutæ purgare moram, & ſoluere canones decurſos, ad conſeruandum iura ſua, vt patet ex dictis infra *de reſtit. in integr. q. 15.* & etiam ad euitandam colluſionem inter emphytheutam, & dominum directum, vt ſponte ob prætenſam deteriorationem alienationem, vel non ſolutos Canones, relinquat bona emphytheotica ad Dominum ad excludendos creditores, & impetret poſtea nouam inueſtituram, & diſputetur cum maximo diſpendio, ſi prior hypotheca fuerit extincta, & ſi poſtea reuixerit.

5 His notatis, probatur concluſio, & quod per deuolutionem neceſſariam, ob in obſeruantiam pactorum, extinguantur hypothecæ, eſt axioma vulgatum ex *tex. in l. lex vectigali, ff. de pignor. & hypotec. in l. 3. ff. quib. mod. vel hypothec. ſoluat.* Vt reſoluto iure datoris, reſoluatur ius acceptatoris, quod latius DD. relatis varijs, probat *Surd. deciſ. 102. 186.* & ſæpè aliàs *Maſtrill. deciſ. 154. tota. Praeſ. de Franeb. deciſ. 226. num. 3. Rouit.* & alij citati; quia quatenus durat ius emphyteutæ, durat etiam ius creditorum ipſius. Vnde reſoluto iure emphyteutæ, reſoluitur etiam ius creditorum, & bona liberè redeunt ad directum dominum, prout erant tempore conceſſionis.

6 Hoc etiam procedit in feudis, quod ſi reuertatur feudum ad dominum directum ob culpam vaxalli; redeat abſq; onere, ob eandem rationem, vt in *cap. 1. § rurſus quib. mod. feud. amittat. Bald. Alexand. Bart.* & alij quos ſequitur *Dec. in l. ſi ſocius, num. 6. ff. ſi cert. petat. Maſtrill. d. deciſ. 154. num. 17. de Franeb. d. deciſ. 64. num. 14. & deciſ. 192. Aloyſ. de Leo in l. fin. num. 4. C. de remiſſ. pignor.* & alij omnes. At quando dominus directus ſuum præſtitit conſenſum obligationi: tunc reuertuntur bona feudalia, vel emphyteotica ad ipſum cum eodem onere, vt proſequuntur Authores citati, & patet ex terminis.

7 Poſtremò quando bona emphyteotica, vel feudalia reuertuntur ad dominum directum ex cauſa voluntaria feudatarij, vel emphyteutæ, vt ex contractu donationis, ſucceſſionis, vel venditionis: tunc ſumus in claris, quod dicta bona tranſeant in dominum directum cum onere hypothecæ, vt latè probant *Guid. Pap. deciſ. 575.* vbi ſic deciſum refert, *Petrus de Bellapertica*, *Curt. iun. Andr. Tiraq. Arius Pinell.* & alij, quos probat *Surd. deciſ. 286. tota, Maſtrill. d. deciſ. 154. num. 18. & ſeqq. de Franeb. deciſ.*

*ciſ.*213.*num.*33.*& ſeqq & d.deciſ.*226.*nu.* 3.*& ſeqq.* Et ratio eſt euidens, quia tunc dominus directua habetur, ac ſi eſſet meтua extraneus: & ſucceſſiue penes ipſum etiam durat hypotheca, quod eſt per ſe ootum.

8 Tertia concluſio. Bona alienata per debitorem de conſenſu creditoris, ſi redeant ex cauſa antiqua (vt quia alienauit debitor cum pacto de retrouendendo, ob quod recuperauit poſtea illa bona) ad ipſum debitorem: durat adhuc hypotheca. Et idem eſt, quoties alienatio non habuiſſet effectum. At ſi rediteot ex noua cauſa: non reuiuiſceret in illis bonis hypotheca. Hæc concluſio habetur ad literam in *dict. l.fin.*C.*de remiſſ.pignor.* vbi omnes. Et probant ionumeri, quoa citaui ſupra *d.quæſt.* 33. §. ſed quæſtionia eſſe poteſt. Et hoc omnes docent. Ratio eſt euidena quò ad omnes caſus prædictos: ſi enim res rediret ad debitorem ex noua cauſa: libera redit: Quia rea ſemel facta alienabilis ex conſenſu crediroris, ſemper remaner alienabilia, vt habetur locia citatis, latiſſime *Surd. deciſ.*163.*tota.* ſi redeat ex eadem cauſa: tunc interim hypotheca creditorum manet in ſuſpenſo, vt eſt ius patriæ poteſtatis, quando pater capitur ab hoſtibus. Et ſucceſſiue dum bona recuperantur, reuiuiſcit hypotheca, prout erat ante alieoationem.

9 Quando verò alienatio non habuit effectum, clarum eſt, quod intelligatur conſenſus creditoria ſub conditione, ſi alienatio effectum ſortiatur, & vt non extendatur ad alium caſum. Et hoc eſt eatenus verum, quod ſi creditor conſentijt, vt bona alienarentur reſpectu certæ perſonæ, vel cauſæ, & alienatio facta fuerit ex alia cauſa, vel in beneficium alterius perſonæ: non præiudicaret alienatio eidem creditori, vt latiſſime proſequitur *Surd. dict. deciſ.*163. quod eſt per ſe notum: quia limitata cauſa limitatum producit effectum, vt eſt vulgatum axioma iuris.

10 Quarta cooclusio ſi bona alienentur ſine conſeoſu creditoris: ſemper durat hypotheca. Hæc cooclusio eſt omnium in *d.l. fin. C. de remiſſ.pignor.* quia res ſemper tranſit cum onere ſuo ad quoſcunq; tranſit, vt pluriea in hoc tit. replicauimus, & etiam ſupra *de ſeruitutib.& præcipuè Bar. in d.l fin. ſub num.*2, hoc docet: ſic etiam in *l. ſicut, §. ſuperuacuum, num.*3. *ff.quib. mod pign. vel hypothec.ſoluat. Cephal.in l. centurio, num.*697. *ff.de vulgar. & pupill. reſtitut.* cum alijs cumularis per *Surd. d. deciſ.*163. *& patet ex tex.in d.l.fin.* à cootrario ſenſu. Si enim tunc tantùm non reuiuiſcit hypotheca in illis bonis alienatis, & reuerſis ad debitorem ex noua cauſa, quando alienata ſunt de conſenſu creditoris, vt patet ex tertia concluſione: ergò quando alienata fuerunt ſine conſenſu creditoris; clarum eſt, quod reincidant io eandem obligationem, dum etiam penes tertium eandem hypothecam conſeruabant: & de hoc non poteſt eſſe ſubſiſtens dubitatio in bonia burgenſaticis. Sicut nec etiam in bonia feudalibua, & emphyteoticis obligatis cum conſenſu domini directi, cùm etiam penes ipſum haberer locum hypotheca, vt ſuperiua dictum eſt.

11 Igitur difficultas eſt in bonis emphyteoticis reuerſis ad dominum directum ex cauſa neceſſaria: quo caſu extinguitur hypotheca, vt ſuperius dictum eſt: ao ſi denuò per nouam conceſſionem redeant ad ipsũ emphytheutam, reuiuiſcat prior hypotheca? Et licet videatur regula, quod res ſemel extincta amplius non reuiuiſcat, *l.ſiquis rem, §.aream, ff.de ſolutionib.* cum vulgatis alijs. Nihilominua contraria opinio mihi probatur duabua rationibus. Primò quia ſicut reuiuiſcit hypotheca io boois burgenſaticia: ita etiam & in booia emphyteoticis: cùm non adſit ratio diuerſitatis, & ſatis eſt, vt eodem modo, vt prius hypoteca vigebat, antequam inciderent bona in commiſſum, reuiuiſcat poſtea.

12 Secundò quia ex clauſula generali, dum quis obligat omnia bona ſua, veniunt etiam futura, etiam ſi non eſſent expreſſa. Nam hoc venit ex iuris diſpoſitione, *l.fin. vbi Bart.num.*3. & alij omnes, *C.quæ res pignor. oblig. poſſ.* cum alijs cumulatis per *Vincent.de Franch.deciſ.*540.*nu.*24.*Surd. d.deciſ.*163.*nu.*1.*& ſeqq.* Quod eſt axioma vulgatum, vt probaui *tom.*1.*conſ.*3. & ſæ-
13 pe alias. Vt procedat etiam in bonis feudalibus. Nam appellatione bonorum, citra controuerſiam, continetur etiam emphyrheuſis, vt ex *text.in l.rem iu bonis, ff. de acquire.rer.domin. Speculat. Dec.Ruin.* & alijs, probat *Corbul.in tract.de iure emphyteotico tit.*de cauſa priuationis ob mortem eiuſdem *nu.*34, vt omittam alios. Igitur ſicut bona emphyreotica nouiter acquiſita ceoſerentur hypothecara ex dicta clauſula generali: eo magis reincidunt ipſamet bona in eandem hypothecam per dictam nouam acquiſitionem, & per hoc patet reſponſio ad contrarium, vt quod extinctum eſt, non reuiuiſcat, quando taliter eſt extinctum, vt non habeat ſpiritum reuiuiſceodi, quod non eſt in propoſito, dum hoc euenit ex diſpoſitione iuris, ſtante præcedente obligatione valida eiuſdem debitoris.

14 Confirmatur, quia vt poſt alios dixi *cit. conſ.*3. mulier Neapolitana, habens aſſen-

ſua

ſum iuris, conſequenter hypothecata habet omnia feuda viri, etiam acquiruntur poſt contractum matrimonium, quamuis in inſtrumento dotali maritus obligaſſet omnia bona ſua, nec expreſſiſſet feudalia: quia ex iuris diſpoſitione, veniunt etiam feuda in generali obligatione, niſi obſtaret defectus aſſenſus. Igitur á maioritate rationis, procedit etiam in emphitheuſi, vbi non adeſt impedimentum aſſenſus directi domini, quin validè obligetur: & vt obligatio cum illa conditione reſolutiua, licet cauſa neceſſaria deuolueretur ad dominum directum, vt ſuperius dictum eſt, & hęc mihi videtur veritas, vt allegatur octauo *Bamacar. in coment. ad tit. ſi de feud. defun. content. oct. quaſt. 3. nu. 8. & quaſt. 9 num. 136. & in prim. cap. ingenerali num. 3.*



Digitized by Google

DE OPERIS NOVI NVNCIATIONE

PART. XVI.

Nuncians opus nouum contrà aliquem, ſi victam cauſam prihibitionis non probauerit infra terminum à Iudice ſtatutum, non impeditur ædificium.

CONSVETVD. I.

SI quis impediat conſtructionem alicuius ædificij denunciando quocunque modo nouum opus, vel defenſam imponendo, vel prohibendo, vel alitèr impediendo, & denuncians, ſiuè impediens vocatur ſaltem de tertio ad tertium diem ad iudicium, ad petitionem eius, cui impedimentum præſtatur, cauſa in citatione contenta, niſi veniat paratus cum libello, quem offerat ædificante, vel ædificari facienti, quo libello inſeratur iuſta cauſa prohibitionis, ſeù impedimenti, quam probet infra terminum, quem Iudices competentes æſtimauerint, non attento tẽpore à lege ſtatuto, per Iudeices danda eſt licẽtia ædificare volenti, quòd ædificet.

Prohibens transitum alicui per fundum, ſi vocatus in iudicio non probet iuſtam cauſam prohibitionis, annullatur prohibitio ſine præiudicio proprietatis.

CONSVETVD. II.

IDem eſt, ſi quis prohibeat, vel impediat aliquem, vel defenſam imponat alicui, ne per terram prohibentis eat, vel aliquid faciat, quia impeditus poteſt facere vocari in ius eo modo, vt proxime dictum eſt, impedientem, qui impediens, niſi offerat libellum, inferendo in eo iuſtam cauſam inhibitionis, vt dictum eſt, danda eſt licentia per Iudices prohibito, de non ſeruando prohibitionem, & ſic contrà ipſam prohibitionem venire poteſt, nullo pro hoc proprietati præiudicio generando.

Pro explicatione harum duarum conſuetudinum, ſunt prius notanda aliqua, & deindè examinandæ ſunt aliquę quæſtiones, breuitèr tamen, quia materia non indiget magna diſcuſſione.

Sum-

SVMMARIVM.

1 *Nuntiare quid ſit,& nuntiatores,& ſimiles referuntur nu 2.*
3 *Opus,& opera differunt,& Tectorium quid ſit,nu.4.*
5 *Nuntiare opus quid ſit.*
6 *Opus nouum facere quid ſit,& quid ſi vetus opus reficiat nu.7.*
8 *Nuntiatio noui operis triplex eſt.*
9 *Nuntiatio iudicialis,quæ nam ſit, & quid continere debet, nu.10.*
11 *Nuntiatio facta per tertium quid operetur.*

QVAEST. I.

1 QVæro, quid ſit nunciatio noui operis,& quotuplex. Pro explicatione notandum eſt, quòd denunciare ſignificat manifeſtare aliquid alteri, & tam in bonam, quàm in malam partem ſumitur. Nam ob nunciare ſolùm accipitur in malam partē, & ob nunciare dicuntur Augures, qui aliquid mali nunciant alteri, vt notat Cicero pro ſeſtio; *Quum auſpicijs Religionis parens obnunciaret, quod ſenſerat*. Significat etiam deferre Fiſco cauſam aliquam, & ſic dicimus nunciare cauſam, vt *ff de iure fiſci,l.39.* Hic verò ſumitur pro denunciatione, adeo vt nunciare opus nouum, eſt denunciare,ne quid operis noui fiat, *l.3 §. vltimo, ff.de alienat. iudic. cauſ.fact. l.4.§. meminiſſe,ff de oper.nou.nunciat.*

2 Hinc eſt etiam, vt nunciatores dicantur emiſſarij, internuncij, & delatores criminum, ex quo eorum iudicia dicuntur notoria. *l.6 ff.ad Senat. Conſult. Turpilian. l.7. C.de accuſation.& l.ea quidem eod.tit.*

3 Eſt etiam notandum,quòd opus,& opera differunt:nam opera eſt ipſa actio induſtria,labor,conatus,ac ſtudium,quo in opere faciendo vtimur opus verò eſt effectus operarum,nempè,quod fabricando, & operando relinquitur effectum, nempè,ad finē ſuum perductum; & tunc dicitur opus perfectum,quandò ita conſumatum eſt,vt iam in vſu eſſe poſſit,*l.ædificia, §.perfeciſſe ff.de verb & rer.ſignif. l.is qui, §.quadam, ff.ad leg.Falcid.* & opus tunc approbari dicitur, quando Magiſtri artificiorum euocati, inſpectum opus deferunt,eſſe idoneum, & rectè factum,*l.opus quod iuncta, l.ſeq. & l.ſi in lege, ff.locat.*

Eſt etiam notãdum, quòd habemus opus ſtructinè,quod,ſcilicet,ex lapide quadrato, aut latereulis, calceq; conſtructum eſt; & eſt proprie pars illa ædificij,vnde & auferri
4 non poteſt.Tectorium vero,incruſtatio eſt, ſiuè expolitio parietum,vt poſt *Vitruuium lib.7.Alciat.*& alios, notat *Lexicon. iuris in verb.opus.*

5 Ad rem igitur redeundo, nunciare opus nouum eſt denunciare,& prohibere,ne fiat opus nouum in aliquo loco. Et hæc nunciatio eſt denunciatio, & prohibitio, nequis nouum opus faciat, vt habetur *tot.tit.*
6 *ff.de nou.oper.nunciat.*Et ille dicitur facere opus nouum, qui de nouo ædificium facit, aut reficiendo priſtinum ædificium, mutat priſtinam formam operis, *l.1. §. opus hoc tit.*cum alijs cumulandis infrà *q.3 in fin.*&
7 ſemper competit hoc remedium. At ſi vetus ædificium fulciat; opus nouum non facit, ſed veteri ſuſtinendo remedium adhibet, & ſic non datur nunciatio noui operis *l.1.§.ſi quis ædificium, & l. ſtipulatio, §. opus,ff.eod.l.4. C.de oper.public* quod loco citato magis explicabitur.

8 Hæc nunciatio eſt triplex. Prima verbalis. Secunda per iactum lapilli. & tertia Iudicialis,vt poſt *Bald.*& alios, notat *Tuſch. in verb.nunciatio, concl.123. Abb.conſ.28. lib.1. Andreas Gayl. lib.1.obſeru.16. nu.11. Tepat.lib.1.recept ſentent. hoc tit. §.triplex eſt.* Verbis fit nunciatio,quando quis ædificanti opus nouum extraiudicialiter nunciat, ne opus illud faciat; & hæc parum prodeſt: Per iactum lapilli fit in loco, vbi nouum opus ædificatur, *Bart.conſ.64.lib. 1. & Bald.* quos ſequitur *Tuſch. d.concluſ. 123.nu.1.*

9 Iudicialis initium habuit à Prætore, cuius lex,ſiue edictum ita erat, *Prætor edixit, vt ſi quis putet, vicinū nouum aliquod opus molientem non habere ius id faciendi, liceat ei denunciare vicino,ne id faciat; itaq; eum prohibere:vetatq; ei, cui denunciatum eſt, ſiuè ius habeat ſiuè non, tamen ne quid inſtituat Quòd ſi edictum neglexerit,Prætor aditus interdicit, vt opus factum reſtituat, id eſt,interim id decernit, dum apud Iudicē à Prætore datum planum faciat, ſibi id ius eſſe ædificare, omninò autem diruere id cogitur propter edictum Prætoris, ſiue iure ſiue iniuria ædificauerit. Quòd ſi nunciator velit remittere nunciationem, licebit ædificare;licebit etiam nouatori ſatiſdare ſe opus demoliturum; ſi nunciator actione ſua negatoria (quam continuò poſt nunciationem debet intendere) probarit apud Iudicem, id illi non licuiſſe.* Hæc reaſſumit Ioannes Calninus Orthodoxus in ſuo Lexicon,in verb. nunciatio.

10 Igitur duo continere debet nunciatio iudicialis,vt valeat,vʒ. Quod non ædificet nunciatus, vel compareat, ſiuè veniat reſponſurus coram ipſo Iudice dicente, quia ſic datur ei optio,aliàs ſi copulatiuè vtrūq; contineat,præceptum eſt nullum,quia gra-

uat nunciatum, qui debet comparere, & nõ ædificare, vt poſt *Bart. conſ* 80. Quæritur quæ ſententia *lib.* 1. & addentes ibidem, notat *Tuſch. d. conc.* 123. *nu.* 3. *& ſeqq.*

11 Si tamen aliquis nunciet alicui, ne in prædio Sempronij ædificet, hæc nunciatio præſumitur facta tanquam per procuratorem, vt ille nuncians præſumatur procurator Sempronij *Bart. l.* 1. *§. nunciatio. nu.* 7. *ff. eod. Iaſ. & Felyn.* quos probat *Menoch. de præſumpt. lib.* 3. *præſumpt.* 49. *nu.* 20.

SVMMARIVM.

1 *Nuntiatio noui operis ad quem finẽ ſit, & qualiter facienda.*
2 *Nuntians opus nouum, vt obtineat quid docere debet.*
3 *Nuntiatus non auditur niſi elapſis tribus menſibus etiam ſi interim cautio offeratur.*
4 *Nuntiatio an in vim præcepti reſoluatur, vel ſimplicis citationis.*
5 *Cautio de demoliendo an debeat admitti in denuntiatione noui operis.*
6 *Nuntiatio fieri debet in ipſo opere.*
7 *Nuntiatio an fieri poſſit procuratori ob latitationem principalis.*
8 *Cognitio cauſæ, an ſit neceſſaria in nuntiatione noui operis.*
9 *Citatio admittitur in nuntiatione noui operis, & cur.*
10 *Nuntiatio fieri poteſt etiam diebus feriatis.*

QVAEST. II.

1 QVæro. Nunciatio noui operis ad quem fiat finem, & qualiter ſit facienda, vt finem intentum obtineat? Reſpondeo, finem, ſiuè effectum huius nunciationis eſſe, cauſam conſeruandi iuris ipſius, qui nunciat, & cauſa damni repellendi, vt poſt *Bald conſ.* 245. *proponitur quod. nu* 1. *lib.* 2 *Tuſch. in ſua pract. concluſ. tur. liter. N. conc.* 125.

2 Nuncians opus nouum, vt obtineat, debet docere de iure ſuo, ſaltem intra ſpaciũ trium menſium, vt in *c fin. de nou. oper. nũciat.* quibus elapſis, & non probato de iure nunciantis, ædificans poteſt cõtinuare ædificium, præſtita cautione de illo demoliendo *Gayl. d. obſeru.* 16. *num.* 17. cum alijs cumulatis per *Tepat. loco citato. §. De iure cõmuni.* eſt etiam *text in l. fonte ff. de remiſſ. & l. fin. C. de priuat. ædific. Muta in dict. cõſuet Panborm. c.* 29 *ſub nu.* 47.

3 Dixi, vt tres labantur menſes, quia interim non debet nunciatus audiri; & ſi velit præſtare cautionem de demoliendo ædificio, caſu quo nuncians probet de iure ſuo, quoniam ſunt euitandæ expenſæ, & alia incommoda, vt notat *gloſſ in d. c. fin.* & ita fuiſſe deciſum refert *Puteus deciſ.* 129. *nu.* 2. de quo meminit *Tepat. loco citato, §.* 1. *Muta d. c.* 29. *nu.* 48. *&* 49. vbi quod iniun-
4 ctio in hoc caſu non reſoluitur in vim ſimplicis citationis, ſed præceptum remanet firmum, vt non fiat ædificium, quamuis nunciatus compareat in iudicio, quamuis regulariter ſoleat admitti hæc cautio de
5 demoliendo ædificio, qua præſtita, nunciatus ſolet proſequi ædificium, *Grammat. in conſ.* 73. *Ricc. & Iaſ.* quos probat *Muta d. c.* 29. *nu.* 47. & vidi obſeruatum pluries, ſed facto ædificio, vix, & quaſi nũquam deſtruitur poſtea, quia intereſt Reipublicæ, ne pulchra ædificia demoliantur, &c. & qui habent Iudices amicos, vt cautionem admittant, poſtea obtinent, quod non demolitur ædificium factum, & ſolẽt in hoc adeo magnifica facere ædificia, vt moueant Iudices ad compaſſionem, & tot cauſa, vt Iudices dicant nuncianti, quod maximum ſit ſcrupulum, quod velit demolitionem, & ſic euaneſcere ſolent nunciationes, ſaltem per diſſimulationem nunciantis. Debet ſecundò fieri ex præcepto Iudicis, vt alternatiuè contineat illa duo, quæ notata ſunt *quaſi præced.*

6 Tertio debet fieri in ipſo opere, & in loco, de quo eſt quæſtio, & ſatis eſt, vt fiat principaliter, vel opificibus, dummodo illi hoc dicant principali; ſi tamen nunciatio fieret in iudicio tantùm, eſſet nulla, quia nunciatus debet de illa habere notitiam, aliàs non patitur demolitionem ædificij, vt notant omnes per illum *tex. in l. de pupill. § nunciationem, ff eod. Bart. d. conſ.* 80. *lib.* 1. *Bald. conſ.* 245. *lib.* 2. quos ſequitur *Tuſc. d. concl.* 123. *nu* 4 *& ſeqq.* latiſſimè *Borgni. deciſ.* 23. *par.* 2. vbi alios cumulat *Muta ad Conſuet. Panborm. c.* 1. *nu.* 75. *& cap.* 29. *nu.* 44. *& ſeqq.*

7 Si tamen nunciatus latitaret, nec permitteret, ſe citari; æquum eſt, quod valeat citatio facta eius procuratori, vt poſt *Bar. & Iaſ. in l. ſi procurator. ff. de verb. obligat.* notat *Muta d. c.* 29. *ſub nu.* 45. *in fin.* Non tamen requiritur aliqua cognitio cauſæ, vt talis nunciatio fiat, ſatis eſt enim, quod cõſtet de aliquo iure nunciantis, vel ſaltim non appareat de non iure ſuo, & quod fiat opus in illo loco, de quo eſt quæſtio, nec poteſt dici, quod fuerit facta de facto, quoniam quemadmodum ius noſtrum dat hoc
9 commodum nuncianti, quod cognitio cauſæ non ſit neceſſaria; ita confert aliud commodum nuncianti, quod cognitio cauſæ nõ ſit neceſſaria; ita confert aliud commodũ nunciato, vt poſſit opus proſequi, poſita prius ab eo cautione, de opere illo demoliendo,

liendo, caſu quo ſucceſſerit, vt poſt *Caſtrenſ.conſ.412.lib.2.* notat *Tuſch. d.concl. 123.num.8.Papon.lib.8.t.t.4.Areſt.8. Theſaur.deciſ.*204.vbi hoc examinat.

9 Hoc iudicium eſt adeo priuilegiatum, vt citatio fieri poſſit contrà aliquem, non obſtante quòd haberet aliquod priuilegium, ne poſſit citari, nec in Iudicium vocari per aliquod tempus, vt obſeruatur Panhormi, vbi ducens vxorem, vel ſi ei aliquis conſanguineorum moriatur, citari non poteſt per ſpacium dierum nouem, numerandorum à die ſponſalium, vel funeris talis conſanguinei, vt habetur in *conſuet.prædicta c.35.* tamen in hoc iudicio nunciationis noui operis poteſt citari, non obſtante tali dilatione, quia eſt impedimentum breui tempore duraturum, vt poſt *Bart. & Cuman.* notat *Iaſ.in l de pupillo. §.ſi quis ipſi prætori ſub nu 6.ff.eod.Muta d c.35.nu 4.*

Poteſt etiam hæc nunciatio fieri diebus feriatis etiam in honorem Dei, quia eſt actus extraiudicialis, nullam requirẽs cauſæ cognitionem, vt dictum eſt, ſic probat
10 *text.in l.1.§.idem nunciatio, ff eod.Iaſ.* & alij, quos probat *Muta loco citato c.70.n.9.*

S V M M A R I V M.

1 *Nuntiatio noui operis cui, & quibus competit.*
2 *Vicinus edificare volens prope aream vicinum impediendo ventum ad triturandũ meſſes poteſt prohiberi ne edificet.*
3 *Nuntiatio noui operis vſurario atq; vſufructuario non competit.*
4 *Nuntiatio noui operis in pluribus caſibus non eſt timenda maxime quando non conſtat de bono iure nuntiantis.*
5 *Nuntiatio quando fieret ſeparatim ab opere non admictitur.*
6 *Nuntiatio noui operis ſi fieret à non Iudice non valeret.*
7 *Nuntiatio noui operis non admictitur quãdo periculum imminiret, vel damnum volendi edificare.*
8 *Nuntiatio noui operis non procedit ſtante ſtatuto permictente, vt quilibet poſſit ſuo arbitrio opus facere.*
9 *Refectio non dicitur quando funditus edificium eſſet edificandum.*
10 *Reficere quis nam proprie dicatur.*
11 *Probibitio edificandi in diſtrictu Ciuitatis Neap.cur fuit facta.*

Q V AE S T. III.

1 QVæro, Cuinam competat noui operis nunciatio, & quando non ſit timenda? Prima pars eſt clara, & patet ex dictis *q.1.* nunciationem noui operis competere cuicunq; Domino, in cuius præiudicium fit opus nouum: competit etiam ſingulis de populo contra eos, qui in loco publico ædificant, quia ſinguli ex tali ædificio patiuntur intereſſe, ita firmauit *Bald. conſ.464.* Quatuor ſunt circa *fin.verſ. illud certiſſimum lib.4.* quem probat *Tuſch.in dictis ſuis concluſ in verb.nunciatio. conc.122. num.1.* & eſt *text.in l.fin § Lutius Titius,ff de ſeruit. vrban. prædior.* cum alijs cumulatis per *Mutam ad Conſuet. Panhorm.cap.29. nu.* 39 quamuis hæc actio principaliter competat Sindico Ciuitatis, vel alteri adminiſtratori *l.2 § meritò,ff.ne quid in loc public.*

2 Hoc locum habet etiam ſi opus fieret extrà Ciuitatem: ſi enim eſſet in damnum vicinorum, iam competeret hæc denunciatio ſingulis de populo, & proindè ſi area mea non poſſet habere ventum ad triturãdas meſſes niſi ab vna parte, ſi in illa vellet vicinus ædificare, poſſum illum prohibere, ne aream meam inutilem reddat, & bona mea fructibus priuet, vt poſt *Cynum, Bart. Alberic.* & alios *in l fin C.de ſeruit.& aqua Boer.deciſ.320. nu.14. & deciſ.322.nu.12.* notauit *Muta d.cap.29.nu.40.*

3 Dixi, quod competat nunciatio cuicũq; domino, ad differentiam vſurarij, & vſufructuarij, quibus de iure communi non competit ius nunciandi nouum opus, quia domini non ſunt, vt poſt *Roman.conſ.42.verſic qua egregiè,nu.3.* vbi addentes alios cumulant, probat *Tuſch d.concl.122.num.4.Gabalin.milleloq.1. num.11.* de quo meminit *Tepat.in hoc tit.§.2.* ſufficit tamen quod habeat localem ſeruitutem, quæ prædio debeatur *l.vnic, §. ius is habet, ff.de remiſſ. Bart in l.in ſeruitutibus,ff.de ſeruit.vrban. præd.* Nec etiam competit ſocio, ſed ei datur iudicium communi diuidundo, *l.3.§ ſi in loco,ff.eod.Tepat.lib.2. recept ſent. in tit. commun. diuidundo fol.286. col.1. §.ſocius* non poteſt nunciare.

4 Nunciatio igitur non eſt timenda in pluribus caſibus. Primò quando conſtat de nõ iure nunciantis, vt ex dictis cernitur, & in ſpecie probat *Bart.conſ.64.Berous q.3.n.6. Andr.Gayl obſeruat.16.lib. 1. vbi num.8.* probat, quod nuncians in hoc caſu teneatur etiam ad intereſſe nunciato, & actione in-
5 iuriarum, quia iniuſtè nunciauit. Secundò quan-

quando ſeparatim ab opere fieret nuncia-
tio, vel non fieret ipſi Domino, vt notat
Gayl. d. obſeruat. 16. & patet ex dictis ſupra
6 *q. 2. nu. §. tertiò debet fieri.* Tertiò quando
præceptum eſſet nullum ex aliqua cauſa, vt
quia fieret à non Iudice, vel ob aliam nul-
litatem, & tunc ædificans poteſt opus cœp-
tum continuare, nec tenetur ad pœnam, vt
poſt alios probat *Borgnin. deciſ. 23. nu. 12.*
7 *par. 2.* Quartò quando dilatio periculum
aliquod, vel graue damnum allatura eſt ædi-
ficare volenti, quia propter periculum in
mora receditur à communibus regulis, vt
veriſſimè fundat *Borgnin. d. deciſ. 23. nu. 7.*
Gayl. d. obſeruat. 16.
8 Poſtremò limitatur, ſtante ſtatuto, quod
cuilibet licitũ ſit opus aliquod facere pro
ſuo voluntatis arbitrio; quia tunc, ſpreta
etiam nunciatione, poteſt ædificare, vt
ſcripſit *Bart. d. conſ. 64.* quas limitationes
ponit etiam *Tepat. in d. tit. de oper. nou.*
nunciat. col. 1. §. nunciatio noui operis.
9 Prædictæ limitationes procedunt in fi-
ciente nouum opus, quia in reficiente non
habet locum hoc iudicium, niſi tamẽ prius
ædificium eſſet funditus dirutum, quia tũc
non dicitur quis reædificare, ſed nouum
ædificium habere. vt poſt *Boer. deciſ. 44 nu.*
5. notat *Tepat. in hoc tit. §. reficienti, Felin.*
in cap. cum acceſſiſſent, nu. 33. de conſtitut.
de Ponte in tract. de poteſt. Proreg. tit. de
abundantia Ciuitat. §. 3. & 4. de quibus
meminit *Rouit. in pragm. 2. nu. 1. de ædific.*
10 *priuat. prohibit.* Vt autem dicatur quis
propriè reficere debet ad priſtinam formã
ſolùm ædificium reducere; hoc eſt, ne quis
illud dilatet, aut producat, aut deprimat,
aut exageret. *l. 3. §. hoc autem verſ. reficere,*
ff. de itiner. actuq; priuat. Afflict. deciſ. 392.
nu. 12. cum ſeqq. Alexand. & alij, quos pro-
bat *Rouit. in pragm. 1. nu. 15. & 16. de ſa-*
rio eorum, qui mittuntur pro ſeruitio Re-
gia Curię de Ponte vbi ſuprà §. 2. nu. 19. &
ſeqq. probans, quod prohibitio facta de or-
dine fœl. mem. Philippi II. non ædificandi
in diſtrictu Ciuitatis, & intra ipſam Ciui-
tatem per certum ſpatium ne habitatio ta-
liter multiplicaretur, quod Ciuitas hæc
fieret impotens in alimentatione ſuorum
ciuium, & habitantium, quia totum Regnũ
huc confluceret, vt euitarent onera, quæ ſol-
uunt in ſuis Terris, & oppidis: Hæc, inquã,
prohibitio non extenditur ad refectionem,
quando ædificium non eſt funditus diru-
tum, & fiat modo deſuper expreſſo.

[S V M M A R I V M].

1 *Nuntians nouum opus quid teneatur pro-*
bare, vt obtineat ſecundum Conſuet.
Neap.
2 *Citatio expeditur aduerſus nuntiantem*
nouum opus comparente nuntiato, &
qualiter.
3 *Nuntiatus pendente termino probatorio*
non poteſt proſequi edificium ceptum.
4 *Prohibens tenetur exprimere iuſtam cauſam*
probationis contra prohibitum tranſire
per viam.
5 *Differentia quanam ſit inter ius commu-*
ne. & Conſuet Neap. circa terminum de-
nuntiationis noui operis.
6 *De iure conſuetudinario an licitum ſit ire*
pro agrum alienum, & quomodo.
7 *Ius commune ſeruatur quoad demolitionẽ*
edificij.

Q V AE S. IV.

1 QVæro, Quid probandum ſit à de-
nunciante ſecundũ noſtras con-
ſuetudines? Poſui hanc quæſtio-
nem diſtinctã, vt ſciatur in quo
diſcordet hoc ius conſuetudinarium no-
ſtrum à iure communi. Igitur vt denunciãs
nouum opus obtineat, ſecundum noſtras
conſuetudines, debet probare iuſtam cau-
ſam prohibitionis infra terminum, ei aſſi-
gnatum à Iudice ad id probandum; & ſi nõ
probauerit, non impeditur ædificium, vt
habetur ad literam in conſuet. *ſi quis im-*
pediat, ſic ſi vocatus ad iudicium non ve-
niat ad probandum iuſtam prohibitionem,
vt notat *Napod. ſub num. 4.* quia reijcitur
eius petitio.
2 Plus mandat dicta conſuetudo, vbi *Na-*
pod. nu. 3. etiam notat, quòd comparente
nunciato in Iudicium, citetur nuncians, &
in citatione dicatur, quod compareat in
eadem Curia, allegaturus iuſtam, & ratio-
nabilem cauſam, quarè prohibuit, nuncia-
tum tale opus facere in tali loco, & poſtea
3 habeat ſolùm onus probandi cauſam illam.
Benè tamen verum eſt, quod durante ter-
mino probatorio ex parte nunciantis, non
poſſit nunciatus proſequi ædificium, vt no-
tat *Napod. in d. conſuet. ſub nu. 4. verſ.* item
cùm probat cauſam. Et hoc procedit ſecũ-
dum ius commune, vt euitentur expenſæ, &
alia incommoda, vt dixi ſuprà *q. 2.*
4 Iddem procedit, ſi aliquis prohibeat
Petrum, ne tranſeat per eius prædium, vel
aliquid inhibeat, quod prohibitus facere
poteſt, tunc prohibens tenetur in eius li-
bello inſerere iuſtam cauſam probationis,
illamq; probare coram eodem Iudice infrà
terminum illi aſſignatum, alias ſi illam non
probauerit, datur licentia per eundem Iu-
dicem ipſi nunciato, de non ſeruando pro-
hibitionem, nullo tamen per talem licen-
tiam præiudicio generato proprietati, vt
habetur in conſuet: Idem eſt ſi quis prohi-
beat: Ex

Digitized by Google

5 Ex his patet, differentiam inter has conſuetudines, & ius commune, ſolam eſſe in tempore, ad probandam cauſam iuſtam prohibitionis, quia de iure communi regulariter datur tempus trium menſium, & ad ſummum vnius anni; quo elapſo, eſt interdictum nuncianti hoc iuditium noui operis *l. prætor. §. hoc interdictũ ceſſat. ff. eod. Napod. hic nu. 5.* ſed de hoc iure conſuetudinario tempus determinatur arbitrio Iudicis, & patet etiam ex dictis *q. 2.* ſiquidem licèt de iure communi non ſit exprimenda in libello iuſta cauſa prohibitionis, debet tamẽ probari, aliàs repellitur nuncians ab hoc iudicio & nunciatus proſequitur ſuũ opus. Prohibetur etiam de iure communi, ne fiat domi hæc nunciatio, ex quo non poteſt nũciatus ſe defendere; citatus tamen poteſt ſe defendere per procuratorem; & latitante domino, datur terminus procuratori ad conſulendum, nempè, vt á domino habeat informationem de iuribus ſuis, & elapſo termino, proceditur cum dicto procuratore in damnum Domini, & eſt etiam notoria praxis.

6 Poſtremò notandum eſt, quòd nec etiam per has conſuetudines permittitur alicui ire per agrum alienum, ſed locum habet in eo, qui eſt in quaſi poſſeſſione iuris eundi per alienum agrum, vt hic notat *Napod. num. 6. in fin.* ſi enim probat de ſuo iure, ſeù quaſi iure eundi, & Dominus non probat iuſtam cauſam in contrarium, datur ei per Iudicem licentia eundi, non obſtante prohibitione nunciantis, citrà tamen præiudicium proprietatis: Non inuito ad probandum de hac ſeruitute, & quando licitũ ſit ire per alienum prædium, nam dixi ſuprà *in tit. de ſeruitutibus, q.* Quod verò ad demolitionem ædificij, ſeruatur ius
7 commune, vt notat hic *Napod. ſub num. 4. verſ.* ſed certè. & proindè quæ dicam quæſtione ſequenti, habent etiam locum ſecũdum has conſuetudines.

SVMMARIVM.

1 *Nuntiationis effectus, an ſemper operetur demolitionem.*
2 *Pœna ſpretæ nuntiationis quando ceſſat.*
3 *Demolitio eſt pœna ſuæ culpæ ædificare volentis contra nuntiationem, etiam ſi poſtea vincat.*
4 *Cautela ad ſciendum quantum fuerit ædificatum poſt denuntiationem.*
5 *Demolitio non fit quando de licentia Iudicis ædificium factum fuerit.*
6 *Demolitio non fit quando conſtat de bono iure ædificantis.*
7 *Demolitio non fit quando nuntiatio non fuerit facta in loco operis, & ſi fuerit facta in loco operis operarijs, & non peruenisset ad notitiam domini non admittitur nu. 8. quod declaratur nu. 9*
10 *Appretium ſeu æſtimatio expenſarum factarum in nouis ædificijs qualiter fiat.*
11 *Arbitri electi à partibus ad appretiandum expenſas factas in nouis ædificijs, Iudex eliget alios eiuſdem loci, & non extra illum.*

QVAEST. V.

1 QVæro, Quiſnam ſit effectus huius nunciationis, & An ſemper operetur demolitionem ædificij? Effectus nunciationis legitimè factæ eſt, quòd eam ſpernens, quamuis in ſuo ſolo ædificauerit, & nuncians nullũ ius habebat, debet demoliri ſuis expenſis totum id, quod ædificauit poſt nunciationẽ ei factam, & hoc ea ratione, quia ſiuè iure, ſiuè iniuria nunciatio fiat, ſperni non debet, ſed obſeruari, & procuranda eſt reuocatio à Iudice, & non debet illum contemnere, vt notant omnes per illum *text. in l. de pupillo, § meminiſſe, ff. de nou. oper. nunciat. gloſſ in l. 1. ff eod. Bald. & Angel.* quos probat *Tuſch. in verb. nunciatio concl. 124. num. 1. 2 3. & 6* plures cumulat, & probat *Borgnin deciſ. 23 nu. 15. par. 2 Andr. Gayl. obſer. 16. lib. 1, Magon. in deciſ. Lucenſ. 29.* quos ſequitur *Tepat. hoc tit. §. ædificans poſt denunciationem.*

2 Eatenus hæc pœna ſpretæ nunciationis locum habet, vt non debeant reſarciri dãna nunciato, ſi poſteà conſtet, eum iuſtè, & legitimè ædificaſſe; quia dum ſpreuit Iudicis authoritatem ædificando, dicitur vim facere, & etiam per modum attentati demolitur ædificium, vt fundat *Magon. d. deciſ. 29. Tepat. loco citato, Bald. conſ. 245. nu. 2. lib. 2. Tuſch. d. concl. 124. nu. 4* & hoc om-
3 nes docent, quia demolitio eſt pœna ſuæ culpæ, & etiam ſi poſteà vincat, non conſequitur damnum demolitionis, nec expenſas factas in ædificio, *Bart. in l. 1. quæſt. 1. ff eod.* poſt alios *Praſ. de Franch. deciſ. 331. nu. 4.* quem probat *Tepat. hoc tit. §. ædificans cõtra prohibitionem, de Ponte in tract. de poſſeſſ. Proreg. tit. de abund. Ciuit.*

4 Hinc eſt adinuenta cautela, ad ſciendũ, quantum ædificatum fuerit poſt nunciationem factam, vt quòd qui nunciat, mittat tabellionem, vt coram teſtibus menſuret ædificium factum tam in longitudine, quã etiam in latitudine, *l. non ſolùm,* vbi *Iaſ. ff. eod. Borgnin. d. deciſ. 23.* quos probat *Muta ad Conſuet. Panorm. c. 29. num. 46.* & ſic totum reliquum ædificatum poſtea demolietur, niſi tamen factum fuerit cum Iudicis licentia, & cautione præſtita, ſed

expe

expectatur exitus cauſæ principalis, in qua
debet nuncians probare, ſe habuiſſe iuſtam
5 cauſa prohibendi, & ſi eam non probet,
nullo modo fit demolitio; quamuis ædificiũ
factum fuerit, præſtita cautione demolien-
di illud, quia tribuit nuncianti, vt poſt *Bal.*
conſ.464. quatuor ſunt, nu.7. & ſeqq. lib.4.
Caſtrenſ. conſ. 412. *lib.* 2. notat *Tuſch. d.*
conc.124. nu.16. & ſeqq.
6 Nec etiam demolitur ædificium, quan-
do conſtat de bono iure ædificãtis, vt poſt
Bald conſ 245. nu.3 lib.2. Roman. & Bart.
notat *Tuſch. d. conc.124. num.10. & 14.* ſed
qualiter hoc procedat, patet ex dictis ſuprà
& quæſt 2. *de Ponte loco citato.*
7 Nec etiam fit demolitio ipſius ædificij,
ſi nunciatio facta non fuerit in ipſo loco
operis, de quo eſt quæſtio, quia aliter facta
nunciatio non afficit nunciantem, vt dixi
ſupra *quæſt.2.* prout poſt *Bald. d. conſ.*
245. nu.4. verſ. & ego dico notat *Tuſch. d.*
8 *conc.124. num.20.* Immo ſi facta fuerit in
loco operis, & illa intimata eſſet operarijs,
& non perueniſſet nunciatio ad notitiam
Domini, nec etiam fit demolitio, & ad mi-
nus fieri deberet demolitio, non tamen sũ-
ptibus Domini, nam ſatis eſſet eius patien-
tia, vt poſt *Bald conſ.245 nu 2.* notat *Tuſc.*
9 *d conc.124 num.7.8. & 9.* ſed hoc puto eſſe
arbitrarium Iudici, qui iuxtà qualitatem
facti, & perſonarum, & ſecundum loci di-
ſtantiam, vt ſi Dominus abſens eſſet à loco
ædificij, vel non conſideret de ſcientia, vel
ignorantia Domini, vt poſſit locum habere
demolitio, &c.
10 Eſt iterum notandum, quòd dum fit ap-
pretium ſiue æſtimatio expenſarum acta-
rum in ædificijs nouis, vel in eorum refe-
ctione eligendi ſunt experti, ab vtraq; par-
te, & duo ſaltem eligendi ſunt, qui iurare
debent, ſe benè æſtimaturos, quod eſt iura-
mentum credulitatis, non autem veritatis;
nam æſtimatio fit ex iudicio intellectus,
non autem quod quis ſe vera ſciat expen-
ſas factas, vt latiſſimè probant *Foller. in*
tract. de contract cenſual. num.4. vt legitur
tom.6. tractat fol.153. Garz. in tract. de ex-
penſ. & meliorat. c. vlt. num.18. & ſeqq. vt
legitur tom.17. tractat. fol. 347. cum ſeqq.
Roland. in tract de dote. q.65 nu.3. & ſeqq.
vt legitur tom.9 tractat. fol 377 vbi ſubdit;
11 Quod etiam alij probant, quod ſi arbitri
electi à partibus non concordant in æſti-
matione: Iudex duos alios eligit, & acci-
piendi ſunt ex illo loco, quia non ſunt per-
quirendi extrà locum: in dicta æſtimatio-
ne non attenditur tempus præteritum;
quo, v3. factæ ſunt expenſæ, nec quantum
expenſum eſt: ſed ſolùm attenditur tem-
pus præſens, quantum ſcilicet, valet ædifi-
cium de præſenti *l. domos ff. de legat.1.* vbi

Bart. Bald. & Caſtrenſ. Neguſ. memb.4. de
pignor par 5. col.3 concl.3. Rodoan. in tract.
de reb. Eccleſ. alienand vel non, q.17. in verſ.
conductores, nu.4. cum ſeqq. Menoch. lib.
2. de arbitr. Iudic. caſ. 258. & dixi ſuprà de
locat. & conduct. q.

SVMMARIVM.

1 *Fabricatores ac operarij nouum ædificium facientes, an teneantur ad aliquam pœnã ſeu damna, & ratione oſtenditur cur non teneatur, nu.2. niſi denunciatio fuerit facta illis, & dum quo caſu tenerentur, nu.3.*
4 *Actus ex Iudicialis non ſufficit, ſed Iudiciales eſſe debet in materia nuntiationis.*
5 *Caſus in quibus operarij tenentur pro nouo ædificio contra nuntiationem factam enunciantur.*

QVAES. VI.

1 QVero, Fabricatores, vel alij ope-
rarij, qui de mandato alterius
opus faciunt in loco publico,
vel qui aliter non eſſet ipſius,
de cuius mandato opus faciunt, an teneantur
ad aliquam pęnam, vel damnum? Re-
ſpondeo ad nullam pęnam teneri; ſed Do-
minum Fabricę, cuius commodum reſpicit
opus, teneri ad pęnam, & damnum, *l. 1. §.*
hoc interdictum, ff. ne quid in loco publico,
gloſſ Bart. & alij, quos probat *Alex in l. de*
pupillo, §. meminiſſe ff. de nou. oper. nunciat.
Roland. conſ.54 num.5. lib 1. cum alijs cu-
mulatis per *Brunor. à ſole in ſuo compend.*
propoſ tur in verb operarius, gloſſ. etiam
notab. in l. in rem § ſignum. ff. de rei vendic.
Felyn. Socein. Alberic Iaſ Boſſius, Iul. Clar.
Moron. Magon. Vrſill. Ioan Vinc. de An-
na, & alij, quos proba *Carrot. par.6. de lo-*
cat & conduc tit. de ſirijs. except 2. fol.259.
col.3 & 4. de Ponte d. tit. de abund. Ciuit. §.
4 num.20.
2 Ratio autem illa eſt, quoniam tales ope-
rarij, qui ad ædificium fabricandum, ad li-
gna incidenda, vel ad aliud opus faciendũ
conducuntur ab alio, credebant fundum
prędictum eſſe conducentis, vel habere li-
centiam id faciendi, & proindè ſunt in bona
fide, vt ex *tex. in l. in rem, § ſignum, ff. de*
rei vendic notat *Brunor* loco citato, & dũ
caſus accidiſſet Neapoli quidam fabricato-
res ędificium facerent propè quandam Ec-
cleſiam, & dubitatio erat, ſi ſolum, vbi fie-
bat ędificium, erat Eccleſiæ, vel publicum,
fuerunt fabricatores carcerati per Magi-
ſtrum Portolanum, qui viſis prædictis do-
ctrinis ei oſtenſis, excarcerauit fabricato-
res, & operarios, nec potuit habere recur-

ſum

ſum contrà mandantes, quia erant perſonę
eccleſiaſticæ, & in quocunq; operario, quod
excuſetur, dum oſtendit, ſe ab alio eſſe con-
ductum ad operandum, probat *Carrot. d.*
except. 2. nu. 2.
3 Hoc tamen limitant DD. quotiès facta
fuerit nunciatio operarijs, vel Domino pro-
teſtatio, præceptum, ſiuè inhibitio iudicia-
lis, ne in tali loco inciderêt ligna, vel aliud
opus facerent, ex quo locus erat publicus,
vel aliter ad denunciantem pertineret,
quia in hoc caſu, dum habebant notitiam
de tali prohibitione, non ſolùm ceſſat illa
bona fides, ſed conſtituuntur in mala fide,
& tenentur ex mandato, quia ſpreto Iudi-
cis mandato opus fecerunt, *Roman in d. l.*
de pupillo, §. ſi fortè. Felyn. in c. conſtitutus,
nu. 19. verſ. ex hoc quotidiè, de reſcript. Bru-
nor. loco citato, Alex. Dec. Caſtrenſ Salyc. et.
Menoch. Anna, & alij, quos probat *Carrot.*
d. except. 2. nu. 4. §. limitatur primò. qui poſt
4 prædictos probat, quod non ſufficiat actus
extraiudicialis, quia iudicialiter fieri de-
bet, adhoc vt appareàt legitimè factus.
5 Limitatur pluribus alijs modis. Primò ſi
ipſimet operarij operarentur in illo loco,
quia non excuſantur, allegando alium eſſe
Dominum, quoniam ſunt in dolo, operan-
do in alieno loco ſinè mandato alterius. Se-
cundò ſi notitiam aliunde haberent, locum
illum eſſe alienum, vt quia eſſent vicini, vel
quid aliud. Tertiò ſi de nocte laboraſſent,
vel alio modo clandeſtino, quia præſumun-
tur in dolo ex modo, vel tempore operan-
di, & ſic de alijs, vt poſt *Alex. conſ 36. Ri-*
pam, Menoch. Ioſeph Ludouic. Socin. Affli.
Iul. Clar. & alios, notat *Carrot. vbi ſupra*
nu. 7. cum ſeqq. alijs, latiſſimè de *Ponte vbi*
ſupra.

SVMMARIVM.

1 *Nuntiatio noui operis dupliciter remitti-*
tur.
2 *Remiſſio nuntiationis noui operis Iudicialis*
fit cum cauſa cognita, & ſine cauſa co-
gnitione, nu. 3.
4 *Cautio de demoliendo requiritur in remiſ-*
ſione nuntiationis noui operis alias licē-
tia eſſet nulla, & an pars erit citanda
declaratur.
5 *Scientia probanda erit licentiam datam eſſe*
nullam.
6 *Qualibet cauſa excuſat à dolo.*
7 *Remiſſio denuntiationis facta noui operis*
fit à denuntiante dupliciter, vel tacitè, vel
expreſſè.
8 *Demolitiones ædificiorum rarò fiunt, & ra-*
tione oſtenditur.

QVAEST. VII.

1 QVæro, Quando nunciatio noui
operis præſumatur remiſſa?
Quæſtio hæc poteſt dupliciter
examinari. Primò de remiſſione
iudiciaria, quia fit in Iudicio, & ſecundò de
remiſſione priuata, quæ fit per denuncian-
tem. Remiſſio iudicialis dupliciter fierè
2 poteſt. Primò cum cauſæ cognitione, vt
quia Iudex cognita veritate negotij, &
quòd nuncians nullum habebat ius nun-
ciandi, & quia erat vſufructuarius, quo ca-
ſu caret iure nunciandi, adeo vt nec etiam
debeat tunc demoliri ædificium, vt poſt
Roman. conſ 42. nu. 3. vbi addentes alios ci-
tant, notat *Tuſch. d. conc. 124. num. 13.* vel
alio modo carebat hoc iure, vel non proba-
uit eius intentionem; & tunc ſinè dubio re-
miſſio eſt legitima, & fieri poteſt opus, &
Iudex concedit talem facultatem, citrà
tamen præiudicium proprietatis, vt dixi
ſupra *q. 4.* Secundò fit ſinè cauſæ cognitio-
3 ne, ſi denunciatus præſtitit cautionem de
demoliendo ædificio in caſu ſuccumbētiæ,
quia tunc terminanda eſt cauſa ordinariæ,
& opus fieri poteſt, nam remiſſa eſt denun-
ciatio Iudicis, vt pluriès ſuperius notatum
eſt, & poſt *Caſtrenſ. conſ. 412 viſis punctis*
lib. 2. notat *Tuſch. d. verb. nunciatio. conc.*
126. nu. 1. & ſeqq.
4 Docent prædicti DD. & rectè, quod quā-
do ſinè cauſæ cognitione fit talis remiſſió,
ſit neceſſaria cautio prædicta, quia aliter li-
centia eſt nulla, cùm in ea non fuerit alia
pars citata, niſi tamē vtraq; pars eſſet prę-
ſens in Iudicio, quando Iudex dedit talem
licentiam: ſufficit enim, quod quouis modo
para fuerit pręſens coram Iudice tunc tē-
poris, & quòd habuerit ius contradicendi,
& non contradixit. Si tamen pars non fuit
pręſens, & alia pars ſciebat, talem licentiā
eſſe nullam, tunc ędificium factum debet
demoliri, *Caſtrenſ. d. conſ. 412. nu. 3. Tuſch.*
d. conc. 126 num 6. & 7. & liter. B. conc. 32.
nu. 7. & dicunt, quod ſit probanda ſcientia,
quod ſciuerit, licentiam eſſe nullam, quia
error iuris à pęna, & dolo excuſat, & ſic
operatur demolitionem, cùm etiam vt aiūt
6 DD. quęlibet cauſa, (quę non ſit expreſſè
ſimulata) excuſat à dolo, & ſic etiam à pęna
iniuriarum excuſat, *Oldrad. conſ. 53. nu. 3.*
cum alijs cumulatis per *Farinac. conſ. 12.*
num. 22. conſ. 30. nu. 53. conſ. 60. num. 64. &
vtrobiq; Addentes citant plures alios, &
ſic eo magis excuſat à demolitione ędificij.
7 In ſecundo caſu, quando fit remiſſio ab
ipſo denunciante, tunc fieri poteſt duobus
modis, expreſſè, vz. & tacitè. Quando fit
expreſſe, nulla eſt contentio, nam quilibet

iuri ſuo renunciare poteſt, vt ſępius replicatum eſt ſuprà in tract. de renunciatione. Igitur controuerſia eſt, quando remiſſio eſt tacita, & tunc dicitur facta remiſſio, ſi patiente meo vicino, ſiue illo, qui dicitur habere ius nunciandi, ſeù ędificium impediendi, & ille non prohibuit, tunc ceſſat interdictum, *l. Labeo, ff. de aqua pluu. arc. Tepat. in hoc tit. § ſi patiente vicino*, *Angel. de Peruſ. conſ. 1.* quem probat *Euſeb. d. liter.*

8 *B. conc. 38. nu. 3. & conc. 32. nu. 4.* & ſic fere nunquam demolitiones ędificiorum fiunt, quia multa facta tenent, quę fieri prohiberentur, vt eſt axioma vulgatum: ſic etiam quia intereſt Reipublicę, ne ędificia deuaſtentur, & ęquitatis ratio ſuadet, vt multa concedantur poſt factum, quę re integra prohibentur, *l. 1. § casum, ff. de poſtuland.* cum vulgatis alijs. Igitur principijs obſta.

COM

Digitized by Google

COMMVNI DIVIDVNDO

PART. XVII.

Si res communes aliter diuidi non poſſint vnus diuidit, & qui licitando vincit, eligit.

SI ſtattes aliqui habentes res communes volunt à communione diſcedere, & nō poſſunt conuenire, qualitèr diuidant, vnus debet diuidere, & alius eligere vnā de partibus diuiſis. Sed ille tenetur diuidere, cui plus datur, ab altero cui electio reſeruatur; ſicque inter eos, vel ipſos eſt licitatione locus, in hoc, videlicèt, quòd ille, qui plus dat alteri, ſicque alterum in licitando vincit partem, quam velit habere de partibus diuerſis eligit pro arbitrio voluntatis.

Mulier habens quartam pleno Iure in bonis mariti præmortui diuidit primò bona in duas partes, quarum alteram partem hæredes viri diuidunt, & mulier eligit. Idem ſeruatur in ſimilibus diuiſionibus.

SI tamen contingat, mulierem, quæ habet in bonis quondam mariti quartam, quæ quarta ſibi à quondam marito fuerat conſtituta, nec ſuperſunt liberi ex cōmuni matrimonio, per quod in plena proprietate quartam ipſam habere debet, velle cum hæredibus, ſeu ſucceſſoribus mariti, diuidere bona ipſa, nullo pretio, nec aliquo dato hinc inde, debet mulier primò diuidere bona ipſa in duas partes, de quibus hæredes, ſeù ſucceſſores mariti eligunt ſibi vnam, & reliquam partem hæredes, ſeù ſucceſſores mariti debent diuidere in duas partes, quarum vnam mulier poteſt eligere iuxtà votum. Idem ſeruetur in cæteris diuiſionibus ſimilis communionis.

SVMMARIVM.

Iudicium commune diuidundo quid ſit, & inter quos verſatur.
Societas quadam inter hæredes cenſetur adeo quod etiam actio pro ſocio inter eos competit.
Iudicium commune diuidundo differt à iudicio familiæ erciſcundæ.
Erciſcere diuidere dicitur hæreditatem.
Hæreditas qualiter accipiatur in hoc iudicio.
6 Quæ ſunt requiſita in iudicio familiæ erciſcundæ.
Diuiſio & partitio differunt inter ſe.
Diuiſio opus non ſit.
Minor ſicut non poteſt ſine decreto alienare ita nec diuidere.
Minor cogitur à Iudice ad diuidendum quando fuerit prouocatus à maiore ad diuidendum, quod fallit, nu. 11.
12 Diuiſio an propriè alienatio dicatur ita, vt transferatur dominium.
13 Dominium in portione ſua poſt diuiſionē habet.
14 Diuiſio eſt ſpecies venditionis, & quando.
15 Alienatione prohibita inter hæredes non cenſetur prohibita diuiſio.
16 Hæredes quando non poſſunt inter ſe bona diuidere.
17 Diuiſio inter fratres quando ex cauſis fieri permittitur.
18 Diuiſio quotuplex ſit.
19 Decretum Iudicis in diuiſione bonorum inter minorem, & maiorem præſumitur ex iuſta cauſa latum & ſi ex falſa cauſa latum fuiſſet ſuccumbit onus probandi, numer. 20.

31 *Diuiſio ex iudicialiter præſumitur facta voluntaria, ideo non tenet ex parte minoris.*

QVAEST. I.

1 PRimo quæro, Quid ſit iudicium cõmuni diuidundo. Hoc iudicium eſt quod inter eos redditur, qui rẽ, quam ex alia, & non ex hereditaria cauſa, communem habent, diuidi, ac ſimul quod alterum alteri ex bono, & æquo præſtare oportet, dari fieri poſtulant *l. 2 & 3. ff commun. diuid.* Ex quo intelligitur præcipuam huius Iudicij cauſam eſſe diuiſionem, ſeù potius ſuæ cuiuſq; partis demonſtrationem, & ſucceſſiuè eſt actio realis potius, quàm perſonalis: nam illa, quod noſtrum eſt, diuidi petimus non autẽ quod alterius eſt. At ex parte, qua petimus nempe quidquid ex bona fide ſocium dare, aut facere oportet, ſic eſt perſonalis, quia pertinet ad præſtationem partis, non autem ad diuiſionem. Igitur communi diuidundo actio mixtam cauſam habet, quæ inter eos redditur, inter quos eſt aliquid commune, nullo habito tractatu, vt diuidatur, *§. quadam instit. de action.* & ſic hæc dicitur ſocietas, quam affert fortuna, vt ſi duo heredes coniunctim inſtituantur. In hac enim ſocietate non datur actio pro ſocio, quia eos ſocios non voluntas, ſed fortuna congregauit. Itaq; ſi coheredes ſint, datur actio familiæ erciſcundæ: aut etiam communi diuidundo At ſi eſſent ſocij voluntate, non ſolùm habent actionem communi diuidundo, ſed etiam actionem pro ſocio, & actio pro ſocio datur ſolum ex ſocietate voluntaria *l 2 ff. commun. diuid.*

3 Differt etiam hoc iudicium à iudicio familiæ erciſcundæ, quia hoc iuditio diuiduntur bona hereditaria inter heredes, & dicitur familiæ erciſcundæ, hoc eſt communis hereditatis diuidundæ, *l. 1. ubi gloſſ. &*
4 *omnes. ff. famil. erciſcund.* Nam erciſcere familiam, hereditatem diuidere ſignificat; familiæ quippe verbo ad res relata ſignificatur hereditas, *l. pronunciatio, § 1 ff de verb. & rer ſignificat.* Hereditatem hic accipe pro rebus corporalibus, quæ in hereditate continentur, nam hereditas per
5 ſe diuidi non poteſt, *l. Pomponius, 8 ff. de rei vendicat.* Qua igitur ex parte diuiſio poſtulatur, ea ex parte in rem actio eſt. At quatenus intentatur aduerſus eum, qui nobis ad dandum, ac faciendum perinde obligatus eſt ac ſi pactum, & conuentum eſſet inter nos (hoc enim deſcendit ex beneficio legis, vt fiat diuiſio) ſic eſt actio perſonalis. Et ex hac parte eſt actio mixta, vt eſt actio communi diuidundo, per quam diuiduntur bona communia, vt ſuperius dictum eſt.

6 Ex his patet, quinq; eſſe neceſſaria in iudicio familiæ erciſcundæ, 1. vt agens, & contra quem agitur, ſint coheredes, 2. vt hereditas ſit adita, *l. qui erat. ff. famil. erciſc.* 3. vt ſint res hereditariæ, & huiuſmodi, vt diuidi poſſint, nempe, corporales, cùm iura, & ſic incorporalia diuidi nequeant, vt dictum eſt. 4. vt res hereditariæ iam ante non ſint diuiſæ, & 5. vt ille, aduerſus quem agitur, recuſet diuiſionem, vt notant communiter DD. *in d. §. quadam, inſtit. de actio.* At in hoc iudicio communi diuidundo ſatis eſt, quod bona ſint communia tempore, quo petitur diuiſio, & hæc actio differt etiã ab actione pro ſocio, vt in *l. 1. ff. commun. diuid. ſic etiam ab actione negotiorum geſtorum l. 6. § 2. eod tit.*

7 Secundò notandum eſt, quod diuiſio aliquando eſt idem cum partitione, & aliquãdo differt. beatum Pſalm 21. *Partiti ſunt veſtimenta mea, & ſuper veſtem meam miſerunt ſortem.* Alia litera dicit. *Diuiſerunt ſibi veſtimenta mea.* Itaq; diuiſio eſt tanquã genus, partitio eſt tanquam ſpecies: & diuiſio eſt totius vniuerſalis in ſpecies: partitio verò ſit totius integralis, ſiue legalis in ſuas partes, *gloſſ in l recta ff de verb & rer. ſignific.* vt animal diuiſum in hominẽ, bouem, ouem, &c. eſt diuiſio generis in ſpecies. Si verò homo diuidatur, ſeù numeretur per partes corporis, vt alia pars ſit caput, alia pedes, manus, &c. eſt partitio, & ſic de alijs, & ſucceſſiue Iureconſulti partitionis voce ſæpiùs vtuntur pro parte, *l. nomen filiarum § 1 ff. de verb. & rer. ſign. l. 6. § ſi quis partem. ff. commun. præd.* & ſæpe alias, quod omitto.

8 Ad rem igitur noſtram redeundo, diuiſio eſt quædam ſpecies alienationis, *l. 1. C. communia vtriuſq, iudicij, gloſſ. in leg. pen. in verb. diſtrahit C. de prædijs minorum. Roman. Neuiz Roland. Cæphal Grammat. Menoch.* & alij, quos [illegible] *Tuſch in verb.*
9 *diuiſio. concl: 521. num. 15 cum ſeqq:* Et ideo ſicut minor non poteſt bona ſua alienare ſine decreto Iudicis, ita nec etiam poteſt diuidere, & ad diuiſionem prouocare *Bart. in l 4. ff. de tutel. Curt ſen. Abb. Menoch.* & alij, quos probant *Tuſch. d. concl 521. nu. 19 & ſeqq Tepat. lib. 2. recept. ſentent. tit. familia erciſcunda*, quamuis in diuiſione non ſint neceſſariæ omnes ſolemnitates, quæ requiruntur in alienatione voluntaria: quia alienatio per diuiſionem eſt alienatio neceſſaria, & minor prouocatus ab alio ad diuiſionem, etiam ſi prouocans eſſet maior:
10 cogitur à Iudice ad faciẽdam diuiſionem, *l. pupillorum, ff. de rebus eorum*, qui ſub tutela, &c. *Caſtrenſ. Alex.* & alij, quos probãt

Tuſc.

Digitized by Google

Tuſch d concl.521.nu.33. & concl.532.nu.
22. & 23. Menoch. de præſumpt.lib:3. præ-
ſumpt.61. & ſatis eſt, Iudicem interponere
decretum, quod procedatur ad diuiſionem:
Et hoc etiam procedit ſecundum noſtras
conſuetudines, vt notat hic *Napod ſub nu.*
2: quia nemo ſtare cogitur in communio-
ne, quę multoties parit diſcordiam, & ne-
gligere facit, quod communiter poſſidetur:
11 At ſi pupillus cogeretur ex tali diuiſione
recipere ſecum ſocium rixoſum, vt v.g. uo-
ſream, vel alium ſimilem: non poteſt cogi
ad diuiſionē, quę differenda eſt per aliquod
tempus, vſq; dum ceſſet tale damnum pu-
pilli, *l. ſi conuenerit in fin. ff. pro ſocio, Alex.*
& Grauet. quos probat *Tuſch. d.concl.532.*
nu.24.
12 Bene tamen verum eſt, diuiſionem non
eſſe alienationem rigoroſe ſumptam, quia
non transfert dominium ex toto, prout fa-
cit alienatio, diuidens enim non transfert
in alium, niſi ſolam medietatem, nam reli-
quam retinet, & pro medietate translata,
aliam recipit, vt eſt videre ex *toto tit. ff. &*
cod famil. erciſcund. & commun diuid & in
particulari poſt *Baldum in c.* . *§ præterea*
ducatus, de probib feud. alienat. per Federi.
ſocin iun & Crauett notat *Tuſch d.concl.*
521.nu.20. & 43. & hac de cauſa alij illam
vocant permutationem, quia loco vnius
portionis aliam recipit, & dum in commu-
nione in qualibet gleba habebat dominium
pro communi, & indiuiſo poſt diuiſionem
13 habet ipſe ſolus dominium in portione ſua,
prout latius proſequitur *Tuſch d concl.521.*
nu 1. cum ſeqq. & nu 46. ex tex. in l. cum
pater § hæreditatem ff de legat.2. poſt gloſſ.
Cyn. Alberic Bart. & alios, *Brunor. in ſuo*
compend propoſ. iur. in verb. diuiſio eſt per-
mutatio, & hoc quando bona diuiſa ſunt
14 ſine æſtimatione, nam ſi æſtimata eſſent, di-
uiſio tune obtineret ſpeciem venditionis,
non autem permutationis, vt poſt *Gozadi.*
Burſat. Simon. de Pretis, & alios, *Borgnin:*
deciſ.36.nu.4 par.1.
15 Hinc dicunt aliqui, quòd ſi teſtator pro-
hibuiſſet alienationem bonorum, non dice-
retur factum contra eius prohibitionem,
ſi heredes inter ſe diuiſſent bona hereditā-
ria: quia illa prohibitio teſtatoris intelli-
gitur, ne fiat alienatio ad extraneos, non
autem, ne ſinguli poſſint ſuam partem ſe-
orſum habere, vt notant DD *in d.§. hære-*
ditatem Caſtrenſ in l voluntas, C. de fidei-
com. & Barou Menoch conſ.322 num.48.
16 *vol.4.* Quando autem valeat præceptum
teſtatoris, quod heredes non poſſint inter
ſe bona diuidere, multum diſputant DD.
Vera tamen eſt reſolutio, quod ſi teſtatur
perpetuò prohibuiſſet diuiſionem; eſſet nul-
la prohibitio, ſecus tamen ſi ad tempus,
quia hoc facere poteſt, *l. hoc iudicio, § ſi*
cõueniat ff commun. diuid. Caſtrenſ. & Iaſ.
in l. ſi non ſortem, § ſi centum, ff. de condit.
indebit. Alexand conſ.29.vol.5 Boer. deciſ.
87. Roland. conſ.84.vol.1. Pariſ. conſ 69.
nu 17 vol.2. Socein. & alij, quos probat *Si-*
mon de Pretis de interpret. vltim. volunt.
lib.2 interpret 2. dub.2. ſolut.2. num:145.
cum pluribus ſeqq. & præcipuè quotiès re-
ſpicit commodum filiorum, vt quia eſſent
minores, & ſic non poſſent diuidere vſq; ad
vigeſimum quintum annum, & ſic de alijs,
aut eſſent prodigi, furioſi, & ſic de alijs, vt
proſequuntur citati Authores ſic etiam
gloſſ. & Imol. in l Titio centum ff de condit.
& demonſtrat. Mantic. in tract. de Intien
tario, cap.9. nu.346. vt legitur tom.8. tract.
par.2. fol.229. col.4. adeo vt in diuiſione hæ-
reditatis facienda inter cohæredes, in re-
bus diuiſis à teſtatore, Iudex ſequi debeat
patris teſtantis voluntatem, in rebus verò
diuidendis ſequitur Iuris authoritatem, *l ſi*
17 *cogitatione. C familia berciſc.* ſi tamen ortæ
fuiſſent inimicitiæ inter fratres, poteſt Iu-
dex ordinare quod fiat diuiſio, niſi adeſſet
ſuſpicio dilapidationis bonorum, quia tunc
ſolùm præſtarentur alimenta ſeparatim vt
poſt *Grammat. deciſ 7.* notat *Ioan. Bapt. de*
Thoro in compend. Deciſ. Neapolit. in verb.
diuiſio bonorum hæreditariorum.
18 Poſtremò diuiſio, vt ex dictis cernitur,
duplex eſt, vna, ſcilicèt, voluntaria & altera
neceſſaria; hæc fit, dum aliqui voluntariè
diuiſionem inter ſe faciunt, & inter mino-
res fieri nequit ſinè decreto Iudicis, & au-
thoritate tutoris, vel curatoris, *l.1 § ſi com-*
punis ff de reb. cor. l. penult. C. de præd. mi-
nor Baibus in tract. de præſcriptione, q.10.
num.40. vt legitur tom.17 tractat. fol 61. &
patet ex dictis ſuperius, & latius proſequi-
tur *Tuſch. verb. diuiſio concl 542. num 14.*
19 Si tamen reperiretur facta diuiſio inter
fratres, quorum vnus maior, & alter minor
eſſet: ſi facta eſſet in Iudicio, præſumeretur
facta ad prouocationem maioris: quia non
præſumitur quod Iudex aliter interpoſuiſ-
ſet decretum ſuum, cùm de iure non poſſit
minor prouocare ad diuiſionem, vt ſupra
diximus, & decretum Iudicis præſumitur
interpoſitum ex cauſa legitima, *Alex. conſ.*
79. vol 1 Bald. & alij plures, quos ſequun-
tur *Maſcard. concl.488. de probationibus,*
Seraphin deciſ 1073 & alij plures, qui etiã
20 probant, quod dicenti eſſe interpoſitum
decretum ex falſa cauſa, incumbat onus
probandi & eo probato, actus eſt nullus, *l.*
magis puto, § ſi æs alienum ff de reb. cor. Ro-
land. conſ 7. num.63 & ſeqq. vol.3. Duen. in
verb. decretum ex falſa cauſa, & alij plures.
At ſi diuiſio facta fuerit extraiudicialiter,
tunc præſumitur facta de voluntate partiũ,
& ideo

21 & ideò ex parte minoris non teneret, vt poſt *Calcan. conſ. 80. nu. 2.* & alios, probant *Gabr. conſ. 36. nu. 42. vol. 1. Menoch. d. præſumpt. 61. nu. 2. cum ſeqq.*

SVMMARIVM.

1 *Bona omnia communia diuidi poſſint niſi reperiatur facta prohibitio.*
2 *Comunio ex quibus cauſis reſultet.*
3 *Diuiſio ex quibus cauſis reperitur prohibita.*
4 *Diuiſio bonorum ratione materiæ prohibita aliquando videtur.*
5 *Diuiſio prohibita videtur aliquando ratione dignitatis, & quid extra dignitatem.*

QVAEST. II.

1 Secundò quæro, quænam bona diuidi poſſint? Pro huius quæſtionis elucidatione eſt regula communis, quod omnia bona communia diuidi poſſint, niſi expreſsè reperiatur in iis facta prohibitio, *Leatera itaq; res ff familia erciſcu. Alexand. conſ. 25. attentis narratis, nu. 25. verſ. quò ad aliud, lib. 5.* quem probat *Tuſc. in concl 522. nu. 1. & concl. 536. nu. 10.* vbi
2 etiam *Caſtrenſem citat*. Quod locum habet, ſiue communio ſit ratione proprietatis, ſiue ratione poſſeſſionis, ſiue ratione vtriuſq; & ideo neceſſarium eſt, quod adsit aliquo ex dictis modis communio, *Angel. conſ. 305. in quæſtione vertente, nu. 2. verſ. venio ad primum*, quem probat *Tuſch loco citato, concl. 521. nu. 1.* & dum negatur communio, agitur rei vendicatione, *Alex. conſ. 46. viſis, & accuratis, num. 10. lib. 1. de quo meminit Tuſch. ibid. concl. 532. nu. 25.*

3 Quænam res dicantur prohibitæ diuidi ex particulari cõſuetudine loci vnuſquiſq; ius municipale ſui loci conſulere poteſt, non enim oportet hoc recenſeri, eo maximè dum noſtræ conſuetudines nullam in hoc ponant prohibitionem, & proinde examinari hoc debet ſecundum terminos iuris communis, quo attento, quatuor præcipue modis prohibetur diuiſio. Primo ratione materiæ. Secundo ratione dignitatis. Tertio ad euitandam monſtruoſitatem, ne vnum corpus habeat plura capita. Et quarto ne res illa dicatur infructuoſa: qui enim alios modos videre cupit, videat Authores mox citandos pro explicatione dictorum modorum.

4 Primo igitur prohibita eſt diuiſio ratione materiæ, ſi ex diuiſione deſtrueretur ſubiectum totaliter; & hac de cauſa prohibetur diuiſio mancipij; & proinde vni ex ſocijs aſſignari debet, & alijs ſoluenda eſt eorum portio in pecunia, vt late fundat *Gemin. conſ. 37. dubitatur de duobus in pri. verſ. quandoq; ſuper ſe*, quem probat *Tuſch. d. concl. 536. nu. 1. & concl. 535. nu. 10.* cum alijs cumulatis infrà *q. 4. circà finem*, nam alibi etiam probauimus, quod licet agnati, & cognati ex corpore bonorum habeant ſuam medietatem, id procedit, quando bona recipiunt commodam diuiſionem; nam aliàs in pecunia debetur eis illa medietas.

5 Secundo prohibetur diuiſio ratione dignitatis, & hac de cauſa feuda, Principatus, Marchionatus, & ſimilia diuidi prohibentur, vt habetur in *c. Imperialem, § præterea Ducatus, & tot. tit. de prohibend. feud. alien. per Federic.* ſecus tamen ſi eſſent feuda non dignitatis, quia iſta de ſui natura, attento iure communi diuidi poſſunt, *cap. omnes filij ſi de feud: defunct: milit: fuer. cõtrouerſ:* cum alijs cumulatis per *Tuſch: d: concl: 535: nu. 8: & ſeqq: & concl: 536: nu: 5:* non tamen per diuiſionem propriam naturam amittunt, vt connumeratis 18: Doctoribus, & multis rationibus probat *Menoch: conſ: 974: toto, vol: 10: & conſ: 1041: vol: 11: conſ: 1034: num: 9: vol: 11: & alij:* Quod tamen non procedit in hoc Regno Neapolitano quia feuda ſunt indiuiſibilia, & ad primogenitum tantùm pertinent, vt poſt alios probaui *conſ: 9: nu: 27:* & hoc omnes docent etiam non Regnicolæ, quando feuda conceſſa ſunt ſolis primogenitis, vt poſt alios notat *Tuſch: d: concl: 536: nu: 14:*

Ad hanc etiam dignitatem, ex alio nempe titulo, ob eorum excellentiam diuidi nequeunt res ſpirituales, præbendæ, tituli beneficiales, &c: quia nec æſtimationem recipiunt, *Gemin: conſ: 37: Alex: conſ: 7: nu: 11: lib: 5: Tuſch: d: concl: 536: nu: 6: 7: & 8:*

Tertio prohibita eſt diuiſio ad euitandã monſtruoſitatem, & proinde iuriſdictio, cùm ſit vna, ne habeat plura capita, in ea eſt prohibita diuiſio, & ideo ſi plures ſint Domini in ſolidum, quamuis aliqui velint, quod iuriſdictio diuidatur per quarteria, magis tamen congrua eſt diuiſio per tempora, vt vnus adminiſtret iuriſdictionem certo anni tempore, & alter aliò tempore, & ſic de alijs, & ita diuiditur vſus iuriſdictionis, non autem iuriſdictio, *Alex: conſ: 7: in conſultatione, num: 8: cum ſeqq: lib: 5: Crauett: conſ: 264. nu. 9.* & alij, quos probat *Tuſch: d. concl. 536. nu. 11. & melius concl. 537. toto, & præcipuè nu. 4 & ſeqq.* vbi ponit alios diuidendi modos in Iuriſdictione, vt per diuiſionem feudorum, quando plura ſunt feuda; ſed quia hæc diuiſio non admittitur vbiq; vt dictum eſt; ideò omitto tales diuiſiones, dum diuiſio quò ad iuriſdictionis vſum, & exercitium, eſt aptior, & conueni-

uenientior, & vltrà prædictos, hoc etiam probant *Bart.in l.inter tutores ff.de adminiſtrat.tutor. Iaſ.in l. ſtipulationes non diuiduntur, vbi Soccin.iun.nu.88. ff.de verb. obligat. Couarr.lib.vnic.practic.quæſt cap. vltimo* de qua materia plura conſiderat *Albert.Brun conſ.173. lib.2. Barboſ.in l. diuortio, par.2.in princ.ff.ſolut.matrim.* vbi etiam de diuiſione fructus maioratus, & feudorum tractat.

Hinc etiam eſt, quod ratione vſus diuidi poſſint paſcua communia inter duas vniuerſitates, ne aliqua ex eis in hoc grauaretur, vt latius habetur penès *Theſaur.decis. 71.& decis.72.* tradit pluriès deciſum, quod diuiſio non fiat pro numero animalium vtriuſq; vniuerſitatis, ſed æqualiter, quia habetur ratio ad vſum vtriuſq; dum vtraq; habet ius pro dimidia, & ita fit diuiſio, ne quæ minorem habet animalium numerum, grauetur ab alia, quæ maiorem numerum habet.

Deniq; quarto prohibetur diuiſio, ne prædium reddatur infructuoſum, vel notabiliter reddatur minus fructuoſum; quo caſu remedium eſt, vt fiat æſtimatio, & vni detur prædium, & alteri aſſignetur pars pretij, vt latius examinat *Grauett.conſ.60.* de quo meminit *Tuſch. d.concl.535. nu.6. Capyc.decis.36* & alij penès *Ricc in ſua collectan.decis. cap.201. & alij*. Et in hoc caſu plus offerens præfertur, vt poſt *Angel. conſ.381. viſo dicto ſtatuto* notat *Tuſch. d. concl.536.nu.9.*

Quando tamen res æſtimanda eſt, debet fieri æſtimatio, prout valet vnita, non autem prout valeret diuiſa, vt ex *tex.in l. Mauius, §. fin. ff. famil. erciſc.* immò debet haberi ratio valoris, & bonitatis rei, non autem quantitatis *Papo. Arreſt.1.lib.15.tit.7. Tepat.lib 2.recept.ſentent. in tit famil. erciſc. fol.281.col.1.§.diuiſio bonorum.*

Inſtrumenta vero cōmunia obligationū, quia ſunt indiuiſibilia, ideo permanere debent penès antiquiorem, ac digniorem ex fratribus *l.7.* vbi *Bart. C. de* [illegible] *Guido Pap.decis.289. Tepat.loco cit. fol.*28[illegible] *col.*[illegible] *§.inſtrumenta omnia, Nepita ad Conſuet. Catinenſ.tit.24.conſuet. vnic. num.17. vbi etiam citat Socein. conſ.49.vol.1.*

SVMMARIVM.

1 *Diuiſio qualiter ſit facienda, & potiſſimum inter hæredes, & ſocios nu.3.*

2 *Aqua quæ ducitur ad irrigandum prædia diuiditur pro rata agri venditi.*

4 *Laudum iniquum redditur quando arbiter deſtinatus ad diuidendum plus vni dederit, & proinde ad arbitrium boni viri reducendum.*

5 *Diuiſio paſcuorum fieri debet pro rata, & quantitate bonorum, vt exemplo demonſtratur.*

6 *Diuiſio prædij indiuiſibilis qualiter erit facienda.*

7 *Habens maiorem partem prædij admittitur ad reſiduum prædij ſoluto pretio honeſto alteri ſocio ad arbitrium duorum amicorum.*

8 *Exempla diuiſionum bonorum quorundam referuntur potius inutilia, quàm vtilia.*

9 *Diuiſio non de ſingulis rebus facienda erit ne patrimonium corrumpatur.*

10 *Supplementum datur in pecunia vbi res diuiſionem non patitur.*

11 *Socius præfertur ex æquitate in re vendita à conſocio extraneo.*

12 *Diuiſione inter ſocios facta de domo iuxta quam quia res coniuncta eſt tunc erit in electione conſocij illam habere ratione vicinitatis.*

QVAEST. III.

1 TErtio quæro, Qualiter facienda ſit diuiſio? Quæſtio hæc dupliciter examinari poteſt. Primò circa bona diuidenda. Secundò circa modum diuidendi. De prima acceptione loquemur hic; de ſecunda verò dicemus *quæſt.ſeq.* ſi loquamur quòad bona, & tunc pro regula ponitur, quod ſi conſtet de partibus, & quotis ſingulorum, ita fieri etiam debeat diuiſio, non ſolùm quòad ipſa prædia, ſed etiam quòad aquam, quæ ducitur

2 ad irrigandum dicta prædia, vt pro rata agri venditi etiam diuidatur aqua, *l.ſi partem. ff.de ſeruit. ruſtic.præd. Tuſch.d.liter.*

3 *D.concl.529.nu.1.& 2.* Si vero bona diuidenda eſſent communia, & iam hæredes, vel ſocij pro æquis portionibus eſſent Domini, & tunc æqualis debet eſſe diuiſio, ne aliquis grauetur; lex enim inæqualitatem abhorret in diuiſione, præcipuè tamen inter filios, *l.cùm inter, C.famil.erciſc. Angel. conſ.381. Soccin.conſ 98. lib.1.* quos probat *Tuſch. loco citato concl.531. num. 1. Ioſeph Ludouic.in decis.Rot.Lucenſ.decis.26.* cum alijs cumulatis, *tom.1.par.3 q.10.num 2.& 11.& q.14.nu.4.& 5.& par.4.q.43.nu.8.*

4 Hoc catenus eſt verum, quod ſi arbiter, electus ad diuidendum, protulit laudum, quo plus dedit vni, quàm alteri ex fratribus, dicitur laudum iniquum, & reduci debeat ad arbitrium boni viri, & ſic ad æqualitatem, *Bart.in l.ſi ſocietatem, §.arbitrorum, nu.28.verſ ſed quæro, ff.pro ſocio*, vbi *Salyc.nu.24.& poſt eos, & Abbatem.Tuſc. d.concl.531. nu.11.* vbi ſe ipſum alibi citat, quod alij etiam probant.

Si ta-

Digitized by Google

5 Si tamen non conſtaret de ſingulorum
ſociorum parte, vt quia eſſent paſcua com-
munia omnibus habentibus prædia vicina
dictis paſcuis: tunc diuiſio paſcuorum fieri
deberet pro rata, & quantitate bonorum,
adeo vt habens magna prædia, plus habeat
de paſcuis, quàm ille, qui minora habet præ
dia, vt fundauit *Calcan. conſ. 34. quia dubi-
tatio, num. 6. verſ. quia plura ſunt prædia,
Crauet. conſ. 69. num. 2.* quos probat *Tuſch.
loco citato, concl. 529. nu. 3.*

6 Fuit tamen non modica contentio, ſi
prædium, diuidendum eſſet indiuiſibile ali-
quo modo ex dictis *quæſt. præced.* qualiter
facienda ſit diuiſio? Mihi placet illa diſtin-
ctio, quod ſi aliquis maiorem faceret obla-
tionem, ille præferatur, vt dixi ſupra *quæſt.
præced. in fin.* quod eo magis procedit,
quando offerens haberet maiorem partem
dicti prædij, vt quia maior pars ad illum
pertineret, vt dicunt Authores infrà cu-
7 mulandi. Si tamen nullus faceret maiorem
oblationem, & tunc habens maiorem par-
tem dicti prædij, admittetur ad reſiduum
eiuſdem prædij, ſoluto pretio honeſto alteri
ſocio ad arbitrium duorum amicorum cō-
munium, *Angel. d. conſ. 381. circà fin verſ.
arbitror hoc caſu, Crauet. conſ. 60. & conſ.
377. nu. 8.* & ita concordat opiniones *Tuſc.
d. concl. 531. num. 7. & ſeqq.* probant etiam
*Capic. deciſ. 36. Borgnin. deciſ. 11: num. 33:
par: 2:* de quibus meminit *Tepat. lib: 2: var:
ſent in tit. famil: erciſc: fol: 281: col: 1: §: Di-
uiſio vbi commodè fieri non poteſt, Anton: de
Alex: blc, fol: 383: in Addit: incip. vide Bar-
tholum, in fin: Caple: deciſ: 36; Vrſillus deci.
23: nu: 7: Borgnin:* & alij penès *Ioan: Bapt:
de Thoro, verb: Diuiſio vbi commodè* poſt
alios *Muta ad Conſuet: Panhorm: cap: 56:
nu: 26:* vbi refert illa duo exempla, ab alijs
8 etiam recenſita, quamuis iniqua: Primum
eſt Quinti Fabij, qui debens à Rege Antio-
cho, quem in bello vicerat, ex fœdere ini-
to, dimidiam partem nauium accipere, om-
nes naues per medium ſecuit, vt ſic tota
claſſe priuaret Authorem: Secundum eſt de
illo emptore, quo à vetula illa dimidiam
partem ficuum emit, qui ſingulas ficus pro
medietate volebat, quę omnia penès Chri-
ſtianos Authores non poſſunt ad exemplū
reduci, ſed ad riſum: ne facias vt Quintus
Fabius, vel vt emptor cum vetula in emp-
tione ficuum, vel cum illa petulante Mere-
trice in Iudicio Salomonis 3. Regum 3: re-
lato in *c: non ne, de præſumpt: nec mihi, nec
tibi, ſed diuidatur puer:* Quoniam diuiſio
9 fieri debet arbitrio boni viri, nec de ſingu-
lis rebus, ne patrimonium corrumpatur, vt
notant prędicti Authores: ſic etiam *Bart:
in l: 1: C: quand: & quib: quar: par: deb: lib:
10: Magon: in deciſ: Florent: 46: Idem Tepa:
d: lib: 2: in tit: commun: diuid: fol: 284: col: 3
§: diuiſio vbi commodè:*

10 Hinc iura mandarunt, quod vel fiat ſup-
plementum in pecunia, vt dictum eſt, vel
ſaltem vni detur proprietas, & alteri vſuſ-
fructus, *l: 6: ff: de vſufr; & quemad: quis vta:*
11 Plus dicunt iura, quod ſi ſocius extraneo
venderet prædium, ſiuè minorem eius par-
tem, præfertur ex æquitate ſocius, qui ha-
bet maiorem partem, & hoc pro eodem
pretio, quod iuſtè extraneus offert, & abſq:
colluſione, *Guid: Pap: ſingul: 557: & 780:*
12 quem probat *Tepat: d: lib: 2: in tit: 368:* ſic
etiam ſi facta fuerit diuiſio inter ſocios
domus communis, aut de territorio, iuxtà
quod extat alia domus, vel terra alterius
ſocij, erit in electione ſocij, habentis aliam
domum, vel terram propinquam, velle il-
lam aliam partem ratione dictæ vicinita-
tis, & etiam ne fiat talis diſmembratio, vt
latius fundat *Capyc: deciſ: 42:* vbi ſic bis de-
ciſum refert, *Anna, Valaſ: Maxillal,* & alij,
quos probat *Ioan: Bapt: de Thoro: in d: cō-
pend: deciſ: Neapol: in verb: Diuiſio facta
inter ſocios:*

SVMMARIVM.

1 *Diuiſio qualiter, inter fratres fieri debeat:*
2 *Diuiſio inter fratres de iure communi qua-
liter fiat, & qualiter de iure Canonico,
num: 3:*
3 *Frater maior niſi ſemel diuiſionem facere
debet. & in caſu diſcordiæ erit adeundus
Iudex:*
4 *Diuiſio attenta Conſuetudine Neapolita-
na qualiter fieri debeat:*
5 *Licitatio conceditur etiā extraneo aliquan-
do diuiſione facta, & quando & ſi extra-
neus non reperiatur tunc Iudex ſupple-
bit, nu: 6:*
7 *Familiares præferuntur in licitatio rei di-
uiſa impari cauſa:*
8 *Licitatio animoſa an debet admitti:*
9 *Diuiſio inter ſocios facta, an admittat ele-
ctionem, & quomodo:*
10 *Iudex debet præfigere tempus licitanti ne
differatur licitatio;*
11 *Iudex diuidendo bona inter fratres quali-
ter ſe gerere debet, & deciſio affertur:*
12 *Frater minor poterit admitti ad habitan-
dum in domo indiuidua quando alter lo-
care vellet ſuam partem:*
13 *Diuiſio bonorum viri inter vxorem. & hæ-
redes viri qualiter ſit facienda ſuſpecto
iure conſuetudinario pro iure quarto, &
antefato. etiam ſi vxor haberet vſumfru-
ctum pro illis, nu. 14:*
15 *Vnus ex hæredibus ſi pecuniam expenderit
pro recuperatione bonorum, an medieta-
tem expenſarum recuperabit, vel illud
plus?*

Quæſt.

Digitized by Google

QVAEST. IV.

1 QVarto quæro, Qualiter inter fratres facienda ſit diuiſio, etiã ſecundum noſtras conſuetudines? Tria iura conſiderantur in hac quæſtione. Primò attenditur ius municipale, & hoc prius conſiderari, & obſeruari decer. *Roman.conſ.71.in fine,vbi Addent.Tuſch.in ſua pract.concluſ.iur.ver. diuiſio.concl.530.nu.4.* & plura de ipſa ſocietate etiam inter fratres ponit *Cardinal. Mantic.lib.6. de tacit. & ambig. conuent.* & alij paſſim.

2 Secundò conſideratur ius ciuile, quo ſancitur, quod diuiſio facienda inter fratres, aut alios ſocios, vel fiat per ſortes, vel per officium Iudicis, qui adhibeat diuiſores expertos in tali diuiſione, qui partes æquales faciant, & neminem grauent, ſic ſcripſerunt *Bart. & Angel. in l.1. C.de ijs, qui ſe defer. lib.* 10. & hanc eſſe communẽ opinionem Ciuiliſtarum notauit *Vrtutus in ſuis commun. opin. lib.2.opin.130 fratrum diuiſio. in fin. Villaleb.* & alij, de quibus meminit *Nepita ad conſuet. Cathin tit. 24.conſuet.vnic.num 13. Muta ad Conſuet. Panhorm cap 56.ſub nu 12. Tuſch. d.concl. 530 nu.3. & ex tex. in l.arbitrum, ff.famil. erciſc.* vbi Iudex per Iudicium communi diuidundo diuidit, vt notat hic *Napodan. num.8.in fine, Muta d cap.56. num.27. & ſeqq.*

3 Tertium eſt ius Canonicum diſponens, quod in diuiſione facienda inter fratres maior diuidet bona, quia præſumitur habere melius iudicium, & cognoſcere qualitatem bonorum, & ad hoc vt iuſtam faciat diuiſionem, minor eligit, *cap 1 de paroch.* & ita fuit facta diuiſio paſcuorum inter Abraham, & Loth; Abraham enim tanquam maior natu diuiſit, & Loth dedit electionem, vt tanquam minor natu eligeret prout elegit, vt habetur in *Geneſ. cap.13.* & hoc multis probat authoritatibus, *Muta d.nu. 12.* & hæc conſuetudo viget Panhormi, Meſſanæ, Catanæ & pluribus alijs in locis, vt notat Muta, & Nepita locis citatis, & eſſe magis vſitatus mos diuidendi poſt *Anton. Fabr.Caroc.*& alios, notat *Riccius ca.201.* & ſinè dubio conuenientior hæc diuiſio eſt alijs, quia tollit omnem dubitationem, & maiorem concordiam nutrit inter fratres, quia melius hoc fit inter ipſos, ad tollenda iurgia inter ipſos, & ne alij ſciant eorum patrimonium: ſi enim diuites ſunt, durum eſt diuitias oſtendere, nam ſe exponũt multis periculis latronum: ſi pauperes sũt, turpe eſt paupertatem detegere. & hunc diuidendi modum poſt *Guid. Pap. Miſing. Creſcent.*& alios, non approbat *Tepat.in tit.famil.erciſc. fol.281. col.2.§.pen.* quamuis *col.3.§.1.* approbet illum de iure Ciuili. Dum tamen obſeruatur hic diuidendi mo-

4 dus, non poteſt frater maior diuidere niſi ſemel; & ideò ſi alij fratres nollent diuiſioni factæ ſtare, recurritur ad Iudicem, vt notauit *Antonius Xibecca ad dictam conſuet.Panhorm.de diuiſion.* inter fratres; ad quod probandum citat *Pirrum in conſuet. Aurelian de feud. cap.27 fol.95. & Pariſ. conſ.69.num.13.cum ſeqq.lib.2.* & maior in hoc caſu, dicit *Carroc. deciſ. 135.* de quo meminit *Ricc.d.c.201.* quod ſit ille, qui diù paterna bona adminiſtrauit, quia hic melius ſcit qualitatem bonorum: ſeruatur tamen, quod ſit maior natu.

4 Ab hoc modo diuidendi parum diſtat conſuetudo noſtra: nam primò ponit in voluntate fratrum, vt eo modo diuiſionem faciant, quo ſibi melius viſum fuerit, ſi tamen inter ſe non conueniant circa modum diuidendi; tunc ſubdit *tex. in conſuet.c. Vnus debet diuidere, & alius eligere vnam de partibus diuiſis.* vbi *Napod.in verb.vnus exponit ſcilicet maior argum.ff.famil.erciſc. l.ſi quæ ſint cautiones.* & melius *extra de parochijs,c.1.* & hoc de iure communi, ſed iure harum conſuetudinum ſeruatur quod hic ſequitur. Itaq; quod ſequitur in conſuetudine, ſunt verba ſequentia. *Sed ille tenetur diuidere, cui plus datur ab altero, cui electio reſeruatur: ſicq; inter eos, vel ipſos eſt licitationi locus, in hoc videlicèt, quod ille, qui plus dat alteri, ſicq; alterum in licitando vincit, partem, quam velit habere de partibus diuerſis, remittit pro arbitrio voluntatis,* & ſucceſſiuè qui maiorem licitationem facit, ille præfertur, quod latius proſequi-

5 tur *Napod.num.7.& 8.* dicens, quòd etiam modicum plus oblatum attenditur, & ſi per omnia æqualiter licitent, aut nullus eorum velint licitare, vocatur extraneus ad ipſam licitationem, *l.3.C.commun. diuid.* Et ſi neq; extraneus inueniatur, tunc ſorte

6 dirimitur controuerſia inter ipſos, & in defectu Iudex interponit partes ſuas, ſicut eſt de iure communi, vt poſt *Bart.* addit *Fretia in eadem conſuet: Capyc. deciſ.36.* & alij, quos refert *Salern. hic in addit.incip. iſtud tempus,* & poſt *Angel.& Aretin.* notat, quod dum vocantur extranei ad licita-

7 tionem, in pari cauſa præferuntur illi de familia, vt bona in eadem familia conſeruentur, ex traditis ſuprà de iure congrui *q.* — Quod etiam poſt *Luc.de Penna*, notat *Fret.in d.addit.incip.ſetas fol.383.* vbi etiam ſubdit poſt *Bald.in l.1.col.2. C.commun. diuid.* quod non admittitur animoſa

8 licitatio, quia non debet excedere pretium rei. Sed contrarium tenet idem *Bald. in l.*

2.num.63.C.de reſcindend. vendit. Immol. in l.qui Roma,§.coharedes,nu.27.verſ.Item adde ſecundum Angelum,ff de verb. obliga. & ibid.Aretin.poſt nu.12.verſ. quarit etiã hic ſic etiam Caſtrenſ. nu.3. verſ. in textu, Alex.nu.11. Iaſ.nu.23. verſ. vltrà Bartholum. & faciunt etiam diſcuſſa per *Valaſc. deciſ.52.Vrſill. ad Afflict. deciſ.23.num.7. Borgnin.deciſ.25.num.16.par.2.* de quibus meminit *Ioan. Bapt. de Thoro in compend. deciſion.Neapolit.in verb.diuiſio*, vbi commodè.
9 videlicèt, quod ſocius habens maiorem partem rei diuiſæ,habet electionem accipiendi minorem partem, dummodo ſoluat pretium oblatum ab alio,quia dum res eſt communis, & deuenitur ad diuiſionem, non attenditur iuſtum pretium, ſed quod indè haberi poteſt ab alijs, cùm tunc res illa exponatur venalis, & res tanti valet,quantò vendi poteſt, *l pretia rerum,ff. ad leg Falcid.*com volgatis alijs. Sed primam opinionem probat idem *Bald. in l. ad officium nu.4 C commun. diuid. vbi Salycet.num.2.Caſtrenſ.*& alij, quos probant *Tiraquell. §.1. de retract. lignag. gloſſ 18. nu.2.& ſeqq.Guid.Pap ſingul.280 & conſ. 96.in vlt.verb.Hyppol de Marſil.in tract. de bannitis,in verb.alienata,nu.68. Afflict. deciſ.238.nu.4.Horat.Capan par 1. ad ſtatut.Mediolan. c.434. nu.179. vt ſocius pro* iuſta æſtimatione præferatur,& ita traditur iudicatum die 16. Decembris 1598. referente conſiliario de Vera, & Aragonia. & hæc opinio magnam habet æquitatem, vt tollantur licitationes animoſæ,quæ vt plurimum fiunt,inſtigantibus ſocijs.& faciunt quæ dicta ſunt ſupra *de iur.congru.q.14.& ſeqq.*

10 Duo tamen notanda ſunt, quæ in facto ſucceſſerunt, quòd licet in defectu prædictorum commiſſum ſit negoti in Iudici, vt ſuperius dictum eſt,adeo quod dum aliquis elegit licitare, ſed differt cum effectu complere licitationem,& reſpectu Eccleſiæ aut minoris,vel Fiſci detur tempus viginti,vel triginta dierum, vt cum effectu licitationẽ compleat.vt ex *tex.in l.1. C.de vendit.rer. Ciuil.lib.10.* notat hic *Napod.ſub nu.9.* & in licitationibus priuatorum Iudex determinat tempus conueniens vtriq; parti, vt non ſit nimis breue, nec nimis longum, quod etiam poſt *Bart. in l.licitatio, ff.de publica.& vectigal.Capyc.deciſ 36.*& alios, notat *Salern.in d.addit. incip. Iſtud tem-*
11 *pus,fol.384.*Quod alij etiam ſequuntur,nihilominus ſi Iudex diuiſionem faceret,non haberet facultatem aſſignandi partes pro arbitrio ſuo fratribus;ſed ſe haberet Iudex loco fratris maioris, aut arbitri, ita vt poſſit diuiſionem facere,ſed minor poſteà frater eligit,vt eſt de iure; & ita fuit deciſum per Sacrum Conſilium annis elapſis in cauſa filiorum quõdam Iacobi Lottherij, cùm enim Sacrum Conſilium diuiſiſſet bona paterna,& frater maior prætẽdebat, quod per ſortes fieret electio partium; tamen Sacrum Conſilium determinauit, quod frater minor eligeret. In banca Figliolæ.

12 Secundo ſi domus non pateretur commodam diuiſionem,& adhuc non eſſet diuiſa, & frater maior partem ſuam locare alteri vellet, ſed minor vellet in domo habitare,præfertur frater minor, dummodo ſoluat maiori illam penſionem, quam ille inuenit ab alio pro parte ſua, vt patet ex dictis ſupra *de locat.& conduct.q.* .Et ita etiam conſului de menſe Decembris 1616. & ſic partes exequutæ fuerunt,& quia etiã frater habitans domum communem,& nõ prohibens, quin ſecum alij fratres habitaſſent,non teneretur ſoluere penſionem pro rata fratribus, cùm vſus fuerit iure ſuo in habitatione. At ſi illos ſecum habitare prohibuiſſet, teneretur eis ſoluere penſionem pro rata, ita poſt *Petr. de Vbald in tract. de duobus fratribus, par.5. num. 12. Aretin.Dec.Corn & Franciſc.Marc.*probant *Borgnin. deciſ, 25. num. 14. par. 2. de Franch.deciſ.*160 quos ſequitur *Tepat.lib. 2.recept.ſentent.tit.commun. diuid. §.habitans.*

13 Alium etiam diuidendi modum tradit hic alia *conſuet.incip ſi tamen contingat.*vt. ſi mulier habeat quartam partem, ſeù antefatum in bonis viri præmortui, nec ex dicto Matrimonio ſuperſint filij.(tunc non attenditur licitatio, de qua loquitur prima conſuetudo,) ſed mulier diuidit primo bona viri in duas partes æquales, quarum vnã ſibi eligunt ſucceſſores mariti, qui quidem ſucceſſores diuidunt poſtea aliam medietatem, quarum duarum partium eligit vnã ſibi mulier pro ſuo voluntatis arbitrio, & alia remanet penès dictos ſucceſſores cum alia medietate, quam prius ſibi elegerunt ex diuiſione facta per mulierem, & idem ſemper ſeruatur quo ad alias diuiſiones, vt, nempe, ſemper quod aliquis in bonis diuidendis habet minorem portionem,ſeù partem, ſemper ipſe diuidit omnia bona in duas partes, de quibus conſortes eligunt ſibi vnam, & reliquam diuidunt ipſimet conſortes in duas alias partes in caſu quartæ,vel in tres in caſu ſextæ, vel in quattuor in caſu octauæ,& ſic de deinceps: & de vltima diuiſione debens habere minorem partem,eligit ſibi vnam, vt ex *tex.in d.cõſuet.ſi tamen contingat.* notat hic *Napoda, num.13.*

14 Plus docet *Napodan. hic nu.11.* vt talis diuidendi modus locum habeat, etiam ſi mulier haberet ſolum vſum fructum in di-

cta

cta quarta parte, quia etiam vſusfructus venit in hoc Iudicio communi diuidundo, ex tex in l. ſi quis putans, §. pen. ff. commu. diuid. ſic etiam in familia erciſcunda, quod eſt veriſſimum.

15 Si tamen vnus ex hæredibus aliquam pecuniarum ſummam expendiſſet in recuperatione bonorum hæreditatis, non recuperat à ſocio medietatem expenſarum, ſed tantùm illud plus, quod expendit, ſi non expendiſſet in recuperatione portionis ſuæ tantum, ſic probat tex. ad literam in l. ex parte, ff famil. erciſc. quod nota quia de facili quis reſponderet contrarium. Idẽ probat Roman. ſing. 653. quem ſequitur Tepat. lib. 2. recep. ſent. tit. communi diuid. fol. 286. col. 2. §. expendens in cauſa, ſolùm enim repetit, quod ex neceſſitate ſoluit, & datur tunc actio communi diuidundo, l. 3. C. de negot. geſt. Tepat. loco citato fol. 286. col. 4. §. 2.

SVMMARIVM.

1 *Donatio facta filio Clerico ad titulum patrimonij, an in diuiſione bonorum veniat.*

2 *Expenſa facta pro obtinendo beneficio Eccleſiaſtico à patre in beneficium filij an deduci debeat ex illius portione, & quid de expenſis factis ex cauſa ſtudij. nu. 3.*

4 *Reſtitutio dotis accepta per filium minorẽ an ſit facienda per maiorem exiſtentibus bonis in comunione per maiorem adminiſtratis.*

5 *Socius dotans filiam de bonis hæreditarijs tenetur conſimilem ſummam ſocio dare.*

6 *Fructus dotium viuentium in communi an, & quando inter ipſos diuidi debeat, vel non, & quid in reſtitutione dotis, & antefati nu. 7.*

8 *Fructus dotis accepta per fratrem, quod ſeorſum viuebat à fratribus an comunicari debeant cum fratribus.*

9 *Fundus dotalis non comunicatur inter fratres, ſed ſolum fructus quando ipſi onera matrimonij ſubſtinent.*

10 *Expenſa facta in ſtudijs, & pro doctoratu an inter fratres diuidantur, & quid de acquiſitis per doctorem, & quid de libris emptis pro doctore n. 11 ſoluitur altercatio nu. 12. & 15.*

13 *Expenſa, quæ fiunt à ſocijs ex cauſa delicti an inter eos imputentur.*

14 *Dos data vni ex filiabus ſociorum, an imputari debeat portioni patris, vel ſocietatis.*

16 *Bona ſociorum an remaneant hypotecata creditoribus vnius ſocij.*

QVAES. V.

QVinto quæro, In diuiſione faciẽda inter fratres, quænam communicari debeant? Quæſtio hæc non habet dubitationem quòad bona communia, & æqualiter inter eos diuidenda, hoc enim patet ex dictis ſupra q. 3. Nec locum habet quòad illa bona, quæ voluit Pater eſſe præcipua aliquorum ex filijs: hæc enim non veniunt in diuiſione, non ſolùm quando Pater expreſsè id dixit, ſed etiam ſi ex validis coniecturis colligi poſſit, quod voluerit, ea eſſe vnius tantùm,
1 ſicuti eſt donatio facta filio, ad hoc vt efficiatur Clericus ad titulum Patrimonij, vt ſcripſit Guttier. lib. 2. pract. quæſt. ciuil. cap. 65. nu. 13. & alij penès Tuſch. in verb. collatio bonorum quando fieri debeat, concl. 416.
2 & alij plures. Si tamen fratres, vel pater feciſſent expenſas in obtinendo beneficio Eccleſiaſtico alteri fratri, vel filio, ſunt deducendæ expenſæ de portione pertinente ad ipſum beneficiatum. & ita iudicauit S. Conſil. vt affirmat Afflict. in cap. 1. verſ. bona committentium, nu. 47. in tit. quæ ſunt regalia de quo meminit Io. in Bapt. de Thoro, in verb. expenſæ factæ per patrem. Sic
3 etiam de expenſis, quas fecit Pater alicui ex filijs ex cauſa ſtudij: ſi enim non conſtet, quod eas fecerit animo repetendi, non ſunt deducendæ de portione illius filij, ſed ſunt illius præcipua illa bona, l. quæ pater filio, ff. famil. erciſc. cum alijs pluribus cumulatis per Cardinal. Tuſch. in ſua pract. conclu. iur. liter. B. concl. 639 expenſæ ſtudij, & idẽ eſt de libris, latè Menoch de arbitr. iudic. lib. 2. caſ. 131. Roland. conſ. 11. præcipuè nu. 16. lib. 2. Maſcard. in tract. de probat. concluſ. 724.

4 Hinc etiam eſt, quòd dum fratres ſtant in communione, & maior bona adminiſtrat, & minor duxit vxorem, & dotem habuit, & ad eius reſtitutionem ſe obligauit, tunc reſtitutio dotis fieri debet de communi Patrimonio, quia ſicut cæteri redditus ad maiorem natu peruenerunt, ita etiã dos illa perueniſſe dicitur, Hippol ſing. 336. quem probat Tepat. in tit famil erciſc fol.
5 282, col. 4. §. 1. At ſi vnus ex ſocijs dotaſſet eius filiam de bonis ſocietatis, tenetur conſimilem quantitatem dare ſocio, cùm ex dicta dotatione minuitur ſors, l. ſocius pro filia, ff. pro ſocio, Franciſc. de Porcellinis, par. 2. principal. num. 50. vt legitur tom. 6. tractat. par. 1. fol. 182. Petr. Nauarr. in tra.
6 de reſtitut. lib. 3. Deducunt etiam dotes ſuarum vxorum, quia dotes ipſæ iudicantur tanquam æs alienum. Si tamen fratres viuebant pro communi, & indiuiſo, & onera

Matrimonij fuerunt ſubſtentata ex bonis communibus, tunc fructus dotis tantum ſunt communes inter omnes; ſecus tamen ſi fratres viuebant ſeorſum, nam etiam fructus dotis ſunt illius, qui vxorem duxit, & onera Matrimonij ſuſtinuit, ita probat *text.in l.fundus qui dotis ff.famil.erciſcun. Bart.in l.ſi fratres,§.idem Papinianus, nu. 3.ff.pro ſocio*, & hoc omnes docent, quando non ſunt ſocij omnium bonorum, quod latius proſequitur *Borgnin. deciſ.11. num. 23.par.2.Decius,Alex.Ruin.*& alij, quos probat *Mantic. lib.6. de tacit. & ambig. conuent.tit.15. num.18. & 19.* Et idem eſt
7 de antefato, quod ſocer conſtituit pro dote recepta, vt poſt alios probat *Theſaur. deciſ.46.* de quo meminit *Riz. in ſua collect.deciſion.cap.201.*

8 Immò ſi vnus ex fratribus, qui vxorem duxit, habitaſſet ſeorſim à fratribus ſuis, & gratis à ſuo ſocero, vel conſanguineos vxoris habuerit alimenta, & omnia bona habebat in communi cum alijs fratribus, pecuniam tamen dotalem, & fructus dotis negotiabatur ſeorſum ab alijs fratribus, tunc fructus huiuſmodi dotis non communicantur cum alijs fratribus, ſed proprij ſunt ipſius, vt docet *Bart.d.nu.3.* vbi etiam *Bald. num.2.& ſeqq.* & alij inferius citandi, & Vidi etiam ſic reſolutum per doctos viros, & ita determinari quaſdam differentias inter quoſdam fratres de Celano Terræ Petræ Paganæ, quod latius inferius explicabitur.

Nec vrget, ſi alij fratres fructus dotium vxorum ſuarum communicaſſent, nam quotiès ſocietas ſuſtinet onera Matrimonij, etiam fructus dotis, ac dotium cedunt in vtilitatem eiuſdē Societatis: cùm enim ex bonis communibus prouidetur oneribus Matrimonij, ita etiam fructus dotium cedere debent in beneficium eiuſdem communitatis, vt latius habetur locis citatis.

9 Hinc eſt etiam, quòd fundus dotalis, nēpè proprietas dotis non communicetur ſocietati, imò tanquam æs alienum manet ſemper intactum, & extrahitur de cumulo ſocietatis, cùm talis proprietas ſit coniugum, ac filiorum, & fructus ſolùm communicantur in ſocietate omnium bonorum, aut in qualibet ſocietate, quando ſocij ſuſtinent onera matrimonij, vt habetur *in l. actione,§.vlt. l.qui ſocietatem vniuerſorū, & l.ſi fratres,§.ſocium vniuerſa ff pro ſocio,Bald. Angel:Decian.Roman. Alex. Menoch.*& alij plures, quos probat *Mantic. d tit.15.nu.23.*

10 Deducitur etiam, quòd dum ſunt ſocij omnium bonorum, & vnus ex fratribus, aut ſocijs, aut vnus ex filijs ſociorum ſtuderet, omnes expenſæ, quæ fiunt pro ſtudio, aut pro Doctoratu imputantur ſocietati, quia honor ille reſultat in communem vtilitatem, & quidquid poſteà Doctor ille acquirit, ſocietati acquireret, ita ex *tex.in l. ex parte.§ filius,& l.ſi fratres, §.idem Papinianus,ff famil.erciſcund.Bald.* & alijs, probat *Mantic.d.lib.6.tit.19.num 5. cum ſeqq.*& alij plures, adeò vt ſolùm deducant
11 in controuerſiam, ſi an libri ſint ſocietatis, & ſint communes inter ſocios, an vero ſunt illius Doctoris. Et magis recepta videtur opinio, libros illos eſſe communes inter ſocios, & quod debeat ſoluere ſocijs ratam pretij librorum, vt penès ſe retineat illos, ita ex *tex.in l.ſi qui ſocietatem. ff.pro ſocio.* probant *Speculat.in tit.de iudic.§.ſequitur, verſ quid ſi vnus, Bart.in l.Lucius.§ idem reſpondet, ff. ad municip. Petr. de Vbald. Alex.Caſtrenſ.Ruin.Barbat.Iaſ.Curt.iun.* & alij penès *Horat.Lucium, in tract.de priuileg. ſcholar. priuil.27. ampliat.11.& limit.2. vt legitur tom.18. tractat. fol.78. cum ſeqq.*

Alij tenent, libros eſſe illius Doctoris, ſiuè ſtudentis, quia ipſe eſſe nequit abſq; libris; & eo ipſo quòd illi traditi ſunt libri cenſentur ei donati, ita relatis varijs DD. probat *Ruin.conſ.101.lib.2.*vbi etiam quędam contraria ſoluit, & ipſum ſequitur *Mantic d.tit.19 nu 24,& ſeqq. Bald. Socc. Bologneti.Cagnol.Dec.* & alij penes *Horat. Luc.loco citato.priuil.16.ampliat.3.*

12 Mihi verò probatur opinio illorum, qui docent, hoc eſſe relinquendum arbitrio boni viri, ſi libri traditi ſunt, conſtante ſocietate, & reſpectu eorundem ſociorum iudicaretur parua quantitas, quæ pro libris fuit expenſa, & conſideretur etiam honor, & vtilitas, quæ fratribus euenit, ac ſocijs ex tali ſtudio, & Doctoratu, prout ſemper eis euenit honor, & vtilitas, cùm poſſit eos defendere, ac ipſis præbere auxilium in negotijs ſocietatis, & ſic de alijs, & ita procedit ſecunda opinio, prout latè probauit *Dec.in l.ſi donatione,num.41.& 42. C.de collat.Curt.iun.Ruin.& Barbat.* quos in effectu probat *Horat. Luc.d.priuil.27, limit.12,* & etiam quia alij ſocij victum, & veſtitum habuerunt, & alias expenſas, quę cedunt in damnum ſocietatis.

13 Poſtremò deducitur, quod omnes expēſæ, quæ fiunt à ſocijs licitè, etiam ſi ex cauſa delicti factæ ſint, vt quia iniuſtè ſit aliquis accuſatus de crimine, cedunt ad damnum ſocietatis; ſecus ſi iuſtè condemnetur de aliquo crimine, vt ex *tex. in l.ſi fratres, §.vlt.ff.pro ſocio, Bald.*& alij plures, quos refert, & ſequitur *Mantic.d.lib.6.tit.21.& tit.19.nu.17.& ſeqq.* vbi etiam examinat materiam aliarum expenſarum. Et *tit.20.*
14 latiſſimè diſputat ſi dos, data vni ex filiabus ſociorum, imputari debeat portioni

patris,

patris, vel ſocietati, & refert pro vtraq; parte DD. adeo vt vtraq; opinio ſit communis, æquior eſt tamen opinio, quod imputetur
15 portione patris, niſi tamen adſint aliquæ coniecturæ, quod imputari debeat ſocietati, & ita defendi poteſt opinio contraria, quam ipſe ſequitur, vt ſocietati imputetur: ſi enim libri, empti pro vno ſocio, vix ſunt illius, niſi hoc arbitrium boni viri concludat, vt ſuperius dictum eſt; eo minus dos prædicta cedere debet damno ſocietatis, quia nullum commodum ex tali matrimonio reſultare ſolet ſocietati, & proindè ſi commodum aliquod inde ſocietas haberet, defendi poſſet opinio contraria, aliàs ſecus, & ſic deducit etiam ex portione patris dotantis.

16 . Hic eſſet examinanda quæſtio, An ſi bona ſociorum remaneant hypothecata creditoribus vnius ſocij. Sed hanc quæſtionem explicauimus ſupra *de pignor. q. 47.*

SVMMARIVM.

1 *Sociare quid ſit.*
2 *Maritus, & vxor vocantur ſocij.*
3 *Societas duplex eſt hoc eſt publica altera priuata nu. 4.*
5 *Conuentio quando ſit.*
6 *Societas non eſt in rebus illicitis, & quæ ſit ſocietas leonina nu. 7. & 14.*
8 *Societas conuentionalis dupliciter contrahitur.*
9 *Societas, vel eſt omnium bonorum, vel aliquorum bonorum.*
10 *Pacta iniuſta ſeu illicita nequeunt apponi in ſocietate.*
11 *Caſus refertur in dãte pecuniam pro capitale, vt illud ſit ſaluum, & periculum ſit negotiantis, qui pro capitale debet menſatim correſpondere pro certa ſumma, & quid ſi eſſet ſolitum ſic contrahi n. 12.*
13 *Contractus vſurarius, & reprobatus à iure quid ſit.*
15 *Conſuetudo an poſſit approbare contractus iniquos, & vſurarios.*
16 Tex. in §. de illa inſt. de ſociet. *qualiter procedat.*
17 *Pactum in ſtipulatione appoſitum quod capitale ſit ſaluum an rectè procedat, & quid ſi non interueniſſet lucrum & dãnum ſimul, nu. 18.*

QVAEST. VI.

SExto quæro, Quot modis contrahatur ſocietas? Hæc quæſtio ponitur ad maiorem declarationem præcedentium, & ſequentium, ad hoc, vt ſciatur, quænam lucra ſint communia inter fratres, & alios ſocios. Igitur in primis notandum eſt, quod ſociare multoties ſumi-
1 tur pro adiuuare, iuxtà illud relatum à Pratejo, *& ſuſſimus, quos probauerit, ad ſociandum laborem eligere.* Et ita maritus, & vxor vocantur ſocij diuinæ, atq; humanæ
2 domus propter labores matrimonij ad inuicem ſupportandos, *l. 1 ff. de ritu nuptiar. l. 4. C. de crimine expilatæ hæreditatis.* Sic etiam quia vxor ſequitur fortunam, & infortunium viri, vt habetur locis citatis.
3 Secundo notandum eſt, duplicem eſſe ſocietatis conſiderationem, vt vna ſit publica, altera priuata, *Vlpian. in l. verum, §. in hæredem ff. pro ſocio.* Societatem publicam natura conſtituit inter omnes homines, & eſt duplex, Vna eſt naturalis omnium hominum cognatio, *l. 3. ff. de iuſt. & iur.* Altera verò eſt extrinſeca, vt ſcilicet homines in communitate viuant, & huius ſocietatis origo fuit Caim, qui reduxit homines ad viuendum in communi, vt poſt alios probaui *q. 1. in proœm earund. conſuet. nu. 27.* & ex hac ſocietate publica propter communicationem rerum introducti ſunt omnes contractus, omnia commercia, omnes actiones, factæ ſunt leges, quod coercerentur mali, premiarentur boni, & ad conſeruandam inter homines naturæ ſocietatem, vt in *l. 2 ff. de leg.* & ſæpè aliàs.
4 Priuata ſocietas eſt, quæ ciuili hominum authoritate in quandam contractus formã eſt producta ad inſtar publicæ ſocietatis. Vt cùm duo, vel plures ſic cõtrahunt, quod lucrum, & damnum inter eos commune ſit, vel de omnibus bonis, vel de quibuſdam ſolùm. Et de hac ſocietate hic loquimur: & hæc duplex eſt, Vna voluntaria, & altera, quam affert fortuna. Ex fortuna eſt, quotiès duo hæredes coniunctim ab aliquo inſtituuntur, & pro hac ſocietate non datur actio pro ſocio, quia non voluntas, ſed fortuna eos ſocios congregauit, ſed datur actio communi diuidundo, ſeù familiæ erciſcundæ, vt *q. 1.* dictum eſt. Societas voluntaria eſt ex conuentione partium, & ita communiter definitur. *Societas eſt duorum, pluriumue conuentio, honeſtè contracta, ad vberiorem quæſtum, & commodiorem vſum.* Quam definitionem tradit Marcus Cicero, eamq; ſequuntur *Azo. C. pro ſocio. in princ. ſic etiam gloſſ. in rubr. Inſtit. de ſociet.* & alij penès *Manticam d. lib. 6. tit. 1.*
5 Dicitur *conuentio,* quia conuenit pluribus, & ſic ſtat loco generis; & hic denotat voluntatem ſociorum. Dicitur, *duorum, vel plurium* quia ſic fieri poteſt ad libitum inter plures, ſicut ſit inter duos. Dicitur, *honeſtè contracta,* quia rei illicitæ non poteſt eſſe ſocietas, ſed dicitur conuenticula, *l. cõ-*
5 *uenticula, C. de epiſc. & cleric.* & ſic de alijs, quæ de iure improbantur. Et quando plures ſimul

ſimul delinquunt, vocantur *ſocij criminis*, & ſic de alijs pluribus. Sic etiam ponitur ad differentiam ſocietatis Leoninæ, qualis
7 eſt, quando vnus ſociorum lucrum, alter damnum ſentit, quæ ſocietas improbatur à iure tanquam captioſa, indigna, & iniuſta, vt inferius magis explicabitur, *l. ſi non fuerint, ff. pro ſocio*, latè *Coraſ. lib. 3. Miſcellan. cap. 10. Connan. lib. 7. commentar. c. 13. nu. 4.* & alij, quos infrà citabimus. Dicitur, *ad vberiorem quæſtum, & commodiorem vſū*, quia ad hunc effectum fit ſocietas, vt poſſint ſocij quæſtum vberiorem facere, & vnus habeat maiorem vtilitatem, & commoditatem tam rei ſuæ, quàm communis, & quod per ſe non poteſt, conſequatur ex perſona ſocij.
8 Notandum eſt tertiò pro reſolutione quæſtionis propoſitæ, duobus modis contrahi ſocietatem conuentionalem, nempè, expreſsè, & tacitè. Expreſsè, quotiès verbis expreſſis fit, *l. ſocietatem coiri*, vbi *gloſſ. & omnes, ff. pro ſocio*. Tacitè fit ſinè verbis, ac literis, ſed rebus ipſis contrahitur per actus ſociales, vt quotiès duo habent bona eo mmunia, vel communiter habitant, & ſic de alijs, *Cyn Bart. & alij in l. ſi patruus, C. commun. vtriuſq; Iudic.* cum alijs cumulatis per *Mantic. d. lib 6. tit 2. cum ſeqq* latiſſimè *Menoch. de præſumpt. lib 3. præſumpt. 56. Surd. conſ. 409. vol 3. Tuſch. in verb. ſocietas. à concl. 271. vſq; ad concl. 315.* vbi latiſſimè materiam iſtam examinat, ſic etiā *Tepat lib. 2. recept ſentent. tit. de ſocietatibus*, & plures alij, qui videri poſſunt.
9 Poſtremò notandum eſt, ſocietatem eſſe, vel omnium bonorum, vel aliquorum. Omnium bonorum eſt, quotiès omnia bona haberent communia, & communiter habitarent, nec inter eos ratio aliqua redderetur, vt proſequuntur Authores citati. Quotiès verò ſolùm certa bona ſocij haberent communia, illa diceretur ſocietas particularis, vt ſi fundum, domum, vel nauem communem haberent, *l. ſi fratres, §. Item Mela, ff. pro ſocio*, cum alijs cumulatis per Authores citatos, præcipuè per *Mantic d. lib. 6. tit. 3.* vbi octo caſus recenſet, quando ſit vnius rei, vel omnium bonorum ſocietas, quorū aliquos *quæſt. ſeq.* recenſebimus.
10 Ex dictis etiam deducitur, quænam pacta in ſocietate apponi poſſint, quia pacta illicita nullo modo poſſunt apponi, quia ſic non eſſet ſocietas, vt patet ex definitione. Et ideò ſi adeſſet pactum continens inæqualitatem inter ſocios, non valeret, vt v. g. vnus nullam partem damni ſentiat, lucrum verò ſit commune, quia eſſet ſocietas iniuſta, & multotiès vſuraria. Eſt iniuſta, quia continet inæqualitatem, vt habetur in *d. l. ſi non fuerint, §. 1. ibi gloſſ. & poſt Seliset.* *Fulgoſ. Socin. Cornuum, Dec. Cranett. Cōuarr.* & alios plures, proſequitur *Mantic. d. tit. 3. nu. 7. cum ſeqq.* Ponam caſum diſtinctum, vt videri poſſit, quando ſit iniuſta, & quando vſuraria, qui in praxi ſucceſſit.
11 Quidam pecuniam dedit cuidam negotiatori, qui emebat pannos veteres in platea Vlmi huius Ciuitatis, pacto adiecto, quod capitale eſſet ſaluum, & periculum illius eſſet negotiatoris, & pro ducatis quatuor centum dans pecuniam, haberet ſingulis menſibus ducatos viginti, & reliquum lucrum eſſet illius negotiatoris; & prætendebat pars aduerſa, contractum eſſe licitum, quia ille negotiator ſingulis menſibus multum lucrabatur ex illa pecunia, & fundabatur in *textu in §. de illa, inſtit. de ſociet.* vbi dicitur valere pactum, quod quis nullam ſentiat partem damni, lucrum verò ſit commune.
12 Secundò dicebat huiuſmodi contractus fieri ſolitos in eadem Platea, & ſucceſſiuè non debebat creditor puniri, iuxtà tradita per *Bart.* in propria materia quod capitale ſit ſaluum, in *l. quis ſit fugitiuus, §. apud Labeonem nu. 1. ff de ædilit. edict. Nauarr. conſ. 26. de vſuris, Grammat. conſ. 80 in ſimilibus, Feller in addit. ad Marant. in 4. par. ſub ſpec. in verb. An iudicium ſit vniuerſale, in paru. fol. mihi, 91. nu. 20. Molin. de contract diſp. 416. cum ſeqq. Mantic. d. lib. 6. tit. 6. in princ.*

Fundaui tamen, contractum eſſe illicitum tanquam vſurarium, & quod ita declarari debebat vna cum reſtitutione omnium acceptorum, & quod pecuniæ receptæ menſatim ducatorum viginti, erat excomputanda in capitale. Fuit pars aduerſa condemnata ad exhibēdum librum, in quo ſcribebat menſatim pecuniam prædictam, & nunquam librum exhibere voluit, vt ſciens malam cauſam, & ſuper hoc valdè certatum fuit; adeo quod morte præueniens non exhibuit librum, & cauſa non fuit proſequuta ab eius hærede, ſed per amicabilem compoſitionem inter partes fuit ſopita.
13 Primò igitur fundaui, eſſe contractum vſurarium, & reprobatum à iure, vt eſt *tex. in c. pleriq; vbi gloſſ. in verb. negotiatoribus, 14. q. 3. D. Th 2 2. q. 78. art. 2. ad quintum Corrad. q. 97. de contractib. Tabien. in verb. ſocietas, 1 §. 2. Nauarr. in manual. c. 17. nu. 251. & conſ. 15. nu. 3. de empt. & vēdit. in nou. Cardin. Ancharan in cap. fin. extrà de vſuris, idem Abb. in c. per veſtras, vbi Lup. notab. 6. §. 11. nu. 6. de donat. inter vir. & vxor. vbi teſtatur de communi, idem Abb. conſ. 114 vol. 2. Cottarr lib. 3 var. reſolut. c. 2. nu. 3. Afflict. in conſtit. Regni vſurar. nu. 34;* qui dicunt eſſe vſuram palliatā, ſic

ſic etiam *Hoſtienſ. Corneu.* & alij, quos pro-
bat *Mantic. d. lib. 6. tit. 4. num. 7. & ſeqq.* &
14 alij plures. Et quod ſit ſocietas leonina,
nulla, & irrita, probant præfati Authores
ex Iuribus expreſſis in *l. ſi non fuerint, §. Ariſt. l. cum duobus, §. item ex pacto, ff. pro ſocio, Bolognett. Abb. Ruin.* & alij, quos
probat *Mantic. loco citato, & tit 7. num. 3. & ſeqq. Salicet. in Authent. ad hac, q. 14. C. de vſur. Roman. conſ. 239. & 300. Alex. conſ. 80. vol. 3. Dec. in l. ſi paſcenda, nu. 8. C. de pactis, & conſ. 116. Iaſ. in §. ſequens, nu. 45. & ſeqq. Inſtit. de action. Aretin in d. §. de illa nu 4. verſ. ſecundò quod ſi cautum vbi Ioan. Otnotom. in 3. notab. Vrſill ad Afflict. decif. 58. nu. 6. Cotta in verb. ſocietas,* &
alij plures. Et hoc probant inæuitabili ra-
tione, quia dum capitale eſt ſaluum, exci
etiam vident, eſſe mutuum palliatum, &
tanto magis, quia volebat certum lucrum,
quo caſu nullo modo iuſtificari poterat ta-
lis cõtractus, ſed ſolùm ſi adfuiſſet pactum,
quod habita conſideratione induſtriæ ne-
gotiatoris, periculi partem ſuſtineret.
15 Addebatur, quod conſuetudo non poſſit
iuſtificare contractus iniquos, & vſurarios;
hæc. n. non dicitur conſuetudo, ſed corrup-
tela. vt poſt alios probaui *tom. 1. ad eaſd. conſuet. par. 1 c. 6. num. 17. & alibi, & DD.*
quos citaui in contrarium, non iuſtificant
contractum, ſed ſolùm dicunt, quod talis
conſuetudo vix excuſet contrahentes in
foro exteriori, vt non puniantur pœnis
ſtatutis contra vſurarios; ſed ipſi etiam im-
probant contractum.
16 Nec obſtat *tex in d. §. de illa*, nam habet
varios intellectus. Primus eſt, quando ſo-
cietas contracta fuiſſet ex pecunia vtriuſq;
quod non erat in dicto caſu. Secundus tunc
valeret, ſi is, qui præſtat operam, ſtipulare-
tur, ſe liberum fore à periculo pecuniæ,
quia ſufficeret ei perdere operas, & tẽpus.
17 At ſi ponens pecuniam ſtipularetur à po-
nente operas, quod ſaluum haberet capita-
le, eſſet pactum illicitum, & contrà formã
eiuſd. tex. Et in primo caſu, non autem in
ſecundo textus ille procedit, vt poſt *Salic.*
notat ibi *Aretin, num. 3. verſ.* quandoq; ſic
etiam *Abb in d. c. per veſtras, nu. 8. & conſ. 77. nu. 1, in fin. & num. 2. lib. 1. Anan. in c. nauiganti, num. 7. de vſuris*, quos probat
18 *Mantic. d. lib. 6. tit. 4. nu. 14.* Tertius intel-
lectus eſt, quotiès in dicta ſocietate non
interueniſſet aliquod damnum, & lucrum
ſimul, nempè, vt quis ex illa ſocietate lu-
crum haberet: tunc enim fieri non poſſit
tale pactum, & ſi fieret, eſſet nullum, & illi-
citum, vt latius proſequitur *Couarr. d. c. 2. Feller. loco citato nu. 24. Mantic. d. lib. 6. tit 6. nu. 11. & ſeqq.* & alij plures, & ſucceſ-
ſiuè, vt dixi, euidenter contractus erat vſu-
rarius, prout ſic iudicari debent cõtractus
ſimiles, vt tollatur omnis occaſio vſurarum.

SVMMARIVM.

1 *Fratres, vt dicantur ſocij omnium bonorũ, quæ ſint neceſſaria.*
2 *Socius emens aliqua bona particularia an cogi poſſit illa communicare.*
3 *Socius in dubio præſumitur emere nomine ſocietatis, & non proprio.*
4 *Frater acquirens aliquid ſeparatim an teneatur comunicare, & quid ſi ſeorſum habitaret, nu. 5.*
6 *Fructuum comunicatio inter ſocios alicuius quantitatis an cenſeatur contracta ſocietas, & quando.*
7 *Frater ſolitus notare fructus fratribus datis in aliquo libro an cenſeatur illos comunicare.*

QVAEST. VII.

SEptimo quæro, Quando frater, ſeor-
ſum viuens ab alijs fratribus, & di-
catur ſibi acquirere, & lucrum illud
non teneatur communicare ſimul
1 cum fratribus? Pro diſcuſſione ſunt etiam ali-
qua notanda; Et primò, fratres tunc dici ſo-
cios omnium bonorum, quando tria copu-
latiuè concurrunt. Primò ſimul habitent.
Secundo communicent omnes redditus, &
lucra, vndecunq; perueniant. Et tertiò nul-
la inter eos ratio hinc indè reddatur de
geſtis per ipſos, aliàs vno ex prædictis de-
ficiente, non dicantur ſocij omnium bo-
norum, ſed ſolùm dicantur ſocij illorum
bonorum, quorum lucra ad inuicem com-
municant, ita poſt *Bart. Bald.* & alios com-
muniter, probant *Menoch. de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 56. nu. 42. & 44. Surd. conſ. 409. lib. 3. Peregrin. deciſ. 90. Mantic. d. lib. 6. de tacit & ambig. conuent. cap. 3. toto.*
Et ſucceſſiuè videndus eſt modus, qualiter
habitarunt, & lucra communicauerunt.
2 Ex his deducuntur plura, & primo quòd
ſi fratres re vera erant ſocij omnium bono-
rum, & vnus nomine ſuo emiſſet ſibi aliqua
bona, cogi poſſet actione pro ſocio com-
municare bona illa alijs ſocijs; quia æquitas
non patitur, quod dum ſunt ſocij omnium
bonorũ, habeat ſibi aliqua bona præcipue,
l. ſi quis ſocietatem, ff. pro ſocio, cum alijs in-
numeris cumulatis per *Surd. d. conſ. 409. nu. 10. & ſeqq. Mantic. d. lib. 6 tit. 15. cum*
3 *ſeqq.* Quod procedit, ſi nomine proprio
emiſſet, quia in dubio præſumitur emere
nomine ſocietatis, & etiam de pecunia cõ-
muni, niſi appareat contrarium, *Bart. in l. 2. C. pro ſocio, Bald.* & alijs quos probant
Crauett. conſ. 129. nu. 1. Natta conſ. 338. nu. 6. Ma-

Digitized by Google

dic locum habeat, num:51
6 Pœna contrauentionis in diuiſione prohibita an,& quando locum habeat;
7 Diuiſio fieri poteſt de rebus litigioſis quamuis ad clericos peruenìſſent:
8 Diuiſio ad certum tempus valet ſecus ſi fuerit perpetua.
9 Diuiſio multis modis probari poteſt.
10 Titulus diuiſionis ex patientia poſſidendi bona oritur, & an inducatur leſio enormiſſa, vt præſumatur facta diuiſio:
11 Societas pluribus modis finitur:
12 Actor,& reus vterq; eſt in iudicio cõmuni diuidundo,& facta diuiſione tenentur ad inuicem de euictione;

QVAEST. VIII.

Octano quæro, An diuiſio fieri poſſit vno ex ſocijs petente, & quid,si adeſſet prohibitio teſta-
1 toris? Pro reſolutione notãdum eſt primo, non valere pactum de perpetuo ſtando in communione, bene tamen valere,si ad tempus id fieret, præcipuè quando rei qualitas id expoſceret, *l.in hoc iudiciū, §.ſi conueniat, ff.commun.diuid.* Et hoc omnes docent, de qua materia plura tradit *Ioan.Dilect.in tract.de arte teſtand.cautel. 8.num.1.& ſeqq Tuſch. liter.D concl. 542.* alios cumulat, & probat *Muta ad Conſuet. Panhorm.c.56.num.3. & ſeqq.* & alij infrà citandi.

2 Secundò notandum,quod teſtator poſſit ad certum tempus prohibere diuiſionem bonorum inter eius hæredes, præcipuè cũ aliqua cauſa,quia ſunt minores,vel furioſi, vel aliter conſilio alterius indigeant, ita *ex tex.in d.§.ſi conueniat,* & alijs, ſcripſit *Bald.conſ.72.factum ſuper quo petitur, lib. 2.Alex.Dec.Grammat.* & alij quos probat *Tuſch.d.concl.542.nu.1 & ſeqq.* latiſſimè *Simon de Prat.de interpret. vltim volunt. lib.2.interpret.2.dubit.2.ſolut 2. à nu.145. ad num.154 fol.138. Monticul. in tract. de inuentar.c.9.nu.346. Nepita d.conſuet. vnic.nu.32.& dixi ſupra q.1.§ hinc etiam.* Adeo quod ſemper præſumatur adeſſe cauſa iuſta in tali prohibitione temporali, præcipuè quòad filios, quia nemo præſumitur capere magis ſalutare conſilium pro filijs, quàm pater,vt ſunt iura vulgata.

3 Hoc tamen limitant omnes, quotiès ex illa communione aliqua mala reſultarent inter cohæredes,vt ſcandala, rixæ, & aliæ diſcordiæ, quia tunc non obſtante tali pacto, & etiam quauis pœnali prohibitione teſtatoris, poſſunt ad diuiſionem prouocare, & ad euitandam pœnam debent procurare authoritatem Iudicis, vt declaret, ipſis licere diuidere dicta bona,ad euitanda maiora mala,& inconuenientia; ſic enim pœnam euitant, & ſi inter eos adeſſent minores, iam fit diuiſio authoritate Iudicis, vt validum ſit ex omni parte quod faciunt, & ne iterum prouocentur ad diuiſionem, quam quidem diuiſionem in hoc caſu dicunt etiam eſſe ſecundum voluntatem teſtatoris,qui ſi talia mala præuidiſſet, vtiq; mandaſſet, quod liceret eis ad diuiſionem prouocare, vt poſt alios firmat *Grammat. deciſ.7.tota* cum alijs cumulatis per *Tuſch. d.concl.542.num.6.& ſeqq.* & ab alijs deinper citatis,plures alios cumulat, & probat *Muta d.c.56.nu.7.§ benè quidem, Andr. Gail.obſeru.139 in fin. lib.2.* niſi bona poſſint eſſe communia, & alimenta habeant ſeorſum, vt dixi *d.q.1.*

4 His notatis, apparet reſolutio tota hæc quæſtio. De prima parte non eſt dubitandum,quod etiam ſi omnes ſocij conſentiant manere in communione, & vnus tantum diſſentiat,ipſe ſolus vincit, & inuitis ſocijs poteſt ad diuiſionem prouocare, *l.arbitrū, ff.famil.erciſc.l.1.& ſi non omnes ff.commun. diuid.poſt Oldrad.Crauett.* & alios, *Tuſch. d.liter.D.concl.532.per totam,*vbi hoc exa-
5 minat; quod procedit,dum bona abſolutè recipiunt diuiſionem, & ideò non habet locum in feudis, quia licèt de iure communi feuda diuidi poſſint, non tamen fieri poteſt, vno vaxallo petente, ſed omnibus vaxallis petentibus,*Hippol.ſing.9. Tepat. lib. 2.recept.ſent.in tit.famil.erciſc.fol.281. col. 2.§.nemo cogitur.*

6 Benè tamen verum eſt, quòd ſi eſſet petitio diuidendi ſinè legitima,& iuſta cauſa,& adeſſet prohibitio teſtatoris, ne diuiderentur eius hæredes vſq; ad certum tempus ſub certa pœna,vt petens talem diuiſionem incidet in pœnam;certum tamen eſt,quãdo adeſſet iuſta cauſa diuidendi, vt latiſſimè fundauit *Crauett.conſ 60.*quem probat *Tuſch.d.concl 532.nu.10 concl.542 num.9. & ſeqq.& d.q.1.in fin.*explicatum eſt.

7 Quæ quidem diuiſio fieri etiam poteſt de rebus litigioſis, quamuis bona litigioſa perueniant ad ſocium clericum, quia dum ex iuſta cauſa bona peruenerunt in Clericum, nempè titulo diuiſionis, cùm nemo poſſit cogi manere in communione,non dicitur facta diuiſio in fraudem iudicij moti, & cauſa remitti;debet ad Iudicem Eccleſiaſticum, prout in facto iudicauit Sacrum Conſilium Neapolitanum, vt notat Octauius Bambacar in *c.omnes filij, nu 8.ſi de feud.defunct.milit ſuer. controuerſ.* de quo meminit *Ioan.Bapt.de Thoro, in compend. deciſ.Neapol.in verb.litigioſa res,* & patet ex dictis ſupra *tom.1.par.2.tit.de perſonis, q.8.nu.32.& 35.*

Vu Secun-

8 Secunda etiam pars patet expedita; nam
prohibitio, vſq; ad certum tempus non di-
uidēdi, valet; ſecus tamen ſi eſſet perpetua,
quia nemo cogitur perpetuò ſtare in com-
munione ad euitandas diſcordias, & etiam
quia ſic priuaretur facultate teſtandi, & ob
alia mala, ita *Roman. conſ.13. Idem vide-
tur, nu.2. Tuſch. d. concl.542. num.2.* plures
alios citat, & probat *Nepita d. tit.24. con-
ſuet. vnic. nu 32.* & pluriès hoc replicatum
eſt.

9 Eſt etiam notandum, quòd diuiſio mul-
tis modis probari poſſit, nempè, per ſcrip-
turam publicam, aut priuatam, ſic etiam
per teſtes, vt latiſſimè probant *Caſtrenſ.
conſ.216. Confirmando lib.1. Alex. conſ.108.
viſa copia, lib.7 Tuſch. in verb. diuiſio concl.*
10 *525. tota*. Sic etiam ſi fratres, vel alij ſocij
per decem Annos inter præſentes, & vigin-
ti inter abſentes poſſediſſent aliqua bona
pro diuiſo, & paſſi ſint ad inuicem ſic poſſi-
dere; quia ex tali patientia oritur titulus
diuiſionis. Quod procedit, ſi omnes poſſi-
derent pro diuiſo æqualiter, aut circiter;
At ſi vnus tantùm poſſideret omnia bona,
& alter aut nihil, aut modicum quid poſſi-
deret; adeò vt induceretur enormiſſima læ-
sio; non præſumeretur facta diuiſio, ſed
potius ad tempus ſic poſſidere, donec ad
inuicem diuiſionem faciant, *l. filius, C. de
petition. hæreditat. Bald. Roman. Angelus
Salicet. Maſcard.* & alij, quos probant *Tuſc.
in d. verb. diuiſio, concl.526. Nepit. ad con-
ſuet. Gabinenſ. tit.24. conſuet. vnic. num.25.
& ſeqq Theſaur. decis.205. Tepatus in tit.
famil. erciſc. fol. mihi 283. col.3. §. diuiſio præ-
ſumitur, Brunor. à ſole in compend. propoſit.
tur. in verb. diuiſio, aut communio, & verb.
diuiſio ex eo præſumitur, Ricc. in collectan.
c.201. circa fin.*

11 Quod attinet ad ſocietatem, etiam plu-
ribus modis finitur, vt per renunciationem
expreſſam, vel tacitam: Per lapſum tempo-
ris, quando erat ad tempus; per venditionē
bonorum communium, per egeſtatem, vel
mortem alterius ſocij, & ſic de alijs pluri-
bus modis, quos latè examinant *Mantic.
d. lib.6. tit.23. & 24. Vincent. de Franch. de-
ciſ.249.* & alij, quos omitto.

12 Poſtremò notandum eſt, quòd in iudicio
communi diuidundo vterq; eſt actor, &
reus, vt *q.1.* notatum eſt, quia vterq; agit
ad diuiſionem, & vterq; etiam patitur; vt
ibi explicatum eſt, ex *textu in l: inter cohæ-
redes, §: qui familiæ, ff: famil: erciſc:* cum
alijs cumulatis per *Tuſch: in verb: actor
concl: 118: & præcipuè num: 31: & ſeqq:*
ſic etiam ſi facta diuiſione tenentur ad in-
uicem de euictione *Bartol: in l: vnic: nu-
mer:14: C: de rei vxor: action:* poſt alios
*Menoch: conſ:87: toto, præcipuè numer;84
cum ſeqq: vol: 1: & conſ:418: vol: 5:* & alij
plures;

SVMMARIVM.

1 *Diuiſio facta per patrem inter filios an ſa-
piat naturam contractus, vel vltimæ vo-
luntatis, & de ratione oſtenditur, nu:2:*
3 *Diuiſio patris facta inter filios nedum ex-
preſſè, ſed tacitè fieri præſumitur;*
4 *Pater bona diuiſa aſſignans vnicuiq; filio-
rum pro eorum legitima ſiue ſint nepo-
tem ſiue emancipata valeret diuiſio, quod
declaratur nu:5;*

QVAEST. VIV.

1 NOno quæro, Si pater in eius vita
diuiſit ſua bona inter eius filios,
an talis diuiſio ſapiat naturam
contractus, vel vltimæ volunta-
tis, & an valeat? Prima pars huius quæſtio-
nis clara eſt, quod ſapiat naturam vltimæ
voluntatis, non autem naturam cōtractûs,
adeo vt poſſit pater illam diuiſionem ad
libitum reuocare, vt ex *tex: in l: vlt: C: fam:
erciſc;* & alijs, notau ſuprà in *tit; de renun-
ciatione, q,7; nu;4;* & vltra ibidem cumula-
tos hoc plures alij probant, quos ſectarent
Cardin; Tuſch, d; liter; D; concl; 527, & 528;
2 latè *Menoch; conſ.1136; vol;12; & alij;* Et
ea ratione, præ alijs, hoc confirmant, quia
talis diuiſio præſumitur facta ſub conditio-
ne, ſi pater permanſerit in eadem volunta-
te, & hoc modo etiam regulatur iuramen-
tum, vt eo non obſtante, poſſit pater reuo-
care talem aſſignationem inter filios factā,
& aliam facere *Dec: conſ;475; nu;23; Pariſ;
conſ;24; num;60, cum ſeqq; lib;2; Calder; &
Cephal;* quos probat *Tuſch; d; concl; 528; nu;
4, & 5; Borgnin: deciſ;14; n;17; & ſeqq; par;
3; Muta ad conſuet; Panborm; cap;56; n;16;
dixi conſ;38; par;2;*

3 Eatenus reuocabilis eſt talis diuiſio, vt
non ſolùm expreſſè fieri poſſit, ſed etiam
tacitè fieri præſumatur, & proinde ſi pater
alienaſſet bona vni ex filijs aſſignata, cen-
ſetur reuocare talem diuiſionem quoad
portionem illius, nec alij tenentur contri-
buere, vt probat *tex; in l; ex parte, §; fin; ff;
famil; erciſc; Tuſch; d; concl, 528; nu; 2;*
Verùm *Tuſch. d. concl.521. nu.11. & ſeq;
poſt Cephal. conſ.395. nu.38: & ſeqq Decian.
conſ.9. num.21. & ſeqq. lib.1. & Oſaſc. deciſ.
125.* tres caſus diſtinguit in hac diuiſione.
4 Primus eſt, ſi pater bona diuiſa aſſigna-
uit vnicuiq; filiorum pro eorum legitima,
& tunc ſiue filij ſint in poteſtate, ſiue emā-
cipati, valet diuiſio facta, nec poteſt dici
nulla, quia pater poteſt in vita aſſignare fi-
lijs legitimam, vt dixi ſuprà *par.2. tit. de
bon.*

Digitized by Google

hon. q. 19. nu. 16. & alibi. Secundus caſus eſt, quando inter viuos faceret talem donationem, & aſſignationem filijs, & tunc non valet, ſi filij eſſent in poteſtate, niſi tamen ex cauſa Matrimonij, vt pluries in *d. 1. tomo* notatũ eſt, vel fieret donatio filio emãcipato. Tertius caſus eſt, quando non aſſignat cauſam diuiſionis, & in dubio præſumitur facta conceſſio in peculium, quamuis adſit iuramentum, adeo vt ſemper ſit reuocabilis.

5 Secunda pars quæſtionis eſt etiam manifeſta cum hac diſtinctione, aut enim ex tali diuiſione, qui minus habet ex filijs, ſuam habet legitimam, & tunc de iure communi valida eſt diuiſio, ſecus tamen ſi aliquis non haberet integram eius legitimam, vt ex multis firmauit *Pariſ. conſ. 34. nu. 12. & ſeqq. lib. 2. ex text. in l. quoties vbi gloſſ. Bart. Bald. Angel. Salyc. Fulgoſ.* & alij, *C. famil. erciſc. Dec. & Decian.* quos probat *Tuſch. d. concl. 528. num. 26. & ſeqq. Andr. Gail. obſernat. 116 lib. 2. Menoch. conſ. 317. nu. 20. vol. 4.* quæ omnia latius explicaui *to. 2. par. 4. tit. de renunc. q. 7. cum ſeqq. & tom. 2. conſ. 38.* & ad ibi quæ dicta me refero, quia talis diuiſio, ſi aliud non obſtaret, procederet, etiam de hoc iure conſuetudinario, ſi legitima ſit quoad portionem, quæ ſingulis filijs debetur ſecundum formam conſuetudinis, cùm de alia parte patrimonij poſſit pater ad libitum diſponere. nec poſſunt alij de hoc conqueri ſi pater plus vni, quàm alteri relinquat, dum hoc eſt in eius facultate, dum alijs legitimam illis debitam relinquit, & quamuis talis diuiſio non valeret in vita, dum filij ſunt in patris poteſtate, attamen patris morte cõfirmatur, *d. l. quoties, & l. filij patrec, C. famil. erciſc. Bar. Bal. Menoch.* & alij quos probat *Tuſch. d. concl. 528. nu. 32. cum ſeqq.* Sed locis citatis explicata ſunt latius hæc omnia.

SVMMARIVM.

1 *Fideicomiſſo facto in beneficium filiorum an cenſeri debeat renunciatio facta per diuiſionem factam inter eos, & quod nunquam præſumitur renunciatum oſtenditur, nu. 2.*

3 *Fratres ſi ſciebant fideicom:ſſum, & ante diuiſionem factus fuerit caſus fideicomiſſi tum ex coniecturis tum ex clauſulis diuiſionis an cenſeatur facta renunciatio.*

4 *Fratres quando renuntiant fideicomiſſo reciproce inducto in beneficium deſcendentium an reſpectu ipſorum renunciatio valeat non tantum deſcendentium.*

5 *Pater fideicomiſſum in ſuo teſtamento faciens, & morte præuentus non potuit ſtipulari ſi inde filij approbaſſent teſtamẽtum paternum non tamen in omnibus, & per omnia, an ibi cenſeatur renuntiatum.*

6 *Limitationes, & ampliationes circa materiam renuntiationis fideicomiſſi per diuiſionem ponuntur remiſſiue.*

QVAES. X.

1 DEcimo quæro, An per diuiſionẽ factam inter fratres, præſumatur renunciatum fideicommiſſo facto in eorum beneficium? Hanc quæſtionem tetigi *par. 10 q. 17. nu. 19.* vbi dixi, hoc loco diſcutiendam fore; & de illa tractant communiter *DD. in l. qui Romæ, §. duo fratres, ff. de verb. obligat.* latiſſimè *Tuſch in verb. diuiſio, concl. 543. Bec. conſ. 24. vol. 1. Menoch. conſ. 4. vol. 12. & conſ. 1214. vol. 13.* & alij plures. Et proindè in-

2 diget aliquali explicatione. Dico igitur primò, in dubio nunquam præſumi renunciatum eſſe fideicommiſſo per ſimplicem diuiſionem bonorum, etiam iuramento firmatam, & cum promiſſione de non contrauenicndo, etiam ſi lando, vel ſententiam diuiſio facta eſſet. Hoc dictum eſt omnium, & patet manifeſtè, quia, vt ſæpe probatum eſt *par 4. in tit. de renunciat.* Semper capitur coniectura ad excludendam renunciationem iuris ſui, & quod renunciatio, etiſ expreſſa, potius reſtringitur, quàm ampliatur, & facta de præſenti non extenditur ad futura: & ſic de alijs pluribus, vt ibidẽ probatum eſt, & ita in propoſito docent *Bar. in d. §. duo fratres num. 10.* & ibi communiter alij repetentes, ſic etiam *Oldrad. Bald. Fulgoſ. Angel. Gratus, Riminald. Anan. Signorol. Roman. Alex. Dec. Gabr. Roland. Mandell. Neuizan. Crauett. Ruin. Soci iun. Menoch. Decian. & Afflict.* quos refert, & probat *Tuſch d. concl. 543* vbi hoc dicit procedere reſpectu quorumcunq; bonorum, quæ iure ſpeciali pertinent ad aliquem ex fratribus, vt ſunt feuda emphiteuſis, & ſic de alijs ſimilibus, & idem poſt alios probant *Muta ad conſuet. Panhorm. c. 56. num. 15. Nepita ad conſuet. Cathin. tit. 24. conſuet. vnic. nu. 24. Menoch.* locis citatis, qui omnes hoc eo magis probant habere locum, quotiès adhuc non eſſet factus caſus fideicomiſſi, vt quia adhuc erat in pendẽti, quod expreſsè habetur in *l. arus meus. ff. de condit. & demonſtrat.* cum alijs cumulatis per *Bec. d. conſ. 24. nu. 14. cum ſeqq. Menoch. d. conſ. 1214. nu. 3. & ſeqq. vol. 13.*

3 Dico ſecundò ſi ante diuiſionem factus fuerit caſus fideicommiſſi, & fratres ſciebãt fideicommiſſum, tunc ex coniecturis ſumi poteſt interpretatio, ſic etiam ex clauſulis

diuiſionis, an fuerit inducta renunciatio fideicommiſſi, ſed in dubio non præſumitur, vt proſequuntur citati Authores. Coniectura eſſet, ſi vltrà coniunctionem ſanguinis interueniſſet etiam taciturnitas longi temporis, vt quia pro diuiſo poſſediſſent illa bona ſubiecta fideicommiſſo, & ſæpius eſſet ad inuicẽ reddita ratio, & ſic de alijs, *gloſſ. in l. liberis quos, §. 1. ff. de aliment. & cibar. legat. Bart.* & alij in *l. Procula, ff. de probation. Neutzan. conſ. 57. n. 16. Menoch. lib. 2. de arbitrar. Iudic. caſ. 88. num. 15. &* alij. Et per hoc dixi, quòd dum inter quoſdam fratres erat ad inuicem facta ſubſtitutio reciproca, ſi abſq; filij morerentur aliqui, ſuccederent ſuperſtites, & ſæpè fratres diuiſerunt ſibi bona, vt quia primò ſibi diuiſerint bona paterna, poſteà mortuo alio fratre ab inteſtato, diuiſerunt ſibi ad inuicẽ illa alia bona, & ſic de alijs, & fratres prædicti ſciebant fideicommiſſum, & pro maiori parte erant DD. quod renunciarunt beneficio dictæ ſubſtitutionis.

4 Dico tertiò, quando fratres renunciant fideicommiſſo reciproco, inducto etiam in beneficium deſcendentium, renunciatio ſolùm valet quòad ipſos renunciantes, non autem reſpectu deſcendentium, cùm ipſi ex propria perſona veniant ad fideicommiſſum, vt latè fundat *Ruin. conſ. 138. nu. 10. lib. 2. Cuman. Natta. Gabr. Decian. Menoch. Surd.* & alij, quos probat *Tuſch. d. cõc. 543 num. 39. & 57.* & faciunt dicta *tom. 1. par. 4. tit. de renunciatione q. 5.* quòd nunquam renunciatio patris, vel matris præiudicat filijs, venientibus ex propria perſona.

5 Hinc patet reſolutio quæſtionis tactæ *d. par. 16. q. 17. nu. 19.* quod dum Pater feciſſet fideicõmiſſum in ſuo teſtamento, quod, morte præuentus, non fecerat ſtipulari, & filij per contractum approbaſſent teſtamẽtum paternum, non tamen in omnibus, & per omnia quò ad fideicommiſſum; quòd potuerunt hoc facere, ex quo in poteſtate illorum erat pro parte approbare teſtamẽtum, dum ſtipulatum non erat, & continebat inæqualitatem inter filios. Siquidem eſt veriſſima concluſio, quòd licèt teſtamẽtum factum inter filios, etiam imperfectum circà ſolemnitates, ſit validum, attamen quando contineret inæqualitatem, amittit illud priuilegium, vt latiſſimè probatum eſt *tom. 1. par. 4. q. 62. nu. 19. & ſeqq. vbi in addit. nu. 4. & 5.* alios citaui, & in proprijs terminis huiuſmodi fideicommiſſi fuit latè diſcuſſum annis elapſis inter filios Conſiliarij Vincentij Maſtrilli, & compromiſſa cauſa eximijs Iure Conſultis, Camillo de Medicis, & alijs, declarauerunt, quod dum teſtamentum dicti Conſiliarij non fuit ſtipulatum, non eſſe obligatos filios acceptare fideicommiſſum, & ita fuit exequutum, vt audiui.

6 Plures alias ampliationes, & limitationes circà hanc materiam renunciationis fideicommiſſi per diuiſionem ponunt *Tuſc. d. concl. 543. Menoch. conſ. 87. præcipuè nu. 19. & ſeqq. Surd. conſ. 294. Bec. conſ. 11. nu. 35. & ſeqq. Alex. Raudenſ. deciſ. 20. nu. 48.* vt in ſpecie procedat, quotiès fratres diuiſiſſent ſibi bona ad inuicem, & renunciaſſent hinc indè omni iuri ipſorum, vt latius penès ipſos videri poteſt.

SVMMARIVM.

1 *Diuiſio ad quem finem fuit inducta.*
2 *Laudemium an debeatur ex diuiſione.*
3 *Diuiſio debet continere æqualitatem.*
4 *Diuiſio continens inæqualitatem reduci debet ad æqualitatem.*
5 *Diuiſio reſcinditur ex capite leſionis vltra dimidiam.*
6 *Leſio debet attendi circa valorem verum bonorum non autem quoad lucrum, & comodum quod vnus ex fratribus percepit ex ſua induſtria.*
7 *Leſus quid probare debet pro annullanda diuiſione.*
8 *Diuiſio facta ex falſa cauſa an annullari debeat probato errore quod procedit etiã ſi per ſententiam, vel laudum, vel medio iuramento proceſſerit diuiſio num. 9. imo etiam ſi ex alia cauſa iuſtificari potuiſſet, nu. 10.*

QVAEST. XI.

1 VNdecimò quæro, Quando diuiſio ſit reſcindenda, vel annullanda? Pro dicendis notandum eſt primo, diuiſionem fuiſſe introductã ad dirimendas lites, & diſcordias, quæ ex cõmunione oriuntur, & ne quis cogeretur contra eius voluntatem in communione ſtare, *l. fin. C. commun. diuid. Crau. cõſ. 264.* & alij communiter, qui hoc adeo verum eſſe dicunt, quod licèt bona minus valeant diuiſa, quàm vnita; nihilominus diuidenda ſunt, quia commodum diuiſionis, & pax, quæ indè ſequitur, præualet omni alio commodo, & valori bonorum temporalium, & catenus hoc iudicatur eſſe neceſſariũ, quod
2 ex diuiſione bonorum non debeatur laudemium, *Bart. in l. & ideò, ff. de condit. furtiu. Iaſ. Surd.* & alij, quos probat *Muta ad conſuet. Panhorm. cap. 56. nu. 1.*
3 Secundò notandum eſt, quod diuiſio debeat continere æqualitatem, ne quod in
4 commodum omnium introductum fuit, retorqueatur in odium, & damnum aliquorum,

Digitized by Google

rum, vt dixi ſupra *q.3.* & ſæpè aliàs.

4 Tertiò notandum, quod diuiſio, continẽs partes inæquales, reduci debeat ad æqualitatem, vt *d.q.3.* notatum eſt, & hoc adeò verum eſt, vt procedat, etiam ſi læſio non excedat dimidiam. vt poſt *Soccin.iun.* probat *Tuſch.liter.D.concl.522. num.4. Pariſ. conſ.20.nu.92.vol.1.Pinel.in l.2.par.2. c.1. num.1. cum ſeqq. C.de reſcind. vendit.* vbi quòd ſi eſt læſio in ſexta parte portionis ſibi debitæ, reuocetur diuiſio.

5 His notatis, ſit prima concluſio. Diuiſio reſcinditur ex capite læſionis vltrà dimidiã iuſtæ portionis habitæ; ſic probat *Bald. conſ.386.in princip.Crauett.conſ.264. in princ.Tuſch.d.concl.522.nu.6.Salyc.Gozadin.Caſtrenſ.* & alij, quos probat *Muta d. cap.56 nu.18.Nepit.ad conſuet. Catbin. tit. 24. conſuet. vnic. num.21. & ſub nu.22. §. aliud crederem, Praeſ.de Franch. deciſ.675.*

6 Benè tamen verum eſt, quòd læſio debet attendi circà valorem verum ipſorum bonorum, non autem quòad lucrum, & commodum, quod vnus ex fratribus percepit ex illis bonis ex ſua induſtria, quia hæc lucra ſunt extrà rem, *Ruin.conſ.216.lib.1.Tuſc. d.liter.D.concl.541. num.10. & concl.522. nu.11. & 12.* Et ideo dicenti ſe læſum ex diuiſione tenetur probare, ſicut etiã agens

7 pro annullãda diuiſione debet probare eius intentionem, quòd, nempè, bona diuiſa non eſſent communia, vel quod ex falſa cauſa, & errore fuerunt diuiſa; *l.magis puto, §.fin. in leg.ſeq.ff.de reb.cor. Natta conſ.103. nu. 6.conſ.501.nu.6.Decius, & Crauetta*, quos probat *Tuſch.d.concl.541.nu.20.*

8 Secunda concluſio; Diuiſio, factã ex falſa cauſa, vt quia credebantur bona eſſe cõmunia, & tamen erant vnius tantùm, redditur nulla, probata veritate negotij, *Bald. conſ.386.proponitur, lib.1. Caſtrenſ. Anchar.Alex.Dec.Soccin. iun. & Crauetta*, quos probat *Menoch.conſ.91.nu.50: & toto illo conſ.lib.1.* quem ſequitur *Tuſch.d.concl. 541.nu.17.Andr.Gail.* & alij, quos probat *Muta d.c.56.num.19. idem Menoch.conſ. 813.nu.53.lib.9.conſ.91.lib.1.conſ.320. nu. 18.vol.4.Burſat.conſ.339.nu.22.lib.3.* vbi etiam tradit, hoc habere locum, ſi per ignorantiam remittuntur indebita in tali diuiſione.

9 Quod eatenus prædicti DD. hoc verum eſſe dixerunt, vt locum habeat, etiam ſi per ſententiam, vel laudum, vel medio iuramẽto talis diuiſio facta fuiſſet, quia adhuc erit nulla, detecto errore, quia bona non erant communia, & ex quibus præſumatur ſcientia, vel ignorantia in tali diuiſione, latiſſimè examinat *Menoch. d.conſ 91. toto, aliqua ponit Tuſch. d. concl.541. Ruin. conſ. 163.nu.22.vol.2. Soccin.iun. conſ.50. num. 31.lib.4.Hector Felicius*, qui alios cumulat *in tract.de ſocietat.cap.4.per totum*, quoniã probari debet plena cognitio, & decretum debet eſſe interpoſitum cum cauſæ cognitione, & in contradictorio iudicio, & per eos, *Menoch.etiam conſ.498 num.77.vol.5. Felicius vbi ſuprà nu.9. & 10. Mitinger.* qui ſic deciſum refert *cent.3. obſeruat. 59.* quoniam iuramentum non habet ſuos comites, renunciatio non tenet, vel in enormem læſionem, & ſic de alij; & ſic data abſolutione à iuramento reſcinditur renunciatio, vt alibi dictum eſt.

10 Ampliant ſecundo, vt locum habeat etiã ſi ex alia cauſa poſſit diuiſio iuſtificari, quia ſatis eſt, quod cauſa diuiſionis fuerit falſa, & erronea, vt ex multis firmauit *Crauett. conſ.26.in fin.* & melius *conſ.188. nu.9. & ſeqq.* quem ſequitur *Tuſch. d. concl. 541. nu.18.*

DE

Digitized by Google

DE GLANDE LEGENDA

SEV FRVCTIBVS LEGENDIS.

PART. XVIII.

Arbor vicini ſi pendet ſuprà prædium ruſticum, vel vrbanum alterius, totum, quod pendet, incidi poteſt; aliàs fructus erunt communes.

CONSVET. VNIC.

Si arbor vicini pendet ſuprà domum, fundum, terram, vel aream alterius, poteſt tam ipſe, in cuius terra eſt arbor, quàm ipſe, in cuius domum, fundum, terram, vel aream pendet, totum, quod ſic impendet incidere; quod ſi nolit incidere, fructus, prouenientes ex ipſo, quod impendet, communes ſunt ei, in cuius domo, terra, fundo, vel area impendet; & illi, in cuius fundo, vel terra arbor eſt.

Hæc conſuetudo continet materiam arborum, & fructuum ipſarum, & ideò aliquas quæſtiones de vtriſq; ponemus, ſic etiam de paſcuis.

SVMMARIVM.

1 *Glandis nomen quid ſignificet.*
2 *Glandis appellatione quid veniat.*
3 *Glandis habet quorum ſpecies fructus.*
4 *Lignorum ſpecies diuerſa ſunt præcipuè quercus.*
5 *Glandatio quinam ſit.*

QVAEST. I.

1 PRimo quæro, Quid ſit glans? Pro explicatione huius nominis plura notanda ſunt. Et primò, quod glandis nomen ſignificet omnes fructus Terræ in ſua generali ſignificatione, & ita *Vlpian. accipit hoc nomen, l. vnic. in prin. ff de gland. legend.* ſic etiam Iabolenus, & Caius Iure Conſulti in *l. qui venenum, §. glandis appellatione ff. de verb. & rer. ſignif.* Ea ratione, quia antiquitus etiam glande viuere ſolebant, & ideo Auſon. ſic dicebat.

Olim communis pecori cibus, atq; homini glans
Ante quidem campis, quàm ſpica ſuppeteret frux.

Itaq; fingunt poetæ, antiquitus non fuiſſe frumētum, & quod Dea Ceres ſit Dea frugum, & quod produxit frumentum, ex quo poſtea panis factus eſt ad vſum hominum, qui pane vti cœperunt, omiſſis glandibus, quod clarius Tibullus his verſibus exprimit.

O valeant fruges, ne ſint modo rure puellæ
Glans alat, & priſco more bibantur aquæ.
Glans alait veteres, &c.

ſic etiam Ouidius in Faſtis expreſſit clarius, dicens.

Prima Ceres, homine ad meliora alimenta vocato,
Mutauit glandes vtiliore cibo.

Et Virgilius 1. Georg.

Liber. & alma Ceres, veſtro ſi numine tellus
Chaoniam pingui glandem mutauit ariſta.

& alij plures. Adeo vt priſci Legumlatores in memoriam illius priſci, & parci victus omnium arborum fructus vocarint nomine glandis, vt habetur in iuribus citatis, latiſſimè *Balduin. in l. 12. tabularum, c. 16.* & alij plures.

2 Secundo notandum eſt, quod appellatione glandis ſecundum acceptionem peritorum

Digitized by Google

rum in arte veniunt fructus quercus, cerri, fagij, ilicis, ſuberis, vt habetur in iuribus citatis, & ſucceſſiue vendens glandem prædiorum ſuorum, intelligitur vẽdidiſſe quidquid ex dictis fructibus reperiretur in ſuis prædijs, non autem ſi ibi adeſſent alij fructus, vt caſtaneæ, ficus, poma, & ſic de alijs; quia in dubio cenſetur facta venditio iuxtà communem vſum locorum, non autem vt intelligitur ſecundum generalem acceptionem: contractus enim interpretantur ex conſuetudine, & iure municipali. Et ſic contrahentes potius præſumuntur ſe conformare cum iure municipali, & obſeruantia loci, quàm cum iure communi, vt *tom. 1. probatum eſt par. 3. c. 4. nu. 3: conſ: 2: ſub nu: 38:* & ſæpè alias:

3 Poſtremò notandum eſt, quòd ſecũdum ſtrictiſſimam ſignificationẽ glans quatuor ſpecies habet, nempè, fructus cerri, quercus, & quæ vulgo dicuntur *Eſche, & pallare*, & omnes deſeruiunt ad vſus ſuum, ſeù porcorum: Et ſub nomine quercus intelliguntur, & compræhenduntur dictæ duæ aliæ ſpecies: Prima ſpecies quercus, nempe, *eſche*, incipit maturare in multis locis poſt medietatem Menſis Auguſti, & durat circum circà menſem Octobris: Circà finẽ Septembris incipit ſecunda ſpecies, nempè *le pallare*, & per menſem circà durat, & facillimè corrumpitur; & dicunt eſſe maioris dulcedinis, quàm prima ſpecies: Tertis ſpecies incipit circà finem Octobris, & durare ſolet vſq; ad medietatem menſis Decembris, & Plinius *lib: 16: cap: 6:* docet, hanc ſpeciem glandis aliarum optimam eſſe, ſic habens: *Glans optima in quercu, atq; grandiſſima:* Quarta ſpecies eſt glans Cerri, & incipit ſimul cum prima ſpecie, & durat vltrà tertiam ſpeciem, & dicunt habere amaritudinẽ, & ſuas potius appetere alias ſpecies, & glandes Cerri multoties ſolere roſtris ſub terram aperire, vt ſic amittant ſuam amaritudinem: Itaq: in aliquibus locis plures homines pauperes ſolent comedere quercus aſſatas igne tanquam panem ſubcinericium, quia ſub cineres illas torrent, ſiue coquunt:

4 Sunt etiam in ligno diuerſæ ſpeciei: nam quercus habet lignum duriſſimum, & ligna ſua aptiſſima ſunt ad ignem, & magis expandit ramos ſuos, iuxtà illud: *Antiquo robore quercus ingentes tendat ramos:* Aliæ duæ ſpecies non ſunt ſic aptæ ad ignem, ſed potius deſeruiunt pro carbonibus fabris ferrarijs: ligna tamen ipſarum deſeruiunt magis ad varios vſus domorum in tabulis, tegulis, & ſic de alijs: Cerrus ſicut glande ſuilla caro firmior editur, vt teſtatur *Plin: d: lib: 16: cap: 6:* ità ad plures vſus deſeruit, vt ſciunt periti in arte lignaria, & magis creſcunt, non tamen ita extendere ſolent ramos, vt quercus: Itaq: elucet infinita ſapientia, & prouidentia Dei, quod tantam varietatem arborum creauerit, & tantam diuerſitatem glandium pro cibis animalium tam immundiorum, vt ſuas sũt, vt ſucceſſiuis temporibus pro noſtra commoditate, & vtilitate ſaginarentur: licet.n: ſint animalia tam immunda, nullæ tamen valent æpulæ ſine ſuis ſaginati condimento, & idcirco eos torremus, ſale conditos:

5 Poſtremo notandum eſt, quod glandatio ſit collectio glandium, & paſſio ſuum ex glandibus. Et ſic dicitur *glandaria ſylua*, quæ ſeruatur cauſa glandis ferendę: Et glandis caduca dicitur, quæ ex arbore cecidit, *l: ſylua, ff: de verb: & ver: ſignif:* quamuis *Alciat:* velit, id non venire ex proprietate vocis, cum non dicatur caducus, qui iam cecidit, ſed qui facile caſurus ſit, ruinamq; minatur, vt pluries habetur, *ff: de damn: infect: in varijs locis:* Et ſic in proprietate ſermonis glans caduca eſt, quæ facile caſura ſit: Sed huiuſmodi ponderationes grammaticales parum deſeruiunt, & etiam quia idcirco dicitur paries caducus, qui ruinam minatur, quia poſtquam ruit in collapſum, non dicitur amplius, cùm diſſoluta ſit congeries lapidum, calcisq;, & alterius materiæ ex quorum congerie ſubsiſtebat paries: At glans poſtquam cecidit, ſuum retinet nomen: & ideo glans caduca dicitur quæ ex arbore cecidit.

SVMMARIVM.

1 *Interdictum de glande legenda cui competat:*

2 *Officium Iudicis imploratur quãdo fructus arboris, qui ceciderunt in alienum fundum pro ingreſſu:*

3 *Tria remedia competunt quando fructus extat, & vicinus prohibet illos colligere:*

4 *Differentia, quæ extat inter actionem in factum actionem ad exibendum, & interdictum de glande legenda.*

5 *Vicinus ſi non dederit impedimentum colligendi fructus nec infra triduum collegit fructus, vel eos cum animalibus ſuis conſumpſiſſet elapſo triduo id fecerit ad nihilum tenetur, quod ceſſat attenta forma conſuetudinis Neap.*

QVAEST. II.

1 SEcundo quæro, Cuinam detur interdictum de glande legenda? Datur Domino arborum quoad omnes fructus contrà illum, qui vim ei facit, quo minus ex arbore ſuo colligat glandem, cadentem in fundum prohibentis

intrà

Digitized by Google

intrá ſpacium trium dierum, ita habetur in *d.l.vnic ff.de glande legenda, vbi gloſſ.in verb.veto.* quam ibidem ſequuntur communiter *DD.* vt notat *Ioan.Chryſp. de Monte,in tract.termin.nation.nu.*82. & alij plures, docet, tres dies incipere decurrere à die, quo glans cecidit in alienum fundum. Et lex dedit hoc triduum ad colligendum fructus, quia ſi triduo elapſo, glans caduca non colligatur, de facili corrumpitur, & ſic habetur pro derelicta ex diſpoſitione iuris. Et ſic licèt glans non corrumpatur, ſed alij fructus infra dictum ſpacium, voluit tamen lex dare facultatem Domino arborum, vt infrá triduum tantùm poſſet fructus, qui ceciderunt in alterius agrum, auferre, & ſi ab eo impediretur, Iudex interponit decretum, quod liceat eidem Domino ſinè aliquo impedimento colligere fructus ſinè vi, qui iam ceciderunt in alienum fundum.

2 Attamen non debet inferre damnum vicino, quia ſolus ingreſſus mihi conceditur colligendi fructus arboris meæ, qui ceciderunt in prædium vicini mei, & dùm ille me impedit, tunc imploro officium Iudicis, vt dictum eſt, quia Prætoris edictum vetat mihi vim fieri in hoc; ſed non debeo damnum inferre vicino, niſi illud, quod importat collectio fructuum, vt habetur locis citatis, quod latius poſt *Cepoll.* & alios, probat *Borgnin.deciſ.*32.*nu.*46.*par.*5. vbi ſic deciſum refert, quem ſequitur *Tepat.in tit.de arboribus, §.fructus cadentes.* Et ſatis eſt, me præſtare cautionem de dãno tibi non faciendo. Et ſucceſſiuè tria re-

3 media mihi competunt, quando fructus extant, & vicinus me prohibeat colligere fructus, nempè, interdictum de glande legẽda, vt dictum eſt. Secundò actio ad exhibẽdum, quæ eſt actio in perſonam, per quam quilibet in iudicio poſcit reſtitutionem rei, dum caret alienatione directa. Et hic eſt, quia vicinus admonitus dolo noluit permittere, vt fructus colligerent, & actione ad exhibendum conuenitur omnis, ad quem peruenit commodum alicuius rei, *l.*3.*§.fin. ff.ad exhibendum.* Et tertiò mihi competit actio in factum ad eundem eff. ctum, vt notat *gloſſ.in l.Iulianus, §.glans, ff. ad exhibendum.*

4 Eſt tamen differentia inter prædicta remedia, quia interdictum durat per annum, durantibus fructibus in rerum natura, vel ſi dolo aduerſarius deſierit poſſidere, & actio in factum, & ad exhibendum eodem durant tempore, quatenus reſpiciunt reſtitutionem fructuum, ſed quòad æſtimationẽ retinent ſuam naturam, prout eſt in alijs rebus. Poteſtas verò auferendi fructus durat tribus diebus, vel in omnibus tribus, vt eſt communis expoſitio in *d.l.*1. *de gland, legend,* & notat hic *Napod.nu.*1. vel ſublata prima die, durat per duos dies ſequentes, vt aliqui ibidem tenent, quod ſequitur hic *Anton. de Alex. in addit.incip. immò totum oppoſitum, fol.*385.*in fin.*

At ſi vicinus mihi non dedit impedimentum colligendi fructus, nec infrà triduum vicinus collegit fructus, vel eos cum animalibus ſuis conſumpſiſſet, ſed elapſo iam triduo id fecerit; tunc ad nihilum mihi tenetur, quia fructus illi ex parte mea habentur pro derelictis ex iuris diſpoſitione, vt habetur in iuribus prædictis, & poſt alios probant *Bartholom. Cepoll. in tract. de ſeruit.vrban.præd.c.*81. *Qinetom. in §.ſi Titius, nu.*5.*inſtit.de rer.diuiſ.* & alij.

Hæc tamen diſputatio ceſſat per has conſuetudines, quia *tit.ff.de gland.legend.* ſublatus eſt per hanc conſuetudinem, vt patet ex verbis illius, vbi dicitur, *vt fructus arboris meæ, cadentes in fundum vicini mei, ſint illius,* vt notat etiam hic *Napod. ſub nu.*1. Et ſi arbor haberet radices in fundo meo, & fructus caderent in fundum vicini, eſſent communes: Et ſic tria ſunt remedia, vel vt ego poſſim incidere arborem, nec vicinus poſſit me impedire, Vel, vt vicinus poſſit incidere arboris ramos, pendẽtes ſuper fundum ſuum, vel vt fructus remaneant communes.

SVMMARIVM.

1 *Arboris appellatione quid veniat.*
2 *Arbor adhuc dicitur cuius radices exiccata ſunt licet terræ cohæreat.*
3 *Damnatus ad truncationem manus, & haberet manum aridam, an obtruncari debeat.*
4 *Arbores euulſæ quænam dicantur.*
5 *Radices dant nomen arboris.*
6 *Arbor in quo conſiſtit.*
7 *Arbores Cremiales, quæ ſint ſeu Germinales, nu.*8.
9 *Arbores felices, & infelices, quæ ſint.*
10 *Arbores non frugiferæ, quænam ſunt, & arbores infructuoſæ, nu.*11.
12 *Arbores quas Chriſtus exprobabat Iudæis, quæ fuerunt.*
13 *Arbulare verbum quod nam ſit.*

QVAEST. III.

1 TErtiò quæro, Quidnam veniat appellatione arboris? Pro reſolutione huius quæſtionis, notandum eſt primò, arborem eſſe nomen generale, & complecti omnes arbores fructiferas, & infructiferas & etiam vites, arundines, & hæderas, & *ſalictum, l.*1. *§.*3. *& l.*3.*§.*1.*&* 2 *ff.de arbor. cædend.l.vitem,*

Digitized by Google

tem, ff arbor. furt. cæſar. *Oinotom. in §. ſi Titius, qu. 5. inſtit. de rer. diuiſ.* Et procedit,
ſiuè in terris radices habeant, ſiuè ſubuerſæ
ſint à radicibus, vt reponi poſſint, & trãs
plantari in alio loco, *d. l. 3. §. 6. ff. arbor.
furt. Cæſar.*
2 Plus dicunt DD. quod adhuc arbor dicitur
illa, cuius radices exiccatæ ſunt, licet
terræ cohæreat, *l. 3. §. ideo. ff. arbor. furt. cæſar.*
quem textum dicit notabilem *Salicet.
l. 2. in fin. C. vt infra cert. temp.* & poſt *Ioã.
Andr. Iſerniam, & Euerard.* notat *Carrot.
decis. 106. nu. 17. & 18.* qui eadem ratione
3 dicunt, quod ſi quis per delictum damnatus
ſit ad pœnam truncationis manus, &
habeat manum aridam, debet ei truncari
manus, quamuis arida, & inutilis ſit, quia
donec manus illa eſt in corpore, manus eſt.
Sic econtra arbor viridis, vento deiecta,
non retinet amplius nomen arboris, ſed
ligni, vt habetur in *l. ligni, ff. de legat. 3.* &
4 ideo dicuntur arbores euulſæ, quæ arte hominis
euelluntur, vt deiectæ ſunt, quæ vi
ventorum ſunt deiectæ, *l. arboribus, ff. de
vſufruct.*
5 Secundo notandum eſt, quod nulla proprie
dicitur arbor, quæ radicem prius non
conceperit; nam radices ſunt, quæ nomen
dant arbori, *l. 3. §. 1. ff. arbor furt. cæſar.* ſimul
tamen cum aliqua proportione arboris,
quod creuerit in aliqua quantitate, quæ
arbitrio boni viri dici poſſit arbor; nam arboris
numero non habetur, quod eſt adeo
tenerum, vt herbæ loco ſit, *l. 4. ff. eod.* latiſſime
*Alciat. in l. ſylua cædua, ff. de verb. &
6 rer. ſignific.* Itaq; arborem partimur in radicem,
truncum, & ramos, & hæc tria faciunt
arborem habita, ſcilicet, proportione,
vt ſupra. Diuidimus vero in ſaudum,
cedrum, quercum, cerrum, ſambucum, &
ſic de alijs pluribus, vt proſequitur Author
citatus, & habetur etiam in *Lexicon. iuris.*
Itaq; arbor cædua dicitur, quæ exciſa repullulat,
ſiuè id fiat ab eoſdem ſtipite; ſiue
ex ſtirpibus, vt ſalix, arundo, fraxinus, eſculus,
quæreus, caſtanea, laurus, ſambucus, populus,
& ſic de alijs pluribus.
7 Poſtremo notandum eſt, quod arbores
aliæ dicuntur cremiales, quæ, ſcilicet, deſeruiunt
ad cremãdum, nec aptæ ſunt ſtructuris
ædificiorum, *l. fructus, §. ſi fundum
vero, ff. ſolut. matrim.* quamuis aliqui dicãt,
quod ibi legendum ſit non *cremiales*, ſed
germinales arbores, quia germinales dicũtur,
quæ ſuccisæ à radice, vel ſtirpe, denuo
8 germinare incipiunt, & germen tenue emittunt,
l. diuortio, §. ſi fundum, ff. ſolut. matr.
Quidam alij legunt *gemmales arbores*; vt
refertur *in c. nunquam de conſecrat. diſt. 5.*
quia gemma in arbore eſt oculus, qui vere
primo ſe trudit, ex quo germen efficitur, &
ſimilitudinem accepit à gemma annuli. Sed
iſtæ ſunt diſtinctæ explicationes, & omnes
veræ ſunt reſpectu diuerſorum effectuum.
9 Poſtremo notãdum eſt, quod aliqui quaſdam
arbores fælices vocant, quæ fructum
ferunt; quaſdam vero infælices; quæ fructũ
non ferunt. Sed Iure Conſulti primas vocant
arbores frugiferas, quæ natura ſua fru-
10 ctus ferunt, *l. 13. §. fructuarius, ff. de vſufruct.*
Secundas vero vocant non frugiferas;
& ſunt in duplici differentia, vel quia
natura ſua fructus non ferunt, vt ſunt Cupreſſi
*l. competit. 16. §. 1. ff. quod vi, aut
11 clam.* Quædam ſunt per accidens, quæ ſcilicet
natura ſunt aptæ ad ferendos fructus,
ſed eas non ferunt: & iſtæ proprie dicuntur
arbores infructuoſæ, iuxtà illud Beati Iudæ
Apoſtoli in ſua Epiſtola Catholica *verſ.
12. ibi. Arbores autumnales, infructuoſa, bis
12 mortua, &c. eradicata, &c.* Et hoc ſæpe
Chriſtus Dominus exprobabat Iudæis,
quod cùm ille populus erat vinea electa
Domini, ab eo plantata, vt fructum faceret
bonorum operum, ſed tamen potius
Prophetas, Apoſtolos, & etiam Dominum
occiderunt: & proinde Deus vineam ſuam
locauit alijs agricolis, nempe, Chriſtianis,
qui reddant ei fructum in temporibus
ſuis, vt habetur *Matth. 21.* vbi omnes Patres.
13 Vltimo ſciendum eſt, quod habemus verbum
arbuſtare, & idem eſt, quod agrum
arboribus vitiferis conſerere: ſic etiam arbuſtum
dicitur locus, quo certo ordine arbores
vitium plantantur, vt vites ipſas regant,
vt ſunt Populus, Vlmus, Cornus, & ſic
de alijs, vt late proſequitur *Felin. in c. Rodulphus,
col. 17. extrà de reſcript.* Et hæc
ſatis de hac quæſtione, de qua plura alia dicemus
in ſeqq.

SVMMARIVM.

1 *Arbores dicuntur eſſe illius cuius ſunt
fundi.*
2 *Arbores aliene plantata, & radicata in fundo
meo meæ ſunt, nec teneor ad aliud domino
niſi ad æſtimationem illarum, &
ratio aſſignatur nu. 3.*
4 *Arbores radicate in fundo vendito cum pacto
de retrouendendo alicui ſi vi ventorum
cadant cuius ſint.*
5 *Expenſas ſoluere tenetur dominus ſoli pro
arboribus quam fecerunt radices plantatur
in alieno fundo ſiue bona fide, ſiue
mala fide.*
6 *Plantatio arborum in alieno territorio quorum
modis euenire poteſt.*
7 *Expenſè neceſſariè repetuntur ſecus tamen
expenſe voluntariè.*
8 *Arbor nata in confinio duorum prædiorum*

Digitized by Google

ſi æqualiter extendit radices ad vtrunq; pertinet, & in hoc verſari debet officium Iudicis, nu. 9.

10 *Arbores dicuntur radices miſiſſe per 20. pedes.*

11 *Plantatio arborum propè prædium vicini fieri debet per certum ſpatium diſtans quindecim; vel nouem pedum.*

12 *Vicinus ſciens conuicinum plantaſſe arbores non dimiſſo ſpatio prætendere non poteſt, vt eradicentur.*

13 *Vitem habens extendentem ramos, ac palmites in ramos arboris vicini mei ille poſſit ſtipitem extenſum, & totam vitem incidere.*

QVAEST. IV.

1 QVarto quæro, Quando arbores dicantur propriæ alicuius? Quæſtio non eſt, quando conſtat, fundum, in quo ſunt arbores, eſſe meum, vel communem cum alio: ſi enim fundus eſt meus; clarum eſt, etiam arbores eſſe meas: ſi verò fundus ſit communis cum alio, etiam arbores ſunt communes; hoc enim eſt notiſſimum etiam paruulis, quia quidquid ex meo fit, meum eſt, & ſi eſt cõmune, efficitur commune, & quidquid in ſolo plantatur, ſolo cedit.

Dubium tamen eſt, ſi arbores alienæ ſint in fundo meo, & contra, cuius nam ſint arbores; & proindè pono ſequentes conclu-
2 ſiones ſinè aliqua diſcuſſione. Prima arbores alienæ plantatæ, & radicatæ in fundo meo, meæ ſunt, & non teneor ad aliud Domino arborum, niſi ad ſummum de earum æſtimationem. Concluſio hæc probatur ex *text. in l. adeo, § ſi alienam, & l. qua ratione. ff. de acquir. rer. domin. §. Titius, inſtit. de rer. diuiſ.* vbi communiter DD. & hoc à
3 nemine negari poteſt, ea ratione; quoniam ſicut quidquid ædificatur, ſolo cedit; ita quidquid plantatur ſolo cedit, cum hæc ſola differentia, quia per ædificium ſtatim acquiritur dominium ædificij Domino ſoli, *d. l. adeo, §. cum in ſuo, & §. cum in ſuo, inſtit. de rer. diuiſ.* ſed ex ſola plantatione arborum non acquiritur Dominium arborũ Domino ſoli, niſi arbores radices egerint, nempè poſt quadraginta dies à primo die plantationis, quia iudicio ruſticorum compertum eſt, & experientia comprobatum, quod dicto temporis ſpacio arbores plantatæ radices emittunt, & proindè antequam emittant radices ſunt domini ipſarum arborum, vt habetur in dictis iuribus citatis
4 vbi omnes: & proindè in concluſione dixi, ſi arbores radicatæ ſint. Si tamen quis vendat prædium cum pacto de retrouendendo alicui, & arbores prædij venditi vi ventorum cadant, ſunt emptoris arbores, ſed tenetur poſtea in retractu, ſiuè in retrouenditione ſoluere prætium arborum, ne Domino prædij reddat prædia inutilia, Ioſeph *Ludouic. deciſ. 5. num 5. Intriglielat. ſingul.* 40. vbi Addentes alios citant.

5 De expenſis etiam probatur concluſio ab omnibus: nam multi tenent, quod poſtquam arbores fecerunt radices, ſiuè bona fide, ſiue mala fide arbores illæ plantatæ ſint in alieno ſolo, teneatur Dominus ſoli expenſas ſoluere: quos probat *Ioan. Oinotom. in d. § ſi Titius, num. 2. & ſeqq. inſtit. de rer. diuiſ.* quæ opinio locum habere poteſt, quotiès Dominus ſoli alienas arbores plãtauit in ſuo territorio, vt teneatur æſtimationem arborum ſoluere, prout procedit concluſio poſita, quoniam omnes expenſæ factæ in plantatione arborum iudicantur neceſſariæ: & proindè à quouis alio plantatæ ſint arbores in alieno ſolo, tenetur Dominus ſoli expenſas ſoluere, & procedit etiã in faciente ædificium in alieno ſolo, vt ſemper deducat expenſas neceſſarias, *l. in fundo, ff. de rei vendic. vbi Cyn. & Bart. l. domum, C. de rei vendic. Angel. in §. certè illud, nu. 2. inſtit. de rer. diuiſ.* & alij paſſim.

Concluſio hæc procedit à quouis alio plantatæ ſint arbores in alieno ſolo, quod ſemper Dominus ſoli efficiatur Dominus arborum: & ad ſummum non teneatur ad aliud, niſi ad æſtimationem arborum, & ad expenſas factas in dicta plantatione, vt probatur in iuribus citatis in probatione dictæ
6 concluſionis: nam quatuor modis euenire poteſt hæc plantatio. Primò quod quis plãtet plantam ſuam in ſuo ſolo, & tunc clarum eſt, quod arbores ſuę ſint, tum quia quod ex meo fit, meum eſt, tum etiam quia quidquid ędificatur, & plantatur ſolo cedit propter dominium durabile territorij, quod nunquam, aut quaſi nunquam deficit, ſed dominium plantę non eſt ita durabile. Secundò quod alienam plantam in ſuo ſolo plantet, & tunc etiam ſua efficitur ex ſecunda ratione, quia quidquid plantatur in ſolo, ſolo cedit. Tertiò quod alienam plantam in alieno ſolo quis plantet: & quartò, quod ſuam plantam in alieno ſolo quis plantet, & ſemper efficitur Domini ſoli, ex ratione iam dicta, vt probant *tex. in l. adeò, §. ſi alienam, & l. qua ratione, ff. de acquir. rer. domin. §. ſi Titius, inſtit. de rer. diuiſ.* & vtrobiq; omnes DD.

7 Quòd verò ad ſolutionem expenſarum, ſemper eſt eadem ratio, vt ſoluantur expẽſę neceſſarię, & dum quis ſuas plantas in alieno ſolo plantat, quia ſemper dictę expenſę pręſumuntur neceſſarię: & proindè etiam in ędificio facto ſcienter in alieno ſolo datur repetitio, ſecus tamen quando

pro

Digitized by Google

probatur, eſſe expenſas voluntarias, quia non repetuntur, vt poſt *Paul. de Caſtr. cōſ. 133. num. 3. volum. 2.* & alios probat *Maſcard. in tract. de probat. concl. 715. præcipuè nu. 9. Angel. in §. certè illud, nu. 7. inſtit. de rer. diuiſ. Neguſant. in tract. de pignor. part. 7. memb. 3. nu. 14. & ſeqq.* & hoc omnes docent, quoniam omnes expenſæ neceſſariæ, quæ fiunt, etiam pro conſeruatione rei, & pro recollectione fructuum, vt pro arando, plantando, metendo, vel quouis modo recolligendo fructus, etiam malæ fidei poſſeſſori ſoluendæ ſunt, *Neguſ. loco citato, Bart. in l. ſeruus, ff. de verb. obligat. Aretin. Roman. Crauett. Tiraq. & Couar.* quos probat *Tuſch. in ſua pract. concluſ. iur. verb. expenſa, concl. 646. nu. 3. cum ſeqq.*

8 Secunda concluſio Arbor nata in confinio duorum prædiorum, ſi æqualiter extendit radices ad vtrunq; prædium, erit communis: ſi verò magis adhæret territorio vnius Domini, & in illius prædio radices extenderit: illius tantùm erit, *§. ſi Titius, verſ. & ideò propè confinium, vbi gloſſ. in verb. dicamus*, & ibi communiter Addentes, & *DD. inſtit. de rer. diuiſ.* poſt Ripam, & alios, *Borgnin. Caualcan. deciſ. 32. nu. 40. in fin. num. 41. & 43. par. 2. de contractib.* quem probat *Tepat lib. 2. recept. ſent. in tit. de arboribus fol. 315. col. 4. §. arbor nata in confinibus duorum*, & alij paſſim. Ratio eſt, quia dum arbor per radices viuit: ideò dū radices æqualiter ſunt in vtroq; prædio, per virtutem nutritiuam vtriuſq; prædij viuit, & ideò communis eſt: ſicut dum in vno prædio maiores radices habet, & illi magis adhæret, ab eo principaliter viuit virtute, & ideo eſt Domini illius prædij, quamuis per accidens dicatur viuere reſpectu alterius prædij, dum in illo aliquas radices habet, nam leges noſtræ conſiderant ſemper, quod
9 principaliter eſt, non autem quod eſt per accidens, vt eſt vulgatum. Vt autem Iudex id cognoſcat, accedit ſuper faciem loci, & facit fodere circum circà arbores, ad vidēdum, vbinam radices extenderit, vt poſſit iudicare legitimè cuius ſint arbores, vt poſt Ripam, & alios, notat *Borgnin. loco citato.* ſi talis arbor abſcindatur, diuiditur inter vtrunq; vicinum, *l. illud ff. pro ſocio.*

10 Benè tamen notandum eſt, quòd dum arbores dicantur radices mittere per viginti pedes, iuxtà doctrinam *Bart. in l. 1. C. de aqua ductib. lib. 11.* quem probat *Te-*
11 *pat. loco citato, §. arbor præſumitur.* Ideò ſi ego volo plantare arbores in prædio meo, non debeo eas plantare propè prædium vicini mei; nam ille poteſt me prohibere, vt per aliquod conueniens ſpatium diſtans, nempè quindecim, vel nouem pedum ſecūdum *Azon. C. de ædific. priu.* & magis recepta eſt opinio, vt per quindecim pedes mittat radices, poſt alios *Maſcard. concl. 227.* à prædio ſuo plantem arbores, ne radices arborum mearum officiant prædium ſuum, vt latè probat *Franc. Marc. q. 500. ex text.*
12 *in l. fin. ff finium regund.* Si tamen vicinus meus ſciat, me plantaſſe arbores, non dimiſſo dicto ſpatio, non poteſt prætendere poſtea, vt arbores eradicentur *gloſſ. in l. meniana, C. de ædific. priuat. Capoll. Corn. & Neuizan.* quos probat *Surd. conſ. 233. nu. 6. lib. 2.*

13 Illud etiam notandum eſt, quod ſi ego haberem vitem, ſiuè arbuſtum, extendentem ramos, ac palmites in ramos arboris vicini mei; vitis illa eſt mea; & ſucceſſiuè nō ſolùm poſſum vitem illam reducere ad fūdum meum, & tollere ab arboribus vicini mei; ſed poſſum etiam ſtipitem illum extēſum, immò & totam vitem incidere; quia attenditur locus, vbi radices fecerit, qui eſt meus, & vicinus nullum ius habet in dicta vite, nec etiam in palmitibus, quos vitis extendit in fundum ſuum, ita *Aretin. in d. § ſi Titius, Neuizan.* & alij, quos probat *Borgnin. deciſ. 32. num. 44. par. 2. de contractib.* At ſi arbores eſſent in ripa alicuius fluminis, vel iuxtà viam publicam, & penderent v.g. in prædium meum; meæ ſunt arbores, niſi conſtet expreſsè, fuiſſe deſtinatas ad vſum publicum, ita *gloſſ. in §. Riparum, in verb. adhærent. in inſtit. de rer. diuiſ. Bart. in l. Martius, ff. de acquir. rer. domin. Afflict.* & alij, quos probat *Surd. deciſ. 42. nu. 14. & ſeqq.* latiſſimè *Borgnin. deciſ. 32. nu. 45. par. 2. de contractib.* vbi ſic bis deciſum refert, *Fiuiziani, & Papia*; idem *Surd. conſ. 376. nu. 5. lib. 3* vbi alios cumulat.

SVMMARIVM.

1 *Vicinus an poſſit incidere arbores ramos pendentes in prædio alieno.*
2 *Interdictum de arboribus cædendis habet duo capita.*
3 *Arbores non debent vicino nocere.*
4 *Arbores furtim læſæ qua actione petantur, & quæ dicantur cauſa furti ceſa.*
5 *De iure conſuetudinario quomodo ſuccurratur domino habenti arbores pendentes ſuper fundo alieno.*
6 *Vicinus incidens ramos arborum pendentium ſuper eius agro ligna non erunt ſua.*
7 *Pro inciſione ramorum arborum vicini datur actio ad intereſſe.*

QVAEST. V.

1 Q*Vintò quæro, An vicinus meus poſſit incidere ramos arborum mearum, pendentes in prædio ſuo? Quæſtio hæc dupliciter tractari poteſt. Primò ſecundum ius commune, & ſecundò iuxtà noſtras conſuetudines. De iure communi non poteſt vicinus hoc facere propria authoritate, ſed debet adire Iudicem, vt eius decreto id faciat, *l. ſi plures, §. ſi arbor. ff. arbor. furt. cæſar. vbi gloſſ. in verb. non licebit*; *habetur in l. 1. C. de interdict.* Dicunt tamen aliqui, quòd ſi vicinus denunciaſſet mihi, vt ramos illos, vel radices officientes prædium ſuum tollerem, & ego non curaui adimplere, poteſt tunc vicinus ratione ſpretæ nunciationis factæ á me, non ſolùm incidere ramos pendentes in prædium ſuum, ſed etiam ſtipitē dictæ arboris, & ligna aſportare, vt ex *text. in l. 1. §. Labeo ait, vbi gloſſ. in verb. ei, ff. de arborib. cædend.* notat ibi *Bart.* probant etiam *Angel. in d. § ſi Titius, num. 2. vbi Oinotom. nu. 4.* & alij, quamuis melius eſſet, ſi Iudicis authoritate id faceret, ſic enim vicinus ille omnem controuerſiam tolleret, & rixas.

2 Notandum tamen eſt, quòd interdictum de arboribus cædendis habet duo capita. Primum eſt in arboribus, quæ ſunt propè prædia vrbana, & hoc datur illi, in cuius ædes pendent rami arboris vicini prædij, & nocent ædificio. Secundum eſt in arboribus, quæ ſunt in prædijs ruſticis, & hoc ſpectat ad illum, in cuius fundum rami, vel radices arboris alterius fundi pendent, & extenduntur, vt notant communiter DD. *in d. l. 1. C. de interdict. Ioan. Criſp. de Mont. in tract. Terminor. action. num. 81. Franc. Marc. q. 500.* ſed hoc habetur expreſſis verbis in *d. l. 1.* vbi Imperator per rationis idētitatem extendit Prætoris interdictum, ſiuè edictum, ne rami arboris vicini fundi officiant prædium fundi alterius. Quod etiam locum habet, ſi à principio fuerunt arbores plantatæ per legitimum ſpatium diſtans á prædio vicini, quia ſatis eſt, ſi poſtea incipiunt officere prædijs vicinorum, vt fundat *gloſſ. in d. leg. 1. in fin. C. de interd.* vbi omnes.

3 Arbores non debent vicino nocere *l. 1. C. de interdict.* ſed ſi furtim cædantur, datur duplex actio, vna dicitur actio arborum furtim cæſarum, & altera dicitur collatio actionis legis Aquiliæ, *l. 5. §. 1. ff. arbor. fur.*
4 *cæſar.* Dicuntur arbores furtim cęſę, quoties clam quis illas cędit, & ſic ignorante Domino, celandiq; eius cauſa cęduntur, licet earum arborum furtum non fecerit, *l. furtim, ff. arbor. furt. cæſar.* vbi *DD.* notant differentiam inter furtim, & furti cauſa cędere: Cùm enim quis furtim cędit, datur actio ad damnum, & etiam actio iniuriarū Domino arborum. At in ſecundo caſu eſt furtum, & ſic datur actio furti.

5 Quod attinet ad noſtras conſuetudines, diſponunt, quod ſi arbor vicini pendeat ſuper prędium ruſticum, vel vrbanum alterius vicini, poteſt hic propria authoritate, totum, quod ſic pendet, in prędium ſuum incidere; quod ſi nolit incidere, fructus erūt communes inter ipſum, & Dominum dictarum arborum, vt habetur in hac *cōſuet.*
6 *incip. Si arbor vicini.* Bene tamen verum eſt, vt notat hic *Napodan. nu. 3.* quod quando ramos incidit, ligna non erunt ſua, quia hoc non mandat conſuetudo, & ideo debet attendi ius commune, vt regulariter ſint Domini arboris, vt quanto minus poteſt, corrigatur ius cōmune, vt plures in *1. vol.*
7 adnotauimus. Si tamen daretur caſus, quod eſſet agendum ad valorem, & damnum pro arborum inciſione, tunc agitur ad intereſſe, quanti Domino arborum intereſſe poteſt, & ita liquidatur damnum, de qua materia latiſſime tractat *Burſat. conſ. 70. nu. 31. & ſeqq. lib. 1.* & alij, ad quos ſe refert *Borgnin. à deciſ. 44. ſub nu. 72. par. 1. & deciſ. 16. ſub nu. 32. par. 2. Ioſeph Ludouic. deciſ. 27. in fi. Boer ſuper conſuet. Butirig. tit. Des coſtumes, §. 1. col. 3. & 4.* qui videri poſſunt.

SVMMARIVM.

1 *Conducens aliena prædia an poſſit incidere arbores in ipſis prædijs exiſtentes, & quid in emphiteota, nu. 2.*

3 *Conductor tenetur finita locatione prædia conducta in eodem ſtatu reſtituere.*

4 *Locatio præſumitur facta iuxta ſolitum.*

5 *Contractus interpetrari debent, vt reducātur ad æqualitatem.*

6 *Clauſula ſua penès conductorem in locum ſuum, & quando hæc verba intelligantur, nu. 7.*

8 *Inciſio arborum infructiferorum licita erit quando alia fructifera apponerentur.*

9 *Inciſio arborum tunc promiſſa quoties eorum loco alia ſubrogentur dummodo non ſint fructiferæ, nu. 10.*

11 *Arbores incidi poſſunt ad refectionem fundi.*

12 *Emphiteota an incidit in commiſſum ob inciſionem arborum.*

13 *Meliorationes factæ in fundo conducto ad illum pertinent.*

14 *Emphiteota nequit arbores à ſe planctatas incidere.*

15 *Plantæ exiſtentes in agro ſunt dominus ſolutis expenſis neceſſarijs.*

Em-

16 *Emphiteota an poſſit auctoritate propria expelli ab deteriorationem bonorum emphiteoticorum.*
17 *Declaratoria exigitur quando emphiteota incurrit aliquam pænam.*
18 *Deterioratio non omnis facit bona incidere in commiſſum, ſed id relictum eſt arbitrio iudicis qui declarare eam poterit, vt iuſta, & ſufficiens ſit, & circa qua verſetur, nu. 19.*
20 *Probatio deteriorationis exigitur.*

QVAEST. VI.

1 SExtò quęro, An conducens aliena prędia poſſit incidere arbores, in dictis prędijs exiſtentes, etiam ſi nemora eſſent, & reducere locum ad culturam, vel in eiſdem prędijs vineas, vel alias arbores magis fructiferas plantare, & ſi ſemel in prędio conducto meliorationes facit, an poſſit illas tollere, inuito Domino directo? Quęſtio hęc, vt patet, duo continet capita; de primo facit particulare conſiliũ *Menoch.* 13. *vol.* 1. ponit etiam nonnulla *Borgnin. deciſ.* 32. *par.* 2. *& in ſpecie nu.* 40. *& ſeqq.* De ſecundo capite facit particularem deciſionem *Surd.* 300. *in* 1. *par.* Itaq; ſub breuitate vtrunq; caput reſoluam per aliquas concluſiones.

Prima concluſio in contractu locationis, & conductionis, id ſeruãdum eſt, quod expreſſum fuit conuentum inter partes, vt eſt vulgatum, quia omnes contractus ex partium conuentione legem accipiunt, & proinde ſi conſtet ex contractu, quod arbores non veniant in conductione, non veniunt; ſi conſtat veoite, veniunt. Hęc concluſio eſt omnium, & inficiari nequit.

2 Secunda concluſio. Si ex contractu colligi expreſſe nequit, veniant arbores, nec ne, regulariter non licet conductori arbores cędere, nec faciem prędiorum mutare, vt in emphyteuta ſcripſerunt *Bald. in l.* 1. *num.* 12. *C. de iur. emphyt. Florian.* & alij, quos probat *Andr. Tiraq. in tract. de retra. conuent. §.* 1. *gloſſ.* 1. *nu.* 24. quos citat *Menoch. d. conſ.* 13. *nu* 5. & alij plures, quos ſequitur *Borgnin. deciſ.* 32. *nu.* 30. *circa finem*, pręcipue quando ex tali mutatione magnũ incommodum, ac damnum Domino prędiorum reſultaret, *Corbul. in tract. de iure emphyt. cauſat.* 13. *ſub nu.* 1. vbi plures alios ad hoc cumulat. Quod eo magis procedit in conductore, in quo ſancitum eſt, quod locatione finita, teneatur reſtituere prędia conducta in eodem ſtatu, & conditione, prout erant tempore conductionis ſuſceptę, *l. ſi merces, §. conductor. & l. & hac diſtinctio. §. vlt. ff. locati. l. cùm conductorem, & l. ſi quis conductionis, C. eadem Federic. de Senis, Petr. de Vbald. & Ruin.* quos citat *Menoch. d. conſ.* 13. *nu.* 1. *&* 2. & emphyteuta expelli poteſt, ſi arbores fructiferas incidat in illo ſundo emphyteotico, vt notant prędicti DD. & deciſum etiam refert in illa Rota *Gratianus in deciſ.* 174. *deciſio. March.* de quo meminit *Riccius in ſua collectan. par.* 1. *cap.* 62.

4 Hęc concluſio limitatur. Primò quando ex forma aliarum locationum appareret, quod etiam arbores venirent in tali conductione, quoniam in dubio locatio præſumitur facta iuxtà ſolitum, vt poſt *Barbat. conſ.* 54. *col.* 2. *in fin.* notat in ſpecie *Menoc. d. conſ.* 13. *nu.* 13. Et hoc clarum eſt, quando ſimul cum prædijs concedi ſolent nemora, vel ſyluæ cæduæ, quia illorum ſunt tales ſyluæ, cuius ſunt fructus prædiorum, *l. diuortio, §. ſi fundum, ff. ſolut. matrim. l. ſylua cædua, ff. de verb. & rer ſignif. Alex.* & alij, quos probat *Menoch. d. conſ* 13. *nu.* 15. plures alios citat, & probat *Corbula d. cauſa* 13. *nu.* 31.

Secundò limitatur, ſi ex quantitate penſionis factæ poſſet hoc colligi, vt quia penſio eſt magna, & inuerſimile eſſet, quod ſinè arboribus ſoluta eſſet illa magna penſio, nam alias adeſſet magna læſio, cum nemo præſumatur proijcere ſuum, & ſemper contractus interpretari debeãt, vt ad æqua-
5 litatem reducantur, ita in ſpecie ſcripſit *Barbat. conſ.* 26. *col.* 4. *lib.* 2. *Iaſ. Soccin. iun. Rum. Crauett. Alex.* & alij, quos probat *Menoch. d. conſ.* 13. *ſub nu.* 9. *& num.* 12. *& ſeqq.* & alij. Quod præcipuè locum ſibi vẽdicat, ſi ex verbis contractus id colligi poſ-
6 ſet, vt quia diceret locator, ſiue Notarius nomine locatoris; Ponens dictum conductorem in locum ſuum, vt omnia ea poſſit vtendo, & colendo prędia prędicta conductor ipſe, quę poteſt ipſe locator, vt poſt *Bolognin. conſ.* 67. *col.* 1. *&* 2. *notauit Menoch. d. conſ.* 13. *ſub num.* 13. *verſ. vltimò res*
7 *hæc clarior, & nu.* 9. Nam licèt hęc verba regulariter accipienda ſint, ſaluo rerum ſtatu, ac re in eodem ſtatu permanente, vt patet ex ſecunda concluſione; tamen quando quantitas penſionis magna erit, & veriſimilis mens colligatur, quod etiam arbores incidendas locaſſet, vtiq; clarior redditur coniecturata voluntas ex facultate cõceſſa conductori, prout poterat locator, qui arbores etiam cędere poterat, & ſolebat cędere.

8 Tertiò limitatur, quando ex tali arborũ inciſione prędia fierent magis fructifera, & maiorem commoditatem illorum Domino afferrent, vt ſi loco arborum infructiferarum plantentur fructiferę, vel prędia de incultis reducerentur ad culturam, quia dum omnia ſiunt ad prędia meliorandum, lici-

Digitized by Google

licitum eſt conductori, ſic etiam emphy-
teutæ, ita *Bald. in d. l. 1. num. 12. C. de iur.*
emph Bolognin. Capoll. & Tiraq. quos pro-
bat *Menoch. d. conſ 13. nu. 17. in fin.* quem
etiam ſequitur *Borgnin. in deciſ. 32. ſub nu.*
40. §. an verò poſſit ſyluam, par. 2. de contrac.
vbi alios plures ad id probandum cumulat,
& *Corbul. d. cauſ. 13. num. 30.* & ſic fuit in
Rota Lucenſi deciſum, vt notat *Lepidan.*
deciſ. 138. de quo meminit *Riſe d. cap. 62.*

9 Quartò limitatur, quotiès loco illarum
arborum alias plantaret, quę locatione fi-
nita, eandem vtilitatem, vel ſimilem, siuè
parum minorem redderent Domino prę-
diorum, quoniam hoc permittitur condu-
ctori, ac etiam emphyteutę, vt poſt alios
notat *Borgnin. d. num. 40. circa fin.* notant
Cuman. Caſtrenſ. Alex. & Iaſ in l. diuor-
tio, §. ſi fundum, ff. ſolut. matrim. Angel Ca-
poll. Tiraq. Rodoan. & Riminal. quos pro-
bat *Corbul. d. cauſ. 13. nu. 28.* & ſic deciſum
10 refert *Ioſeph Ludouic. in deciſ. Peruſin. de-*
ciſ. 94. Attamen *Corbul.* loco citato ex cō-
muni ſententia probat, hoc habere locum,
dummodo non incidantur arbores fructi-
ferę vetuſtiores, nam licèt in earum locum
plantentur ſimiles arbores iuniores, non
tamen dicitur facta bona compenſatio,
quia arbores vetuſtiores ſolent eſſe multò
fęcundiores, quàm iuniores, & ſuauiores
etiam fructus afferunt, quàm iuniores; &
ſic proinde ex hoc capite dicitur prędium
deterioratum, & proinde etiam emphyteu-
ta incideret in commiſſum; itaq; non licet
hęc inciſio cum dicta noua plantatione.

11 Poſtremò limitatur, ſi arbores inciderē-
tur ad refectionem fundi, vel ędium prę-
diorum, quia hęc inciſio licita eſt, & permiſ-
ſa tam locatori, quàm etiam emphyteutę,
quia hęc non dicitur prędiorum deteriora-
tio, ſed melioratio, & ideò permiſſa eſt,
Bald. in l diuortio, §. ſi fundum, verſ ſed
quid ſi domus, vbi Alex. num. 2. ff. ſolut. ma-
trim. Ioſeph Ludouic. deciſ. 8. n 9. Rodoan.
& Anguiſſol. quos probat *Corbul. d. cauſ.*
13. nu. 29. Menoch. d. conſ. 13. ſub num. 15.

12 Quòad ſecundam partem quęſtionis nō
attinet multa adnotare, quia videri poſſunt
penes *Surd. d. deciſ. 300.* qui licet ex multis
conetur excuſare emphiteutam, quod non
inciderit in commiſſum ob inciſionem ar-
borum, à ſe plantatarum in prędio, ſibi ad
emphyteusim conceſſo, & ob destructionē
ędificij, quia ſicut in eius facultate fuit me-
liorationes facere, ita etiam & tollere, ta-
men in fine deciſionis refert his deciſum in
illo ſenatu, talem emphyteutam incidiſſe
in commiſſum, quia licet à principio fuerit
in eius poteſtate meliorationes facere, &
ędificare, attamen poſtquam illas fecit, non
potuit amplius eſſe in ſua facultate, quia
leges in illis meliorationibus locum habe-
rent, & quia meliorationes cederent prę-
dio, ad illud pertineant, clarum eſt enim in
13 iure, quod meliorationes ad fundum con-
ductum pertineant, cùm ſint pars rei, *l. 1 §.*
quod ait, ff. de ſuperfic. l. adeò, §. ex diuerſo,
ff. de acquir. rer. dom. l. 2. C. de rei vendit.
14 Et in terminis, quod non potuerit emphy-
teuta arbores, etiam à ſe plantatas, incide-
re, & ſic eo minus potuerit conductor. Sed
tunc demum, ſi Dominus nolit iuſtam æſti-
mationem tollere, tenuerunt *Iaſ. in l. diuor-*
tio, §. ſi fundum, num. 3. ff ſolut. matrim. Ro-
doboan. Anguiſſol. Bec. & Sels, quos citat,
& probat ipſemet *Surd. d. deciſ 300. num. 8.*
& 15. & latius *deciſ. 78.* tota *Borgnin. deciſ.*
32 nu. 23. par. 2. de contract. vbi quod quan-
do incidit in commiſſum, debet prædia re-
linquere, vt erant tempore conductionis,
& receptionis in emphyteuſim, & etiam
quia hæc eſſet maxima iniquitas emphy-
teutæ, arbores etiam à ſe plantatas, & quæ
aliena prædia fertilia reddunt incidere,
quia eſt conditio deperditi hominis, & cō-
trà bonum publicum, dum agri depopu-
lantur, & ædificia deuaſtantur iniquè, vt eſt
clariſſimum.

15 Additur etiam alia ratio in plantis, quia
ex terræ alimentis, & nutrimento creſcūt,
& grandes fiunt, & ideò Domini ſunt, ſolu-
tis expenſis neceſſarijs, vt poſt alios notat
Borgnin. deciſ. 44. nu. 72. in fin. par. 2. de
contractib. Si igitur ex nutrimento terræ
creſcunt, nullo modo incidi poſſunt à con-
ductore, quia non facto ſuo tantùm, ſed ex
nutrimento terræ Domini ſoli creuerunt,
& ideo ſinè facto ſuo non poſſunt euelli.

16 Illud tamen incidenter notandum eſt,
quòd in hoc caſu, dum emphyteuta dete-
riorat bona emphyteotica, incidendo di-
ctas arbores, & deſtruendo ædificia, non
poteſt propria authoritate expelli à Do-
mino directo, vt malè voluit *Berous, conſ.*
125 lib. 1. & quidam alij; ſed neceſſaria eſt
ſententia Iudicis, non iam ad ſubſtantiam
actus, vt bona caderent in commiſſum,
quia per ſolam deteriorationem inciderunt
in commiſſum, ſed pro facti declaratione,
vt declararetur, bona illa cecidiſſe in com-
miſſum ob talem deteriorationem, vt in
ſpecie poſt *Bald. in c. 1. de feud ſin. culp. non*
amitt. Ioan. Andr. Ferret. Cagnol. Ruin. &
alios, probat *Corbul. d. cauſ 13. num. 19.*
17 Tum quia iura, quæ mandant, quod ipſo
iure incurratur in aliquam pœnam, ſemper
intelliguntur, vt procedat declaratoria Iu-
dicis, iuxtà *text. in c. cùm ſecundum, de hæ-*
retic. in 6. vbi Ioan. Andr. & alij *Bald. Alex.*
& Rum. quos probat *Corbul. d. cauſ. 13.*
nu. 20. & in vtroq; foro hoc verum eſt, vt
nouiſſimè poſt alios probat *Franciſc. Sua-*
rez

Digitized by Google

rez in tract. de leg. lib. 5. cap. 5. cum ſeqq. Immo plures dicunt, quos cumulat *d. c. 5.* quod ferri nequeat lex, quæ obliget aliquem ad ſubeundam pœnam, quæ in actione conſiſtit, vt eſt hæc, quæ euenit ob deteriorationem prediorum, antè Iudicis condemnationem, quod explicaui in *tract. de legib.* agen-
14 do de lege pœnali. Tum etiam quia non omnis deterioratio facit bona incidere in commiſſum, ſed relinquitur iudicanda ſecundum Iudicis arbitrium, attenta qualitate rerum, & perſonarum, vt ſcripſerunt *Cyn. in Auth. qui rem. C. de ſacroſanct. eccleſ. Bald. Barbat. Tiraq. Menoch. Ioſeph. Ludouic. & Burſat.* quos probat *Corbul. d. cauſ. 13. nu. 27. & ſub nu. 20.* vbi ex *Afflict. deciſ. 97. & Cagnol. in d. Auth. qui rem, nu. 39.* docet, quod deterioratio debeat talis
19 declarari per Iudicem, vt iudicetur iuſta, & ſufficiens, quod bona inciderint in commiſſum, nec relinquendum eſt in faqultate malorum Dominorum, qui videntes bona meliorata, fingerent aliquam deteriorationem, & propria authoritate caperent bona, & poſtea illis in poſſeſſione bonorum exiſtentibus, reſtes etiam falſos examinare poſſent ad probandam deteriorationem ad eorum arbitrium. Faciunt etiam tradita per *Surd. d. deciſ. 300.* quod mihi videtur
20 euidens, dum probatio etiam requiritur, vt conſtet de prediorum deterioratione, nec qualiſcunq; deterioratio eſt neceſſaria, ſed magna, & quę conſiſtat in proprietate, non autem in fructibus. Secundò, vt facta, ſiue cauſata fuerit dolo, lata, vel leui culpa conductoris, ſiue emphyteutę, non autem leuiſſima culpa, vt poſt alios notat *Corbul. d. cauſ. 13. nu. 24. & ſeqq.* & proinde debent hęc à principio verificari, quod factus ſit caſus, ſiuè quod probetur, & conſtet ex actis, eueniſſe caſu commiſſi, *Borgnin. deciſ. 31. nu. 36. & ſeqq. par. 2. de contractib.* & omnes alij, qui dicunt debere conſtare de tali deterioratione.

SVMMARIVM.

1 *Emptor incidens arbores alterius loci an efficiatur dominus aliarum arborum, quæ pullulauerunt poſtea ex inciſione primarum arborum.*

2 *Promittens, ſeu vendens aliquid de prima vice intelligitur.*

3 *Venditio vuarum ſuæ vineæ ſi bis in anno vuas fecerit vinea de prima vice intelligitur facta, ſic etiam de omnibus fructibus bis in anno natis de primis tantum intelligi, nu 4.*

5 *Vſus fructus ſiluæ cæduæ relictus quam nullam poteſt vtilitatem afferre niſi cædatur intelligitur relictus vſus fructus ſyluæ, vt durante vita ſit vſusfructuarius.*

6 *Arbores poſtea natæ, an veniant in locatione.*

7 *Conductor fundi Eccleſiæ, an poſſit incidere arbores.*

QVAEST. VII.

1 SEptimò quæro. Emens arbores alienius loci, & eas incidens, an efficiatur Dominus aliarum arborum, quæ pullulauerunt poſteà ex inciſione primarum arborum? De hac quæſtione tractat *Bart. in l. damni, §. ſi is, qui vicinus, ff. de damn. infect.* ad quem ſe remittit *Tepat. lib. 2. recept. ſent. in tit. de arborib. in fin.* Quæſtio hæc non habet locum, quotiès ex forma contractus, & ſic ex conuentione conſtat, quid actum ſit, nec etiam quid ſolitum ſit ſeruari ex ſimilibus venditionibus; clarum eſt enim, quod conuentio ſit obſeruanda, & quando non conſtat, recurratur ad ſolitum, nempè, quod facta intelligatur venditio iuxtà ſolitum, & ſi primæ arborea tantùm ſolitæ ſint vendi, (prout communiter fieri ſolet) ſic intelligatur facta venditio, vt patet ex dictis *quæſt. præced.* Sed quęſtio tantùm, & ſola eſt, quando nec ex conuentione, nec ex ſolito colligi poteſt, quid actum ſit inter partes, vt quia ſit prima vice, quia ſylua cædua venditur, nec expreſſum ſit, ſi prima arborum inciſio vendita fuerit.

Reſoluo igitur quæſtionem hanc vnica concluſione, quod primæ tantùm arborea venditæ intelligantur, ſi expreſsè non appareat aliud conuentum inter partes, ſaltem ex duratione temporis, quo facta eſt
2 venditio dictarum arborum. Prima pars concluſionis probatur facilè, quia promittens aliquid, vel vendens aliquid, de prima tantùm vice intelligitur, *l. bone, §. hoc ſermone, ff. de verb. & rer. ſignif.* vbi latiſſimè
3 *Tiraq.* & omnes alij; & hoc catenus eſt verum, quòd ſi aliquis vendiderit vuas ſuæ vineæ, & vites bis in Anno vuas facerent, intelligeretur facta venditio de primis tãtùm vuis, non autem de ſecundis, vt probat *Grammat. in conſtit. Regni, incip. Quamplurimum, nu. 15. in tit. de adiutor. exigend. fol. mihi 90. Iacob de Rauenna, Cyn.* & alij, quos probat *Bald. in l. diuortio, §. quod in Anno, ff. ſolut. matrim. Alex. Iaſ.* & alij, quos ſequitur *Surd. deciſ. 265. nu. 13. Bart. in d. l. ſi is, qui vicinus,* & alij; & loquuntur de omni arbore bis in Anno fructus faciente, quod primi tantùm intelligantur venditi. Et in terminis noſtris latè poſt alios probat *Surd. d. deciſ. 265. nu. 12. & ſeqq.* quod locatio præſumatur ſolùm pro primo anno, & promittens ſoluere certum quid, intelli-

telligitur pro prima vice, etiam ſi loco pio fuerit facta promiſſio, & ſic de alijs, quæ ipſe latius proſequitur.

Alia pars concluſionis probatur, quia ſi ex duratione temporis, v.g. decennij conſtaret, eſſe venditas arbores, quidquid infrà dictum decennium poſt inciſionem primarum arborum pullulauerit, eſt emptoris, & ita communiter obſeruatur in praxi in venditione ſylvę cęduę, & confirmatur hoc, quam infra dictum tempus debent illa prędia fructus facere in beneficium venditoris, quia ſic eſt voluntas vtriuſq; contrahẽtis, vt vtile, & damnum infra dictum ſpatium ſit venditoris, & nulla eſſet vtilitas, niſi etiam pullulationes cederent in beneficium venditoris.

5 Hinc etiam dicimus, quod ſi aliquis relinquat vſum ſylvę alicui, quia ſylua nullam afferre poteſt vtilitatem, niſi cędatur: ideo ſit interpretatio, quod cenſeatur relictus vſus fructus dictę ſylvę, vt durante vita vſufructuarij, poſſit ſyluam cędere, & quidquid indè lucri haber, ſuum eſt, *l. Diuus, ff. de vſu*, *& babet, Iaſ & Dec.* quos probat *Menoch. conſ. 352. nu. 13. vol. 4 & in tract. de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 135. num. 14.*

6 ſic etiam in aliquis conduxit fundum, in eius locatione veniunt etiam arbores poſtea natę, quia fundus dicitur locatus, non autem fructus, & in fundo ſunt arbores, ita *Pileus q 56. Roland. conſ 39. num. 6. vol. 3. Anna in allegat. 94. num. 3. Corſett. Siluan. Marſil. Borgnin.* & alij, quos probat *Carrol. in tract. de locat & conduct. par. 5. in*

7 *verb. beneplacito, q. 28 fol 235. col. 4.* Si tamen quis conduxit fundum Eccleſię, non poteſt incidere arbores, quoniam nec etiã beneficiatus hoc poteſt, & ideo eſt neceſſarius aſſenſus Apoſtolicus, niſi tamen eſſet ſylua cędua, nemus ad hunc vſum, & ſic de alijs, vel ſi ex arborum inciſione fundus efficeretur fructuoſior, *l. ſylua cadua, ff de verb. ſignif. Bart. in l. qui fundum, §. cum fundum ff de contrab. empt. Theſaur. deciſ. 142. Andr. Tiraq. in tract. de retract conuent. §. 3 gloſſ. 1. num. 23. cum plurib ſeqq. vide Ricc. deciſ 53.* vbi duas alias ponit limitationes, vz, ſi in locum arborum veterum nouę plantentur, quę maiorem afferent in futurum vtilitatem, vel si indè fundus fructuoſior fieret, vt per eum, quod puto verum, arbitrio tamen boni viri.

S V M M A R I V M.

1 *Paſcui appellatione an potus contineatur cum videantur eſſe diuerſa. nu. 5.*
2 *Alimentorum appellatione an potus veniat.*
3 *Seruitus alia eſt iuris paſcendi, & alia pecoris ad aquam appulſus.*
4 *Cibi appellatione an contineatur potus.*
6 *Obſeruantia eſt regina omnium interpretationum.*
7 *Cibus, & potus ſunt neceſſarij ad alimentum.*
8 *Victus nedum quæ eſui, & potui corporis neceſſaria continet.*
9 *Pernoctare quid ſignificat data communione paſcuorum inter vniuerſitates.*
10 *Paſcuum eſt duplex.*
11 *Ius dobana Mena pecudum in Apulea in quo conſiſtit.*
12 *Paſcua priuata, quæ dicantur.*

Q V AE S T. VIII.

1 OCtauò quæro, Quid veniat appellatione paſcui, ſi potus etiam contineatur? Hęc quęſtio ſucceſſit Annis elapſis inter Monaſterium Sancti Laurentij prope Paduã Ordinis Carthuſienſium, & Vniuerſitatẽ Terrę Montis Sani, pro qua patrocinium præſtitit Conſiliarius Rouitus, qui etiam hoc indicat in *Rubr. pragm. tit. de paſcuis foreſt. & nemorib. nu 10. & ſeqq.* Et obtinuit contra dictum Monaſterium, quod defendebat Paulus Staibanus. Igitur non eſt contentio, quando teſtator legaſſet paſcua ſuorum territoriorum alteri, quia legatum eſt fauorabile, & recipit potius ampliationem, quàm reſtrictionem, & ſic citrà du-
2 bium tunc veniret etiam potus animaliũ, cùm appellatione alimentorum citrà dubium veniat etiam potus, etiam si aua emi ſoleat, *l. 1. ff. de aliment. & cibar. legat.* & poſt *Roland* probat *Menoch lib. 2. de arbitr. iudic.* quos probaui *tom. 1. par. 5. nu. 9.* & hoc non negat *Rouit. loco citato, num. 11.*

Sed quęſtio eſt, quotes quis iure ſeruitutis haberet paſcua in alieno territorio, prout erat caſus dicti Monaſterij, habentis ius paſcendi in dicto territorio Montis Sani. Fundauit igitur *D Rouit* non venire ius aquandi, quia alia eſt ſeruitus iuris pa-
3 ſcendi, & alia eſt ſeruitus pecoris ad aquam appulſus, quia ſunt duę ſeruitutes diſtinctę, *l. mela, §. quidam libertis, ff. de alim. & cibar legat. l. 4 ff. de ſeruit. ruſtic. præd.* cum alijs cumulatis ſuprà de ſeruitutibus, *q.* Igitur vna eſt diuerſa ab alia, & ſucceſſiuè dum Monaſterium habebat ius paſcendi, non poterat habere ius aquandi.

4 Secundo confirmabat, quia licet ſit regula, quod appellatione cibi contineatur potus, vt dictum eſt: non tamen eſt adeo vera, quin cibus ſit diſtinctus à poto, *l. 1. §. final in fin. ff. ſi vſuſfructus petatur, l. 1. §. mulier verſ. qui cibum potum ff. de ventr. in poſſeſſ. mitt.* cum alijs per eum cumulatis *nu. 10.* & duo in caſu prędicto ſuadebant

dictam

dictam diſtinctionem : Primo diuerſitas
ſeruitutum, vt dictum eſt ; & ſecundò quia
in hoc Regno indifferenter in iudicio, &
extrà fuit admiſſum, quod ſint duæ res di-
5 ſtinctæ. ſeruitus paſcendi, & aquandi ; &
ſucceſſiuè non eſt recedendum à communi
vſu habenre certam interpretationem, vt
poſt alios dixi *tom. 2. par. 4. q. 65. nu. 11. &
ſeqq.* Quòd obſeruantia eſt Regina omniũ
6 interpretationum, *& num. 12. Ronit.* affir-
mat, ſic fuiſſe deciſum iunctis Aulis, quod
non veniret ius aquandi.

Verùm Staibanus contrarium fundabat.
Primò quòd licèt ſint diſtinctæ ſeruitutes ;
hic tamen agebatur de iure paſcendi qui-
dem ; ſed vt venit ex diſpoſitione Iuris,
abſq; damno alterius. Quod erat in hoc
caſu : Vt enim notant communiter *DD.*
animalium pabula, ſiue paſcua vocantur
cibaria iumentorum, ac pecudum, vt ex *ff.*
notat *Briſon.* Itaq; complectitur victum
iumentorum, ac pecudum, cùm cibaria ſint
ſpecies victus, ſeu alimenti, & ad victum, &
7 alimentum neceſſariò requiritur cibus, &
potus, vt in *l. 1. ff. de aliment. & cibar. legat.*
cum alijs citatis initio.

8 Secundò, quia verbo victus continentur
non ſolum quæ eſui, ſed etiam potui corpo-
ris neceſſaria ſunt ; adeo vt ſecundum ſub-
iectam materiam ſi victus debeatur homini,
etiam veſtes veniunt, & habitatio, vt in *l. in
lege, l. quos nos hoſtes, §. verbum viuere, ff.
de verb. & rer. ſignif. l fin. ff. de aliment. &
cibar. legat. l ſuo victu, ff. de oper. libert.* cum
alijs cumulatis per *Zaſium in l. ſi victum ff.
de re iudic. & à Ioann. Caluino in lexic. iur.
in verb. victus verbum.* Et ſic citrà dubium
videbatur decidendum fuiſſe in beneficium
Monaſterij.

9 Addebatur, quia ſi inter aliquas vniuer-
ſitates eſſet communio in paſcuis, vt vulgo
dicitur ; *aqua, & herba commune*, vt in *ſeqq.*
explicabitur ; vtiq; animalia vnius Com-
munitatis poſſunt pernoctare in territorio
alterius Vniuerſitatis ; (nempè, tota nocte
inibi permanere, quia hoc ſignificat perno-
ctare, *l. vrbana, §. 1. ff. de verb. & rer. ſignif.*)
quia pernoctatio venit ex diſpoſitione iuris,
l veluti, § fin. ff. de ſeruit. ruſtic. præd. Et
idem videbatur in propoſito, quod potus
contineretur appellatione paſcui : tanto
magis, quia Monaſterium aderat in dicta
poſſeſſione, & poſſeſſio declarabat ius ſuum.

Ad contraria reſpondebatur, quòd ſe-
cundum ſe ſunt diſtinctæ ſeruitutes, ſicut
etiam diſtinguitur cibus à potu, ſed hæc
diſtinctio non erat hic neceſſaria, cùm Mo-
naſterium habebat ius paſcendi, & vſum
fuerat etiam iure aquandi. Sed vt dixi, ob-
tinuit contrarium.

10 Demum notandum eſt, quod paſcuum
eſt duplex, publicum, ſcilicet, & priuatum,
vt *tot. tit. C. de paſcu. public. lib. 11.* Publicũ
eſt quod Principi competit, & ſolita penſio
augeri non poteſt, inconſulto Principe, vt
poſt *Angel. in l. 1. eod. tit. & Reſtal. Caſtal.*
notat *de Ponte in tract. de poteſt. proreg §.
8. de regalibus impoſitionibus, num. 46. &*
11 *ſeqq.* Et reſidet in hoc Regno hoc ius in
Regia Dohana Mœnæ pecudum Apuleæ,
quæ habet paſcua publica, nempè, certa ter
ritoria, & multotiès capit territoria parti-
cularium, ſoluta illis certa mercede, quæ
debet eſſe iuſta, vt ipſa Dohana valeat di-
cta territoria diſtribuere pro paſcuis ani-
malium, in eadem Dohana locatorum, vt
ex *text. in l. omnes, C. de fund. patrimon.* &
alijs, proſequitur *de Ponte d. §. 8. num. 55.
cum ſeqq. & in eod. §.* cumulat priuilegia
quæ habent locati eiuſdem Regiæ Dohanę.

12 Paſcua priuata ſunt ecõtrà, vt ſunt om-
nia, quæ non ſunt publica, *l. ſylua, § fin ff. de
verb. & rer. ſignif.* & hæc vel ſunt commu-
nia, vt ſunt paſcua in territorijs communi-
tatum: vel ſunt propria Dominorum habẽ-
tium territoria particularia, de quibus in-
ferius dicetur.

SVMMARIVM.

1 *Seruitus iuris paſcendi quanto tempore ac-
quiratur.*
2 *In dubio ſtandum eſt antiquitati in paſcuis
pontibus, & aquis.*
3 *Vniuerſitas prætendens habere ius paſcendi
aquandi, & lignandi in territorio alte-
rius vniuerſitatis ex conſuetudine anti-
qua debet manuteneri in poſſeſſione lite
pendente.*
4 *Baro prætendens habere ius paſcendi in ter-
ritorijs appatronatis, an poteſt lite pendẽ-
te paſcua ſumere affertur deciſio.*
5 *Conſuetudo attenditur in acquiſitione iuris
paſcendi in alieno territorio.*
6 *Paſcua ſumi in alieno territorio de iure
prohibitum eſt.*
7 *Conſuetudo Panhormitana loquens de ter-
ris de monialibus baronum an habeat lo-
cum in terris priuatorum.*
8 *Paſcua, & herbæ ſunt dominorum territorij
nec proinde quis eas ſumere poteſt inuito
domino.*
9 *Dominus territorij poteſt capere animalia
inuenta paſci in territorio ſuo, & quan-
do erunt reſtituenda.*
10 *Seruitus paſcendi animalia in alieno ter-
ritorio an poſſit præſcribi.*
11 *Aſſerens acquiſiuiſſe ſeruitutem in fundo
alieno quid probare debet.*
12 *Seruitus iuris paſcendi pecora in alienis
prædijs quanto tempore præſcribatur, &
quid ſi mediante precio ipſa prætenderet*

Digitized by Google

ſeruitutem, num. 23.

13 *Baro ſiue dominus territorij fidare debet exteros quando herba eſſet ſufficiens, & ſic deductis paſcuis alterum Ciuium ſoluta fida.*

14 *Baro an præferatur ſuper contentione exorta cum vniuerſitate ambobus intendẽtibus eſſe in poſſeſſione fidandi.*

15 *Herbagia in Regno ſunt baronum.*

16 *Præſcriptio ſeruitutis paſcendi non debet eſſe violenta etiam ab initio.*

17 *Contentio inter ciues, & cuſtodes beſtiarũ alterius loci qui vtuntur paſcuis alienis an impediat curſum præſcriptionis.*

18 *Poſſeſſio non iuuat poſſeſſorem quando non fuit ſemper vniformis.*

19 *Præſcriptio contra Eccleſiam occaſione paſcuorum in eius territorijs non facilè cõceditur neq; allegari neq; patientia in eis iuuat nu. 20.*

21 *Præſcriptio ſine titulo in terris Eccleſiæ non valet.*

Habens ius paſcendi debet moderatè.

22 *Vti vt prius deducatur ius competens domino territorij, qui præfertur cæteris.*

23 *Charitas prima incipit à ſeipſo.*

24 *Paſcua ſumere in pratis, & defenſis non licet in locis vineatis niſi ſecatis ſegetibus, & collectis fructibus neq; procedit in illis Territorijs in quibus Vniuerſitas habet titulo, & conceſſione particulari, nu. 25.*

26 *Habens priuilegium paſcendi animalia in aliquo territorio ſi tempore conceſſionis eſſent paſcua, deinde augmentatus numerus animalium an ei ſuffragatur tale priuilegium.*

27 *Exemptiones tendentes ad noxam, an ſint admittendæ.*

28 *Priuilegium iniuſtum effectum reſtringitur potius quàm ampliatur.*

29 *Priuilegium quod incipit lædere concedentem reſoluitur, & reducitur ad priſtinos terminos conceſſionis, & ratione oſtenditur.*

30 *Priuilegium conceſſum clericis non ſoluendi procurationem ſi poſt conceſſionem multiplicarentur, vt omnem ferè procurationem abſorberet non iuuaret, quam etiam procederet in habente conceſſionem immunitatis non ſoluendi terragium, nu. 31.*

32 *Conuentio habita inter parrocos, vt certi homines de parrochia potuiſſent ire ad aliam parrochiam ſi forte defeciſſet homines vlterius, parrochia quid agendum.*

33 *Promittens coquere panem pro ſua familia ſi ipſa creuerit an reſcindatur promiſſio.*

34 *Seruitus paſcendi an tranſeat contra hæredes concedentis aut ſingulares ſucceſſores, & quid deciſum.*

35 *Petitorium, & poſſeſſorium concurrunt in iure paſcendi adeo quod vno ipſorum intentato non cenſetur alteri renunciatum qualiter intelligatur.*

QVAEST. VIV.

1 NOnò quæro, Quanto temporis ſpacio acquiratur ſeruitus iuris paſcendi? De hac quæſtione dixi aliqua ſuprà de ſeruitutibus, ideò pauca hic recenſebo. Pro dicẽdis ſuppono primò, quod in paſcuis pontibus, aquis, & huiuſmodi alijs, in dubio ſtandum
2 eſt antiquitati, vt optimè ſcripſit *gloſ. in c. 2. in verb. ſicut, in tit. de pace Conſtant. in vſib. feud.* vbi omnes, quoniam mutandum non eſt quod certam habuit interpretationem, vt dixi ſuprà *par. 4. q. 65. nu. 56.* etiam in *addit. tom. 2.* prout etiam in ſpecie quæſtionis noſtræ, ad ſtandum ſit antiquæ conſuetudini in huiuſmodi rebus, probant poſt alios *Boer. deciſ. 125. num. 5. Grauett. conſ. 154.* quos probat *Tepat. in ſuo repert. recep. ſent. lib. 2. tit. de paſcuis, §. 4.* latè *Marius Muta ad conſuet. Panhorm. c. 32. num. 4. & ſeqq.*

3 Eatenus hoc eſt verum, quod ſi aliqua Vniuerſitas prætendat habere ius paſcendi, aquandi, lignandi, &c. in territorio alterius Vniuerſitatis ex antiquiſſima conſuetudine, & conſt. e de aliquo actu poſſeſſiuo, debet quòad paſcua, & ius aquandi manuteneri in poſſeſſione lite pendente, vt ex multis fundat *Capyc. deciſ. 189. Freccia de ſubfeud. lib. 2. author. 46. nu. 7. Don Franc. de Ponte de poteſt. prorog. tit. 3. de elect. offic. §. 2. nu. 2. & ſeq.* de quibus meminit *de Tho-*
4 *ro, verb. animalia an immitti debeant.* Qui etiam dicunt, quod ſi Baro prætendat habere ius paſcendi in territorijs approbatis, non poteſt, lite pendente, paſcua ibi ſumere, & ita fuit deciſum.

5 Plus etiam poteſt conſuetudo, quod, nẽpè, poſſit aliquis acquirere ius paſcendi in alieno territorio, ſiue fundo, quia in his attenditur loci conſuetudo, latè *Dec. conſ. 550.* & ita mandat conſuetudo Panhormitana *cap. 32.* quod vt ciues Panhormi poſſint cum eorum animalibus paſcua ſumere vbicunq; tam in terris Demanij, quàm Comitum, & Baronum, & nihil ratione herbagij, vel mandragij ſoluant; Hæc ſunt eiuſdẽ conſuetudinis verba; & mãdat etiam, quod dicti Ciues poſſint incidere ligna in nemoribus tam Curiæ, quàm Baronum, liberè, & ſinè alicuius inquietatione, vbi latiſſimè *Muta nu. 8. cum ſeqq.*

Benè tamen verum eſt, quod conſuetudo tantum ſe extendat, quantum ſonat, ſeu quòad illa territoria locum habet, in quibus

bus loquitur, vel introducti eſt, vt licitum
6 ſit Ciuibus, ſiuè alijs habentibus ius paſcē-
di, paſcua ſumere, quia dum ius commune
prohibet, paſcua ſumi in alieno territorio,
l. 1. C. de paſcuis public. vel priuat. lib. 11.
Bald. Aretin. Dec. & alij, quos citat *Muta*
d. cap. 32. nu. 3. & ſeqq. & num. 38. & ſeqq.
Ideo conſuetudo accipi debet ſtrictè, & in
ſuo tantùm caſu, dum tātum habet de actu,
quantum habet de potentia, nec de caſu ad
7 caſum extenditur, vt pluriès repetij *par.*
1. & hac de cauſa dicta conſuetudo Panhor-
mitana, quæ loquitur de Terris Demania-
libus, & Baronum, non habet locum in ter-
ris priuatorum, quia de vno ad aliud terri-
torium non fit extenſio, vt poſt *Couarr. lib.*
vnic. practic. quæſt. cap. 37. col. 2. & Xibec.
cam notat *Muta d. cap. 32. nu. 24.*
8 Suppono ſecundò paſcua, & herbas ſecū-
dum iuris communis diſpoſitionem eſſe
Dominorum territorij; ideò nemo poteſt
illas paſcere, inuito Domino, & allegans
contrarium, tenetur probare eius intentio-
nem, quoniam contrà ſe habet diſpoſitio-
nem iuris, vt latiſſimè fundat *Praſ. de Frā-*
chis deciſ. 301. probant etiam *Io. Papon.*
Areſt. 1. tit. 2. lib. 13. latiſſimè *Surd. deciſ.*
236. num. 5. & ſeqq. Tuſch. d. liter. P. concl.
113. nu. 1. & ſeqq. eſt text. in l. quintus, ff. ad
leg. Aquil. l. 1. C. de paſcuis publ. & priuat.
lib. 11. & alibi. Et ideò poteſt capere ani-
malia, ibi inuenta, vt habeat fidam, ſi ita
eſt conſuetudo, ſi non adeſt, animalia ſunt
Domino reſtituenda, cum cautione de ſol-
uendo diſfida in *Capit. deciſ. 45. Maxilla, &*
Io. Aloyſ. de Leo, quos citat *Ioan. Bapt. de*
Thoro in compend. deciſ. verb. animalia
damnum dantia.
10 His poſitis, ſit prima concluſio ſeruitus
paſcendi animalia ſua in alieno territorio
poteſt præſcriptione acquiri, dummodo
paſcua ſumat ex titulo acquirendi ſeruitu-
tem. Prima pars concluſionis habetur in
l. 1. C. de ſeruit. & aqua, latiſſimè *Surd. de-*
ciſ. 236. eſtq; omnium, nec inficiari poteſt,
& ex ſecunda concluſione patebit.
11 Secunda pars probatur, quia aſſerens, ſe
acquiſiuiſſe ſeruitutem aliquam in fundo
alieno, v. g. quòd ſæpè iter fecerit per illum
fundum, non ſufficit probare, ſe iuiſſe per
illum fundum tanto temporis ſpacio, ſed
etiam ſe iuiſſe ob cauſam acquirendi ſerui-
tutem, quia tranſitus eſſe poteſt ob aliam
cauſam, ita *Bart. in l. 1. §. hoc interdicto, ff.*
de itiner. actuq; priu. Bald. Caſtrenſ. Alex.
& Caſtan. quos probat *Menoch. conſ. 389.*
nu. 8. lib. 4. Crauett. conſ. 197 nu. 13. & conſ.
216. de quibus meminit *Tepat. lib. 2. recept.*
ſent. in tit. de ſeruit. in gener. fol. 305. col. 4.
§. ſeruitus, vt probetur idem *Menoch. cōſ.*
448. nu. 4. & ſeqq. lib. 5. & conſ. 447. nu. 19.
& ſeqq. præcipuè num. 34. d. lib. 5. Tuſch. in
ſuis concluſ. liter. P. concl. 111. nu. 6.
12 Secunda concluſio. Seruitus iuris paſcē-
di pecora ſua in alienis prædijs non acqui-
ritur minori temporis ſpatio, niſi centum
Annorum; hæc enim eſt præſcriptio, cuius
initij memoria in contrarium non exiſtat.
Concluſio hæc eſt communis, & probatur
ea optima ratione, quia hæc ſeruitus habet
cauſam diſcontinuam, nec minoris ſpatio
acquiritur, *Bart. in l. 2. §. idem Labeo, ff. de*
aqua plu. arcend. Guid. Pap. deciſ. 573. My-
ſing. obſeru. 53. centur. 4. Andr. Gail. obſeru.
66. lib. 2. Papo. lib. 14. tit. 1. Areſt. 4. Capyc.
deciſ. 117. nu. 9. & 10. Natta conſ. 69. Tepat.
in tit. de paſcuis, §. 5. & alibi, latiſſimè in
caſu noſtro *Surd. conſ. 65. toto, vol. 1. Bru-*
nor. in compend. propoſ. iur. in verb. paſcen-
di & ligandi, Pariſ. Hondel. Io. Andr. de
Georg. Couarr. & Balb. quos probat *Io.*
Franc. del Caſtillo, deciſ. 12. num. 30. lib. 1.
Quamuis *Couarr. lib. vnic. practic. cap. 37.*
col. 3. teſtetur de communi, quod ſatis ſit
tempus 30. vel 40. Annorum, quem probat
Tuſch. d. liter. P. concl. 112. nu. 1. concl. 114.
nu. 4. ſed communis opinio eſt contra eam,
vt patet, & à communi non eſt recedendū,
nam procedit eorum opinio, vt locum ha-
beat poſſeſſorium, lite pendente.
13 Concluſio hæc locum tantùm ſibi ven-
dicat, quando iure ſeruitutis tantùm quis
prætenderet ius paſcendi ſine mercedis ſo-
lutione; At ſi prætenderet habere ius pa-
ſcendi, mediante pretio, vt vulgo dicitur,
ſoluta fida animalium, tunc probata ſolito
pretio fidæ cum curſu decem Annorum,
dicitur ſeruitus acquiſita quòad ius fidan-
di, ita *Guido Pap. d. q. 573. Caſſan. in con-*
ſuet. Burgund. tit. Des foreſts, Rub. 13. §. 5.
gloſſ. 3. Paul. de Caſtr. Rain. Abb. Pariſ.
Bertrand. & alij, quos probat *Borgnin. de-*
ciſ. 1. nu. 64. & deciſ. 4. nu. 55. & 59. par. 5.
& poſt *Andr. & Afflict. deciſ. 290.* notat
Rouit. in d. rubr. de paſcuis, foreſtis, & ne-
moribus, nu. 4.
13 Debet ea non herba eſſe ſufficiens, etiam
ad fidandum, nam aliter non teneretur Ba-
ro, ſiue Dominus territorij fidare exteros,
nam fida procedit in eo, quod ſupereſt de-
ductis paſcuis aliorum Ciuium, vt ex mul-
tis probat *Afflict. deciſ. 290 num. 6. & ſeqq.*
vbi sic deciſum refert in Sacro Conſilio,
vbi Addentes alios cumulant, *Surd. deciſ.*
236. nu. 20. Valaſ. Ripa, & alij, quos citat
Io. Baptiſta de Thoro in compend. deciſ. Nea-
pol. in verb. paſcua ſolita, Rouit. d. num. 4.
14 Si tamen eſſet contentio inter Baronem, &
Vniuerſitatem, quia, nempe, vterq; præten-
deret eſſe in poſſeſſione fidandi, ſemper in
pari cauſa præfertur Baro, quia ius fidandi,
& diffidandi eſt iuriſdictionis, quæ ſpectat

26 Ex his diſcuſſis in hac tertia concluſio-
ne vidi aliquando altercatum in cauſa cu-
iuſdam Monaſterij habentis ius paſcendi cũ
animalibus ſuis in territorio cuiuſdã Prin-
cipis ex particulari Principis priuilegio.
Et quia tempore priuilegij Monaſterium
habebat animalia pauca, & poſtea ſucceſſi-
uis temporibus in magno numero aucta
fuerunt, an Monaſterio ſuffragaretur priui-
legium. Concluſum fuit negatiue, quia au-
gumentum intelligitur arbitrio boni viri,
vt conceſſio non vergat in aliorum præiu-
dicium, & ſit contrà mentem concedentis;
ita vt ceſſet priuilegium ex veriſimili mẽ-
te concedentis, vt notant omnes per illum
text. in c. ſuggeſtum, de decimis, vbi exemp-
tus à decimis, non iuuatur priuilegio, ſi de-
inde tot prædia acquirat, pro quibus ſi non
27 ſolueret, fieret graue præiudicium Eccleſię,
nam exemptiones tendentes ad noxam ad-
mittendæ, non ſunt vt notat *Card. Florent.*
in Clem. in præſenti, de cenſib. & omne pri-
28 uilegium, quod efficitur iniuſtum, potius
reſtringitur quàm ampliatur, *c. in his, de*
priuileg. c. 1 de reſcript. & vtrobiq; omnes,
cum alijs innumeris cumulatis per *Fran-*
ciſc. Suar. lib. 8. de leg. c. 28. vbi hoc latiſſi-
29 me examinat. Sic etiam quia priuilegium,
quod grauiter incipit lędere concedentem,
reſoluitur, & reducitur ad priſtinos termi-
nos conceſſionis, quia læſio illa euenit præ-
ter ipſius intentionem, à qua rationabiliter
regulatur priuilegium, vt ex dictis cerni-
tur, & poſt *Aretin.* notat *Felyn. in c. nouit.*
30 *de iudic. c. accedente, de præſcript.* vbi quod
non iuuat priuilegium Clericis non ſoluẽ-
di procurationem, ſi adeo poſt conceſſionẽ
multiplicentur Clerici, vt omnem ferè pro-
curationem abſorbeant, quod multis modis
poſt alios proſequitur *Suar. d. lib. 8. c. 27. &*
28. vbi hoc explicat. Sic etiam habens con-
31 ceſſionem immunitatis non ſoluendi ter-
ragium, & ſic de alijs, intelligitur habere
exemptionem pro vſu proprio non autem
cauſa negotiationis, *Bart. conſ. 226. & in l.*
1. C. de nauicular. lib. 11. & alij plures.

32 Hinc menſibus elapſis conſului, quòd dũ
inter duas Parochias facta fuerit conuen-
tio, quod homines certæ familiæ, qui tunc
in dicta parochia habitabant, poſſent acce-
dere ad aliam Parochiam, & tunc temporis
pauci de prædicta familia habitabant in
Parochia prædicta, & poſteà quaſi omnes de
dicta familia inibi habitare cæperunt; adeo
quod ius alterius Parochiæ reddebatur pæ-
nitus inutile; conſului inquam conuentionẽ
reducendam eſſe ad arbitrium boni viri,
attento numero perſonarum eiuſdem fa-
miliæ tempore conuentionis. Et ideo dum
augumentum faceret conuentionem iniu-
ſtam, conuentio potius reſtringitur, quàm
ampliatur, ex iuribus, & rationibus prædi-
33 ctis. Sic etiam, quia promittens alteri co-
quere panem pro ſua familia; ſi familia ad-
modum augeretur, reſcinderetur promiſ-
ſio, quia efficeretur iniuſta, & res notabili-
ter mutaret ſtatum, vt docent omnes; & nõ
ſolùm priuilegium, ſed etiam omnis con-
uentio intelligitur, re in eodem ſtatu per-
manente, vt pluriès tam in primo, quàm in
ſecundo volumine probaui, præcipuè *conſ.*
1. & 37.

34 Quarta concluſio. Hæc ſeruitus dicitur
perſonalis reſpectu eorum, quibus ius pa-
ſcendi competit, & ideò non tranſit contrà
hæredes concedentis, nec contrà ſingula-
rem ſucceſſorem, vt ex *tex. in l. apud Iulia-*
num, §. ſi quis alteri, ff de legat. 1. & alijs
pluribus, probat *Surd. d. deciſ. 236. nu. 8. &*
per totam, & in fine ſic refert deciſum,
quod verum puto, ſi illi hæredes, vel ſingu-
lares ſucceſſores herbas pro ſe haberent,
aliter enim ſi illi talès haberent ius paſcẽ-
di in toto territorio vniuerſitatis, quamuis
territoria tranſeant ad quoſcunq; hæredes,
& ſucceſſores ſingulares, ſemper manet ius
paſcendi, ſecatis ſegetibus, & ita ſemper de
facto, & de iure practicatum vidi, nec vidi
obſeruatum contrarium, nec poteſt ſerua-
ri, præcipuè ſtante communione paſcuorũ
inter duas vniuerſitates, quamuis tantùm
ſit quodammodo ſeruitus realis, quia vnũ
territorium debet alteri ſeruire quò ad ius
paſcendi, &c.

35 Eſt etiam notandum, quod ius paſcendi
eſt ius incorporale, prout eſt ius coquendi
panem in alienis furnis, aut furnos conſtruẽ
di. Et ſucceſſiue in huiuſmodi iuribus in-
corporalibus concurrunt ſimul petitorium,
& poſſeſſorium, nec, vno remedio intenta-
to, intelligitur alteri renunciatum, & ſic in-
tentans petitorium non fatetur, aduerſariũ
eſſe in poſſeſſione. Nec intentans poſſeſſo-
rium fatetur, aduerſarium eſſe Dominum,
ſed intelligitur cumulare vtrunq; remediũ,
vt docet per illum *tex. Ioan Faber in §.*
æquè ſi agat. inſtit. de action. poſt alios *Ioã.*
Vincent. de Anna in alleg. 116. vbi ſic etiã
deciſum refert. Quamuis *Afflict. deciſ. 155.*
& Capyc. deciſ. 209. nu. 14. dicant, hoc pro-
cedere in prima inſtantia, non autem in ſe-
cunda, vel tertia.

SVMMARIVM.

1 *Territorium an poſſit mutari de paſcuis ad ſeminandum in præiudicium illorum quibus competit ius paſcendi.*

2 *Paſcua ſi non ſufficiunt domino prædij quid agendum.*

3 *Intereſt Reipublicæ qui prædia infructuoſa ad fructus reducantur.*

Vni-

4 *Vniuerſitas prætendens habere ius paſcendi in territorio alterius vniuerſitatis lite pendente debet manuteneri in poſſeſſione, & ſic deciſum, quod non procedit in vſu glandium, nec ventume prata, & arbores, nu. 5. & ſic deciſum nu. 6.*

7 Communio *paſcendi animalia inter vniuerſitates facta poteſt eorum conſenſu diſſolui.*

8 *Per interceptionem animalium factam ab vniuerſitate paſcentium in ſuo territorio cenſetur receſſum à comunione inter vniuerſitates facta, & ita iudicatum.*

9 *Vniuerſitas poteſt reſtringere vſum ſuorũ paſcuorum, & facere defenſas cum conſenſu ſuorum ciuium in præiudicium habentium comunitatem.*

10 *Pœna adiecta in banno emanato per barones ne paſcua ſumantur in certis locis debet iuxta damnum tantum exequi, & ſic deciſum.*

11 *Vniuerſitas poteſt ſtatuere ne animalia clericorum accedat ad ſua territoria niſi ſoluta certa mercede quod procedit etiã quando eſſet ſolita herbagia vendere, num. 12.*

13 *Vniuerſitas an poſſit paſcua vendere pro ſubueniendis ſuis neceſſitatibus.*

14 *Maior pars non poteſt minori præiudicare in his, quæ competunt ſingulis, vt ſinguli quod limitatur ſtante neceſſitate vrgentiſſima, nu. 15.*

QVAEST. X.

1 DEcimo quæro, An territorium mutari poſſit de paſcuis ad ſeminandum in præiudicium illorum, quibus competit ius paſcendi? Reſpondeo affirmatiue, quia ius paſcendi illis competit, quatenus territoria ad talem vſum reperiuntur, & quatenus ſunt in tali ſtatu, vt herbas producant ad paſcendum: non autem impediuntur Domini territoriorum, quin illa territoria poſſint ad culturam redigere, & ad alium vſũ transmutare, ita ex *text. in c. cùm in tua, de decim.* lat. ſſi ne *Surd. deciſ. 236. præcipue nu. 13. & ſeqq. poſt ipſum, & Couarr. Mar. Muta ad Conſuet. Panborm. cap. 32. nu. 41.* & vltrà cumulatos ab eo, idem probat *Grauett. conſ. 292. nu. 4.* quem ſequitur *Tepat. in tit. de paſcuis, fol. 303. col. 2. §. licet ius paſcendi.*

2 Confirmatur hoc ex dictis *quæſt. præced. in concl. 3.* Si enim paſcua non ſufficiunt Domino prædij, poteſt eos, qui habent ius paſcendi, excludere, & dicere illis. *Ite potius ad vendentes, & emite vobis, ne fortè non ſufficiat nobis, & vobis,* iuxtà illud Domini, *Matth. cap. 5.* Tantò magis eos excludere poteſt, dum ad culturam prædia iã reducit, quia maiorem ſibi, ac etiam Rei-
3 publicæ commoditatem affert, dum prædia infructuoſa ad fructus reducit, & fertilia, vt poſt *Couarr.* probat *Tuſch. in verb. paſcua, concl. 111. nu. 7.* & alij plures.

4 Si tamen aliqua vniuerſitas prætendat habere ius paſcendi in territorio alterius vniuerſitatis iure communioris, quia aquã, & herbam communem habent: tunc lite pendente debet vniuerſitas manuteneri in poſſeſſione paſcendi, & c. citrà præiudicium iurium partium tam in petitorio, quàm in poſſeſſorio ordinario, & ita fuiſſe deciſum in Sacro Conſilio affirmat *Capyc. dec. 189.* probat etiam de Ponte *conſ. 79. nu. 26. vol. 1. Maxilla, Menoch.* & alij, quos ſequitur *Maſtrill. deciſ. 114. nu. 5. Caſtillo deciſ. ſicul. 12. nu. 46.* de quibus meminit *Ioan. Bapt. de Thoro, verb. poſſeſſio*, an ſit manutenenda lite pendente, *& in verb.* poſſeſſio lite pẽdente, vbi alios citat, & optime notat, quia in hoc iudicio non poteſt practicari poſſeſſorium reintegrandæ lite pendente, ex doctrina quam probat *Anna alleg. 84.* vbi ſic refert deciſum.

5 Non tamen communio procedit in vſu glãdium ſpicarum, nec etiam ventume prata, nec arbores fructiferæ, *l. ſylua in fin. iuncta l. ſeq. ff. de verb. ſignif. vbi gloſſ. Lucas de Penna in l. 2. nu. 8. verſ. paſcuis, C. de paſc. pub. lib. 11. Afflict. in conſt. Regn.* cum per partes *Apuleæ, nu. 16.* & de glande, & ſpica probant *Caſſan. in conſuet. Burg. rub. 13. §. 1. nu. 4. verſ. ſed quia. Pariſ. de Puteo de reinteg. feud. cap. incip. reperitur conceſſio, nu. 20. fol. mihi 157.* poſt alios *Rouit. in d. rub.*
6 *de paſcuis, nu. 14. & ſeqq.* vbi ſic etiam pluries deciſum refert, prout pluries ego etiã vidi deciſum, & eſt communis praxis inter vniuerſitates habentes communionem prædictam.

7 Eſt etiam notandum, quod talis communio poteſt voluntarie diſſolui inter prædictas vniuerſitates, quia vt dixi pluries *tit. præced.* Nemo cogitur ſtare in communione: Et ideo ſola voluntate vtriuſq; vniuerſitatis diſſoluitur huiuſmodi communio, etiam tempore immemorabili continuata, quod audiui practicatum inter plures vniuerſitates, & ex *tex. in l. Imperatores ff. de ſeruit. ruſtic. præd.* & alijs, probant *Capolla in tit. de ſeruit. ruſt. paſcen. num. 38. & 39. Corn. conſ. 48 vol. 3. Auenman.* & alijs, quos ſequitur *Rouit. loco citato, n. 18.*
8 Immo cum eſſem in ſecundo plus obtinui in Regia Cameræ Summariæ per decretum Regentis Camilli de Curte, tunc Præſidis eiuſdem Regiæ Cameræ, vt in proceſſu exiſtente in Banca Ioannis Mariæ Brancati, inter Ciuitatem Canuſij, & vniuerſitatem

tem Terræ Baroli, tunc habentes talem cõmunionem: quod dum Ciues Terræ Baroli intercepiſſent animalia Ciuitatis Canuſij, paſcentia in territorio Terræ Baroli, quod per illam interceptionem, receſſerunt à cõmunione prædicta, & fuit ordinatum, non licere amplius vniuerſitati, & ciuibus Terræ Baroli mittere animalia ad paſcua ſumendum in territorio dictæ Ciuitatis Canuſij, cui liceret intercipere animalia Terræ Baroli, & ab illis, ſeù eorum Dominis exigere pœnam diffidæ. Ratio eſt, quia prima interceptio Baroli erat actus contrarius communioni, & per actum contrarium cẽſetur receſſum à dicto iure paſcendi, & omni alio iure, quod prius habebat ante dictũ actum, vt eſt deciſio *Innocentij in cap: ſuper hoc, de renunc: Bald: omnino videndus in l: ſi ſtillicidij ff: quemadm ſeruit: amitt:* vbi hoc notat per illum textum. *Abb: in c: ex tranſmiſſa, nu: 8: de renunc:* & alij; & hoc pluribus probari poſſet rationibus, ſed ſunt rationes generales, quæ ſpectãt ad materiam renunciationis, ideo ex ibidem cumulatis hoc probari magis poteſt.

9 Sic etiam poſſet vniuerſitas reſtringere vſum ſuorum paſcuorum, & facere aliquas defenſas cùm conſenſu ſuorum Ciuium, & etiam in præiudicium habentium communitatem paſcendi, quia concernit hoc maiorem ipſorum commoditatem, quæ ei nõ eſt prohibita ex dicta communione, vt poſt *Anendan: par: 1: de exequen: mandat: Principis: c: 13: conſl: 9: nu: 10: & Mexiam,* notat *Rouit: in d: rubr: nu: 19:* An autem id facere poſſit in præiudicium ſuorum Ciuium, dicemus infra.

10 Si tamen Baro, vel alius legitimus ſuperior per banna prohibuiſſet, ne animalia paſcua ſumerent in aliquibus locis ſub certa determinata pœna pro quantitate damni illati, vel in plus: non debetur pœna niſi pro quantitate damni illati, quamuis cuſtodes animalium eſſent in culpa; quia noluerunt cuſtodire animalia, ne damnum darẽt, vt latiſſime fundat *Lanarius conſ: 98: vbi num: 14:* ſic refert deciſum in Sacro Conſilio: Et in hoc caſu ſemper damnum debet prius ſolui quàm pœna, & ſic fuiſſe deciſũ in Sacro Conſilio affirmat *Anna ſing: 1391* & bis aliàs fuit ita etiam deciſum, vt refert *Io: Franc: Capiblanc: in prag: 8: nu: 178: & 181: in tit: de Baronib:* de quibus poſt *Rouitium* meminit *Ioan: Bapt: de Thoro in cõpend: deciſ: Neap: in verb: pœna an damnũ, & in verb: pœna an exigi debeat,* & dixi aliqua ſupra *par: 11: q: 8: in tit: in quib. caſib: habeat prop: autor: pignor:*

Eſt tamen diſputatio, An vniuerſitas poſſit vendere paſcua territoriorum, & iſta quæſtio non eſt de territorijs proprijs vniuerſitatis, ad quæ nullus accedere ſolet, niſi ſoluta certa mercede; quia tunc ſumus in claris, quod hoc ſit in vniuerſitatis arbitrio,
11 cùm ad illa territoria nec etiam accedere poſſint animalia clericorum, niſi ſoluant ſolitam mercedem, quia quod ſeruatur in omnibus ciuibus locum etiam habet reſpectu clericorum, vt ex pluribus probat *Abb. conſ. 6. in 1. caſ. vol 1. Iaſ. in l. placet, nu. 19. C. de ſacroſanct. Eccleſ.* & alij plures, quos ſequitur *Maſtrill. deciſ. 49. de Frãch.*
12 *deciſ. 197. Surd. conſ. 59. & 65.* Quod procedit etiam quando vniuerſitas eſſet ſolita vendere herbagia prædicta, vt eſt vſus ſpicarum, glandium, defenſarum, & ſic de alijs; quia nec etiam Baro tunc poſſet contradicere, vt latius fundat de *Franch. d. deciſ. 197. Surd. d conſ 59. Tepat. vbi ſuprà, fo. 309. col. 2. §. paſcua, Borrell. de Ponte,* & alij penes *Ioan. Bapt. de Thoro in compend. deciſ. Neapol. in verb. Baro tanquam primus ciuis.*

13 Quæſtio igitur eſt, quando vniuerſitas non ſoleret paſcua vendere, ſed id nunc facere inciperet pro ſubueniendis ſuis neceſſitatibus. In hoc caſu plures affirmant, non licere vniuerſitatibus paſcua vendere, niſi omnes, & ſinguli Ciues conſentiant, vt latiſſimè proſequitur *Surd. d. conſ. 59. nu. 17. & conſ. 65. toto, præcipuè nu. 17. & ſeqq.* & conferunt latè diſcuſſa per *Præſidem de Franch. d. deciſ. 197 nu. 12.* latè *Camill. Borrell. conſ. 9 vol 1.* & alij. Ratio ipſorum eſt, quia ius paſcendi competit ciuibus ſingulis vt ſingulis nempè, ob ſingulorum vtilitatem, cùm ſinguli ius habeant ſumendi paſcua prædicta cum eorum animalibus; *l. 1. C. de paſc. public lib. 10. l. cum ſatis, §. caueant, C de agricol. & cenſit. lib. 11. Bart. Ripa Bertrand.* & alij, quos ſequuntur *Capyc. deciſ. 152 de Franch. d. deciſ. 197. Surd. d conſ. 65. num. 4. & ſeqq. Fabius Turretta conſ. 66. vol. 2. Marius Antonin. Macera-*
14 *tenſ. lib. 3. variar. reſolut. cap 42.* Et ſucceſſiue in his, quæ competunt ſingulis vt ſingulis, non poteſt maior pars minori præiudicare etiam quia ſemper in re communi præferuntur illi, qui ipſa re communi vtuntur ad vſum deſtinatum, etiam alijs ſocijs contradicentibus, *§ in commune, Inſtit. de rer. diuiſ.* cum alijs cumulatis per *Surd.* locis citatis.

15 Benè tamen verum eſt, quod vſu receptum eſt, quod dum re vera vrgeret maxima populi neceſſitas, quæ aliundè non ita cõmode ſubleuari poſſet, tunc maior pars poteſt præiudicari minori etiam in paſcuis, ad minus attenta æquitate, quamuis non procedere de rigore iuris, probat de *Ponte in tract. de poteſt. Proreg. tit. 10. de diuerſ. prouiſ. in rub. de alienat. fier. ſolit. bonor.*

vn

Digitized by Google

vniuerſit. num. 4. & ſeqq. fol. 480. cum ſeqq. Petr. in addit. ad Capyc. d. deciſ. 152. lit. B. nec videtur diſſentire *Vincent. de Franch. d. deciſ. 197. nu. 21.* quamuis dicat, hoc eſſe dubium ob rationes cumulatas. An autem procedat quò ad animalia clericorum, dicemus q. 12.

SVMMARIVM.

1 *Vaxalli ſeu ciues habent ius paſcendi. In territorijs appatronatis iure proprio vti ciues non tamen ratione ſeruitutis, quod procedit etiam in terris demanialibus baronis nu. 2. & ratio affertur, nu. 3.*

4 *Baro vti primus ciuis habet ius paſcendi in territorijs etiam demanialibus nec proinde poterit talem vſum alteri vendere cedere, & locare, nu. 5.*

6 *Baro an habeat ius paſcendi in territorijs appronatis ſecatis tamen ſegetibus, & recollectis fructibus.*

7 *Conceſſio Caſtri cum territorio ſuo licet veniat iuriſdictio adhuc veniunt nemora paſcua, & molendina.*

8 *Euictio non debetur quando ex natura rei ſuccedit caſus, & ratio affertur, nu. 9. & reſoluitur quaeſtio, nu 16.*

10 *Euictio an veniat quando emptor de negotio eſſet ignarus aut quando ipſa fuiſſet promiſſa ſuſpectum etiam ſi ſequatur ex natura rei & ratio affertur, num. 11. & reſoluitur altercatio ob ius paſcendi quod habent ciues in territorijs etiam demanialibus baronum ratione dominij, vt teneatur ei quando minoris feudum, aut territorium emiſſet, nu. 12.*

11 *Venditor per venditionem feudi nemorum ſolum intelligitur vendere ius, quod habet, & ſine praeiudicio iurium vaxallorum quod procedit etiam ſi Rex vendidiſſet aut conceſſiſſet, nu. 14: adhuc baro non poteſt prohibere ciues ne paſcua ſumant cum eorum animalibus, ex quo venditio facta praeſumitur ſaluo vſu paſcui vaxallorum, num: 15.*

QVAEST. XI.

VNdecimò quaero. Si Baro vendat aliquam ex ſuis Terris Petro cũ territorijs, boſchis, siuè nemoribus, &c. & promittat euictionẽ generalem, videlicet, Terram illam cum omnibus corporibus illius, & eorum ſingula, eſſe francam, siue liberam, ac libera ab omni onere ſeruitutis, nemini vendita, &c. An dum vaſſalli dictae Terrae habent ius paſcendi, ac lignandi in dictis territorijs, & nemoribus, ſit ſpecies ſeruitutis, pro qua Baro tenetur Petro de euictione? Quaeſtio haec dependet ab alia, an vaſſallis competat ius paſcendi in territorijs, & nemoribus Baronum ratione ſeruitutis, an verò ratione vaſſallagij, quia vti Ciues ex natura rei, & iure proprio tale ius habent, quoniam ſi eſt hoc vltimum, non debetur euictio.

1 Sit igitur prima concluſio vaſſalli, ſiue ciues habent ius paſcendi in territorijs etiã appatronatis, iure proprio, & tanquam ciues, non autem ratione ſeruitutis. Concluſio haec eſt certa apud omnes, & probatur ex *tex. in l. in tantum, §. vniuerſitatis, ff. de rer. diuiſ. in l. omnes, C. de operib. public.* cũ alijs cumulatis per *Couarr. in lib. pract. qu. c. 37 nu. 1 & per P. D. Ioan. Franc. de Ponte in tract. de poteſt. Proreg. in tit. de elect. official. § ſecundo de Franch. deciſ. 197. nu. 20.* vt alios omittam, quia iura ſunt clara, quod paſcua ad vniuerſitatem, ſpectant potius quã ad Baronem, quamuis Baro de cõſuetudine, & ex forma inueſtiturae in hoc Regno habeat nunc ius fid. ndi, vt dixi *ſupra q. 9 nu.*

2 Ampliatur primò concluſio, quod procedat etiam in Terris demanialibus Baronum, vt non poſſit Baro prohibere vaſſallis paſcua ſumere in dictis territorijs, quatenus paſcua concernunt vſum proprium animalium ciuium, illius loci, ad *tex. in l. vsli aqua. C. de aquaeduct. lib. 11. vbi Lucas de Penna*, & ita fuiſſe deciſum per Sacrum Conſilium poſt Fretiam refert idem *ãter. de Ponte d. §. 2. nu. 2. & 3.*

3 Ratio eſt manifeſta, quoniam aliàs illa territoria non eſſent demanialia, ſed defenſae; vndè dum non ſunt defenſae, conſtitutae Regis authoritate, non poteſt Baro defenſas facere, vt in conſtit. *Regni iuriſgentium, vbi Afflict. & poſt gloſſ. idem Afflict. in conſt. cum vniuerſis, nu. 10.* & ſucceſſiue nec paſcua prohibere.

4 Ampliatur ſecundò per contrariũ, quod etiam Baro tanquam vnus ex ciuibus loci, immò vti primus Ciuis habet ius paſcendi in dictis territorijs, etiam ſi eſſent demanialia vniuerſitatis, ità poſt *Bart. in l. 1. ff. ad municip. & Bald. in l. obſeruare, §. proficiſci, ff. de off. proconſul. & legat.* notat *de Ponte d. §: 2: nu: 4: & dixi ſuprà q:*

5 :Non tamen poteſt Baro hunc vſum alteri vendere, cedere vel locare, vt probat optimis medijs poſt alios *Vincent: de Franch: d: deciſ: 197: & de Ponte d: §: 2: num: 6: cum ſeqq.* ad quos mitto lectorem, nam alios plures citant:

6 Tertiò ampliatur concluſio, vt etiam habeat locum in territorijs app[…]natis ſecatis tamen ſegetibus, & recollect[…]s fructibus, latiſſime *Couarr: d: cap: 37: Fretia de ſubfeudis authorit: 46: de Franch: d: deciſ: 197 & 301: de Ponte d: §: 2: num: 5: & dixi*

ſupra

ſupra. Et hoc iure vtimur in hoc Regno, &
ſic pluriès vidi deciſum, dummodò terri-
toria illa non ſint murata, & in formam
Iardeni conſtructa, vel perfoſſata; hæc enim
vulgò vocari ſolent, *Vacantale*, & in illis
non licet alieni paſcua ſumere, niſi de li-
centia Domini illorum territoriorum; ſunt
enim ad inſtar Prati.

7 Vidi etiam dubitatum de hoc, nam ne-
mora paſcua, & molendina dicuntur eſſe
Baronum, non autem vniuerſitatum, & ſic
conceſſo Caſtro, cum territorio ſuo, ſicut
venit iuriſdictio, ita etiam veniunt prædi-
cta, *Bald. in c. 1. de capitan. qui curiam ven-
did. Corn. conſ. 321. verſ. deueniendum mo-
dò eſt, vſq; in fin vol. 4 Bertrand. conſ. 279.
erga fin vol. 1. Bart. in l. 1. C. de mancip. &
in quo loco, verſ. & ſic vides, Soccin. conſ.
216. in 3. concl. vol. 1. & alij*. Verùm hoc in
dubio procedit, & locum habet quòad pro-
prietatem, non autem quòad vſum Ciuiũ,
de quo nunc agimus, & poſſunt etiam vni-
uerſitates habere dominium talium rerũ,
vt multotiès vidi.

8 Secunda concluſio. Euictio non debe-
tur, quando ex natura rei ſuccedit caſus,
*gloſ. fin. & notab in l. ſi familia, C famil. er-
ciſc. & in feud.* poſt alios *D Ioan. Franc. de
Ponte in tract. de poteſt. proreg. in tit. de
regal. impoſit. §. 7 num. 19 fol. 212.* & vltrà
cumulatos per ipſum in alijs rebus, latè
*Roland conſ. 51 nu. 9. vol. 4. Surd. conſ. 67.
nu 53. vol. 1. Peregrin de fideicom. art. 52.
nu. 58. cum plurib. ſeqq.* vbi hanc gloſſam
examinat, & plures alij: nam omnes eam
ſequuntur, vt ſic deciſum Siciliæ refert
Maſtrill. deciſ. 61. de Maſtrillo ſolo meminit
9 *Ricc. par. 1. c. 28.* Ratio eſt, quia dum diſpo-
nitur de re aliqua illa tranſit cum onere
ſuo, ac cum ſua cauſa in poſſeſſorem, *l. ſi cõ-
uenerit, la ſeconda, § ſi fundus, ff de pigno-
rat. action. idem de Ponte vbi ſupra tit. de*
10 *tractis in princ. nu. 17 fol. 231.* Hoc tamen
limitant duobus modis. Primo quando
emptor de tali negotio eſſet ignarus, ſecũ-
do quando eſſet promiſſa euictio in ſpecie,
etiam ſi ſequatur ex natura rei, *gloſſ. fin. in
d. l ſi familia*, vbi omnes latiſſimè *Peregri.
loco citato Surd. deciſ. 243. num. 4.* vbi alios
11 cumulat, *& conſ. 70. nu. 17.* Et non deficit
ratio congrua, quoniam emptor, ſciens na-
turam rei, poteſt ſibi prouidere ex pacto
ſpeciali in caſum euictionis; perueniẽtis
etiam ex natura rei, quia pacto receditur à
regulis iuris communis, vt ſunt iura vulga-
ra, & in particulari de hac euictione pro-
bat *Caballin in tract. de euictionib §. 5. nu.
35.* & poſt *Decium*, & alios *Burſat. conſ.
160. nu. 42.*

12 Ex his patet reſolutio quæſtionis, cùm
enim ciues habeant ius paſcendi in terri-
torijs etiam demanialibus Baronum ratio-
ne dominij, & ſic iure proprio, & ex natu
ra rei illis hoc competat, & ſic ius quoddã
intrinſecum, debitum eis in dictis territo-
rijs: vtiq; non poteſt cõqueri emptor, quod
tale territorium debeat ſeruitutem, ſeù ius
paſcendi vaxallis: & ſic venditor teneatur
ei quanto minoris feudum illud, ac terri-
toria emiſſet, iuxtà ternos textus, vbi *gloſſ.
in verb ſi tacita, in l. penult. ff. de euictioni
bus*, quoniam eſt ius intrinſecum, & natura
rei annexum territorijs, & neceſſario cõ-
petens vaxallis, nec venditor in ſpecie ca-
uit de euictione, &c. vndè nullo modo de-
betur euictio.

13 Confirmantur prædicta, quia venditor
per illam vẽditionem feudi, nemorum, &c.
ſolùm intelligitur vendere ius quod habet,
& ſine præiudicio iurium vaxallorum, *ex
reg. text in l. traditio ff. de acquir. rer. dom:*
cum vulgatis alijs: Quod procedit etiam ſi
Rex fuiſſet, qui vendidiſſet, vel aliter con-
14 ceſſiſſet, quia conceſſio facta ſemper præ-
ſumitur ſine vaxallorum, & ſubditorum in-
iuria, *Andr: in c: 1: nu: 5: de vaxall: decre-
pit: atat: de Ponte d: tit: de tractis in princ:
num: 16: & ſeqq:* Et in ſpecie quando Rex
16 vendidit, vel aliter cõceſſit terram alieni,
non poteſt Baro prohibere Ciues, ne paſcua
ſumant cum eorum animalibus, &c: quia
venditio facta præſumitur ſaluo vſu paſcui
vaxallorum, quod eis competit, vt poſt
Lucam de Penna, Petrum de Antiboli, &
alios probat *Fretia d: auth: 461 num: 841 &
ſeqq:* & ita deciſum refert *Aſflict: in Conſt:
Regn: cùm per partes Apulea, ſub nu: 6: in 3:
notab: in fin:* quem citant *Anna in allega:
48: nu: 48: Ioan: Bapt: de Thoro in compend:
deciſ: Neapol: in verb: poſſeſſio vſus paſcu-
landi:* Igitur idem eſt in omni venditore:

Cõfirmatur ſecundo alia ineuitabili ra-
tione, quia nec implicitè, nec explicite vẽ-
ditor id promiſit, ſed potius cauit contra-
rium, ergo ad nihilum tenetur: Quod ex-
plicite non promiſit, hoc ſupponimus ex
facto, quia non fuit conuentum inter par-
tes: Quod nec explicite, probatur, quia non
vendidit territoria, nec nemora tanquam
defenſas, ſed vti nemora, & territoria: Igi-
tur cum ſuis oneribus: Igitur cum illo iu-
re, quod ex natura rei, & ratione dominij
habent vaxalli, nempe, cum iure paſcendi,
vt dictum eſt, & hæc mihi videtur pura ve-
ritas:

16 Nec obſtat, quod in inſtrumentis vendi-
tionis promitti ſoleat euictio generalis
etiam pro ſingulis corporibus, præuia aſ-
ſertione, quod corpora vendita ſunt franca,
libera, &c. quo caſu debetur euictio, etiam
ſi vnum corpus bonorum euincatur, ac ſi in
ſpecie illud corpus per vnum inſtrumentũ

fuiſſet venditum *l. cum plures, ff de euictio.* & videtur, quod debita ſit euictio, etiam ſi ſequatur ex natura rei, vt videtur poſt alios affirmare *Hieronym. de Laurentijs in deciſ. Auenionenſ. deciſ.* 133. *nu.* 9. & plures alij relati per *Surd. d. deciſ* 243. *nu.* 4. *& d. conſ.* 70. *nu.* 17. ſiquidem reſpondeo, verum eſſe, deberi euictionem de ſingulis corporibus. ſi tamen promiſſa ſit in ſpecie, etiam ſi ſequatur ex natura rei, quoniam nunquam in generali promiſſione, venditione, ſermone, &c. veniunt ea, quæ ſpecificam requitũt expreſſionem, & quæ in ſpecie quis non ſolet concedere, & ſic de alijs, vt ſuperius pluries explicatum fuit in *reg. text. in c. ſi in generali, ſi de feud. defunct. milit. fuer. controuerſ.* cum vulgatis alijs; & in ſpecie ſcripſerunt *gloſ. in d. l. ſi familia*, cum alijs cumulatis per *D. de Ponte, vbi ſupra*, & ita tenent *Oddoffred. Cyn. Bart.* & alij plures antiqui, & Moderni, quos probat *Surd. d. conſ* 70. *nu.* 17. nam omnes loquuntur, quãdo in ſpecie promittitur talia euictio, nec aliter loqui poſſunt.

Secundò quoniam in hoc caſu non euincitur aliquod corpus, ſed ſolùm vaxalli habent tale ius paſcendi, & lignandi, quod eis competit ratione dominij, vt dictum eſt, nec venditor dedit nemora vti defenſas, ſed vti nemora, & ſic talia qualia ipſe habebat, & ſucceſſiuè cum onere ſolito ſuditorum ſumendi paſcua in eiſdem territorijs. Additur quia ſemper in venditionibus apponitur clauſula hæc, *v3. franca, & c. excepto & reſeruato à dicto feudali ſeruitio, ſiue adhoa dicta Regia Curia, vt ſupra debitis, & alijs etiam exemptis, quæ debentur ex natura feudi, maioris dominij ratione*; quia includuntur paſcua, vt dictum eſt, & ſic ad paſcua non poteſt extendi euictio promiſſa; & hæc mihi videtur veritas.



DE

DE CONTRAHĒDA EMPTIONE, ET DE ARRHIS DANDIS.

PART. XVIIII.

NON SVMATVR, QVIA BREVIS.

CONSVET. VNIC.

VEnditionis contractus ſuper bonis ſtabilibus eſt nullus ipſo iure, niſi arra data fuerit ab emptore, vel rei venditæ poſſeſſio tradita, etiam ſi ſtipulatio interuenerit.

DE RIPA, VEL EFRICO.

Ripa terrarum confinium pertinet ad locum ſuperiorem, & idem eſt de Efrico, niſi ex termino finali, vel publico inſtrumento conſtet contrarium; ſed Dominus inferioris loci poteſt arare propè ripam, quantum cum bobus iunctis appropinquare poteſt.

SI duorum terræ ſint confines, quarum vna eſt in eminentiori loco, alia in inferiori, ſiuè in loco depreſſo, ripa, ſuprà quam eſt terra, quæ in eminentiori loco eſt, licèt ſit immediatè coniuncta terræ inferiori, ſiuè quæ eſt in loco depreſſo, eius eſt, cuius eſt terra in eminentiori loco exiſtens, niſi oſtendatur, ſiuè diſtinguatur, vna terra ab alia per terminos finales, vel per inſtrumentum publicum, per quod dicatur, & declaretur, eſſe eius, qui inferiorem terram, ſiuè terram, quæ eſt in loco depreſſo, habet, & quod ſeruatur in ripa, idem in eo ſecundum vulgarem vſum loquendi Neapolis efricum dicitur, habens tamen terram inferiorem, ſiuè in loco depreſſo, poteſt propè ripam, ſiuè efricum cum bobus iunctis arare terram ſuam, & in tantum, in quantum poteſt cum ipſis bobus iunctis arando terram ſuam poterit appropinquare ad ripam, & efricum.

Hanc vltimam Conſuetudinem ſimul cum materia præcedentis Conſuetudinis explicabimus, quia poteſt etiam contingere talis quæſtio in venditione prædij ruſtici, & ſic non indiget particulari diſcuſſione. Verum ne tanquam bonis proprijs carentes, ab alijs iudicentur innotatæ, aliquas non inutiles, in vtroque foro diſcutiemus quæſtiones, quibus, tanquam de communi patrimonio, congruè dotatæ, vnà cum alijs titulis in lucē prodire valeant.

SVMMARIVM.

1 *Arra quid ſit, & vnde dicatur.*
2 *Arra tribus modis datur.*
3 *Arra quandoq; pro pignore accipitur, quãdoq; quando datur ad confirmationem contractus emptionis, & venditionis, num. 4.*
5 *Arra in ſponſalibus quid denotet.*
6 *Arre proxenetrix, quæ ſint.*

QVAEST. I.

1 VNde dicatur Arrha, & quid ſit? Licèt in iure noſtro plories ſiat mentio de Arrha, vt in *l. quod ſæpè, ff. de contrahend. empt. l. cõtractus § illud, C. de fid. inſtrum.* cum alijs cumulatis in nouo *Lexic. iur. in verb. Arrha*, Nihilominus non conſtat inter Autores, vndè dicatur. Siquidem *Franciſc. Balduin. in tract. de pignor. & hypotec. c. 1. circa fin.* dicit, eſſe vocem hæbraicã, qua vſus eſt *Moyſes Geneſ. 38 verſ. 17.* arrans promiſſi hædi, ... Thamar ... Iudam in premium proſtitutionis ... *Pattar quod vis, ſi dederis mihi arrabonem, donec mittas quod polliceris*: ... voluit pignus ad firmandam promiſſionem hædi ... *Theſaur. linguæ ſanctæ f. 1. 2075.* dicit, eſſe vocem Caldæicam; Alij verò volunt quod ſit vox græca, vt ... *D. Hieronym.* habetur *in Lexic. in verb. Arrha* ſimpliciter, & quod ... dicitur, quia datur ad firmandam aliquam promiſſionẽ, & hæc expoſitio mihi probatur, vt ex dicendis magis patebit.

Eſt igitur arrha pacti ſymbolum, quod datur in ſignum promiſſæ fidei, ſiuè contractus, vt compleatur. Probatur ex text. in *l. fin. ... de ſponſal.* & in alijs iuribus citatis, Et ideò *Plinius lib. 13 cap. ... ſic habet. Argumento eſt conſuetudo vulgi ad ſponſiones, etiam num annulo exiſtente, tractus ab eo tempore, quo non dum erat arrha velocior; & habetur in l. 2 § ſi qui vina, ff. de inſti tor. action.* ... *l. epar. lib. 2. recept. ſentent. tit. de ſponſalib. & arrh. ſponſality.* cum alijs quos cumulat ... *tom. 1. par. 7. q. 9 nu. 4. Rebell. par. 2. de oblig. iuſtit. lib. 6. q. 4. Salas in tract. de empt. & vendit. dub. 66.* Itaq; tribus modis datur arrha. Primò
2 in ſponſalibus, ad firmanda ſponſalia, vt *d. nu. 4* notaui, & quod Hiſpani eam vocant, Sennal per razon de la virginitad, ſeù de caſamiento, vt etiam notat *Rebell. loco citato. Molin. diſp. 338 de contractib.* sic etiã *Syluest. in verb. arrha* & alij. Et de hac acceptione diximus *d. par. 7.*
3 Secundò accipitur pro pignore, dato alicui pro ſecuritate eius crediti, & ita ſumitur in illa acceptione Thamar, quamuis *D. Hieronym.* velit, quod tunc ſit propriè arrabo, vult enim, quod arrabo ſit in mutuo, arrha verò ſit in contractu emptionis, & venditionis ad firmandum ipſum contractum. Sed Iureconſulti confundunt arrham cum arrabone, vt videri poteſt in iuribus citatis. Itaq; cùm *Apoſt. 2. Corinth. 1. & 5. & 1. ad Epheſ.* dicit, Nobis datum eſſe à Deo Spiritum ſanctum in pignus hæreditatis noſtræ; In textu græco eſt vox *arrabo*. Vnde ſenſus eſt, nobis dediſſe Deum Spiritum ſanctum, qui teſtificetur in cordibus noſtris, quod ſumus filij Dei, & hæredes, cohæredes autem Chriſti. Et qui hoc pignus fideliter cuſtodierit declinando à malo, & faciendo bonum iure promiſſionis, ſeu deſponſationis factæ per Deum, obtinebit hæreditatem Regni Cœleſtis, vt habetur ad Roman. 8. ibi omnes expoſitores. Et de hac acceptione diximus ſupra *de pignor. & hypotech.*
4 Demum ſumitur arrha pro eo, quod datur ad confirmationem contractus emptionis, & venditionis, vt in *l. quod ſæpe, ff. de contrahen. emption.* Et hoc modo ſumitur hic, vt habetur in *Rubr. & in nigro huius tit.* Et hanc arrha Hiſpani vocant, Sennal de la compra, vt proſequitur ... Hiſpani citati. Et de hac arrha hic loquimus.
5 Eſt tamen incidenter notandum, quod arrha in ſponſalibus poteſt etiam dari viduæ, & corruptæ ſponſæ, & ideo in dubio præſumuntur datæ in ſignum pudicitiæ amiſſæ, ac ratione nuptiarum ibi; para ton de nueſtro caſamiento; & proindè ſic in dubio datæ præſumuntur, adeo quod regulariter reſtitui non debent, ſi mulier non fuerit Virgo, quamuis ita credebatur, dummodo aliud non appareat expreſſè de voluntate dantis arrhas, vt ex multis probat *Sanchez lib. 6. diſp. 27. nu. 4. & ſeqq. Rebell. d. q. 4 nu. 3 & ſub nu. 17.* qui alios cumulant. Itaq; dicuntur arrhæ ſponſalitiæ,
6 quæ ſponſis ipſis dantur. Dicuntur etiam arrhæ proxeneticæ, quæ proxeneticis dantur ſponſæ deferendæ, & quas ipſi proxenetæ ſponſarum nomine accipiunt à Patre, matre, aut alijs, qui nomine ſponſi fidem ſuã in ea re interponunt, quod matrimonium compleatur, vt latè proſequitur *Connani lib. 8. commentar. cap. 2. & habetur in d. Lexic. in verb. arrha proxenetica, vbi in verb. arrabo.* dicitur, quod arrabo apud antiquos ſignificabatur obſes, qui dabatur pro alterius ſecuritate, ob fidem præſtandam, vt in *l. obſides, ff. de captiu. & poſtlim. reuerſ.* iuxtà illud *Terent. Reliquit filiam adoleſcentulam. Ea relicta, huic arrhaboni eſt pro illo argento.*

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Arra an ſit de ſubſtantia contractus emptionis, & venditionis.*
2 *Emptor an datis arris poterit recedere à contractu emptionis, & venditionis.*
3 *Arrha eſt quid accidentale ad contractum emptionis, & venditionis ſicut pactum de retrouendendo, & pactum legis commiſſoriæ.*
4 *Arra eſt de ſubſtantialibus contractus emptionis, & venditionis ſecundum Conſuet. Neap.*
5 *Arrha dat ſpiritum contractui emptionis, & venditionis.*
6 *Conſuetudo Neap. de empt. & vend. an renuntiationem pati ſit.*
7 *Iuramentum an validet contractum emptionis, & venditionis non obſtante conſuetudine Neap. de arris loquente.*
8 *Conſuetudo Neap. de emp. & vend. an locum habeat data fide de pretio, ſeu data fide, & deciſiones referuntur.*
9 *Conſuetudo Neap. de empt. & vendit. an comprehendat feudalia.*
10 *Conſuetudo Neap. de empt. & vendit. an comprehendat bona mobilia.*
11 *Conſuetudo Neap. de empt. & vend. an procedat in promiſſione de vendendo.*

QVÆST. II.

1 SEcundò quæro, An arrha ſit de de ſubſtantia contractus emptionis, & venditionis? Quæſtio hæc dupliciter agitari poteſt. Primò ſecundum ius commune & ſecundò attenta diſpoſitione noſtræ conſuetudinis. In primo caſu clarum eſt, non eſſe de ſubſtantia contractus, quia ſine illis potuit hic contractus celebrari, *l. quod ſæpè, in princ. ff. de contrahend. empt.* & patet ex dictis *quæſt. præced.* dum arrha datur ad confirmationem contractus, ſiue vt euidentius probetur, inter contrahentes eſſe conuentum de pretio, & celebratum eſſe contractum, vt probant *Napodan. hic nu. 3 Mozius in d. tract. de empt. & vendit. in tit. de accidentalibus emptionis, & venditionis, nu. 10. latè Borgnin. deciſ. 7. nu. 44. par. 2.* & alij.

2 Plus dicunt communiter DD. & habetur in *l. contractus, § illud, C. de fid. inſtrum.* quod etiam datis arrhis, poteſt emptor recedere ab hoc contractu, nec ad aliud tenetur, niſi ad amiſſionem arrharum, & ſi venditorem pœnitet, tenetur duplicare arrhas, at quando contractus eſt perfectus, non eſt licita pœnitentia, & quando licita eſt, tenetur pars pœnitens ſoluere intereſſe, vt dicam infra, & poſt *Angel.* & alios, notat *Mozius loco citato nu. 11. Rebell. d. lib. 9. q. 1. nu. 13. Surd. deciſ. 260. nu. 26.* Non tamen arrhas amittit, ſi culpa alterius contractus non potuit adimpleri, vt latiſſimè probat *Crauett. conſ. 233. Tepat. in hoc tit. §. arrhæ non amittuntur;* aut niſi ex mandat contrarium, vt dicitur eſſe in Hiſpania, vt poſt alios notat *Salas in tract. de empt. & vendit. ſub 66. nu. 1.*

3 Et quoniam clarum eſt, arrhã eſſe quid accidentale ad hunc contractum ſecundum ius commune, prout eſt etiam illud accidentale, quod pretium rei venditæ ſoluatur certo loco, vel certo tempore, niſi tunc interueniat pactum aliud, vt infrà ſuo loco dicetur; ſic etiam accidentale eſt pactum de retrouendendo, pactum legis commiſſoriæ, & quicquid adeſſe, & abeſſe poteſt ab hoc contractu præter ſubſtantialia, de quibus dictum *q. 4.* prout tradunt communiter DD. & poſt aliquos ipſorum *Mozius titulo citato per totum.* Ideò non eſt in hoc immorandum.

4 In ſecundo caſu, attenta, ſemper diſpoſitione noſtrarum conſuetudinum, arrha eſt de ſubſtantialibus huius contractus emptionis, & venditionis, vt verbis expreſſis mandat hæc conſuetudo per hæc verba. *Venditionis contractus ſuper bonis ſtabilibus eſt nullus, & ſic iure, niſi arrha data fuerit ab emptore, vel rei venditæ poſſeſſio tradita, etiam ſi ſtipulatio interuenerit.* vbi *Napod. num. 3. & ſeqq.* & ibi communiter

5 Addentes notant quod arrha dat ſpiritum, & animis contractui, non tam ex natura ipſius (ſic enim eſt illi accidentalis arrha, vt diximus) ſed extrinſecus virtute no-

6 ſtræ conſuetudinis. Hæc tamen conſuetudo non habet locum, quoties illi in ſpecie eſt renunciatum, nam poteſt illi renunciari, & quòd ita ſolet Neap. obſeruari dicit quædam additio hic *fol. 387. in fin.* & vidi plures practicantum Neap. ſunt enim

7 facti huiuſmodi contractus ſinè arrhis. Secundo quoties in contractu appoſitum eſſet iuramentum, quia hoc ſemper ſeruari debet, dum fieri poteſt, ſinè interitu ſalutis æternæ, vulgatis iuribus, & proindè validat hunc contractum, non obſtante hac conſuetudine, *Napodan. hic nu. 5. & 13.*

8 Tertio nec habet locum, data fide de pretio ſiue data fide, non venire aduerſus contractum, vt ex *text. in c. ad aures, vbi gloſſ. in verb. niſi fortè iuramento de ijs, quæ vi, metuſue cauſa fiunt, Speculat. Alex. Angel. & Ioſ.* notat hic quædam additio *fol. 386. incip.* Ad materiam, vbi ſic etiam refert bis Neapoli deciſum, vna vice in ſacro Conſilio, & alia in Magna Curia Vicariæ, & de hac deciſione meminit *Ioan. Bapt. de Thoro in compend. deciſ. Neapol. in verb.*

con

9 *contractus venditionis ſtabilium*. Quarto
in bonis feudalibus, quoniam hæc conſue-
tudines non comprehendunt feudalia, vt
dixi in *1.vol.par.2.q.1.* Nec quinto in bo-
10 nis mobilibus, quia cùm ſit ſtricti iuris, &
contrá ius commune, potius debet reſtrin-
gi ad bona immobilia, de quibus loquitur,
11 quàm ad alios caſus extendi. Sexto ne in
promiſſione de vendendo *Caſtrenſ. in l. bo-
na fidei, ff. de eo, quod cert. loc. Boer. deciſ.*
45. nu. 15. & ita firmatum vidi per Thomã
Salernitanum, & alios doctiſſimos viros.
Inter quos nõ contendẽdę erit authorita-
tis Lelius de Lellis I.C. ac Patritius Thea
tinus, in quodã ſuo ſingulariũ iuris conclu-
ſionũ volumine, quod mihi M. S. oſtendit
D. Donatus de Lellis eius affinis Doctor vl-
tra generis claritatẽ ſũmę doctrinę, inte-
gerrimę vitę, ac in regijs Neapolitanis Tri
bunalibus Aduocatus nemini ſecũdus cu-
ius digniſſimus eſt filius Carolus iuuenis
optimę indolis, ac ob eius ingenij præſtan-
tiam maximę expectationis.

SVMMARIVM.

1 *Emptio quotuplex ſit.*
2 *Aliud eſt emere, & aliud vendere.*
3 *Emptio, & venditio vnicus eſt contractus, & diſpoſita in vno locum habet in alio.*
4 *Emptio, & venditio quid ſit.*
5 *Contractus emptionis, & venditionis fuit inuentus de iure gentium.*
6 *Pecunia inuenta, vt certum habeat valorẽ deſeruiens in contractu emptionis, & venditionis.*
7 *Conſenſus eſt baſis, & fundamentum omnium contractuum.*
8 *Pretium ex parte emptoris, vt ex parte venditoris, & conſenſus ex parte vtriuſq; in contractu emptionis & venditionis.*
9 *Res vendita cum effectu tradi debet, vt traſferatur poſſeſſio.*
10 *Diuiſiones emptionis, & venditionis ſunt plures.*
11 *Contractus conditionalis dicitur ex pacto quod pręſente ſolutione pretij non transferatur dominium.*
12 *Scriptura an ſit neceſſaria ad eſſentiam contractus ſed ad probationem.*
13 *Contractu perfecto ex conuentione partiũ ab eo non eſt licitum recedere quamuis res tradita non ſit.*
14 *Actio exempto quem parit effectum.*
15 *Venditio ad corpus quanam dicatur.*
16 *Contractus præſumitur factus, vt vendito fundo maioris quantitatis emptor teneatur ſupplere iuſtum pretium.*
17 *Menſura debet eſſe iuſta, & in hoc attenditur locus contractus.*
18 *Contractus venditionis non dicitur perfectus antequam fiat menſuratio.*
19 *Emptio alia eſt pro ſe, & hæredibus ſue alia ad vitam ementis tantum quo ſit, vt trãſferatur dominium, & poſſeſſio in emptorem eius vita durante.*

QVAEST. III.

1 Tertio quæro, Quid, & quotuplex
ſit emptio? Plures traduntur de-
finitiones emptionis, & vendi-
tionis, vt eſt videre penes Inſti-
tutiſtas, in *tit. de emption. & vendit.* & pe-
nes *Fabium de Monte q. 3.* ac Petrum Ni-
colaum Mozium in *hoc tit. cap. 1. Mantic.*
de tacit. & ambig. conuent. tit. 1. & 2. ſic etiã
varij fuerunt Theologi in tradenda defini-
tione vtriuſq; ut eſt uidere penes *Rebell.*
par. 2. de obligat. iuſtit. lib. 9. q. 1. num. 3. &
ſeqq. quos lector, uidere poterit. Ego ta-
men, quia ueritatem ſecundum leges inqui-
ro, põnam definitionem legiſtarum, quam
etiam multi Theologi amplectuntur, ut
ex dicendis patebit.
2 Pro dicendis ſuppono primo, quod licet
in hoc contractu diuerſæ perſonæ interue-
niant, quia alius eſt emptor, & alius uendi-
tor: ſic etiam aliud eſt emere, & aliud uen-
dere, *l. 1. §. 1. ff. eod.* Attamen quia utraq;
perſona ad unum contractum perficiendũ,
accedit, nec poteſt eſſe emptio, si ab aliquo
res non uendatur, & econtra: ideo unicus
3 eſt contractus, & diſpoſita in uno locum
etiam habent in alio, ut eſt uidere penes
citatos Authores, ac penes *D. Th. 2. 2. q. 77.*
Alia, quæ hic poſſent ſupponi, melius exa-
minabũtur in definitione dicti contractus
4 Igitur emptio, & uenditio eſt contra-
ctus nominatus, bonæ fidei, iuris gentiũ,
ultro, citroq; obligatorius, qui conſenſu
perficitur, re tamen, & pretio interuenien-
te. Definitio hæc eſt Legiſtarum, ut patet
locis citatis in principio quæſtionis, quam
in effectu etiam Theologi amplectuntur,
ut poſt alios notat *Rebell. d. q. 1. num. 4. &*
ſeqq. Mantic. d. tit. 2. nu. 1. Contractus po-
nitur loco generis, quia tam de nominatis,
quàm de innominatis contractibus prædi-
catur, ut omnes ſciunt, & contractus nomi-
nati plures ſunt, ut in *§. 1. inſtit. quib. mod.*
re contrah. obligat. cum ſeqq. Dicitur *nomi-
natus*, ad differentiam contractuum inno-
minatorum, qui non habent ſpeciale nomẽ
à lege; ſicut habent contractus nominati,
inter quos eſt emptio, & uenditio, *l. iuris
gentium, ff. de pact. l. ex hoc iure, ff. de iuſt.*
& iur. Dicitur *bonæ fidei*, ad differentiam
contractuum, qui ſunt ſtricti iuris, ut nota-
tur in *§. actionum, inſt. de actionib.* ubi *Iaſ.*
Otnotom. & alij. Dicitur *iuris gentium*, ad
differentiam eorum contractuum, quos ius
ciuile inuenit, ſicuti ſunt ſtipulatio, & cõ-
tractus emphyteuticus, quia ex hoc iure
5 gentium fuit inuentus hic contractus, ut in
l. ex hoc iure. ff. de iuſt. & iur. ubi gloſſ.: &
alij,

alij nam poſt factam rerum diuiſionem antequam homines uſum pecuniæ inueniſſent, utebantur permutationibus rerum, ut ſi tu indigebas frumento, & ego uino, & tu uino, & ego frumento abundabamus, tu mihi dabas uinum, & ego tibi dabam tantam frumenti quantitatem, quæ iudicabatur iuſta pro uino mihi tradito: & hoc permutandi genere multis temporibus gẽtes uſæ fuerunt. Attamen quia non ſemper unus egebat rebus, quibus alius abundabat, nec ſemper æqualitas rerum permutandarum occurrebat: iden fuit adinuenta pecunia, quæ certum haberet ualorem, ut ex una parte, nempe, emptoris daretur tanta pecunia, & ex parte uenditoris darentur tot bona, quæ iuſta iudicarentur ſecundũ pretium datum uenditori, ut ſic omnibus contrahentibus legitime eſſet prouiſum, ut in *l. 1. ff. de contrab. empt.* ubi omnes; quamuis hodie pecunia aliam habeat formam illa primæua, *Bart. in d. l. 1 num. 1. Iaſ.* & alij, quos probat *Mantic. d lib. 4. tit. 1. nu. 9.*

Dicitur *vltrò, citròq; obligatorius*, ad differentiam eorum contractuum, qui ex vna tantùm parte obligationem inducunt, qualis eſt contractus ſtipulationis, quæ tãtùm obligat promittentem. Sic etiam commodatum, & mutuum, qui contractus ſolùm recipientem obligant, & ſic de alijs. Sed in hoc caſu venditor obligatur ad traditionem rei, & emptor ad ſolutionem pretij, vt dicam *quæſt ſeq.* Dicitur, *qui conſenſu perficitur*; quia conſenſus eſt baſis, & fũ-
7 damentum omnium contractuum, & præcipuè eorum, qui re contrahuntur, *l. 1. §. adeò ff. de pactis. &* in hoc caſu, vt emptio, & venditio ſit perfecta, ſatis eſt, quòd emptor, & venditor conueniant ad inuicem circa rem, & pretium, cum animo ſe obligandi exterius, v3, venditor ad tradendam rem venditam, & emptor ad ſoluendum pretiũ conuentum, vt docent communiter *DD* &
8 ex dicendis *quæſt. ſeq. patebit*. Et ideò neceſſarium eſt pretium ex parte emptoris, & res ex parte venditoris, & conſenſus ex parte vtriuſq. *§ pretium. inſt. eod.* & notant omnes *DD.* citati in principio huius quæſtionis. Et quòd res vendita cum effectu tradatur, & transferatur poſſeſſio in emptorem, *l. traditionibus, C. de pactis,* quod etiam procedit, quando fit retrouenditio virtute pacti de retrouendendo, vt poſt alios firmat noſter de *Ponte conſ. 34. num. 13. cum ſeqq vol. 2.*

10 Emptionis, & venditionis multiplices ſunt diuiſiones: Nam alia dicitur pura, & alia conditionalis; alia vera, alia ficta; alia iuſta alia iniuſta; altera cum ſcriptura, altera ſine ſcriptura, alia dicitur ad corpus, & alia ad menſura, vt ex dicendis patebit.

Pura eſt, quando ſimpliciter res venditur, & pretium ſoluitur ſinè aliqua conditione.
11 Conditionalis eſt, ſi cum aliqua conditione fiat venditio, dummodo conditio ſit circa accidentalia, *l. inuendentis, C. de contrahend. empt. §. emptio. inſtit. de empt. & vend.* & alij paſſim. ſic etiam ſi fiat pactum, quod pendente ſolutione pretij non transferatur dominium rei venditæ in emptorem, dicitur contractus cõditionalis, & interim dominium remanet penès venditorem, & ſic eſt contractus locationis, *l cum manu ſata, ff eod. Abb. conſ. 66. Afflict. deciſ. 238. Surd. deciſ. 305. nu. 39. & ſeqq.* & alij plures. Vera dicitur, quando nulla fraus, ac nulla ſimulatio interuenit; ſimulata vero eſt econtra, & hæc nullum habet effectum, & de modis probandi ſimulationem latiſſimè *Maſcar. de probat. concl. 439. cum decem ſeqq.* & alij. Iuſta dicitur, quando nullam deceptionem, ac nullam fraudem, & iniuſtitiam continet; Iniuſta vero eſt econtrario, *l. 2. C. de reſtin. vendit.* vbi omnes, prout dicetur aliquã infra *q. 6. &* 18. Cum ſcriptura dicitur, quotiès partes conueniunt expreſsè, quod aliter non valeat hic contractus, niſi celebretur ſcriptura; ſinè ſcriptura eſt, quando fit
12 contractus ſimpliciter, quia ad eſſentiam contractus non eſt neceſſaria ſcriptura, ſed ad eius probationem, *l. contrahitur. ff. de pignor. l. contractus, C. de fide inſtrum.* cum vulgatis alijs hoc enim omnes ſciunt, quia dum facta eſt conuentio de pretio certo, & pro illo vendita eſt aliqua res, & adeſt conſenſus vtriuſq; contrahentis, iam contractus eſt perfectus, nec licitum eſt contrahẽ-
13 tibus ſe pœnitere, & à contractu recedere, quamuis res vendita tradita non ſit, nec pretium conuentum fuerit ſolutum vendi-
14 tori, *l. ſicut, C. de action. & obligation.* quia ex empto oritur actio, qua cogitur emptor pretium conuentum ſoluere venditori, & ex vendito oritur actio, qua cogitur venditor præcisè ad tradendam rem venditam, ſi ad id facultatem habeat, vel cogitur ſoluere emptori id, quod ſua intereſt, *gloſſ Bart. & Caſtrenſ. in l. 1. ff. de action. empt. Alex.* & alij, quos probat *Couarr. lib. 2 var. reſolut. cap. 19. Rebuff. d lib. 9 q. 1. num. 8.* & alij communiter, quidquid dixerit *Facchin. lib. 2. controuerſ. iur. cap. 30.* probant etiam noſtram ſententiam poſt alios *Tuſch. in ſuis concluſ liter. B. concl. 124. & liter V. concl. 44. & ſeqq.* vbi examinat etiam, quando emptionis, & venditionis cõtractus ſit perfectus, ſic etiam *Menoch. conſ 838. nu. 5. & conſ 866. nu. 2. vol. 9. Mozz. de empt. & vendit. in tit. de ſubſtantialibus huius contractus, num. 6. & in tit. de naturalibus huius contractus nu. 25 & ſeqq.*
15 Poſtremo venditio ad corpus dicitur, quan-

quando contrahentes eorum mentis conceptum incipiunt explicare à corpore rei venditæ, vt ſi menſura ponatur poſt rei venditæ expreſſionem; venditio vero ad menſuram dicitur econtra. Exemplum primi modi eſt; vendo tibi fundum meum, qui eſt Panhormi iuxtà prædium Petri ex vna parte, &c. modiorum, ſeu ſalmatarum centum pro precio vnciarum decem mille, &c. Exemplum ſecundi modi eſt, vendo tibi centum modios, ſeù ſalmatas fundi mei, quem habeo hic Panhormi iuxtà prædium Petri, &c. ita ex *Oldrad. conſ 197. Couarr. lib. vnic. pract. quæſt. cap. 3.* & alijs pluribus, probat *Surd. deciſ. 64. & 257. & conſ. 366. toto, lib. 3. Mantic. d. lib. 4. tit. 17. præcipuè nu. 11. cum ſeqq.* Verum tamen eſt,
18 quod ſi fundus ſit maioris quantitatis, & menſuræ, quàm venditus fuerit; nec taxatiuè venditæ ſunt tot ſalmæ, vel modij, & nõ amplius, tunc cogitur emptor ſupplere pretium iuſtum ad eandem rationem, pro qua emit alios modios, quia ſic ven'tex iuris diſpoſitione ſancitum, & ſic præſumuntur contrahentes feciſſe hunc contractum, *l. qui fundum, § qui agrum, ff. de contrahend. empt. Salyc. Paul. de Caſtr. Iaſ. Felyn. Couarr.* & alij, quos probat *Surd. d. deciſ. 257. quidquid dixerit Mantic. d. tit. 17. nu. 18. ſi enim ipſemet num. 19. § prior autem ſententia.* affirmat, veriorem eſſe ſententiam, vt venditor teneatur ſupplere numerum Iugerum modiorum, vel, vt ſiculi dicunt, ſalmatarum, ſi minor reperiatur, quám fuerit facta venditio, vel minuere de iuſto pretio, cur debet negare, quod teneatur emptor ſupplere iuſtum pretiũ, ſi maior reperiatur numerus Iugerum, ac ſalmatarum? Itaq; eſt opinio improbabilis, & magis vera eſt, & æqua opinio, quam tuemur, vt ſeruetur æqualitas, & iuſtitia in cõtractibus, & ita deciſum refert *Petr. de Bonintend. in deciſ. Rot. Bonon. deciſ. 30.*, conferens diſcuſſa per *Surd. deciſ. 64.* de quibus ad hoc propoſitum meminit *Riccius cap. 111. ſuæ collectan.*

17 Illud in hoc eſt notandum, quod menſura debeat eſſe iuſta, quia ita præſumitur conuentum inter partes, vt menſuris iuſtis, quæ de conſuetudine adhiberi ſolent ab alijs in menſuratione ſimilium rerum menſurentur bona vendita, & in hoc attenditur locus contractus, *c. ex parte, vbi gloſſ. in verb. paruiſſimam, extrà de cenſib. Ioan. Oinotom. in § fin. nu. 17. inſtit. de empt. & vendit.* & qui falſis menſuris vtitur, vel pena falſi, vel Iudicis arbitrio punitur, prout qualitas rei, & perſonæ expoſcit, latè *Menoch. lib. 2. de arbitr. iudic. caſu 317.* faciunt dicta per *Maſcard. tom. 2. de probat. concl. 1046.*

18 Eſt tamen notandum, quod contractus venditionis non dicitur perfectus antequã fiat menſuratio, & ideo emptor non tenetur ad ſolutionem cenſuum præteritorum, niſi facta fuerit talis menſuratio, quia interim non eſt perfectus contractus, nec in eum fuit translatum dominium rei emptæ, vt ex multis probat *Copyc. deciſ. 14.* ubi ſic refert deciſum in S. C. *Anna ſing. 573. Vrſill. ad Afflict. deciſ. 68. nu. 4. Caſtillo deciſ. 65. tota, Conſiliar. de Georg. & Anton. Faber.* de quibus meminit *Ioan: Bapt. de Thoro, in compend. deciſ. Neapol. in verb. emptor rei an teneatur ad ſolutionem.*

19 Alia diuiſio, quod emptio alia ſit pro ſe, & hæredibus, & ſucceſſoribus, & alia ad uitam ementis tantùm, non eſt neceſſaria, clarum eſt enim, quod etiam ad uitam alicuius fieri ualeat, ut de emptione annuorum introituum dixi ſupra *conſ. 8. in 1. vol.* latiſſimè noſter de *Ponte conſ. 41. toto, vol. 2.* & dominium, & poſſeſſio bonorum uenditorum transfertur in emptorem, durante eius uita, iuxtà *text. in l. 2. & 3. C. de donat. quæ ſub modo.* Et hoc non eſt nouum; nam idem euenit in fideicommiſſis feudis, & maioratibus, in quibus transfertur dominium, & poſſeſſio de uno in alium, durante tamen uita cuiuslibet uocatorum, *Andr. in c. 1. poſt num. 9. de ſucceſſ. feud.* & poſt ipſum, & *Molin. & Ponte d. conſ. 41. nu. 1. & 2.*

SVMMARIVM.

1 *Subſtantialia contractus quæ nam ſunt.*
2 *Res eſt neceſſaria in contractu emptionis & venditionis.*
3 *Pretium eſt neceſſarium in contractu emptionis & venditionis.*
4 *Pretium ſi non fuerit taxatum an interim dicatur emptio, & venditio.*
5 *Teſtes deponentes de venditione bonorum aſſerentes fuiſſe factum inſtrumentum an probent.*
6 *Contractus an declaretur ex quantitate, & qualitate pretij, & quæ quantitas intelligatur vendita.*
7 *Naturalia contractus emptionis, & venditionis, quæ ſunt.*
8 *Euictio quotuplex ſit, vt venditor teneatur vel non.*
9 *Hæres ſi non expreſsè euictionem promiſit an proprio nomine teneatur.*
10 *Naturale in contractu emptionis eſt, vt præſtetur, quod ex bono, & æquo prouenit.*
11 *Venditor tenetur certiorare emptorem de qualitatibus rei venditæ, & quid in venditione equi, nu. 12.*
13 *Vendens vnico pretio plura animalia inter quæ ſunt morboſa non ipſis expreſſis an*

ſit

Digitized by Google

ſit nulla venditio.

14 *Hæres occultans bona hæreditaria an teneatur ſupplere dum teſtator mandauerat omnia bona vendi.*

15 *Venditor dominus ſuæ rei transfert poſſeſſionem, & dominium in emptores alias trasfertur conditio reuocari crudite tenetur ad intereſſe.*

16 *Pacta in venditione apponi debent ab initio alias ſecus.*

17 *Pacta in emptione, & venditione quando mutant ſubſtantialia.*

QVAEST. IV.

QVarto quæro, Quænam neceſſaria ſint ad contractum emptionis, & uenditionis? Pro dicendis in hac quæſtione notandum eſt, in hoc contractu emptionis, & uenditionis aliqua eſſe ſubſtantialia, aliqua naturalia, & aliqua accidentalia, ut omnes docent. De accidentalibus nihil hic dicendum ſupereſt; ſufficiunt enim quæ ſuprà q. 2. tetigi. Igitur alia duo requiſita breuiter examinanda ſunt, de quibus egit etiam *Mantic. lib. 4. de tacit. & ambig. conuent. tit. 4.*

1 Subſtantialia huius contractus ſunt tria, ut notauit *gloſſ.* communiter recepta in *l. pacta conuenta, verſ. ex pretio, ff. de cõtrab. empt.* u3, res ex parte uendentis, pretium ex parte ementis, & conſenſus ex parte utriuſq; & hoc eſt uulgatum apud omnes. Conſenſus eſt de ſubſtantia, quia eſt baſis, & fundamentum omnium contractuum, & dixi *quæſt. præced.* . & debet eſſe adhibitus, uel eodem tempore, uel ut præſumatur eſſe eodem tempore, ut quando fit uenditio per nuncium, uel per Epiſtolam, quia per hæc iungitur conſenſus utriuſq; contrahentis, & habetur ac ſi ſimul eodem tempore eſſet adhibitus inter partes, *l. conſenſu, vbi gloſ. Bart. & alij, ff de contrab. empt.* cum alijs cumulatis per *Nicol. Moz. in tract. de empt. & vendit in tit. de ſubſtantial. huius contract nu. 43. & ſeqq. Mantic. d. tit. 4. nu. 2. & ſeqq.*

2 Res eſt neceſſaria, quia oportet, adeſſe rem, ſuper qua conſenſus contrahentium cadat, nec emptio, nec uenditio aliter eſſe poteſt, *l. nec emptio ff. eod.* cum alijs cumulatis per *Mozium loco citato, num. 3. cum ſeqq. Rebell. d. lib. 9. q. 1. num. 19. cum ſeqq* & alij paſſim, quia non ſolùm debet eſſe res, ſed etiam debet eſſe certa, ſuper qua uerè, & certè cadat conſenſus, *l. in venditionib. ff. eod.* cum alijs cumulatis per dictos Authores, *Surd. conſ.* 400, *nu.* 11. *lib.* 3. latiſſime *Mantica d. lib. 4. tit. 5. toto.*

3 Pretium deniq; eſt neceſſarium, & ſubſtantiale, & debet eſſe certum, & determinatum, uel ab aliquo determinandum, nam aliter non ualeret hic contractus, *§. pretium autem, vbi omnes, inſtit de empt. & vend.* poſt alios *Mozius loco citato nu. 12. cum ſeqq. Rebell. d. q. 1. num. 14. cum ſeqq* & hoc omnes ſciunt, & etiam quoad ſi pretiũ

4 debeat ab alio taxari, interim dicatur emptio, & uenditio ſub conditione, & ſi ille moriatur interim, non poteſt ab alio taxari pretium, *l. fin. C. de contrab. empt. Moz. loco citato num. 25.* & dum teſtes deponunt de uenditione aliquorum bonorum, quamuis dicant, inde fuiſſe factum inſtrumentũ, nullo modo probant, ſi non exprimant pretium, ut eſt uidere penes *Maſcard. tom. 3. de probat. concl.* 1401. *toto*, ubi ampliationes, & limitationes ponit, ſic etiam *Tuſch. in verb. pretium, concl 486. cum ſeqq. Rebel.*

6 *d. q. 1. nu. 15. & ſeqq.* ubi etiam habes, quod ex qualitate, & quantitate pretij declaretur contractus, & quænam ueniant in tali contractu, quæ bonorum quantitas intelligatur uendita, ut per eos, præcipue per *Tuſch. & Moz. vbi ſupra nu. 12 cum ſeqq.* latiſſime *Mantic. d. lib. 4. tit. 19. nu. 1. cum ſeqq. & toto tit. 20.* ubi diuerſas illationes in hac pretij materia facit, etiam quoad iuſtitiam pretij, nam aliqua dicam in *ſeqq.*

7 Naturalia huius contractus ſunt plura. Primum, & principale eſt euictio, quæ venit ex natura huius contractus, quamuis non ſit promiſſa, *l. non recte, C. de fideiuſſ. c. fin. de empt & vendit.* cum alijs innumeris cumulatis per *Mozium in tract de empt. & vendit. in tit. de naturalibus huius contractus, num. 1. cum ſeqq fol. 79. & ſeqq. Surd. decis* 208 *nu.* 11.

8 Quotuplex autem ſit euictio, quando debeatur, vel non; & ad quid teneatur, vel non teneatur venditor, latiſſimè examinat *Tuſch. in verb. euictio. à concl. 352. vſq; ad concl. 369 Surd. deciſ. 290. 295. & alibi*; aliqua etiam ponit *Mantic. d. lib. 4. tit. 24. & tit. 27. num. 20. & ſeqq.* Debet tamen effectualiter res euinci, vt latiſſimè fundat *Theſaur. deciſ. 85.* ſi ea immineat, non cogitur emptor ſoluere pretium, & quando cogitur, debet etiam præſtari cautio ſufficiens, vt poſt alios examinat idem *Surd. deciſ. 183. deciſ. 295. num 5. & 14. & alibi, Maſtrill. deciſ. 160. par. 2.* ad quos me remitto.

9 Si tamen hæres cum beneficio legis, & inuentarij bona defuncti vendat, & de euictione promittat, ſi expreſſe non promittat eam nomine proprio, ſolùm tenetur pro viribus hæreditarijs, *l fin. § & ſi præfatum, verſ ſin verò hæredes, C. de iur. delib. vbi Salyc. Caſtrenſ. &* alij, quos probat de *Ponte conſ. 64. nu. 31. & ſeqq. vol. 2.*

10 Secundum naturale eſt in hoc cōtractu,
quod præſtetur, id quòd ex bono, & æquo
prouenit, quia dum contractus bonæ fidei
admittit hoc, vt in *l. conſenſu ff. de action.*
& obligat. Mozius loco ante citato num. 7.
vt ſoluatur expenſæ, quæ factæ fuerint per
emptorem in iudicio pro defenſione rei
11 venditæ, ſic etiā intereſſe, ſi non expreſ
ſit vitium rei venditæ, quia venditor tene-
tur certiorare emptorem de qualitatibus
rei venditæ, & ea omnia vitia latentia, quæ
potuiſſent retrahere emptorem ab emptio-
ne, & claris verbis, & non ſub inuoluero
verborum, nec ſufficit, quod pro parte tā-
tùm exprimat rei venditæ vitia, vel malas
qualitates, quia ex æquo, & bono venit
hæc expreſſio in hoc contractu, vt dictum
eſt, & in ſpecie hoc probat *text. in l. vina.*
verſ. planè ff. de peric. & commod. rei vend.
vbi gloſſ. Bald. & alij l. quæritur. §. ſi vendi-
tor ff. de ædilic. edict. cum alijs innumeris
penès *Surd. conſ. 13. nu. 35. & ſeqq. conſ. 75.*
num. 15. conſ. 145. num. 8. & ſeqq. conſ. 150.
12 *num. 135. &* alibi plures, *Borgninus deciſ.*
7. par. 2. ſi dicat venditor emptori, *Io ti ve-*
do queſto cauallo con tutte le magagne e per
vn ſacco di oſſa, ad hoc tenetur, ſi vitioſus
ſit opus, quia in ſpecie debebat exprimere
venditor qualitatem vitij, nec excuſatur ex
dicta generalitate, *l. quæritur §. ſi venditor*
ff. de ædilic. edict. Angel. Caſtr. Alex. Iaſ.
Corn. Caballin. & Bonacoſ. quos probat
Carrot. deciſ. 46. num. 13. Surd. locis cita-
tis *Menoch. conſ. 1106. toto conſ. 1178. vol.*
13. & alibi, & alij innumeri quos recenſet,
& probat *Io. Salas in tract. de. empt. & ven-*
dit. dub. 34. & ſeqq. vbi latius hoc exami-
nat.

13 Eatenus hoc eſt verum, quod ſi Domi-
nus vnico pretio vendat plura animalia,
quorū aliqua ſint morboſa, & Dominus nō
expreſſit emptori qualitatē morbi dicti ani-
malis venditi, venditio eſt nulla ex indi-
uiduo voluntatis, quia non poteſt pro par-
te valere, nec cogi poteſt, vt animal mor-
boſum dimittat, & alia retineat pro pretio
conuenienti deducto pretio dicti animalis
morboſi, ad *text. l. cum eiuſdem. §. vlt. l. ſi*
plura & l. pen. § idem ait ff. de ædil. ed. &.
cum alijs innumeris penes *Borgnin. deciſ.*
8. num. 1. par. 2. ſecus tamē eſt, quādo vē-
duntur animalia, vt ſeparata nec ſepara-
tio vnius nocet alijs animalibus, quia tūc
dimittit morboſum deducto pretio retentis
alijs, vt latiſſimè proſequitur *Borgnin. d. de-*
ciſ. 8. num. 6. cum ſeqq. præcipuè num. 12.

14 Ex hoc etiam docent DD. quod ſi teſta-
tor iuſſerit vendi bona ſua & aliquis ſciens
præceptum teſtatoris vendendi omnia bo-
na ſua, & ignorans, quod hæres aliqua bo-
na hæreditaria occultaſſet, credēs, cum ad-
impleturum eſſe teſtatoris voluntatem, te-
netur hæres ſupplere, & dare emptori, etiā
bona alienata, vt latiſſimè fundat *Carrot.*
deciſ. 71. toto, vbi facit de hoc particularem
deciſionem, & multis medijs probat; quia
æquum nō eſt, vt dum bona fide credebat,
eſſe omnia bona, inueniatur deceptus per
fraudem hæredis.

15 Tertium naturale eſt, quod ſi venditor ſit
dominus rei venditæ, trāsferat dominium,
& poſſeſſionem in emptorem, alias trāſ-
feratur vſucapiendi conditio, & ſoluatur
intereſſe conueniens *l. ex empto ff. de actio.*
empt. cum alijs traditis per *Mozium. in d.*
tit. de ſubſtantialibus num. 8. & ſeqq. quod
autem teneatur venditor præcisè tradere
16 poſſeſſionem, quando ad id facultatem ha-
bet, dixi *quaſt. præced.* Illud tamen notandū
eſt, quod pacta in venditio apponi poſſint
à principio, quia poſtquam contractus eſt
perfectus, non poteſt venditor aliquid fa-
cere in emptoris præiudicium, vt notant
communitèr *DD. in l. omnibus C. de teſtib.*
poſt alios *Surd. conſil. 524. num. 25. vol. 4. &*
conſil. 52. num. 20. lib. 1. niſi adſit conſenſus
17 vtriuſque contrahentis. Quando autem
pacta in hoc contractu mutēt eius ſubſtan-
tialia, & qualiter cognoſcatur, vt ex ſecun-
do contractu recedatur à primo uideri po-
teſt idē *Surd. cōſ. 202. toto vol. 2.* vide etiam
latius diſcuſſa per *Mant. d. tit. 27. toto vbi*
num. 38. & ſeqq. tractat, ad quid tenetur
venditor, quando promiſit emptorem de-
fendere de iure, & de facto.

SVMMARIVM.

1 *Taxatio iuſti pretij rerum ſpectat ad Prin-*
cipem.

2 *Pretium vt ſit iuſtum, per quos taxari de-*
bet, & ſi non ſit iuſtum, an obliget vendi-
tores in conſcientia.

3 *Pretium debet eſſe congruum, & conueniēs*
ſecundum valorem rei.

4 *Valor rei venditæ qualitèr conſideretur, &*
per exempla demonſtratur, num. 5. & 6.

7 *Pretium ſatis eſt iuſtum eſſe tempore con-*
tractus, & ſi venditor ſciret merces vilio-
ri pretio valitura poſt aliquod ſpatium,
& quid in foro externo, num. 8

9 *Iuſtum pretium qualitèr iudicari debeat,*
& quid ſi inter partes fuerit controuer-
ſum.

10 *Pretium in contractu emptionis, & ven-*
ditionis debet eſſe certum, & determina-
tum, & illius certitudo qualitèr verifi-
cetur.

11 *Venditio valida redditur ſi pretium pote-*
rit certo modo verificari, & quid ſi fuerit
[illegible]
illud

Digitized by Google

illud commiſſum ad arbitrium alicuius.

12 *Pretium debet actualiter ſolui alias non transfertur dominium, niſi fuerit habita fides de eo.*

13 *Venditor an aliquid recipere debet durante dilatione data emptori ad ſoluendum.*

14 *Venditio vera an dicatur pro re vendita pro qua maior pars pretij eſſet in pecunia, & minorum alijs bonis declaratur, num 15. & 16.*

17 *Contractus validus an reputetur dando frumentum, & ſimilia pro pecunia mutuo petita loco pretium ipſorum fuerit maioris pretij, ſed vendita pro minori.*

18 *Contractus an valeat ſi emptor, qui merces emerat reuenderet venditori minori pretio.*

QVAEST. V.

1 QVintò quæro, quodnam pretium ſit neceſſarium ſit in hoc contractu emptionis, & venditionis? Pro dicendis ſuppono primò, taxationem iuſti pretij rerum vendendorum fieri per Principem, & præcipè quòad bona, quæ ad victum humanũ pertinet, vt eſt frumentum, vinum, & oleum, prout docuit *D.Thom. ſecunda ſecunda quæſt.* 118. *art.*4 & alibi probat poſt alios *Rebell.2.par.de obligat.Inſt.lib* 9 *q* 2. *num.*1.*& ſeqq. Leſſius lib.*2 *de Iuſt.& Iur. cap.*21.*de empt & vendit.dubit.*2. *& dixit in tract.de contractib.vt tetigi etiam ſupra tom.*1.*p.*4. *tit.de renunc. quæſt.*4. *num.*25.

2 *&* 26. Quod pretium debet eſſe iuſtum, & vt tale ſit, taxari debet per iuſtos, & prudentes eſtimatores, qui locum, tempus, & alias circumſtantias conſiderare debent, vt iuſtam taxationem faciant, *l pretia rerum ff.ad leg.falcid.* qui talis non eſſet, non obligaret venditores in conſcientia, vt ſuppono ex dictis in *d tract.de contractib.* & interim videri poſſunt *Rebell.& Leſſ locis citatis*. Si tamen non eſſet iuſtum, & non eſſet de ſubſtantia huius contractus, eum res etiam pretio viliſſimo comparari poſſit *l ſi donationis ff.de dona. inter vir.& uxor.* cum alijs cumulatis per *Montic.d.lib.*4.*tit.*20.*num.*1.*& ſeqq.*

3 Suppono ſecundò, pretium debere eſſe congruum, & conueniens ſecundum valorem, & æſtimationem rei venditæ *l. & ſi æquo. & l. ſi fundum per fideicommiſſ.ff de legat. p.* cum alijs cumulatis per *Nicol. Mox in tract.de empt & vendit. in tit.de ſubſtantial. huius contract.num.*19 *Mant. d tit.*20.*num.*3.*cum ſeqq.* cum alijs cumulatis *quæſt. præced.* vbi dictum eſt, quod ex quantitate pretij ſoluti, vel promiſſi ſolui arguatur venditio, & quantitas rei venditæ, & quæ veniant, vel non veniant in tali venditione.

4 Valor autem rei venditæ non conſideratur prout re vera valet, ſed prout vendi ſolet in illo loco; nam ſi in alio loco carius vendantur, nihil refert, quia in illo loco, vbi res venditur, non pluris æſtimatur, & hoc ſatis eſt ad iuſtitiam pretij, vt optimè notat *Leſſius d.cap.*21.*dub.*11.*num.*85. vbi duo infert.

5 Primum fuiſſe licitam permutationem inter indos, & aduenas, qui illuc accedebant, permutare ſpecula, tintinnabula, cultellos, & alia ſimilia bona parui pretij cum auro, & alijs rebus pretioſiſſimis, quia tunc apud Indos aurum, & res illæ prætioſiſſimæ parum æſtimabantur, & res non aliundè, quàm ex communi hominum æſtimatione, æſtimantur *l. pretia rerum ff. ad leg. falcid.* cum alijs cumulatis per *Matie.d.tit.*20 *num.*4.*& ſeqq.*

6 Secundum ſi aliquo in loco gemmæ, vel alia bona parum æſtimentur, & alibi habeantur in magna æſtimatione, poteſt aliquis bona illa emere illo pretio, quo valent in eo loco, & poſtea eas aliò aſportare, vbi carius valent; & licèt *Leſſius* neminẽ citet, eius tamen ſententia probatur, quia etiam valor pecuniæ non iudicatur ſecundum materiam, ſeu valorem materiæ, ex qua conficitur, ſed iuxtà communem hominum opinionem, & prout communitèr in eo loco expenditur, vt docet *Bart. in l. qui falſam.in fin. ff de falſis*, & poſt alios probat *Surd.conſ* 285.*col.*2. At in illo loco bona illa ſecundum communem hominũ æſtimationem, & vſum non plus valent, etiam ſi re vera ſint pretioſa.

7 Tertium etiam inferri poteſt, quod ſatis ſit pretium eſſe iuſtum tempore contractus, & ideo ſi venditor mercium certò ſciat, merces illas viliori pretio valituras poſt aliquod temporis ſpacium, vel quia copia magna dictarum mercium aliunde adueniat, vel Principis decreto merces illæ viliori pretio taxabuntur, nullam venditor committit iniuſtitiam, & ideo pretio currenti iuſto poteſt merces ſuas vendere, *D. Thom.* 2. 2. *q.* 77. *ar.*3. *ad* 4. *vbi Caiet. Sylueſ. Sot. & Couarr.* quos probat *Leſſ. d.c.*21.*dub* 5 *num.*40.*& ſeqq vbi num.*43. *in fin.* pro hac ſententia citat etiam *Aragon. d. ar.* 3. *alios citat Molin. diſp.* 354. *num.* 1. *§. contrariam ſententiam* probat etiam *Comitolus lib.* 3. *ſuorum moralium q.* 32. *num.* 3. *Rebell. lib.* 9. *de empt. & vendit. q.* 6. *num.*2. *Salon. Zerula*, & alij, quos probat *Sayr. lib.* 3. *clau. reg. cap.* 5. *num.* 1. *§. hinc ſequitur Salas. diſp.* 12. *de legib.n.*1.*& ſeqq. Suar.lib.*3. *de legib. c.*16. *num.* 2. *Noſter Megalus* 2. 2. *Inſtit.*

Digitized by Google

Conf. ſſar. cap 6. num. 77. & ſeqq.

Pro contrar a parte ſunt *Bart. in l. quaro ff. de actiõ. emption. & Pinell.* quos probat *Molin. d. diſp. 354 num. 4. vbi num. 1.* pro eadem ſententia citat *Medinam, & Conradum*, & quoſdam alios citat *Rebell. d. q 6 ſub num. 5. §. cæterum. Menoch. de arbitr. Iudic. lib 2. caſ. 185.* ſed rationes eorum nõ ſunt concludentes, quia dum circumuentio ceſſat, quoniam nulla coactio interuenit, nec deceptio, quòd nempè venditor ſuaſionibus induxit emptores ad emendum, ſed ſimpliciter vendidit, vſus eſt venditor iure ſuo, quia pretium illud erat iuſtum tunc tẽporis, & multa accidere poterant, quando nec lex promulgaretur, nec mercium copia veniret, & ſic de al js, vt eſt videre penes *Leſſ.* loco citato, & penes *Rebell. d. qu. 6. num 3 & ſeqq.*

8 Additur etiam quia ſi etiam in foro externo tutus eſt, ſi certo ſciat merces vilius valituras, & vendit pretio currenti; cur ſecurus eſſe non debet, quando id ſciat ex lege ſuperioris, quia in primo etiam lex ſuperioris includitur; etiam quia non eſt obligatus ad legis obſeruantiam ante promulgationem, eo magis in foro exteriori *cap. in iſtis cap. 24.* cum alijs cumulatis per *Sayr. lib. 3. clau. Reg. cap. 1. circa fin. §. 4* dicitur, quòd ſit promulgata, & præcipuè *num.* 1. vbi hanc noſtram ſententiam probat. vt dictum eſt, ſi fraus eſſet, & deceptio *D. Thom. 2. 2. quaſt 77. artic. 3. ad 4* & alij innumeri, quos ſequitur *Salas dub. 3 à de emp. & vend. Megal. d. c. 6. num. 80. & ſeqq.* opinio quorum locum habet, & ſi iam ſciuerit legem eſſe promulgatam in Curia Principis.

9 Tertiò ſuppono, iuſtum pretium iudicari ſecundum prudentis viri æſtimationem, & proinde Iudicis arbitrio remittitur, *Afflict. deciſ. 40. num. 19* latè tractat *Menoch. lib. 2. de arbitr. Iudic. cent. 3. caſu 217.* latiſſimè *Maſc. tom. 3. de probat. concl. 1225. præcipuè num. 7. & ſeqq. Mantic. d. num. 4. cum ſeqq.*

Si verò bona non ſint taxata pro aliquo pretio, vt ſunt gemmæ, canes, falcones, &c. vend. non poſſunt pro vendentis arbitrio, ſed iuſto valore, prout experti in illa arte exiſtimabunt. *Nauarr. c. 23. n. 78. & Caiet.* quos probat *Leſſ. d. c. 21. dub. 3. tota. Salas dub. 5. de empt. & vẽdit. nu. 4. & ſeqq.* Et hac de cauſa ſi inter partes eſſet diſcordia circà pretium, ſit, nec ne iuſtum, Iudex interponeret partes ſuas, vt notant præcitati DD. ſed hoc explicatum eſt in *Summ. tra. 12. cap. 5. num. 73. & ſeqq.*

10 His notatis, ſit prima concluſio. Pretium in hoc contractu emptionis, & venditionis debet eſſe certum, & determinatum. Concluſio probatur ex dictis *quaſt. ſeq.* vbi etiam probatum eſt, quod certitudo pretij poſſit etiam committi in arbitrium tertij, vt ibidem dictum eſt; nec ſolum hoc procedit, quando tertia perſona eſt nominatim expreſſa; de hoc enim non eſt diſputatio, quod valeat, ſed etiam procedit, ſi perſona eſſet incerta; nam ſatis eſt, quod poſſit certificari per electionem Iudicis, ad cuius arbitrium hæc electio committitur, vt latiſſimè fundauit *Surd. deciſ. 131. tota, Andr. Fachin. lib. 2. controuerſ. Iur. cap. 1. in fin. Menoch. & alij* quos cumulat *Mozius loco citato num. 28. & ſeqq. Mantic. d. l. 4. tit. 19. num. 19. cum ſeqq.* quicquid dix. t *gloſſ. in l. fin. in verb. nominatus C. eod.* quam ſequitur *Oinot. in §. pretium autem num. 4. Inſtit. eod* quia eorum ratio interitud nis perſonæ, & cõtrouerſiæ eligendi inter contrahentes non vrget, dum Iudex eliget perſonam, & æſtimatorem in hoc caſu, vt dictum eſt, & poſt alios notat et am *Mantic. d. tit. 19. ſub num 24. & num. 25.*

11 Confirmatur noſtra ſententia, quia quoties pretium rei venditæ poteſt aliquo modo certificari, valida eſt venditio *l. fin. C. eod.* & ideo ſi Petrus vendat Paulo prædiũ ſuum, in tali loco ex ſtens pro pretio, quod ipſe Paulus habet in area, valeret venditio, vt latius examinat *Fachin. d. cap. 2.* vbi etiam quædam contraria ſoluit, *Maſcard. d. concl. 1225. præcipuè num. 17. & ſeqq. per text. in l. hac venditio vbi gloſſ. Alex. & alij ff. eod. Moz. loco citato ſub num. 40,* & in effectu hanc ſententiam poſt alios tuetur *Mantic. d. tit. 19. num. 16. cum ſeqq.* vbi cumulat plures, qui tenent eſſe contractũ innominatum. Si tamen in area non adeſſet pretium, vel minus, quàm res vendita va'et; ſuppleretur Iudicis arbitrio, niſi venditor illo pretio eſſet contentus, quia tunc in reliquo præſumitur donatio, non autem venditio, ex *reg. tex. in l. ſi quis antè vbi Bart ff de acquir. poſſ.* faciunt tradita per *Moz. loco citato.* Sic etiam ſi dicat; Vendo tibi tale prædium pro eo pretio, quod ab alio reperiam; nam ſi alius non inueniatur emptor, qui pretium offerat; Iudex taxabit iuſtum pretium, quia in omni negotio, in quo ſumus in incertis, & indeterminatis, res commiſſa cenſetur iudicis arbitrio *cap. de cauſis de offic. delegat.* latiſſimè *Maſcard. loco cit. l. fin. C. de iur. emph.* cum alijs traditis per *Moz. loco cit. num. 27. & 28.* ſed multoties poteſt eſſe eõ tractus ſimulatus, de cuius materia latiſſimè poſt alios tractat *Petrus Teſtai allegat. 3.*

12 Secunda concluſio. Pretium prædictum debet etiam actualiter ſolui, alias non tranſ-

Digitized by Google

transfertur dominium rei venditæ in emptorem, nec venditor tenetur tradere rem venditam, niſi fidem emptoris ſequutus fuerit, vt quia fidẽ de pretio habuit *l. quod vendidi. & l. vt res ff. eod.* cum alijs cumulatis per *Mozz. loco citato. n. 32. cum ſeqq.* niſi tamen habita ſit fides de pretio, quia poteſt hoc fieri, & dominium transfertur, niſi in ſpecie fuerit conuentum contrariũ. *l. cuicunque. §. ſi ci. ff. de inſtit. action. Bart. Bald. Angel. Immol. Alex. Ias. Zaſ. Abb.* & alijs, quos probat *Mantic. d. lib. 4. tit. 21.*

13 Controuerſia tamẽ eſt, an interim poſſit vẽditor aliquid recipere, durãte dilatione data emptori ad ſoluendum; & negatiuam ſententiam defendunt plures, quia hoc ſapit vſurariam prauitatem, vt conſuluit *Dec. conſ. 116. col. 2. circa medium Ruin. conſ. 53. num. 26, lib. 2.* tenent etiã *Crauett. Caphal. & Ioſeph. Ludouic.* quos cumulat *Petr. Hicol. Mozz. loco citato. num. 39. §. ſed iuxtà prædicta.* & plures alij, quos recenſet *Antonuccius in Catechesi Neapolitana lib. 5. c. 21. & ſeqq. fol. 205. & ſeqq.*

Sed contrariam ſententiam defendunt *Soccin ſen. conſ. 103. in princ. & conſ. 109. num. 3. lib. 1. idem Ruin. conſ. 7. num. 7. lib. 1. Grat. Gozadin. Natta. Gabr. Soccin. Iun. Pariſ. Bero. Burſat. Alſan.* quos probat *Mozz. d. num. 39. §. contrarium tamen.* & dicetur infra *q. 21.* & alijs cumulatis ſuprà de locat. & conduct. *q. 11. §. ex dictis.* ſic etiam noſter *Cardinalis Paulus de Aretio Archiepiſc. Neapolitanus.* cuius verba referuntur *d. catechiſ. c. 26. fol. 209.* quorum opinio rationabilior eſt, quia non debet ẽptor habere rem, & pretiũ & sic loco fructuum rei venditæ ſoluit certum quid; & quando hoc fit cum cautela, quod interim venditor locet illa bona emptori, & pro locationis mercede ſoluat venditori ſingulis annis tot pro locatione, donec Soluerit precium; iam valet pactum, ad *text. in l. ſicut. emptio, in fin. ff. locat. ibi.* Veluti cum emptor fundum conducit, donec pretium exſoluat: vbi *Caſtrenſ.* & alijs probat etiam *Alex. Dec. Cagnol. & Pelyn.* quos citat *Moz. d. num. 39 in fin.* Quia etiam in foro poli poteſt quis capere conuentũ intereſſe, ſi re vera illud patiatur, vt etiam dicam infrà *q. 21. & 22.* quod multis alijs rationibus probat *Aretius vbi ſuprà.*

14 Tertia concluſio. Si pro re vendita tradatur maior pars precij in pecunia & minor in alijs bonis, eſt vera venditio, niſi, verba contrahentium aliud ſonent; ſic etiam ſi tantum de pecunia, & tantum de alijs rebus detur. Concluſio hæc magis explicatione indiget, quàm probatione, & per explicationem apparebit probatio. Igitur quæſtio accidere poteſt ex voluntate expreſſa, vel ex dubia contrahentium.

15 Si conſtet de voluntate expreſſa contrahentium, vt quia res vendita fuit pro certa quãtitate pecuniæ quia, nẽpè, fuit determinatum pretiũ rei venditæ, ſinè quo nulla datur venditio *l. 2. §. ſinè pretio ff. de contrahend. empt.* & tunc clarum eſt, quod loco dicti pretij dari poſſit res aliqua loco pretij conuenti, & in eius ſatiſfactionem, dummodo concurrat voluntas vtriuſque cõtrahentis *l. pretij, & l. ſi pretij cauſa C. de reſcind. vendit. Paris. cons. 34. nu. 4 lib. 1. Dec. Caphal. Suar Tiraquell. & Burſat.* quos probat *Moz. loco citato nu. 14. Gomez. Pinell. & alij,* quos probat *Rebell. par. 2. de obligat. Iuſt. lib. 4 q. 1 n. 22.* Qui omnes docent, etiã bona data in ſatisfactionẽ pretij poſſe à venditore peti per actionem ex vendito, ex *tex in l. tenetur, §. ſi vendidi, & l. ſi ſterilis, §. ſi tibi. ff. de action empt.*

16 Si tamen a principio contractus fuit cõuentum, quod loco rei venditæ partim pecunia, & partim alia bona darentur, & pecunia excederet quantitatẽ aliorum bonorum; clarum eſt, quod ſit etiam contractus emptionis, & venditionis. ſi ſunt æqualia, quia nec pecunia excedit bona, nec cõtrà, et erit cõtractus ẽptionis, & vẽditionis, & hęc opinio eſt magis recepta, & cõmunis, vt affirmat *Pinell. in Rub. C. de reſcind. vendit. par. 2. c. 2. Andr. Tiraquell. de retract. lignag. §. 30. gloſſ. 1. num. 2. Verùm Bald. Alciat. & alij,* quos probat *Couarr. lib. 2. var. reſolut. c. 4. num. 9. Pinell. Laſſarte, & Molin.* quos probat *Rebell. q. 1 num. 24.* tenent eſſe duplicem contractum, præcipuè quando ageretur de tertij præiudicio, quia deberet ſolui duplex gabella, & ne ſit in contrahentium voluntate fraudare alios per huiuſmodi modos contrahendi; quorum opinio mihi verior videtur in caſu præiudicij tertij, in quo caſu habet locũ dubitatio. Attamen quando bona excederent quantitatem pecuniæ, clarũ eſt quod ſit permutatio, & illa parua pecunia nec exigi poſſet actione ex vendito, ſed præſcriptis verbis, quoniam eſſet cõtractus innominatus, non autem emptionis, & venditionis, vt notant præfati DD.

17 Ex his deciduntur duo dubia, quæ quotidiè accidere ſolent, præcipue in Regno Siciliæ, vbi de his fui interrogatus. Primũ eſt; Si ego indigeo pecunia pro Seminandis meis agris; pro vineis meis putandis, vel pro alijs meis neceſſitatibus, rogo te, vt mutues mihi centum; tu non habens pecuniam, vel nolens dare pecuniã; habes vinũ, frumentũ, vel alias merces, quas mihi offers, maiori tamen pretio, quàm tunc valent; ego indigens pecunia, accipio merces illas pro illo cariori pretio, vendo

illas

Digitized by Google

il as mercatori, perdo quinque, vel plus pro centenario. Quæritur num hic contrahendi modus ſit licitus? Reſpõdetur ſi illud maius pretium mercium non excedat pretium rigoroſum, quando tu vendis merces credito, ſiuè expectata pecunia, validum eſſe illum contractum quia validiſſimus eſt contractus, quo quis carius vendit merces expectata pecunia, vt dicetur *q.*8. et patebit magis ex reſolutione ſecundi dubij, & hunc modum conſului, præcipuè, quia ille rogatus fuit, merces illas dare burgẽſibus, ad ſeminandum, & ſic aderat periculum recuperandi pretium, fuit rogatus, &c. & ſic licebat etiam carius vẽdere, ut dicetur *q.*8.

18 Secundum dubium eſt; Ego non inuenio emptorem, qui merces illas emat, ſed tibimet venditor illas reuendo minori pretio, an contractus valeat. Quidam negant, quia re vera inuoluitur in eo quædã fraus, præcipuè dum ſit ex propoſito hic modus contrahendi, vt dicam *d.q.* 8. alij tamen affirmant eſſe validum, dummodo tria concurrant. Primo, vt ego voluntarie id faciam. Secundò vt maius illud pretium non excedat pretium rigoroſum, quando tu vendis merces expectata pecunia. Tertio vt damnum meum non deſcẽdat infrá iuſtum pretium infimum, quando ego venderẽ alijs ipſas merces numerata pecunia, ita Nau*arr. c.*23.*n.*91: *Petr. Nauarr. de reſt. lib.*3.*cap.* 2 *nu.*170. & hanc eſſe opinionem aliorum recentiorum affirmat *Leſſius d. c.* 21.*dub.*16.*n.*130 *& ſeqq.* quos etiam probat. Primum tamen modum contrahendi conſului, non vltimum probat hoc idẽ *Azzor par.* 3. *lib;*8 *tit. de empt. & vendit. cap.* 11.*toto.* Si ex lege municipali hoc non ſit prohibitum, vel fiat ad paliandas vſuras, quia mercator ſolitus ſit id facere, *Salas. in tract. ẽpt. & vendit dub.*10.*& latius dub.* 37.

SVMMARIVM.

1 *Deceptio in re vendita, vel eius pretio an licita ſit emptori, & venditori.*
2 *Deceptio vltra dimidiam iuſti pretij ex parte vtriuſque cõtrahentis reprobatur, & an nullat contractum, & quid ſi adeſſet renunciatio cum iuramento.*
3 *Fructus an veniant in venditione rei facta cum deceptione.*
4 *Poſſeſſor bonæ fidei facit fructus ſuos.*
5 *Reſtitutio bonorum cum fructibus ſit quã do cum læſione concurrit nullitas iuxta* l.2.C.de reſcind.vendit.
6 *Miſſus inordinate in poſſeſſionem bonorũ ſine cauſæ cognitione non facit fructus ſuos.*
7 *Adiudicatio facta cum præcedente iuris ordine eſt nulla, & bona reſtituitur.*
8 *Venerator ſi emat prædium minori pretio qui valet etiam infra dimidiam iuſtum pretij conſtito de ſimulatione erit pignus*
9 *Perſona priuilegiata læſa annullare poteſt contractum prouiſi reſtitutionis in integrum.*
10 *Fructus cum reſtitutione bonorum, an veniant acte nta poſſeſſione iuſto titulo, & bona fide, ſi putet ceſſio enormiſſima læſio.*
11 *Læſio quo tempore inſpici debeat.*
12 *Emptor tenetur ad reſarciendum iuſtum pretium quando venditor ſcienter non donat illud plus, quã res valet.*
13 *Emptor tenetur ad ſupplendum iuſtum pretium, vel addendum dimidiam partem Theſauri inuenti in agro, vel alterius metalli quando venditor hoc ignorabat.*
14 *Theſaurus eſt in bonis nullius.*
15 *Emptor ſubintrat in locum venditoris, & an quo ad omnia.*
16 *Theſaurus eſt donum Dei, & efficitur inuentoris.*

QVAEST. VI.

SExtò quæro, an deceptio in re vendita, vel eius pretio licita ſit emptori, & venditori in hoc contractu? Hanc quæſtionem paucis abſoluam, eſt enim
1 uulgata, & ab omnibus examinata in *l.* 2 *C. de reſcind. vend.* & Authores quaſi omnes in unum collegit *Mox. in tract. de emption. & vendit. cap. vlt. num.* 9. *cum ſeqq. D. Thom. ſecunda ſecundæ quæſt.*77. *art.*1 plures alios Theologos, & Canoniſtas cumulat *Robell. d. lib.*9. *quæſt.*3. *& ſeqq. & Leſſius lib.*2.*de Iuſt. & Iur. cap.*21. *dub:*4 *Ioan Salas in tract. de emptio. & venditio; dub:*26.

2 Primaconcluſio. Deceptio ultrá dimidiam iuſti pretij ex parte utriuſq; contrahentis reprobatur, & annullat contractum. Concluſio eſt omniũ in utroque foro, & probatur apertis uerbis in *d.l.*2.*C. de reſcind. uend.* & notant omnes citati DD. latiſſimè *Tuſch. in verb. læſio. concl.*293.*tota*, ubi hanc concluſionem ampliat in omibus contractibus, *Leſſ. vbi ſuprà num.*20.*Salas d. dub.*26.*num.*1.*&* 2.& hoc catenus eſt uerum, ut locum habeat, etiam ſi adſit renunciatio cum iuramento, quia renunciatio intelligitur de modica ſumma, nec iuramentum ualidat actum contra uoluntatem contrahentium, & etiam quia huiuſmodi clauſulæ apponuntur de Stylo notariorum, ut ex magis communi uideri poteſt penes dictos. Authores, præcipuæ pe-

nes

Digitized by Google

nes *Tuſ. d. cõc. 293. n. 99.* Sola quæſtio eſt, ſi tūc veniant fructus in tali annullatione, uel
3 ſaltem reſciſſione contractus, Quod fructus non ueniant, tenent plures, quos probat Noſter *de Ponte conſ. 28. num. 6. & 7. vol. 1. & conſ. 137. vol. 2* tenent etiam *Cagnol. Cremenſ. Padilla Gomez, & alij*, quos probat *Anna conſ. 24. vol. 1. Caſſan. Pinell. & Guttier.* quos probat *Praſ. de Frãc. deciſ. 119 num. 19. & 20.* ubi ſic refert deciſum in Sacro Conſilio quamuis dicatur, fuiſſe reclamatum, & quòd tunc pendebat reclamatio *Anna conſ. 24.* & ſic deciſum refert, ut in *princ. 2. vol.* ut refert *Ioan. Bapt. de Thoro. verb. fructus non veniunt Lanar. conſ. 79. num. 13.* & eandem ſententiam poſt alios probat etiam *Moz. loco citato nu. 26.*
4 quoniam dicitur poſſeſſor bonæ fidei, & cū iuſto titulo, & ideo facit fructus ſuos, quãuis referat aliquis tenētes quod fiat cōpenſatio fructuum cum pretio, ut nemo lædatur ex contrahentibus. Quam opinionem dicit ſapere æquitatem *Tuſch. d. concl. 293. num. 82.* ubi hoc declarat *num. 84. & ſeqq. Maſtrill. deciſio. 33. par. 1.* Poteſt probari hæc opinio ex regula uulgata, quod poſſeſſor bonæ fidei faciat fructus ſuos; quam regulā nouiſſimè ampliat, & limitat *Tuſch. in verb fructus concl. 490. tota. Paludan. & alij Theologi.* quos probat *Rebell. par. 1. de obligat. Iuſt. lib. 294. nu. 8. & ſeqq.*
5 Vt autem dicam, quid inter tot doctos uiros ego ſentiam, pono ſequentes concluſiones, quibus tota hæc materia explicata patebit. Sit igitur Secunda concluſio. Quotiès cum læſione, iuxtà terminos *l. 2. C. de reſcind. vendit* concurrit aliqua nullitas, reſtituuntur bona una cum fructibus. Concluſio hæc potius explicatione, quàm probatione indiget. Primò igitur probatur in eo, qui emit à minore, uel alia perſona prohibita negotiari, & non impetrauit decretum Iudicis; tunc enim fit reſtitutio unà cū fructibus, quia contra Iura dicitur mercatus, ad *text. in l. ſi prædium. & l. non ſolùm, C. de præd. minor. Vincent. de Franch deciſ 675. n 2 Borgnin. deciſ. 28. n. 32. par. 1.* & in ſuo repertor. in uerb fructus debent reſtitui. *Raudens. in tract. variar. reſolut. cap. 34. Surd. cons. 340. num 11. & ſeqq vol. 3.* qui hoc idem probant, ſi alia Iuris ſolemnitas deeſſet; hinc eſt quod miſ-
6 ſus inordinatè in poſſeſſionem bonorum, & ſinè cauſæ cognitione, nō faciat fructus ſuos, *Innoc. in c. conſultationibus circa medīū de Iure. Patronat. Bald. Felyn. Hippol. & Dec.* quos probat *Brunor. à ſole in comped. propoſ Iur. in verb. Miſſus in poſſeſſionem inordinatè. Cumias. in Ritu Sici-*
7 *lia cap. 17. num. 158. & c. 91. num. 16.* ſic etiam adiudicatio facta, nō præcedente Iuris ordinatione eſt nulla, & proinde bona adiudicata debent reſtitui una cum omnibus fructibus, ut ſcripſit *Bald in conſ. 122. in princ verſ. eſt alius defectus. lib. 3. Crauett. conſ. 819. num. 12. Surd. conſ. 39 toto.* ubi alios citat, *Tuſch. liter. A concl. 198. n. 6. & ſeqq* ubi reprobat *Becium conſ. 95.* qui contrarium conſuluit.

8 Secundo. principaliter probatur in eo, qui ſolitus eſt fœnerari, qui ſi emat prædium minori pretio, quàm ualet, etiam infrà dimidium iuſti pretij, conſtito aliquo modo de ſimulatione, quia hic contractus ſimulat emptionem, & uenditionem, rei tamen ueritate eſt pignus, ſic plus ualet quod agitur, quàm quod ſimulatè concipitur *l. Eptione. C. plus valer.* quod agit. Ideo in hoc caſu condemnatur emptor ad reſtitutionem prædij, una cum fructibus excomputandis cum ſorte, ut de pignore dictum eſt, ita ex *d. text. & alijs, Bart. Caſtrens. Soccin. ſen. & alijs* probat *Alex. Raudens. c. 34. var. reſolut. num. 7. ubi. nū. 7* ſic refert deciſum in *Rota Florentina*, probant etiam alij quos nouiſſimè cumulat, & ſequitur *Ioannes Philipp. Teſtay alleg 3. & 6. vol. 1.*

9 Tertio. principaliter probatur in minore, Eccleſia. & alijs perſonis priuilegiatis, quando ex capite reſtitutionis in integrū, quia læſi ſunt, petunt annullare contractū; quia tunc contractus declaratur nullus ex capite læſionis, & bona reſtituūtur una cū fructibus, & hoc modo remedium reſtitutionis in integrū dicitur pinguius, prouidere perſonis per uiam læſionis quàm remediū ordinarium reſciſſionis, ex læſione ut docent paſſim DD. & ita decidit *Rota Florentina*, ut affirmat *Tuſch. in verb læſio ultrà dimidiam concl 293. num 85.* latiſſimè *Sfortia Od. in tract. de reſtit. in integr. par. 1. q 45. ar. 2. num. 13. § ſed contrà eſt communis* ubi ampliationes, & limitationes ponit, utrum ſemper cum remedio reſtitutionis in integrum ueniant fructus.

10 Extra prædictos caſus, & alios ſimiles; tunc uera eſt communis opinio, quod regulariter non ueniant fructus cum reſtitutione bonorum; quia dum poſſidet ex iuſto titulo, & bona fide, iam facit fructus ſuos, ut dixi. Hoc tamē non uēdicat ſibi locum, quoties læſio eſſet enormiſſima, & intentetur Iudiciū ex capite nullitatis ex enormiſſima læſione, quæ facit interuenire dolū ex propoſito in cōtractu, ut dixi *conſ. 4.* Ideo tunc fieri debet reſtitutio bonorum unà cū fructibus, ut notat *Tuſch d. num. 85. in fin.* & ſeruatur paſſim in Regno Siciliæ, in quo conſtito de enormiſſima læſione. ſupplicatur Domino Proregi. ut ſoluto pretio, pro, quo proceſſerit diſtractio, una cum expen-

Digitized by Google

ſis, & legitimo intereſſe ad rationem decẽ pro centenario, reſtituantur bona vna cum fructibus. & ſic prouidetur paſſim; quicquid de hoc dubitet *Maſtrillus d. deciſio.33 numer.14.& ſequentib.* Hinc omnes DD. docent, vt in hac materia ſint cauti Aduocati in formatione libelli, qui ſi formetur modo expreſſo, iam obtinent; & tanto magis in Regno Siciliæ hoc admitti debet; quia multoties plus reddunt fructus bonorum adiudicatorum, quàm eſt totum debitum, pro quo proceſſit adiudicatio; etſi ipſimet doctiſſimi Siculi vna voce clamant, & ſe lætatur vt eorum M. R. C. ſit æquitatis Magiſtra; quænam æquitas velit, vt bona ſibi adiudicata plus redditus habeant, quàm ſit debitum principale, & velit creditor ſic doloſus facere fructus ſuos? ſi æquitas mãdat, vt ſemper ſeruetur æqualitas inter contrahentes, quæ maior æquitas, quàm dare creditori ſuum creditum cum intereſſe ad rationem decẽ pro centenario, & vt reſtituat bona unà cum fructibus, deductis expenſis.

Nec vrge, vt æquitas non ſit, vt creditor interim ſit colonus ſui debitoris; Nam reſponderem, hoc venire etiam ex Iure naturali, cùm non debeat velle creditor, niſi quod ſuum eſt, & si in bonis meliorationes fecit, vt ei ſoluantur, & ſibi imputare debet, cum ſit tam auidus bonorum proximi, vt plus velit, quàm ſuum creditum importat.

11 Omnes tamen conueniunt, quod læſio inſpiciatur tempore celebrati contractus, vel adiudicationis, non autem poſtea, vt eſt videre penes præcitatos DD. ex *text. in l. ſi voluntate C. de reſcind. vend.* latiſſime *Tuſc. in verb. læſio enormis cõcl.295. tota qui cõcl.294.* examina caſus, an, & quando ceſſat læſio enormis, & *d. q.293.* examinat, in quibus caſibus locum habeat remedium *dictæ legis ſecundæ*, vt aliquos etiam caſus recolligit *Monz. loco cita. in princip. à nu. 9. vſque ad num.28. Maſtrill. d. deciſ.33.* & alij paſſim, qui videri poſſunt quòad reliqua, quæ deſiderari poſſunt; ſic etiam quòad reſtitutionem fructuum, etiam qui percipi potuerunt, videatur *Tuſch. in verb. fructus concl.498.& ſeqq.& concl.593. vbi concl.501.* examinat, quaſnam expenſas deducat poſſeſſor bonorum, quando reſtituit fructus: Quæ enim alibi ordinatè examinantur, non indigent, vt tranſcribantur, ad faciendum magnum volumen.

12 In foro tamen conſcientiæ, in quo attenditur veritas; ſi venditor ſcienter non donet illud plus, quo res vendita valet, & ſic adeſt læſio etiam infrà dimidiam, tenetur emptor ad reſarciendum iuſtum pretium, quia peccauit mortaliter decipiendo venditorẽ, & contrà Iuſtitiam, & conſequẽter tinetur ad reſtitutionem, *D. Thom. ſecunda ſecundæ quæſt.77. art.1. vbi Caiet. Valent. & alij*, & poſt ipſos *Molin. Nauarr.* & alios Theologos, & Canoniſtas probat *Salaſ. d. dub.26.* vbi quãdã cõtrariam ſoluit, & cõtrariã opinionẽ *Bal.* & quorundã aliorũ vocato improbabilẽ. & *dub.27.* tractat de remedio, quod ẽt agi poſſit corã Iudice Eccleſiaſtico, vt quis exeat à peccato; ſed id non practicatur, & Iudex, ſerit Confeſſarius in foro conſcientiæ, & in venditore cõſideratur læſio in pretio vltrà infimum circũcirciter; in emptore tamen ſupra pretiũ ſupremum; & ſic parum, aut minus non variant ſpeciẽ, & conſequenter non inducunt obligationem reſtituendi, nec debent contrahentes poni in tot anguſtijs.

13 Si tamen in fundo empto ſciat emptor adeſſe Theſaurum, vel venam auri, vel alterius metalli, & venditor hoc ignorauerit; multi tenent quod vel dimidium Theſauri, vel alterius metalli detur venditori, vel ſaltem ſuppleatur ei iuſtum pretium; quia emptor dicitur doloſè ſe gerere, dum id ſciebat, & tacuit; & ſic in fraudem venditoris emit fundũ pro minori pretio, quod etiam in foro conſcientiæ habere locum dixerunt *Angel. in ver. emptio.. Armill. Tabien. Roman. & Padilla*, de quibus meminit *Rebell. par. 2. de obligat. Iuſt lib.9. de contract. empt. & vend. q.5 num.1. §. his poſitis vbi num.2. §. vtraque opinio.* notat, hanc opinionem eſſe probabilem; & ſecundum hanc opinionem, pro qua Romanus conſuluit, fuit iudicatum Romæ, ut notat *Roman. in l. ſi quis cum aliter num.13. ff. de verb. obligat.* de quo meminit *Mantic. d. lib.4. tit. 16. ſub num.57.* Contrariam tamen ſententiam, tanquam magis communem, ipſe ſequitur *num 2.* pro qua citat *Diuum Thomam 2. 2. quæſt 66. ar. 5. ad 3. Lyranum, Abulenſem*, & alios interpretes in illud *Matth.13. Simile eſt Regnum Cælorum theſauro abſcondito in agro; Sylueſtrum, & Nauarrum in manual cap.17. num.175.* probat etiã hanc ſententiam *Burſat. conſ.409. nu.6.13.& ſeqq lib.2. Fabian. de Monte de empt. & vendit. Ioann. de Platea Crauett. Iaſon. Zaſ. Socinus, Cagnol. Gabr. & alij*, quos ſequitur *Mantic. d. titul. 16 num.57. § ſed diuerſa ſententia*; & alij, quos citat *Borgnin. decis. 15. num.15. &*

14 *6. par. 1.* probant etiam; Primò, quia Theſaurus eſt in bonis nullius, & ideo Dominus vendens fundum cum Theſauro, nulla re ſua fraudatur; & quamuis ſi alius inueniret Theſaurũ in illo fundo, quando erat penes ſe, habuiſſet Dominus dominium Theſauri, vt in *§. theſaurus, Inſtit. de rer. diuiſ.* ubi omnes, latiſſimè *Borgnin. deciſ.*

15 *par.*

15. *par.2. Nauarr. Couarr.* & alij apud *Rebell. d. q. 5. num. 1.* qui etiam in foro conſcientię hoc locum habere docent. Attamen vendito fundo, ceſſat illud Ius; & ſicut alius, qui ſcit, Theſaurum eſſe in illo fūdo, non tenetur, illum indicare Domino fundi, ita qui fundum emit, non tenetur id facere, quia ſatis eſt, quod iuſto precio emat illum fundum, ut ſic poſtea acquirat id, quod eſt in bonis nullius, ut reſpondet *Rebell. d. q. 5. ſub num. 2.*

Secundò qui hæc opinio uidetur magis cōformis ſacroſancto Euangelio; Dominus n. in *d. c. 13. Matth.* dicit, uirum eſſe prudentem; qui ſciens, eſſe theſaurum abſcōditum in alieno fundo, emit agrum illum; & prudens non dicitur, ſed vitioſus, & doloſus, qui aliena bona per fraudem vſurpat. Nec obſtat, quod dicitur de prætenſa fraude, &
15 dolo, quia potius prudentia eſt, quàm dolus; nam ex Iuris diſpoſitione emptor ſubintrat in locum venditoris, & ſicut tenetur ad omnia onera illius rei, quia hoc venit ex natura contractus iſtius, vt fundat *Bald. in l. negotium, ff. de negot. geſt.* cum alijs cumulatis per *Decian. conſ. 55. num. 21. vol. 1.* Ita e conuerſo ſubintrat in locum eiuſdem venditoris quòad omnia emolumenta, quæ haberet emptor ex re vendita; & dum theſaurus eſt commodum, & emo-
16 lumentum, quia eſt donum Dei; ideo efficitur ipſius emptoris, vt benè probat *Bart.* per illum *text. in l. d. tutore, ff. de rei vendic. Andr. & Aluarot. in c. vnic.* quæ ſint regalia *Hieronym. Gabr. & Burſat.* quos ſequitur *Moz. in tract. de empt. & vendit. in tit. de natural. contract. empt. & vend. n. 36. fol 80. col. 4. in fi. D. Th. 2. 2. q. 66. a. 5. ad 2. Sylueſ. Nauarr. Bann. Aragon. Lop. Molin.* & alij penes *Sayr. lib. 9. clau reg. cap. 9 ſub. nu. 19. §. tertiò. in* caſu propoſito. *Vaſq. in opuſ. de reſtitut. cap. 5. § 4. ſub. num. 24. Leſſ. lib. 2. de Iuſt. & Iur. capit. 5. num. 62. Iodoc. in verb. Theſaurus.* Cum igitur ex Iuris diſpoſitione Theſaurus repertus in fundo debet eſſe Domini eiuſdem fundi, & etiam ipſius emptoris; nihil intereſt, quod ſciret emptor in fundo illo adeſſe theſaurū; quia dum medio iuſto acquirit Dominium acquirit etiam quidquid eſt in illo fundo ratione dominij, non vt partem fundi, ſed ex Iuris diſpoſitione, & fraudem non facit, nec dolum committit, qui facit id, quod Iura concedunt, vt eſt vulgatum Iuris axioma, vt poſt *Aretin.* & alios, notat *Mantic. d. nu. 57. in fin.* & ideo hæc opinio tàm in foro fori, quàm in foro cōſcientię veriſſima eſt.

SVMMARIVM.

1 *Venditor an teneatur propalare vitium rei vendita, & ſi non propalauerit qua pęna tenetur.*
2 *Vitium quod nam ſit, & tripliciter ſolet contingi num. 3.*
4 *Venditor, an teneatur certiorare emptorem. rei.*
5 *Inſtrumentum an poſſit liquidari pretextu rei vitioſe vendite non expreſſo vitio, & caſus refertur num. 6.*
7 *Vitium litigioſi etiam contrahitur in actione perſonali, & hypotecaria.*
8 *Satis erit, quod in re vendita aliquis habeat aliquod Ius, vt reſciſſioni locus ſit.*
9 *Euictio quando dicatur iminere in re vendita.*
10 *Exceptio euictionis rei vendite impedit liquidationum inſtrumenti*
11 *Venditor an teneatur propalare vitium rei vendita quamuis notum, ſi emptor eſſet parum verſatus in tali negotiatione.*
12 *Vitium paruum rei non tollit voluntatem ab emptore, quod non emeret.*
13 *Venditori an ſit licitum tacere vitium rei, & ſi pretium illius diminuat declaratur num. 14. conciliantur opiniones, & num. 16.*
15 *Voluntatem ſuam implens multum lucrari dicitur.*
17 *Venditor ſciens rem eſſe vitioſam eamque vendendo ſine expreſſione vitij adque tenetur, & in quo conſiſtit tale intereſſe, num. 18.*
19 *Electio eſt emptoris, vel recedere à contractu, vel accipere intereſſe.*
20 *Venditor poteſt puniri pœna corporali dū vidit rem vitioſam.*
21 *Fingens ſe virum alicuius mulieris ſi cum ea concubuerit, & reuerſo marito coperta fuerit fraus, qua pœna puniri debet.*
22 *Infidelis vtens veſte Chriſtiani qua pœna puniri debeat.*

QVAEST. VII.

1 SEptimò quero, An venditor teneatur propalare emptori vitiū rei venditæ, & ſi non propalauerit qua poena puniatur? Pro dicendis in hac queſtione notā ſum eſt primo, hic nomine uitij non intelligi defectum, qui ex natura rei ineſt rebus; vt V. g. quia piſces natura ſua facile corrumpuntur; tale genus carnis ſit minus ſalubre, & ſic de alijs, quia huiuſmodi defectus ſunt naturales rebus, & ſuppo-
2 nūntur omnibus noti. Ideo vitium intelli-

gitur ille defectus, qui eſt rebus accidentale, nec ſolet eſſe notus, niſi explicetur. *D.Th.ſecunda ſecunda q.77.ar.3.ad.1.Nauarr.Graff.Panborm.Tolet.*& alij innumeri, vt dixi ſuprà *q.4.*

3 Notandũ 2. defectum, indiuidualem, de quo quærimus tribus modis euenire. Primo quòad ſubſtantiam. Secundo quòad rei quantitatẽ; & tertio quòad qualitatem ipſius rei, *ita D.Tho.2.2.quaſt.77.ar.3* vbi omnes eius expoſitores, *Rebell. par.2.de obligat.Iuſt.lib.9.de contract. emp. & vendit.q.8.num.8. Salas d.dub.34.& 35* & ex dicendis patebit. Defectus circà ſubſtantiam rei eſt, quoties vẽditor aurichalcum pro auro, vinũ aqua mixtũ pro vino puro, vel rem vnam pro alia vendit, & ſic de alijs. Defectus quòad quantitatẽ rei eſt, quando minor quantitas pro maiori venditur. Denique defectus quòad rei qualitatem eſt, quando vna res mala venditur pro bona, vt ſeruus, vel equus morboſus pro bono; vel cum domus eſt infecta, vel habitata à malignis ſpiritibus, & venditur pro ſalubri, & bona, vt notant prænarrati Doctores.

4 His notatis, ſit prima concluſio. Venditor tenetur certiorare emptorẽ in ſpecie de vitio mercis, nec ſatis eſt certioratio per inuolucrum verborum, alias venditio non valet. Concluſio hæc probatur facilè quòad omnes eius partes.

Prima igitur pars probatur ex *text.in l.1.§.1.& l.quid ſi venditor.§.vlt ff.de adilit.edict.l.1. §.1.& l. Iulianus,§.1.ff.de action.empt. Afflict. Crauett. Pret.D.Th. Sot.& alij*, quos probat *Menoch.lib.2.de arbitr. Iudic caſ 382 in fin.conſ.964 vol. 10.conſ.1106.conſ 1134.& conſ.1178.vol. 12. Surd. dec 253.num.12.cum ſeqq.latiſſimè* Rebell.*d.lib.9.quaſt 8.& 9.& alij*; & iura ſunt manifeſta, quod teneatur venditor in ſpecie certiorare emptorem etiam de qualitate re; ſit ne libera, vel aliqua ſeruitute ſit affecta; nanc pſum ſit ne bonum, vel aliquod habeat vitium, & ſic de alijs, vt penès *Menoch. d. conſ.964.toto.latiſſimè Farinac. conſ.179. vol.2.* & dixi citat *q.4.*

5 Hoc adèo verũ eſt, vt huiuſmodi exceptio etiam liquidationem inſtrumenti guarantigiati impediat, quamuis illud Inſtrumentum nullam admitteret exceptionem, vt ſcripſit *Bald. in l.qui rem, C. de euict.* quem ſequitur *Fret. in tract.de praſentan. Inſtrum.par.7.q 6.* Quoniam emptor legitimè excipit, ſe nõ emiſſe bona alteri obligata, vel de quibus erat aliqua lis in Iudicio, quia non vult litibus ſe inuoluere, & alias ruinas pati, vt latè proſequitur idem *Fretia.d. par.7.q:5.*

6 Hinc defendi cauſam Iulij Branchi contrà Vincentium Marzatũ, qui vendiderat quod vt prediũ dicto Iulio pro pretio duc. 2750. quorũ promiſit Iulius ſoluere eidem Vincentio ducatos trecentũ quinquaginta infra certum terminum, & renunciauit in forma omnibus exceptionibus, etiam præuẽtioni; At quia in dicto opredio erant, nonnullæ lites, quas occultauit Marzatus; ideò fecit Iulius præuentionem, & ex cauſa doli, & falſæ aſſertionis petijt reſciſionem contractus, ſiue quod declaretur nullus, & licet fuerit hinc indè certatum; quia non poterat negari, eſſe prouidendum in beneficium Iulij; ideò pars aduerſa ceſſit liti, & dedit contractum pro annullato, & recepit dictum rei predium. Et licèt pars aduerſa prætẽdiſſet, quod bona non dicatur litigioſa, niſi eſſet quæſtio ſuper dominio, ſecus tamen ſi eſſet quæſtio ſuper pignore, & hypoteca, vt fundauit *Afflict.in conſtit. Regn.* Eorum fraudibus. *num.* 8. Attamen
7 fuit replicatum; Primo; quia multi tenent quod etiam in actione perſonali, & hypotecaria contrahatur vitium litigioſi. *Bart, in l.1.C.commu. diuid. Giudo Pap.decif.337. num.6.& decis. 579. in fin.Oſaſc. decif.65. num.13. Ariſmin Tepat.lib.1. variar.ſent. in tit. de litig verſ litigioſi* latiſſimè *Lancellott.in tract de attentatis, vt retuli conſ. 47.pracipuè num. 18.& ſeqq.*

8 Secundo quia diuerſi ſunt termini rei litigioſæ, & reſciſſionis, ſeu annullationis contractus ex falſa aſſertione venditoris; quia hic non attenditur de quæſtione dominij vel poſſeſſionis, ſed ſatis eſt, ſi in illa ſit aliqua ſeruitus, vel aliud onus, quod non fuit expreſſum in venditione; hoc enim ſatis eſt ad hoc vt contractus declaretur nullus, vel ſaltem reſcindatur, vt patet ex prima concluſione, & ex multis etiam firmant *Caebran. decif.24. num. 3.& 6. Surd. d. decis. 253. num.8. in fin.& num. 9.& decis. 295. num.7.* vbi affirmat, ſatis
9 eſſe, quod ſuper re vendita aliquis habeat notorium Ius; licèt enim litem non mouit, attamẽ dicitur imminere euictio ſuper re vendita & emptor non tenetur ad ſolutionem pretij, ex *text.in l.ſi.poſt perfectam.C. de euict. vbi Cyn. Iacob. de Aret. Bart.* &
10 alij communiter. Immò etiam impedit hæc exceptio liquidationẽ Inſtrumenti, *Fretia d. par. 7. de preſent. Inſtrum. q. 6.* Alia pars concluſionis patet ex dictis *q 4.*

11 Concluſio hæc non procedit; quando emptor ſcit vitium; vel eſt adeo patens vitium rei, vt ſciatur ab omnibus; Ratio primi dicti eſt, quia volenti, & conſentienti non fit iniuria, vt eſt notiſſima regula. Ratio verò ſecundi dicti eſt, quia dum vitium eſt manifeſtum, imputandum eſt emptori, quòd emerit illa bona cum illo vitio; quam-

Digitized by Google

quamuis in foro conſcieñtiæ, ſi emptor eſſet
parum verſatus in tali negotiatione, vel
alio modo legitimo nō aduertit vitium pa-
tens dictæ rei venditæ, quod ſub mortali,
& cū obligatione reſtituendi tenetur ven-
ditor aperire illud vitium emptori, & ſi
non aperit, tenetur pretium acceptum re-
ſtituere, vt poſt *Panborm. & Tabien.* notauit
Armilla in verb. emptio. num. 19. & hanc
dicit eſſe communem ſentetiam *Rebell.
d. lib. 9. q. 8. num.* 18. de qua materia latiſſi-
mè tractat *Molin. in tract. de contract lib.
diſp. 353. tota.*

12 Nec ſecundo procedit, quando vitium
rei eſſet parui momenti, vt patet ex dictis
ſupra *q.* 4. quia hoc paruum vitium non
tollit voluntatem ab emptore, quod non
emeret, quia de minimis non curat *Prætor.
l. ſcio. ff. de in interg. reſtit* prout in ſpecie
D. Th. ſecunda ſecudæ q. 77. ar. 3. & hanc eſſe
communem ſententiam Theologorum,
affirmat *Rebell. d. lib. 9. q. 9. num.* 1.

13 Secunda concluſio. Non licet venditori
tacere vitium rei, etſi pretium illius dimi-
nuat, nisi diminutio ſit talis, quæ arbitrio
boni viri iudicetur æqualis vitio occulta-
to. Prima pars patet ex dictis, quia cùm
hic contractus ſit bonæ fidei, eſt illi natu-
rale, vt venditor exprimat qualitatem rei
venditæ, cùm non ſit in eius facultate tan-
tùm hic contractus, ſed dependeat etiam
à voluntate emptoris, qui debet eſſe cer-
tus de qualitate rei, aliàs non dicitur libe-
re conſentire; & hanc ſetentiam probat
Panbor. in c. iniuſtū. de rer. permut. & colli-
gitur ex Iuribus, & Doctoribus citatis pro
prima concluſione; & hanc eſſe commu-
nem ſententiam ſummiſtarum affirmat
*Rebell. d. q. 9 num. 2. §. partē tamen negan-
tem.* alios citat, & probat *Salas d. dub. 34.
num. 2. cum ſeqq.*

14 Secunda pars non eſt certa apud omnes,
Panborm. enim loco citato, & alij, quos
probat *Rebell.* loco citato, affirmant nō eſſe
licitum venditori tacere vitium rei vendi-
tæ, etiam ſi minuat de pretio, quantum
minus valet propter illum defectum, &
hoc ratione ſignificata, quia iudicatur
contractus inuoluntarius ex parte empto-
ris, quia ſi tale vitium rei ſciret, illam non
emeret, & ſecundū Iuris rigorem hæc opi-
nio verior eſt, & receptior; quia non debet
eſſe in voluntate venditoris alios decipere,
& vendere rem malam pro bona, nec dimi-
nutio pretij poteſt in hoc ſupplere conſen-
ſum emptoris; quia ad minus habet inte-
reſſe voluntatis, quia aliàs non emiſſet, ſi
ſciret vitium, & dum eſt intereſſe volun-
tatis, maximum eſt *l. fin. ff. de vſu, & habit.
Vincent. de Franch. decis.* 540. *num.* 21 *par.*
4. & alij paſſim, & faciunt, quæ dicam in-
fra dum emptor cogi nequit, ſtare tali con-
15 tractui, etiā ſi ei offeratur omne intereſſe;
nam voluntatem ſuam implens, multum
lucrari dicitur, *gloſſ. in dicta l. fin. Andr.
Tiraq. de retr. conſangui. in præfat. num.* 25.
Neuizan. conſ. 74. *num.* 13. *Gramm. conſ.*
22. *num.* 7. *Surd. decis.* 260. *num.* 21.

Igitur concluſionem ipſam potius iudi-
co veram eſſe ex quadam æquitate; quia
dum emptor ſecundum rei veritatem non
habet damnum de illa re, conqueri nequit;
16 & ideo dum per hoc remedium ſubueni-
tur vtrique contrahenti; emptori quidem,
quia verum damnum non patitur; & ven-
ditori, quia non debet in eius damnum
narrare vitia rerum, ſi alijs non noceant;
ideo non eſt hoc improbandum, & hanc
opinionem defendit *D. Tho. quodlib. 2. ar.
10. & ſecunda ſecunda q. 77. ar. 3.* tenent
etiam *Sotus, Armilla, Lopez, & alij.* quos
citat *Rebell. d. q. 9. num.* 2. & alij, quos ſe-
quitur *Salas d. dub. 34. num. 7. & ſeqq.* qua-
muis *num.* 6. citet multos, qui tenent con-
trarium, & eorum opinio procedit de ri-
gore Iuris, vt dictum eſt. Secunda verò
ſententia vendicat ſibi locum in foro con-
ſcientiæ; nam in hoc foro ſatis eſt, quod iu-
ſtum pretium ſuppleatur ex vtraque parte,
ſed in foro exteriori attenditur voluntas
contrahentium.

17 Tertia concluſio. Venditor ſciens, rē eſſe
vitioſam, eamque vendens ſine expreſſione
vitij, tenetur ad omne intereſſe emptori;
& etiam poena corporali puniri poteſt; ta-
men ſi ignoranter vendidit, ſolùm tenetur
quanti minoris rem illam emptor emiſſet.
Secunda pars probatur ex *text. in l. Iulia-
nus. in princ. & l. quero ff. de action. empt.*
& hoc docent omnes, probat *Menoch. d.
conſ.* 964. *num.* 10. *lib.* 10. Quia dum emptor
habet ex pretio illam quantitatem, qua
minus valet res vendita, conqueritur,
nec venditor fuit in dolo, quia non dixit,
rem illam eſſe ſinè vitio, &c. vt probat
etiam *D. Th. ſecunda ſecunda q. 77. ar. 3. &
quodlib. 2. ar. 10. Sotus. Diu. Anton.* & alij,
quos probat *Leſſius. d. dub.* 11. *num.* 91. *Sa-
las d. dub.* 35.

18 Prima pars quòad omne intereſſe habe-
tur in Iuribus citatis, & etiam *in l. c. §. 1.
& §. Iulianus in princ. ff. de ædilit. edict.
gloſſ. Alex. & Capoll.* quos probat *Me-
noch. d. conſ. 964. num. 11. & conſ. 1178. in
3. col.* vbi innumeros alios cumulat, ſub-
dens ex communi ſententia, & ex *text. in l.
quero ff. de act. empt. & l cum te fundum,*
19 *C. de pactis inter empt. & vendit.* quod ſit
in electione emptoris, vel recedere à con-
tractu, vel accipere intereſſe, adeo ut non
poſſit cogi accipere intereſſe, quia inuitus
non cogitur ſtare contractui pexdicto, quia

dicitur factus ſinè eius voluntate, latiſſimè *Rebell. d. q. 9. num 2 & ſeqq. & q. 8.* etiam ponit aliqua, *Leſſ. d. c. 21. dub. 11. num.* 87. *in fin. cum ſeqq.* & patet ex dictis ſuperius.

10 Quòd poſſit etiam venditor puniri poena corporali, eſt etiam inconfeſſum apud omnes; puniuntur enim poena ſtellionatus, nempè, poena extraordinaria; hæc enim eſt poena ſtellionatus *l. 2 ff. de crimi. ſtellionat. vbi in l. 3.* in ſpetie vult puniri hac poena eos, qui rem alijs obligatam, vendunt vti liberam per calumniam, vel diſſimulando obligationem; ſic etiam ſi vnam rem pro alia vendit cauſa decipiendi emptorem, vt torquem æream pro auro, vel rem vitioſam ita exornet, vt vitia occultentur, & ſic de alijs; quia iſti tales dicuntur deceptores, & ideo tali poena puniuntur, vt latiſſime probat *Menoch. lib. 2. de arbitr. Iudic. caſu* 383. Plura tradunt de monopolijs, fieri ſolitis in rebus vendendis, vltrà *Menoch. loco citato, vide Leſſ. d. cap. 21. dub. 20. tota.*

21 Hinc refert *Iul. Clar. in ſua pract. crim. §. fin. q. 83. vers. ſi quis impoſturam*, quem refert *Menoch. d. caſ. 383. num. 4.* quòd quidam vir, qui finxit, ſe eſſe virum cuiuſdam mulieris, cum qua diu cohabitauit, & filios ex ea ſuſcepit; reuerſo vero marito, & detecta fraude illius viri, quia non erat verus maritus, fuit ille doloſus tanquam deceptor flammis combuſtus. Anno etiā 1614. menſe Martio, quidam finxit, ſe eſſe Chriſtianum, & ornatis veſtibus ſe induit cum reuera eſſet infidelis & accecati ad quandam meretricem, cum qua rem habuit; at illa meretrix aduertens, illum non eſſe aliter Chriſtianum, ſed mancipium, ac infidelem, eū accuſauit penes Excellētiſſimum Regni Proregem, qui illū infidelem damnauit ad mortem, & ad furcas fecit ſuſpendere, & quendā iuuenem, qui mancipium comitatus fuit ad Regias triremes.

SVMMARIVM.

1 *Emptio, & venditio an ſit licita ſi res vendatur cariori pretio expectata pecunia, & quando valida reddatur num. 2.*

3 *Vendens merces carior pretio expectata pecunia in recompenſationem dilationis an valeat.*

4 *Venditor mercium ſi ratione temporis augeat pretium illorum, taxetur ad eam rationem, qua ipſe lucretur in plus an licite fiat, vt contractus ſubſtineatur in foro conſcientiæ.*

5 *Venditio mercis cariori pretio facta, quæ eſt cauſa, vt multiplicentur emptores an licita ſit eo quia dilatio eſſet pars iuſti pretij.*

6 *Contractus venditionis mercium quæ iuxtà conſuetudinem loci carius vendi ſolent expectata pecunia. an iuſtificetur, & contrarijs reſpondetur, num. 7.*

8 *Venditor an carius vendere poſſit merces adueniente copia aduenarum gentium.*

9 *Emptor ex quibus circumſtantijs poterit emere merces viliori pretio, quæ re vera valebunt, referuntur caſus maxime ſi rogatus à venditoribus emeret.*

10 *Emere an licitum ſit in fine nundinarum pro minori pretio quo tempore ſolet accedere inopia pecuniarum.*

11 *Emens copiam mercium, an poſſit eas viliori pretio emere quam ſi paucas emeret.*

12 *Venditiones mercium ſi non eſſent veræ, & reales, ſed palliatæ continerent vſuram, an procedant.*

13 *Contractus venditionis alicuius rei factæ pro maiori pretio alicui, qui eandem reuendit venditori pro minori pretio, an valeat ſi res eſſet in herba.*

14 *Peritis in arte ſtandum erit.*

15 *Contractus ne quis reemat viliori pretio pro pecunia numerata merces quas expectata pecunia prius emerat, an valeat, & quid dato temporis internallò, num. 16.*

17 *Venditio mercis pro pretio quo valere ſolet tempore determinatæ ſolutionis, an valeat.*

18 *Venditio rei facta ad rationem qua valere ſolet in aliquo menſe quo valere ſolet minus ſi fuerit facta in alio menſe taxato pretio in maiori ſumma, an valeat.*

19 *Venditio rerum facta certo tempore quas ſeruaturus erat venditor ad illud tempus, an valida iudicetur, & ratio affertur, num. 20.*

21 *Venditio licita an ſit, quoties res tempore venditionis carius valeret tradatur conſignando pretiū alio tempore quo vilius ſolet valere.*

22 *Venditor an poſſit rem carius vendere quādo emptores rogarent eum, vt talem rem vendant.*

23 *Venditio rerum quas venditor aſportare intendebat ad locum vbi carius vendebatur, & ipſe coactus erit vendere ad requiſitionem emptoris, an & quando valeat.*

24 *Vendi poſſunt res potius exteris, quam ciuibus, & quare, & declaratur, n. 25. & ampliatur.*

26 *Emptor, & venditor non debent ad imparia iudicari.*

27 *Vendens carius expectata pecunia ſe periculo exponendo, an ſupra iuſtum pretium licet et erigere, quod declaratur, num. 28.*

29. *Contractus venditionis rei frumentariæ conſignandæ in menſe Ianuarij proximi licet in menſe Septembris modius frumẽti valeret certo pretio, ſed venditur plus, an cenſeri debeat vnus contractus, & ſit validus diſcutitur num 30.*

31 *Mutuans frumentum vetus pro pretio tunc currenti, vt in meſſe ventura mihi tradas tantam quantitatem frumenti pro pretio currenti, an reſoluatur in mutuum contractus, vel emptionis, & venditionis.*

32 *Mutuans frumentum reſtituendum ad certum tempus, quo tempore non fuit reſtitutum: qualiter erit decernendum.*

QVAESTIO VIII.

1 OCtauo quæro, & An emptio venditio licita ſit, ſi vendatur cariori pretio expectata pecunia? Hanc quæſtionem, relatis varijs Iuriſtis, Theologis, & Summiſtis, examinant *Borgnin. deciſ. 14 par 2. Alex. Raudens. in ſuo lib. var. reſolut. c. 25. Salon 2. 2. q. 88. ar. 2. cõtrou 15 n. 8. & 9 & cõtrou. 16. cũ ſeqq. Roderic. lib. 3. de Annu reddit. q 7. Molin. diſp 360. 362. de contract. Rebell. par. 2. de obligat. Iuſt. lib 8. q. 8. & lib 9 q. 12. cum ſeqq. Azor. par. 3. Inſtit. moral. lib. 8. tit. de empt. & vendit. c. 8. Leſſ. lib. 2. de Iuſt. & Iur. c. 21. dub. 4. Salas. in tract. de emptio. & venditio. dub. 41. Megalus. 2. 2. Inſtit. confeſſar. lib. 2. c. 6. num 127. & ſeqq.* & hanc quæſtione potius cum Theologis reſoluemus, & ſimul etiam cum Iuriſtis, vt in vtroque foro diſcuſſa remaneat.

Vt autẽ magis pateat reſolutio, notandum eſt cum communi ſententia, vt poſt alios aduertit *Salas dicto. dub. 41. num. 1.* hinc non eſſe quæſtionem, ſi poſſit aliquis, expectata pecunia, vendere res ſuas pretio ſupremo, quo illas venderet præſenti pecunia; hoc enim eſt indubitatum ſecundum omnes; adeo quod ſi frumeti modius nunc valeat pretio infimo carolenis duodecim, pretio medio carolenis treſdecim, & pretio ſupremo carolenis quidecim, citrà ſcrupulum poſſet venditio fieri, expectata pecunia pretio ſupremo, & ſic carolenis quidecim, & ſucceſſiuè quæſtio eſt, quando excederetur pretium ſupremum.

2 Vt autem pateat tota reſolutio, pono ſequentes concluſiones. Prima concluſio eſt. Venditio eſt valida pro iuſto pretio, ſoluendo infra aliquos Annos, puta per decennium, & interim emptor ſoluat pro illo pretio ad rationem ſeptem, uel octo pro centenario. Hanc concluſionem probant *text. in l. cum manu ſata. in fin ff. de contrahend. emption. l. ſerui venditor ff. de perie. & commod. rei vend Abb. Socein & alij*, quos proſequitur *Alex. Raudens. in ſuo tract var. reſ. c. 25. n. 4. vbi n. 8. & 9.* ſic dicit, habeo fuiſſe decisũ cũ Iacobo Angelio eius collega in quodam compromiſſo eis facto inter Iacobum de Villanis, & Alexandrum Caſcinam Rationem illam aſsignat, quia hic contractus, durante dilatione data ad ſoluendum, reſoluitur in contractum locationis, vt ratione mercedis ſoluat emptor venditori ex fructibus percipiendis ab illa re ſummam illam; & proinde ſi ob ſterilitatem fundus non fecit fructus, facienda eſt remiſſio mercedis, vt de quolibet cõductore dixi ſupra in *tit. de locato* & hoc *eod. tit. q. 5. §. cõtrouerſiarũ eſt* lat iſſime probat *Raudens d. cap. 25.*

3 Secũda cõcluſio Vendere merces cariori pretio expectata pecunia, in recõpenſationem dilationis, cõtinet vſurariam prauitatem, & omni Iure reijcitur. Cõcluſio hæc eſt communiter recepta ex *text. in c. in ciuitate. & in cap. nauiganti. de vſur.* & oportet, omnes in hac concluſione conuenire, quia hoc lucrum eſt ex mutuo virtuali, quia ſolum tempus eſt in cauſa, cur dilatio data ſit, & proinde vſura eſt, etiam ſi adſit periculum ad augendum pretium, vt expreſsè habetur in Iuribus citatis, & hoc apertius fiet ex ſequentibus concluſionibus, *D. Thom. ſecunda ſecundæ quæſt 78. art. 2. Nauarr. in Manual. cap. 23 nu. 81. & ſeqq.* cum alijs cumulatis per *Azor. dict. cap. 8. Salas d. dub 41. num. 2. & ſeqq.* Et hoc modo procedũt omnes ampliationes, quas poſt *Guttierez.* & alios, ponit *Roderic. d. quæſt. 7 num. 30. & ſeqq.* non autem ſecũdum terminos ſequentium concluſionum, ſic enim malè loquitur, vt ex dicendis patebit.

4 Hinc etiam eſt, quòd ſi venditor mercium ratione ſolius temporis augeat pretium mercium, nempè, vt taxet ad eam rationem, qua venditor lucretur ad rationem octo, vel decem pro centenario, non eſt licitus contractus in foro conſcientiæ, quia ſolum tempus eſt cauſa dilationis, & ſic continet mutuum implicitum, & quod venditor ſoleat negotiari, multa tamen accidere poſſunt, vt non negotietur; & etiam quia multa ſunt neceſſaria ad lucrũ ceſſans, vt dicam infra *quæſt. 22.* & dum hoc lucrum eſt tantùm in ſpe admodum incerta, non poteſt iuſtificari in conſcientia, & ideò ſi in foro exteriori permitteretur ex conſuetudine, ſolùm ſequeretur, ne poſſit puniri aliqua pena; per hoc tamen non excuſatur à peccato, vt notat *Azor. dict. par. 3. lib. 8 cap. 9. in fin. & cap. 8. quæſt. 5. tota vbi D. Thom.* & alios. Quid dicendum ſit, ſi aliquæ adſint circunſtantiæ; dicam cõcluſione ſequenti.

5 Ter-

5 Tertia cõcluſio ſi venditio mercis fiat cariori pretio, quia venditio hæc eſt cauſa, quod multiplicentur emptores mercium; licita eſt venditio, quia illa dilatio eſt pars iuſti pretij. Cõcluſionem hanc ponit *Molin. in tract. de cõtractib. diſp. 357. in fin. & diſp. 355. num. 1.* vbi dicit, omnes in hoc cõuenire, quam deſumit ex traditis per *Couarr. lib. 2. var. reſolut. cap. 3. ex Nauarro, Soto, & alijs*, probant plures Iuriſtæ, quos citat, & probat *Lanar. conſ. 61. ponit aliqua Rouit. in pragm. 1. num. 8. in tit. de vſur. Medin. in Cod. de reſtitut. q. 38. & 36. Couarr. d. lib. 2. var. reſolut. cap. 3. num. 6. Salyc. in Auth. ad hac. q. 11. C. de vſur. Dec conſ. 111. & in l. 1. num. 17. C. de edend & vẽdito cap. q. Leſſ d. dub. 4. num. 4. num. 28. & ſeqq & dub. 6.* Probatur facilè, quia dũ merces vẽduntur ex pectata pecunia, multiplicantur emptores mercium, quorum multiplicatio cauſam præbet, vt non ſolùm non decreſcat, ſed potius accreſcat iuſtum pretium mercibus; quod enim a pluribus, queritur, pluris æſtimatur; & exſperientia conſtat, quod multiplicatio emptorum in Nũdinis faciat plus valere merces, & ſucceſſiuè nec formaliter, nec virtualiter lucrum capitur ex mutuo, quia tẽpus non eſt cauſa dilationis, ſed potius dilatio eſt cauſa iuſti pretij, cum reſpiciat commodum vtriuſque, vt dictum eſt.

6 Hinc DD. prædicti, & alij plures tradunt, licitam eſſe venditionem lanarum, frumẽtorum, pannorum, & aliarum mercium, quæ ſecundum loci conſuetudinem carius vendi ſolent expectata pecunia, quàm venduntur pecunia numerata, tũ ratione prædicta, tum etiam quia cõſuetudo iuſti ficat huiuſmodi contractus, vt benè proſequitur *Leſſ. d. dub. 6. num. 55. & ſeqq.* non quia conſuetudo contractum illicitum poſſit facere licitum; hoc enim facere non poteſt, vt benè probant *Roderic. d. q. 7. num. 32. Azor. d. cap 8 q 6. & alij* quos probaui *tõ 1. par. 1. cap. 6. num. 17. & par. 4. tit. de renunc. q. 11. num. 7. & ſeqq.* ſed quia non eſt leuis præſumptio, licitos eſſe contractus, qui taliter communiter inter Ciues fieri conſueuerunt. Et in hoc caſu conſuetudo interpretatur, quod tẽpus non ſit cauſa dilationis, ſed potius dilatio ſit pars pretij, & emptorum, & vẽditorum reſpiciat vtilitatem, vt latius proſequuntur *Molin. d. diſp. 358. cum plurib. ſeqq.* præcipuè *diſp. 360.* vbi etiam quædam contraria ſoluit *Salon. d. q. 88. ar. 2. controuerſ. 23. tota. Leſſ. d. dub. 4 num. 24. cum plurib ſeqq. & dub. 6. toto. Azor. d. cap. 8. & q.* & alij plures

7 Et tota vis contrariorum in hoc cõſiſtit, quia ſi de præſenti merces valent minori pretio, & quis illas vendat maiori; vtique exceſſus maioris pretij cenſetur quodam mutuum virtuale, ſiuè implicitum, vt de præſenti cenſeatur vẽditor, dare v. g. emptori decem aureos vt infra Annum reſtituat venditori quindecim. & ſucceſſiuè eſſet contractus vſurarius, ſiquidem reſponſio eſt clara, negando antecedens, quia tempus non eſt cauſa dilationis ſed potius dilatio eſt cauſa iuſti pretij, reſpiciens commoditatem vtriuſque contrahẽtis, & etiam vtilitatem Rei publicæ, ob mercium abũdantiam, vt optimè poſt alios notat Salon. loco Itaque ſi adſint aliæ circunſtantiæ, quod venditiones ſint veræ, & exceſſus arbitrio boni viri non ſit magnus, nempè, non excedat lucrum ceſſans, quod ex illa pecunia præſenti poſſet venditor iuſtè lucrari, vt dicemus infra *q. 22 vtrique* licitus eſt modus ſic contrahenti in vtraque foro, vt relatis varijs Authoribus probant *Roderic d. q 7. num. 39. Molin. d. diſp 360. §. illud admonuerim. Leſſ. d. dub. 4. num. 28. & ſeqq. & dub. 6. num 51.* alij plures

8 Hinc etiã deducitur, quòd ſi merces inter Ciues certo vendatur pretio, deinde accedat copia emptorum aduenarum, poſſum ego licito Iure meas merces carius vendere illis aduenis, quia reſpectu eorum merces dicuntur carius valere ob emptorũ copiam, & ob pecuniarum eorum abondãtiã, vt poſt *Corrandum. & Medinam*, probat *Molin. diſp. 346.* quem ſequitur *Leſſ. d. dub. 4. ſub. num. 10.* ſic etiã ſi periculo minus exigendi ſe exponit ab emptoribus, & ob moleſtias in exigendo, *Nauarr. cap. 23. num. 81. Medin Petr. Nauarr. & alij*, quos probat *Leſſ. d. dub. 6. num. 54. Salas hoc tit. de emp. & vendit. dub. 41, num. 5*:

9 Cõfirmari poſſũt prædicti, quia emptor ex pluribus circũſtantijs poteſt viliori pretio merces emere, quàm re vera valeant. Primo ſi eas emat rogatus à venditoribus, nam hic vendẽdi modus copiam mercium indicat, & emptorum paucitatem, & ideo merces vltroneæ vileſcũt pro tertia parte, vt notauit *Caiet. ſecunta. ſecunda queſt. 77. ar. 1. Nauarr. cap. 23. num. 78 Medin. Couarr. & alij*, quos probat *Leſſ d. dub 4 nu. 33. & alij*, quos ſequitur *Salas dub. 43. de empt. & vendit: num. 3.*

10 Secũdo quãdo pauci reperiuntur emptores, & ideo in fine nundinarum licitum eſt emere pro minori pretio; etiam quia tunc pecuniæ inopia accedere ſolet, & venditores à multis liberantur curis, & incommodis, dum merces vendunt, dummodo ſit pretiũ cõueniẽs, ita *Leſſ. d. dub. 4 num. 36. Rebell. & alij* quos probat *Salas de empt. & vendit. dub. 4.*

11 Tertio ſi quis ſimul emat copiam mercium, poteſt eas viliori pretio emere, quàm

ſi

Digitized by Google

ſi paucas emeret, quoniam emptor liberat vẽditorẽ à multis laboribus, curis, & in cõmodis, & dat illi occaſionẽ, ut alias amat merces, ex quibus aliud præcipiat lucrum, ut notat *Leſſ. d. dub. 4. in fin. Sot. Cordub. Caiet. Tolet. & alij* plures, debet tamen eſſe non ſatis ultrà infimum pretium; ſi tamen omnia prædicta ſimul accederent, eò magis contractus iuſtificarentur.

12 Eſt etiam aduertendum, quod ſi uenditiones mercium non eſſent ueræ, & reales, ſed palliatæ; tunc abſque dubio continent uſuram, & omnes Authores citati, & alij hoc docent, & ita conſului, & exequutum fuit in Regno Siciliæ de menſe Iunij 1614.

13 Solent enim proxenetæ, ſeu mediatores procurare huiuſmodi uenditiones, ut aliqui pecuniam inueniant; Vt u. g. de Anno 1614. emi à te ſaccara, fabricanda ex tuo arbitrio cannamelarum ſequenti Anno 1615. deindè tu poſt paucos menſes, aut dies indiges pecunia, & eiſdem proxenetis mediantibus, petis, ut de ſumma ſaccarorum mihi à te uendita, ego uendam tibi aliquam quantitatem, & hoc ad finem, quod dicta ſaccara tu uendere poſſis, ut tibi ſubuenias in tuis neceſſitatibus; Vendo ego tibi ſaccara longè maiori pretio, quàm emi, deindè tu eadem ſaccara reuendis mihi pro minori pretio; contrahendi modus fieri nequit, quia uenduntur, & reuenduntur merces in herba; & talis modus contrahendi continet uſuram palliatam; quia in effectu mutuata quantitas ſaccarorum, & ſuper illa fiunt illa appretia aerea; & huiuſmodi contrahẽtes in Italia uocatur *Barattieri*, ſeù *dar à baratto*, & ſic de alijs; & ſucceſſiuè continent uſurariam prauitatẽ, præcipuè quando fiunt eodem tempore, & uilius uẽditur, & carius reuenditur, ita *Gabr. in 4. diſt. 15. q. 11. ar. 3. dub. 3. Angel. in verb. uſura. 1. Sylueſ. verb. uſura. 2. q. 4. Roſell. & alij*, quos probant *Azor. par. 3. Inſtit. moral. lib. 8. cap. 11. §. 3. & 4. Nauarr. Rebell. Leſſ. & alij*, quos probat *Salas dub. 37. de empt. & vendit. Borgnin. decis. 14. num. 8 & 62. cap 2.* & ita reſolutũ fuit in dicto Regno Siciliæ etiã à pluribus peritis in arte, quia in rebus

14 ſpectantibus ad artem nullus magis quam peritus in arte certò iudicare poteſt. *l. ſeptimo menſe. vbi omneſ. ff. de ſtatu hominum.* cum alijs cumulatis per *Maſcard. tom. 2. de probat. in verb. periti* in arte. Et hoc magnum honorem contulit Bartolo, qui ſecundum caſuum exigentiam peritos in arte conſulebat, ut poſtea certius ſuã poſſet proferre ſententiam, ut poſt *Bald. in cap. 1. col. 4. de ſucceſſ. feud. Rebuff & alios*, notat *Roderic. d. lib. 3. de annu. reddit. q. 10. num* 11. ubi etiam quædam uerba motus Pij Quinti ad hoc propoſitum narrat, quæ ſic habent:

De rebus ſpectãtibus ad artem nullus magis, quàm ipſi de arte, cognoſcere, & terminare valent.

15 Si uerò mercatores bona fide hoc fecerunt, & nullo Iure ſcripto prohiberetur hic contrahendi modus, ne quis reemat uiliori pretio pro pecunia numerata merces, quas expectata pecunia carius emit prius ut dicitur adeſſe in Luſitania, & in Regno Caſtellæ vt notat *Salas d. dub. 37. n. 5.* nec adſit pactum de retrouendendo, & exceſſus non tranſcenderet pretium ſupremum;

16 Excuſarentur huiuſmodi mercatores ab vſura, præcipuè quando interuallum temporis intercedit inter primam, & ſecundam emptionem. Patet, quia ſi iuſtus eſt contractus, dum ego vendidi tibi merces illas exponis venales, & non reperiens emptorem, rogas me, vt pretio currenti illas merces reemam, & hoc ea ratione, quia mihi denegari non poteſt, quod erat alteri permiſſum, vt benè poſt alios probant *Nauarr. in summ. cap. 23. num. 91. Mercat. & Garz.* quos ſequitur *Azor. d. cap. 11. §. arbitror in primis.* Idem erit in caſu noſtro; nam eadem eſt ratio, vt poſt *Palat. Petr. Nauarr. Leſſ. & alios*, proſequitur *Salas d. dub. 37. num. 2. & ſeqq.* ſed abſtinendum eſt ab huiuſmodi contractibus, quia ipſimet proxenetæ, qui ad finem extorquendi ſtipendia pro ſuis negotiationibus excogitant huiuſmodi venditionis, & reuenditiones, ſunt primi, qui talem contrahendi modum damnant tanquam vſurarium: & dum emptores mercium pecunias ſuas recuperare procurant, fiunt oppoſitiones in iudicio, contractus eſt vſurarios, & eodem tempore pecuniam, & famam amittunt, & ſuccedit illud *Eccleſiaſt. 29. verſ. 5. & ſeqq.* de his qui ad fœnus pecuniam accipiunt, vz. *Donec accipiant, oſculantur manus dantis, & in promiſſionibus humiliant vocem ſuam; & in tempore redditionis poſtulabit tempus, & loquetur verba tædij, & tempus cauſabitur: ſi autem potuerit reddere, aduerſabitur, ſolidi vix reddet dimidium, & computabit illud quaſi inuentionem: ſin autem fraudabit illum pecunia ſua, & poſſidebit illum inimicum gratis, & conuitia, & maledicta reddet illi, & pro honore, & beneficio reddet illi contumeliam.*

17 Quarta concluſio. Licita eſt venditio mercis pro illo pretio, quo valere ſolet tempore determinatæ ſolutionis. Concluſio hæc dupliciter poteſt euenire. Primò, ſi vendantur merces pro pretio valituro in tali tempore; & tunc concluſio eſt ſine cõtrouerſia, ſi ad illud tempus eras ſeruaturus illas merces, dummodo ex illo pretio deducantur expenſæ, quas venditor factu-

rus

Digitized by Google

rus erat pro mercibus vſque ad illud tem-
pus, quia talis inter vtrunque contrahen-
tem, vt patet ad ſenſum, ſumitur hæc con-
cluſio ex *tex. in d. cap nauiganti de vſur.*
eam probat *Scot. Ricard. Syluest. & alij
plures*. quos probat *Rebell. 2. par. de oblig.
Iuſt. lib. 8. de vſur. quaſt. 8. num. 1. & ſeqq.
Azor. par. 3. lib. 8. cap. 9. §. quid verò Leſſ. d.
dub. 4. num. 28. & d. dub. 6. num. 52. Salas
de empt. & vendit. dub. 41. num. 3. & ſeqq.*
& alij plures. Secundò, euenire poteſt, vt
18 ſi ego de menſe Decembris vendo tibi fru-
mentum ad eam rationem, qua valere ſo-
let in menſe Maij; exempli cauſa de men-
ſe Decembris valet frumenti modius caro-
lenis octo, in menſe tamen Maij valere
ſolet, vt plurimum quilibet frumenti mo-
dius carolenis vndecim; vendo tibi frumē-
tum de menſe Decembris, taxo pretium
ad rationem carolenorum vndecim pro
ſingulis modijs; valida, & licita eſt hæc
venditio, nec continet aliquam vſurariam
prauitatem. Probatur apertè ex *text. in
cap. in Ciuitate de vſuris* ibi. *Niſi dubium
ſit, merces illas plus, minuſvè ſolutionis
tempore valituras*; Et omiſſa ratione, quod
merces carius vendi poſſint, expectata pe-
cunia, vt probauimus in tertia concluſio-
19 ne. Probatur hæc concluſio alio modo,
nempè, quia dum in illo tempore merces
tali pretio valere ſolebant, & eas ſeruatu-
rus eram ad illud tempus, non facio tibi
iniuſtitiam, ſi illo meo pretio tibi illas vē-
do, probant hanc concluſionem *Gabr. in
4. diſt. 15. artic. 1. quaſt 11. Nauarr. in Ma
nual. cap 18. num. 119. & 226. Angel. Sylu.
Medin. Panormit. Turrecrem. & alij*,
quos etiam ſequitur *Rebell. d. lib. 8. quæſt. 8.
num. 3. & ſeqq & lib. 9. quaſt. 14 & ſeqq.*
Nam in effectu hoc dicit; ſic etiam *Rode-
ric. d. quæſt 7. num. 33. & alij*, quos ſequun
tur *Azor. d. lib. 8. cap. 9 quaſt. 1. Molin.
diſp. 358. de contract. Leſſ. d. dub. 6. num. 52.
Salon. ſecūda ſecūdæ quaſt 88. cōtrouer. 21.*
20 tota, & patet ex rationibus tertiæ conclu-
ſionis, & præcipuè quia illud pretium fuit
iuſtum, prout in ſpe ex communi, & ſolita
æſtimatione ſuccedere ſolet; vndè licet
poſtea in effectu plus, vel minus valeat;
hoc ſe habuit per accidens, & ſatis fuit il-
21 la communis æſtimatio. Et ſubdit *Salon.
d. controu. 21. num. 7. cum ſeqq.* cum com-
muni ſententia, quòd ſi de præſenti tem-
pore venditionis carius valeret, traditur
tamen conſignandum alio tempore, quo
vilius ſoleat valere, licita erit venditio pro
illo viliori pretio; quia communis homi-
num æſtimatio tempore conſignationis fa-
cit illud pretium iuſtum, & licitum, quam-
uis ex accidenti variari ſolet. Semper ta-
men deducuntur expenſæ, quas Dominus
mercium vſque ad illud tempus facere ſo-
let; & habetur etiam ratio, ſi merces cor-
rumpi poſſent, vt proſequuntur Authores
citati, & in hoc omnes conuenire affirmat
*Azor. d. lib. 8. cap. 8. §. in primis Roderic.
d. quaſt 7. num. 40. Salas, qui alios citat d.*
22 *dub. 37.* Sic etiam quando emptores rogāt
venditores, vt merces eis uendant, quas
aliàs non eſſent uendituri; quo caſu quia
uendunt in gratiam emptorum, poſſunt
aliquid plus uendere, quàm ſit iuſtum pre-
tium, ut poſt alios notat *Leſſ. d. dub. 4.
num. 31.*
23 Hinc etiam dicunt, quòd ſi ego aſpor-
taturus eſſem merces ad locum ubi ca-
rius uenduntur; & tu me rogaſti, ut hic
eas tibi uenderem pro eodem pretio; poſ-
ſum licito iure hoc facere, deductis tamen
expenſis itineris, & habita conſideratione
laborum, & periculorum, quia in gratiam
tui hoc facio, ut docent *Innoc. Ioan. Andr.
Panorm. & alij in cap. in Ciuitate de vſur.
Salicet. & Medin.* quos ſequitur *Azor. d.
lib. 8. cap 9. quaſt. 2. & alij*. Et ideò multi
tenent, quod carius res uendi poſſint ex-
ternis, quàm indigenis, ſeù Ciuibus, ſi
pro utriſque ſit ſatis magna copia. Nam
reſpectu externorum, qui abundant pecu-
nia, & plurima uolunt emere, res illæ plu-
ris ualere cenſentur, quàm reſpectu Ciuiū,
ita *Medin. in C. de reſtit. quaſt. 30. artic. 4.
Molin. diſp. 346. Leſſ. d. lib. 2. cap. 21. nu. 30.
& alij*, quos probat *Salas dub. 28. de em-
ption. & vendit. & text. in cap 1. de empt.
& vendit.* qui prohibet, carius uendere
externis, quàm ciuibus, procedit, quan-
do id fieret in fraudem; ſed communis cō-
ſuetudo obſeruat, quod ſuperius diximus.
25 Confirmatur illa quarta concluſio. Nam
Archid. & Vgon. quos probat *Turrecrem.
in cap ſi quis Clericus 14. quaſt. 4. Abb. in
d. cap. in Ciuitate num. 20. de vſur. Sot. lib.
6. de iuſt. & iur. quaſt. 1. artic. 2.* & quidam
alij tenent, procedere etiam si quis non
eſſet ſeruaturus merces illas, uſque ad illud
tempus, quo carius uendi ſolent; quorum
opinionem probabilem dicit *Salon. ſecun-
do ſecunda quaſt 88. artic. 2. controuer. 22.*
Quamuis receptior ſit opinio, ut neceſſa-
riò requiratur circunſtantia illa, quod ſer-
uaturus eſſet merces ad illud tempus, &
quòd in ſimul deduci debeant expenſæ pro
cuſtodia illius temporis, quod ad literam
habetur in *cap. nauiganti de vſur.* poſt *Co-
uarr. Nauarr.* & alios innumeros, probant
*Roderic. d. lib. 3. de Annu. reddit. quaſt 7.
num. 33 Salon d. art. 2. controu. 23. num. 5.
& ſeqq. Azor. d. cap. 9. quaſt. 4. & cap. 8. q. 2.
Leſſ. d. dub. 4. num. 28 & dub. 6 num. 52. Sa-
las. dub 41 de empt. & vendit. num. 3.* E cō-
tra etiam poteſt quis emere uilius anticì-
pata ſolutione merces, quæ plus ualerent
tempore conſignationis, ita *Sot. d. lib. 6.
quæſt. 4.*

qu.4. ar.1. ad 4. Cordub. & alij, quos probãt *Molin. diſp.360. de contract. lib. Leſſ. d. cap. 21. dub 7. toto.* quia emptor, & venditor nõ debent ad imparia iudicari. *l. 1. C. de ſuppreſ-*
26 *ſis. lib. 11.* Et etiam quia interim venditor pecunia illa vtitur, multiplicantur emptores; & ſucceſſiuè augetur pretium, & ſic de alijs pluribus commoditatibus hinc indè; omnes enim conueniunt, vt ratione lucri ceſſantis, vel damni emergentis etiã in mutuò poteſt quis exigere aliquid vltra ſortẽ, & eo magis ex iſta venditione.

27 Poſtremo ſi per huius venditionem, carius factam, expectãta pecunia, quis ſe exponeret periculo ſortis, exigendę a Maſſarijs, ſiuè Agricolis, aut cum magna moleſtia, & expenſis, tunc quia ratione huiuſmodi periculi expenſarum, & moleſtiarum; quę ſunt pretio æſtimabilia, poteſt a bitrio boni viri ſuprà iuſtum pretiũ aliquid exigere, vt docet *Sot. d. q. 4. ar. 1. ad 2. Medin. Petr. Nauarr. Molin. Leſſ. Valent. Rebell. & alij,* quos probat *Salas d. dub. 41. n. 5. & 6. ubi inter alios citat D. Th. opuſc. 73 de vſur.*

28 Nec vrget, quòd aliqui teneant contrarium, quos refert, & ſequitur *Roderic. d. q. 7. n. 29. & ſeqq.* & penes *Salas d. dub. 41. n. 3.* ea ratione, quia ſtatim merces ſiũt emptoris, & ſi pretium creſcit, in beneficium eiuſdem emptoris creſcit, & venditor non poteſt quidquam exigere pro illo incremẽto, & hic eſt Achilles contrariorum ſiquidem argumentum ſolum concludit contrá illos, qui non exigunt circũſtantiam, quod venditor ſit ſeruaturus merces ad illud tẽpus, vt tunc attendatur tempus pręſens; & ſic loquuntur ſecundum terminos 2. & 3. concluſionis, vt ſolum aliquid exigatur ratione lucri ceſſantis, & ita ẽt intelliguntur tradita a *Ioa. Philippo Teſtai alleg. 3 n. 199. cum ſeqq.* At quãdo ſeruaturus erat merces ad illud tempus; tunc non ſolum attenditur lucrum ceſſans, & periculum exactionis, vt ſuperius dictũ eſt; ſed ẽt attẽditur determinata volũtas venditoris, qui ſeruaturus erat merces ad illud tempus, & fictione Iuris in eius beneficium creſcit pretium. Poteſt etiã vendi annuus cenſus pro minori pretio, quam valet, dũ venditur pecunia numerata ob eaſdem rationes, vt relatis varijs Auctoribus proſequitur *Marius Giurba deciſ. 117* & ſic de alijs.

29 Si tamen pretium taxatum eſſet ex nunc V.g. ego de menſe Semptembris vẽdo tibi tot frumenti modios, tibi conſignandos in menſe Iauuarij proximè venturi, ſed in menſe Septembris frumenti modius valet carolenis octo, ſed ego vendo carolenis decẽ. In hoc caſu videtur in effectu eſſe idem contractus, vt ſit venditum frumentum pro pretio valituro de dicto menſe Ianuarij, & quia dubitari poteſt, ſi plus, vel minus merces tunc temporis valebunt, voluerunt ex tunc taxare illud pretium, & ideo ſi tale pretium nõ ſit exceſſiuum, nec contractus aliã fraudem contineat, non eſt dãnandus contractus ita probant *Syluef. in verb. vſura lo. 2. q. 2. nu. 2. Sot. de Iuſt. & iur. lib. 6 q. 4. ar. 12. Graff. par. 1. deciſion. lib. 2. cap. 115. num. 7. Azor. par. 3. moral lib. 8. tit. de empt. & vendit cap. 10. q. 3 §.* Altero modo pretium *Rebell par. 2. lib. 2. q. 13. num. 1. Nauarr. in Manual cap. 17. num. 252.* de quibus duobus meminit *Maſtrill deciſ. 106. num. 31. lib. 2. Leſſ. d. dub. 6. num. 52.* Nam venditor etiam in hoc caſu ſeruat in effectu merces ad illud tempus quo ſolent tali pretio vendi, ſic etiam aſſumit periculum mercium in ſe ſi pereant, nam tibi pereunt, & ſic de alijs; Itaq. patet ni fallor õnes rationes, quę procedunt in tertia cõcluſione, hic etiam procedere.

30 Bene tamen verum eſt, quòd licèt in pręteritum poſſet excuſari hic contractus, non tamen eſt conſulendus in futurum, quia aliqui dicunt eſſe contractum vſurarium, nẽpè *Alex. cõſ. 72. col. 1. vol. 1 Plot cõſ. 74 Natta conſ. 670. vol. 4 multi alij;* & magis cõmuniter dicunt, non eſſe vſurarium, ſed ſuſpectũ & bonum eſſe ab huiuſmodi contractu ſe abſtinere, vt poſt *Anton. de Butr. Abb in d. cap. in ciuitate. de vſur. Grauett. & alios,* notat *Borgnin. deciſ. 14 ſub. num. 11. par. 2.*

31 Quinta concluſio. Licitum eſt mihi vendere tibi frumentum vetus de menſe Decẽbris, V.g. pro pretio tunc currenti, vt ex illo pretio reddas mihi tãtam frumenti quãtitatẽ in Meſſe ventura ad pretium currens. In hac concluſione omnes conueniunt, quia nullam iniuſtitiam hic contrahendi modus continet, Immò eã admittunt DD. & ſi frumentum vetus peius eſſet nouo, quiá ſatis eſſet, ſi tanto pretiò frumentum illud vendebatur alijs idem eſſet, ſi ego mutuaſſem tibi tale vetus frumentum pro pretio currenti, vt in meſſe ventura mihi traderes tãtam frumenti quantitatem pro pretio, tunc currenti: nam in effectu hoc mutuum reſoluitur in contractum emptionis, & venditionis, & hoc dicit eſſe de mente omnium *Nauarrus in mãual. cap. 17. num 225.* quẽ poſt *Gabriel. Conrad. Sylueſ. Medin. & alios probat Rebell d. lib 8 q. 8. num. 6.*

32 Occaſione predictorum notandum eſt, quòd ſi ego mutuaſſem tibi aliquã frumẽti quantitatem uſque ad certum tempus, vt puta ad Meſſẽ vẽturam, quo tempore mihi non reſtituis frumentum; non eſſet contrá iuſtitiam, dũ in Meſſe frumentum nõ peto ſed expecto tẽpus, quo valeret carius: Quia tibi imputandum eſt, quod in meſſe non ſoluiſti etiam non requiſitus; nam ſicut ego di-

diſtoli petere in tempus, quo valebit carius ſic tu habebas electionẽ illud reſtituere eo tẽpore, quo vilius valebat. Et hęc eſt communis ſententia, vt probat *Nauarr. d. cap. 17: ſub. num. 225. §. 96. verſ. non tamen peccat. Molin. in tract. de contract. lib. diſp. ....* *Rebell. d. q. 8. num. 6.*

S V M M A R I V M.

1 *Res future, an poſſint licito iure vendi.*
2 *Bona quę ſunt in dominio noſtro ex commercio libere vendi poſſunt.*
3 *Quilibet poteſt ſua bona particularia, vendere, & iura quæ habet.*
4 *Domo vendita, an veniant omnia, quæ eis ſunt affixa.*
5 *Ius accreſcendi, an veniant vendita domo, ſeu fundo.*
6 *Ius patronatus, an veniat in venditione domus, & an transeat cum hæreditate.*
7 *Hæreditas delata, vel ex teſtamento, vel ab inteſtato, an vendi poſſit.*
8 *Vſusfructus quem quis habet vendere, an poſſit.*
9 *Vendere an quis poſſit nudam poſſeſſionem, actionem, & quolibet ius quod habet.*
10 *Res aliena, an & quando vendi poſſit.*
11 *Venditor tenetur tradere poſſeſſione rei vẽditæ vacuam, & expeditam.*
12 *Vendens rem ad quid tenetur.*
13 *Venditor rei alienæ ad quid tenetur.*
14 *Emptor ſciens rem empta eſſe alienam, an cogere poterit venditorẽ ad rem tradendam, neque ad intereſſe.*
15 *Bona aliena an dicantur illa, quæ confiſcantur ob gabellam.*
16 *Res future, an vendi poſſint.*
17 *Venditio iactus retis, an ſit pura, vel conditionalis.*
18 *Dominus poteſt vendere ſeruum, & ancillam.*
19 *Res quæ nam vendi non poſſunt referuntur.*
20 *Res indifferentes vendi, an poſſint.*
21 *Emere an licitum ſit frumentum, ac alia victualia in tanta copia, vt ipſa cariori pretio vendantur, & qualiter puniantur, num. 22.*
23 *Emere frumenta, & ſimilia, vt aiunt vulgo* alla voce, *an ſit licitum.*

QVAESTIO IX.

1 NOnò quæro, Quę res vendi poſſint & Num res futurę poſſint licito Iure vẽdi? De hac quæſtione latiſſime tractat *Mozz. in tract. de empt. & vendit. in tit. de rebus quę emi, & vendi poſſunt. fol. 73. & ſeqq Rebell. par. 2. de obligat. Iuſt. lib. 9. q. 18. Card. Tuſch. in ſua pract. cõcl. Iur, in verb. emptio. conc. 120 & 122. & in verb. venditio. cõcl 52. & ſeqq. Azor. par. 3 moral. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib. 4. tit 5. & ſeqq.* ex quorum dictis ſequentes concluſiones pono.

2 P. concluſio omnia, quæ ſunt in commercio noſtro, & in dominio noſtro vẽdere poſſumus. In hac concluſione omnes conueniunt, quia dum bona ſunt in commercio, & dominio noſtro, & non habemus limitatã facultatem ad vendẽdum, quilibet ea vendere, & emere poteſt, vt notant omnes, *Mãtic. de tacit. & ambig. conuent. lib. 4. tit. 5. n. 5. 16. & ſeqq. Salas in tract. de empt. & vẽdit. præcipuè dub. 47. cum ſeqq. & dixi in ſũma tract. 12. cap. 5. num. 47.*

3 Pri. igitur quis vẽdere poteſt ſua bona particularia, puta fundu, domum vel etiam ius ſeruitutis, quod habet in aliqua re particulari. *l. ſi in emptione §. omniũ ff. de cõtrahẽd. empt.* cum alijs cumulatis per *Moz. loco ci-*
4 *tato n. 3. Molin. diſp. 336. tota & diſp. 340. num.* 11. & domo vendita veniunt omnia quæ ei ſunt affixa, & inhærent; de qua materia latiſſimè tractat *Mantic. d. lib. 4. tit 15. toto* ad quem mitto lectorem, & *tit. 16.* ubi tractat, quid nam veniat in fundi vẽditio-
5 ne; cum verò eſt valida venditio, eſt dubium an ueniat Ius accreſcendi; de qua quæſtione latiſſimè tractat *Mantic. d. lib. 4. tit. 11.* & & magis communis uidetur opinio negati-
6 ua, rationibus adductis *d. tit. 11.* An autẽ trãſeat Ius patronatus, tractat *Mantic ibid. tit. 12.* & uidetur magis uera opinio, quod trãſeat, quia uendita hæreditate, uenditor abdicat ſe de medio, & omnia Iura ſua transfert in emptorem, cuius dum eſt damnũ, debet etiam eſſe commodum, & quia utrãque illationem latiſſimè examinat, omitto deſcuſſionem, & Ius accreſcendi annexum bonis tranſit etiam bonis uenditis.

7 Secundo uendere poteſt hæreditatem ei delatam ex teſtamento, uel ab inteſtato, dummodo rei ueritate delata ſit; nam uiuẽtis hæreditas uendi nequit, immò qui eam uendit priuatur commodo ſucceſſionis. *l. 2. ff. de his quib. vt indign. Moz. loco citato n. 4. cum ſeqq. Molin diſp. 340. num. 4 & ſeqq. latiſſimè Mantic. d. lib. 4. tit. 10. toto.*

8 Tertiò uendere poteſt uſũ fructum, quẽ habet quis in alienis bonis, & hoc uel ad tempus pro tot Annis, uel durante vita ipſius uſufructuarii. *l. 2. C. de donat. quæ ſub mod.* & idem eſt de annuis introitibus, quos uenditor habet ad uitam alicuius. *Oldrad. conſ* 207. Vniuerſis *Bart. Bald & Iaſ.* quos
9 *probat Tuſch in verb. emptio. concl. 121. tota, & concl. 122. num. 2. & alij* & ne longam congeriem faciamus, poteſt quis uendere nudam poſſeſſionem, actionẽ, & quod libet Ius aliud, quod in re aliqua habet, ut notãt *Tuſch.*

Tuſeb. & Moz. locis citatis, qui Iura, & Doctorum authoritates, ad hoc probandū citant, ſic etiam *Molin.d.diſp.*340.*Mantic. d.lib.*4.*ti.*13 quodnā uenditor, uéuita actione.

10 Secundā concl. poteſt quis uendere rem alienam in ſui tamen præiudicium, nō autē Domini rei uenditæ. Prima pars probatur ex *text. in l. rem alienam. ff. de contrah. empt. Moz. loco citato num.* 10. *& ſeqq. Tuſeb. d. concl.*122.*num.*4 *&* 5. *& in verb venditio concl.*53.*num.*1.*Rebell d. q.*18. *Mantic. d. tit.*5.*num.*19.*Salas.loco citato.dub.*48.& alij plures. Secundam partem probant ipſimet Anthores ex *text.in l.* 1. *C.de reb.alien non alienand. vbi gloſſ.* & cōmuniter DD. quia dum ego non ſum Dominus rei venditæ, & ſi mihi præiudico, non tamen poſſum præiudicare Domino rei, dum conditio unius non poteſt fieri deterior per conditionem alterius. *l.non debet ff.de reg Iur.*

11 Vt autem conclusio magis poteat, notandum eſt, venditorem teneri, tradere poſſeſſionem rei venditæ vacuam, & expeditum emptori, ac illum in tali poſſeſſione manutenere, defendere, & auctorizare, vt ex *text. in l ex empto.ff.de action.empt.* & alijs, probat *Alex.conſ.*34.in cauſa, & lite *num* 12. *vol.* 2. *Calderino* & alijs, notat *Tuſeb. in verb venditor obligatur cōcl.* 54.*&* 55 quia in hoc contractu emptionis, & venditionis rē tradi venit ex natura contractus. & ideo venditor tenetur præcisè tradere rem venditam, ſi ad id facultatē habet, aliàs tenetur

12 ad intereſſe, vt eſt communis, & recepta opinio, & conſequenter dum vendit aliena bona, quatenus eſt ex parte ſua, iam tenetur ad minus ad intereſſe, tenetur etiam de euictione, *l.ſi fundum, C.de euiction.* eſtque cōmunis opinio, vt probat *Moz.loco citato n.*12.*& ſeqq Rebell.d.q.*18.*num.*1. *Carrot. deciſ* 96.*num.*11.

13 Si tamen emptor neſciat, illa bona eſſe aliena, tūc venditor tenetur etiā ad omnia damna, & etiā actione furti, ſi eptor moleſtiam patiatur in ipſa re, ſi mobilis, quia in illa cautū ſecūdū noſtras leges conſiſtit fur tū, quāuis ſecūdū Theologos ēt in re immobili cōſiſtat furtum, vt notat *Rebell. d.q.* 8. *n.*5.*&* 6.ſed eorum opinio non ſeruatur niſi quòad peccatū, eūm enim quia vēdit aliena bona ſcienter, peccat contra Iuſtitiam, quia rem alienam cōtrectat inuito Domino, quæ contrectatio licet quòad motum de loco ad locum non cadat in rebus ſtabilibus, tamen cadit cōtractatio, quatenus illa alienat, inuito Domino, & ideo eſt peccatum contra Iuſtitiam, non tamen in foro exteriori punitur ratione furti, vt eſt notiſſimū apud noſtrates, vt affirmat etiā *Rebellius locis citatis.*

14 Dixi, ſi emptor neſciat, quia ſi ſcit illa bona eſſe aliena, non poteſt compellere venditorem ad rem tradendum, nec etiam ad ſoluendum aliquod intereſſe, quia deberet ipſe emptor ſoluere, immò pretium illud perdit, vt latiſſimè proſequitur *Tuſeb.in verb. vendere concl.*53 *num.*7.*& ſeqq. & Rebell. d q.*18.*num.*6.*cum ſeqq.* vbi refert. quandā legem eſſe in Hiſpania, qua ſancitur emptorem, qui ſcienter emit rem alienā, mittere pretium, illudque eſſe expendendum in redemptionem captiuorum, ad quam pœnam ait, in foro cōſcientiæ nō teneri, niſi ſequuta ſententia, quod verum eſt, vt omnes docent latiſſimè poſt alios *Salas d.dub.* 48. Quedā alia circá hanc concluſionem venditionis rei alienæ videantur apud *Mozium Tuſeb. Rebell. & Salas locis citatis*, non enim ōnia recenſenda ſunt.

15 Non tamen dicuntur bona aliena, quæ confiſcantur per gabellam non ſolutam, quia hæc incidunt in commiſſum. & ſtatim applicantur fiſco. *l.commiſſa. ff.de commiſſ. & vectigal.* & ideo qui illa bona emit, ſecurus eſt etiam in conſciētia, dūmodo gabellam ſoluat, vt *C ſinè cenſ.vel reliq fund.cōpar.nō poſſ latiſſimè Mozz.loco citato n.*19.

16 Tertia concluſio Res futuræ licitò Iure vendi poſſunt, quia habent tacitam conditionē ann xam, ſi naſcātur. Concluſ. hāc ad literam probat *text.in l nec emptio.ff. de verb. obligat. cum alijs eā latis à Moz.loco citato num.*16,*& dixi tom.*1,*par.*4.*in tit.de renūc. q.*1.*num.*14.*D. Th. Secunda Secunda.q.*77. *ar.*2.*ad p.Azor.*3.*par. moral lib.*8.*c.*9. *in fi. &* ratio illa eſt ſecundū ōnes. quia eſt quędā venditio ſub conditione, ſi bona illa perueniant ad venditorem, & ideo non verifica-

17 ta conditione non tenetur, prout latius infra *q ſeq. in tertia obſeruatione* Benè tū verū eſt, quod ſi quis emeret iactum retis, nō eſſet venditio conditionalis, ſed pura, quia dicitur emere ſpem tunc præſentem iactus *retis.l.ſpem.C.de domat.* & ideo etiam ſi nihil capiatur, tenetur emptor ſoluere pretiū, vt poſt alios notat *Moz.vbi ſupra num.*17. & habetur cōceptis verbis in dictam ſpem *Molin.de contract.diſp.*340 *n.* 20 hic enim non eſt vt in fructibus, in quibus ineſt tacita conditio, ſi naſcantur, quia ſic eſſe præſumitur voluntas contrahentium: ſi tamen emeret piſces ad rationem tot pro ſextertio eſſet venditio conditionalis, quia cōtractus non reſpicit iactum retis, ſed piſces capiendos *Molin.d.diſp.*340.*n.*20.*Mantic.d.lib.* 4.*tit.*5.*n.*5.qui alios citant.

18 Omitto, quod Dominus poſſit vendere ſeruum, ſic etiam ancillas, dummodo non vendat ea conditione, vt proſtituantur, vt *C.ſi mancip.ita venierit,ne proſtituat.* & ſic vides quam peſſimè faciant Domini ancillarum, qui ācillas curſitare faciunt per Ci-

nitares, & plateas, ad hoc, vt alijs proſtituã-tur & mancipia habeant ex ancillis: Quid enim aliud faciunt, quam vendere ancillarũ honorem, vt mancipia habeant? & ſic non curraut de offenſionibus Dei mirum poſtea ſi tot flagellis a Domino corripimur; peccata noſtra ſunt illorum cauſa, vt legimus in *Iſaia cap.* 1. & ideo Propheta ille ex pſona Domini admonet nos, reliquamus peccata noſtra, poenitentia de illis agamus, & Dominus liberabit nos ab omnibus malis ſed de hac materia dicemus alibi.

19 Bona autem, quæ vendi non poſſunt, vt res ſacræ, ſãctæ, religioſæ feuda, ẽphyteuſis, res litigioſæ, & alia pluta, & quæ cautela ſit vt valeat hæc vẽditio, latiſſime tradit *Moz. in d. tit. de reb. quæ vendi, & emi poſſunt. a num.* 24 *vſque ad fin.* ad quem me remitto.
20 *Rebell. d. q.* 18. *num.* 32. *cum plurib. ſeqq. Azor. d. cap.* 5. ſic etiam, an res indifferentes vendi poſſint, regulaliter enim vendi poſſunt niſi quis certo ſciat, ẽptorem ad malũ finem rebus illis vſurum, vt venenum ad mortem hominis, Idola ad committendũ crimen idolatriæ, & ſic de alijs, vt latiſſimè poſt *D. Th Secunda Secunda q.* 169. *ar.* 2. *ad* 4. & alios communiter proſequitur *Rebell. d. q.* 18. *num.* 25. *cum ſeqq latiſſimè Salas de empt & vendit. dub.* 47. dummodo res ex natura ſua non ſint mala, aut certo ſciam vsũ malũ; ſed nõ debeo ẽe curioſus ad inquirendum quidnam de illis bonis faciat emptor, nam si etiam ad vſum bonũ deſeruire poteſt vendi poterit citrà ſcrupulũ, ſed hoc reſpicit forum conſcientiæ, & ideo ſuo loco explicabitur latius.

21 Hoc tamen notãdum erit, non eſſe licitũ emere frumentum, vel alia victualia in tãta copia, vt ea cariori pretio reuendat, & graue damnum in Rempublicam generet. nam omnes conueniunt hoc eſſe mortale, quamuis in reſtituẽdi obligatione nõ omnes cõueniant; receptior tamen eſt opinio, vt etiam ad damni reſtitutionem teneatur, vt poſt *Gabr in* 4. *diſt.* 15. *q.* 10. *ar.* 3. *dub.* 2. *Maior. Sylueſ. Angel & Medin.* notat *Rebell d. q.* 18. *num.* 37. *cum ſeqq. Molin. de*
22 *contract diſp.* 345 *tota.* Hoc ſolum aduerto quòd hic talis puniri poſſit, vti monopoliũ faciens, vt latiſſimè proſequitur *Menoch. lib.* 2. *de arbitr. Iudic. caſ.* 569 vbi enumerat decem, & nouem ſpecies monopolij quòad merces vendendas, ad quem remitto lectorẽ sic etiã *ad Azor. par.* 3. *moral. lib.* 8. *cap.* 28.

23 Occaſione tertiæ concluſionis quòd res futuræ vendi, & emi poſſunt, eſſet hic examinanda quæſtio, ſit licitus an cõtractus emẽdi frumenta, & alias merces, vt aiunt; *alla voce;* ſeù ad metam faciendam tẽpore recollectionis mercium; ſed quia hoc dubium duas inuoluit quæſtiones. Prima in illis perſonis, quæ merces illas habere ſperant actu, vt ſunt Maſſarij, siuè Burgenſes: Secundo in illis perſonis, quæ nec habitu, nec actu illas merces habent. Ideo examinabo illas duabus quæſtionibus ſequentibus.

SVMMARIVM.

1 *Contractu emptionis frãgii* alla voce, *ſeù* alla meta, *an ſint validi, & num.* 22.
2 *Merces frumenta, & ſimilia conſignari debent in eodem loco vbi naſcuntur, & non alibi.*
3 *Expenſæ vecturæ mercium aſportandarum de vno loco ad alium ad emptorem pertinent.*
4 *Contractus emptionis frumentorum, & ſimilia in* Regno *Neapolitãno admictuntur, ſed taxato pretio.*
5 *Pactum in Regno Siciliæ vſitatum quando ſit contractus ad metam, vt frumentum conſignetur in certo loco, & in certa ſpecie frumenti, an ſit validum, & num.* 23.
6 *Maſſarij, qui tenentur tradere merces venditas ſi eo anno illas in agris non percipiant ob ſterilitatem, an teneantur ad intereſſe, & ratio oſtenditur, num.* 7.
8 *Pactum adiectum in contractibus emptionis mercium ad omnem quantiplurimi, an valeat.*
9 *Contractus venditionis frumenti facti per meſſarios vendente tot modios frumenti in menſe Iulij receptis pecunia, an iure ſubſiſtet, & an ſit abſtinendum à tali cõtractu num.* 10. *Sed contrarium defenditur num.* 11.
12 *Res futuræ emi an poſſint.*
13 *Pretium per quem taxari debeat.*
14 *Emens frumentum in herba pro quinque, quod tempore meſſis ſit valiturus octo, an contrahat vſuram.*
15 *Valor rerum quando variatur quod attendatur.*
16 *Taxatio pretij pro valore frumentorum venditorum in meſſe qualiter erit conſideranda, dum emptor caret illo comodo pecuniarum medio tempore dum poterat implicare in alijs.*
17 *Pacta illicita illicitos faciunt contractus adeo quod contrarium aſſerere peccarent.*
18 *Pacta contra naturam contractus ſunt nulla, & inualida remanente contractu in ſuo robore, & ſirmitate.*
19 *Vtile per inutile quando vitiatur.*
20 *Pacta quæ ſunt de ſubſtantia contractus vitiant illum.*
21 *Intereſſe, an debeatur ſi emptor illud probaue.*

Digitized by Google

bauerit, quando venditio frumenti cum promiſſione ſoluendi illud, ad rationem quanti plurimi ob moram contractam per venditorem in termino conſignationis frumenti.

24 *Pretium ſi de preſenti taxatum ſit poteſt liquidari inſtrumintum, ſeu cauſar texecutio.*

QVAESTIO. X.

1 DEcimo quæro An licita ſit emptio & venditio mercium futurarum ad pretium taxandum tempore recollectionis mercium? Hic cõtrahẽdi modus Panhormi vocatur *alla meta*; At in Regno noſtro Neapolitano vocatur; *Alla voce* Notandum eſt primo quod multi confundunt terminos huius quæſtionis, & illam examinat tam in Maſſarijs, ſeu Agricolis, qui merces illas ſperant recolligere, quàm in alijs, qui locant eorũ opera emendi ab alijs merces illas pro pretio currẽti ſed quoniam ſunt queſtiones inter ſe diuerſę; ideò hic primam, & quæſtione ſequenti aliam examinabo; ex quarum examinatione, & diſcuſſione patebit, ſi rectè ſententiam, nec ne fateor enim, me multis menſibus, & p aliquos etiam Annos hunc contrahendi modum examinaſſe, & ipſum cum multis, dottiſſimis viris communicaſſe; quorum aliqui negatiuam in vtraque quæſtione amplectebantur, aliqui verò affirmatiuam in prima, & negatiuam in Secunda, Quorum ſentiam veriorem, & tutiorem affirmo; vt ex dicendis fiet cognitum.

2 Secundò notandũ eſt, de natura cõtractus emptionis, & venditionis eſſe, vt frumenta, vina, olea, ac aliæ merces conſignentur emptoribus in eodem loco, vbi percipiuntur; nec conſignanda ſunt in alio loco. *l. 1. §. licet & §. vlt. ff. de peric. & cõmod. rei vend. Bart. Caſtrens.* & alij communiter in *l. item illa in princ. ff. de conſtit. pecun. Dec. conſ. 566. num. 2. & ſeqq. & alij multi.*

3 Tertiò notandum, expenſas vecturæ, in aſportando huiuſmodi merces de vno loco in alium, ſpectare ad emptorem, non autẽ ad venditorem *d. l. 1. §. licet. & §. vlt. ff. de peric. & commod. rei vend. l. datio §. cui per venditorem. vbi Caſtrenſ. num. 2. & alij ff. de act. empt. Alex. in l. vinum. n. 13. & 14. ff. ſi cert. pet. vbi Bolognin. num. 35. Afflict. decis. 316. num. 4. & plures alij.*

4 Hinc Neapoli ad ſunt inſtitutione in Regia Cancellaria, quibus de ordine Proregis, ac Collateralis Conſilij tolluntur huiuſmodi pacta appoſita in contractibus emptionis, & venditionis, mercium venturarũ *alla voce*; & mandatur, vt merces ſoluantur pretio taxato per Collaterale Conſilium rejectis dictis pactis tanquam illicitis; itaque pacta tantùm annullantur, non autem contractus; & hoc faciunt, quia in taxatione iuſti pretij ipſarum mercium nõ habetur ratio talium pactorum, ſed reſpiciunt iuſtum valorem mercium, & proinde pacta illa reijciunt: ſic enim omnibus de iuſtitia prouidetur, cum non omnes ſoleant cum huiuſmodi pactis contrahere, quia ſi ita eſſet, in taxatione iuſti pretij poſſet haberi etiã ratio talium expenſarum; ſed melius eſt, quod pacta illa reijciantur, & ita conſulendi sũt poenitentes, vt pacta illa tanquam, & vſurariam prauitatem continentia, tollant, & omninò caſſent, & annullent, vt contractus hic reducatur ad æqualitatem.

5 Ex hoc patet, eſſe pactum illicitum, quod in Regno Siciliæ apponitur, quando fit contractus ad metam, vt frumentum conſignetur in certo loco, & in certe specie frumẽti quia reſtringunt venditorem ad talem frumenti ſpeciem, quam non faciunt, & deinde grauant, eos, vt eorum expenſis aſportẽt frumentum ad talem locum, & vtrunque eſt illicitum, vt partim ex hac tertia; partim ex quarta obſeruatione patebit, prout ex *text. in d. § licet & alijs pluribus*, concludit *Maſtrillus in addit. ad Petr. de Gregor. de cẽſib. q. 7 ſub. num 42. §. aduertendum eſt tamen.* vbi loquitur in pacto de aſportando frumẽto ad domum creditoris; iniquum eſt enim, & vſurarium, vt debitor proprijs expenſis aſportet frumentum ad domum creditoris

6 Obſeruo quarto, quod maſſarij tunc tantum teneatur præciſè tradere merces venditas, ſi illo anno in eorum agris merces illas percipiant, quoniam ſi eas non perciperent, vt quia ob ſterilitatem non naſcerẽtur nec ad merces tradendas, nec ad intereſſe, tenerentur, ſed ſolum per conditionem ſinè cauſa tenentur ipſi venditores pretium acceptum reſtituere; ſic conceptis verbis probant *text. in l. nec emptio & in l. ſi debitor. §. 1. vbi gloſſ Bart. & alij communiter. ff de cõtrah. empt. l. 1. cum ſeqq. C. de condit. caus.*
7 *non ſequut.* cum alijs cumulatis *tom. 1. par. 4. in tit. de renunc. q. 3. num. 14.* Quoniã dicitur conditionalis venditio, ſi merces naſcantur; & ideò non verificata conditione non tenetur venditor conſignare, rem venditam ſic ſit vt de omni vẽditione conditionali probant etiam *text. in l. neceſſariò. §. quod ſi pendente. ff. de peric. & commod. rei vend. l. 2. §. ſub conditione. C. quand. lic. ab. empt. diſced. l. 2. C. de peric. & commod. rei vend. Afflict. decis. 280. ſub. num. 6. & patet ex* dictis ſupra hoc *tit. q. 3.* Nec obſtat, quod dicantur venditæ merces in genere, quia de hoc venditione dicam quæſtione ſequenti; reſoluitur enim dubitatio in illum quando merces venduntur ab eo, qui illas

non

non habet, nec ex ſuo ſperat habere.

8 Denique obſeruandum eſt, ab huiuſmodi contractibus tollenda eſſe illa pacta, ad rationem quanti plurimi, ſi merces non ſoluantur tĕpore promiſſo, quia de natura huiuſmodi, cōtractus eſt, immò etiam procedit ſecundū regulas iuſtitiæ cōmutatiuæ, vt omnes contractus reducantur ad æqualitatem, ac neutri ex contrahentibus læſionem afferant, vt docet *D. Th. Secunda Secundæ q. 61. ar. 1. & ſeqq. & q. 62. ar. 1. & 2.* vbi eius expoſitores. *Sot. lib. 4. de Iuſt. & Iur. q. 7. ar. 1. & 2. Couarr. in reg. peccatū. par. 1 in princ. & in initio Secundæ partis ferè per totum. Borgnin. deciſ. 14 num..... par. 2. Lopez. lib. 1. de contract. cap. 40. concluſ. 7.* & in reſponſione ad primum, ſecundum, & tertium argumentum.

His notatis & obſeruatis, deuenio ad propoſitam quæſtionē; in qua tenentes partem negatiuam, quod fieri nequeat huiuſmodi venditio, mouentur. Primò quia vt plurimū in tali contractu interueniunt pacta illicita, iniqua, & vſuraria, quæ annullant cōtractus quoniam vulgatum eſt, quod talia pacta ſūt pars contractus, & iudicantur vt ipſamet contractus, & ideo ſi pacta ſunt nulla, etiam nullus eſt contractus.

9 Secundò, & fortius vrgent, quoniam huiuſmodi contractus videntur excogitati ad colorandas vſurarias prauitates; nam illa pecuniarum quantitas, data v.g. de menſe Decembris, vel Ianuarij, vt pro ea ſoluat Mallerius tot modios frumenti de hoc menſe Iunij, vel Iulij; cēſetur data mutuo pro hoc tempore, vt poſtea ſub his velamentis mercator vſuras recipiat ex illis pecunijs: quantitas enim videtur eſſe in obligatione, frumentum verò, & aliæ merces ſunt in ſolutione, & ſic mutuum eſſe videtur, ad *text. in l. ſi quis ſtipulatus fuerit decem in meſſe. ff. de ſolut. vbi gloſſ. & Bart. Hoſtiens. Io: Andr. Plotus, Natta, & alij*, quos ad hoc propoſitum citat *Borgnin. d. decis. 14. n. 1. 2. & 3 par. 2.* & tanto fortius quia dum maſſarij, ſiuè Agricolæ indigent pecunijs, & regulariter ſolent eſſe debitis inuoluti, & ideo quemlibet contractum, vel confeſſionem facere præſumuntur, dummodo pecunias mutuo inueniant, & pro vſuris poſtea ſoluūt mercatoribus tot merces, ita *Crau. cōſ. 156. num. 12. Galean. Berou. & Natta*; quos idem *Borgn. d. deciſ. 14 num. 4.* ad hoc probandum cumulat, vbi etiam quatuor alia media, & argumenta adducit pro inualiditate huiuſmodi contractuum.

Additur etiā, quis hic contrahēdi modus, dicit ipſe num. 8. *ſolet tantum fieri in Ciuitatibus mercantibus vbi ſūt peruerſi, & diabolici, ac infames ſenſales, proxenetæ, & mediatores ſunt ſalariati a mercatoribus, ut faciant ire tales indigentes pecuniæ ad eorū apothecas, qui indigent pecuniæ, & volunt accipere ad vſuras; ſed proxenetæ dicunt, adſunt tales mercatores nobiles, & bonæ famæ, qui non darent pecunias ad vſuras: ſed faciam tibi dare tot pannos, catenas, & merces ad creditum, & ſic conducant perſonam indigentem ad mercatorem, qui dat vnam collanam, iuxtà æſtimationem, & pondus, cōputata factura, & ſtampa auri; vel brachia quamplura, veluti pro libris ſexdecim, aut ultra ſingulo brachio; & poſtea ille proxeneta alia via reuertitur ad eūdemmet mercatorem, & dat collanam pro valuta puri auri abſque manifactura, & valuta ſtampæ auri; vel dat velutū pro minori pretio, & recipit pecunias, & illas portat miſero indigenti, & facit etiam ſibi dare ſalarium pro ſanſalia, & negotiatione, adeo quod ſoluit ad rationē viginti, & ultra pro ſingulo centenario: Qui contractus eſt diabolicus & ligat vna & eadem catena proxenetam, ſenſalem, & mercatorem, ac omnes, qui præſtant auxilium &*
10 *fauorem*, vt dixi ſupra deciſ. 13. num. 79. *& ab hoc contractu quis debet ſe abſtinere tanquam ab igne, vt tradit ſumm. Angelic. in verb. vſura 1. n. 60. ſumm. Sylueſ. in verb. vſura 2. n. 4. Franc. in c. 1. §. 1. n. 2 verſ. in gloſſ. in verb. ſanus de vſur. lib. 6 & Bertrand. conſ. 260. num. 7. vol. 3. facit Berou. conſ. 168. num. 26. vol. 3.* Hæc *Borgnin.* qui, vt dixi, alia fundamenta cumulat ad probandam inualiditatem huiuſmodi contractuū.

11 Verùm, his omnibus minimè obſtantibus, contrariam ſētentiam ſequor tanquā veriorem, & vbique vſu receptam, ſi in his contractibus interueniant debita requiſita quæ apparent ex obſeruationibus relatis in principio huius quæſtionis, & Doctorū authoritate, & viuis, vt aiunt rationibus illā probo. Probant igitur hanc ſententiam in indiuiduo, videlicet, *Laurent. Rodulphi. in tract. de vſuris q. 27. Diu. Anton. in tract. de vſuris. in princ. Couarr. lib. 2. var. reſol. cap. 3. num. 6. verſ. 7. ſi cōmuniter. Crau. conſ. 145. num. 22. & 23 vol. 1. conſ. 594. num. 11. vol. 4. Lup. de S. Geminian. in tract. de vſuris cōmu. 3. §. 4 num. 95 verſ. ex iſto vero 2. Rota Genuenſ. deciſ. 211. Socin. Iun. conſ. 147. n. 16. vol. 1* quos hoc ordine citat *Borgnin. deciſ. 14 ſæpius citata num. 10. vbi num. 13. ſic* dicit, conſoluiſſe duos magnos viros, quos vocat luminaria Iuris, & Practicæ Tuſciæ Patres, nempè, Carolū, & Petrū Calepha̅um & tandem *ſub. num. 25.* omnibus conſideratis, dicit, fuiſſe iudicatum par Iudicem vicarij Carrariæ de Anno 1569. huiuſmodi contractum non eſſe vſurarium, & licet Secundus Iudex declaraſſet, eſſe contractū vſurarium; dicit tamen, quod tertius Iudex confirmauit primā ſententiā, & quod valdè

mi-

Digitized by Google

ratus fuit, quod proponeretur, hunc cõtra-
ctum ſapere vſurariam, prauitatem.

Eandem ſententiam defendunt *Nauarr.
in manual. cap. 17. num. 230. aliàs num. 217.*
vbi docet ex *text. in l. ſi fiſtulas. § frumenta
ff. de contrah. empt.* vt non ſolum æquo pre-
tio poſſit tale frumentum emere, ſed etiam
minori ob periculũ, ſi quod adeſſet, *Molin.
in tract. de contractib. diſp. 340. n. 17.* quia
ſatis eſt, quod res illa vendita ſit in ſpe, Pro-
bant etiam *Azor. par. 3. moral. lib. 8. de ẽpt.
& vendit. cap. 10. q. 4. tota, Rebell. par. 2. de
obligat. Iuſt. lib. 9. de empt & vendit. q 1. n.
19. cum plurib. ſeqq. & lib 8. de vſuris. q. 8. n.
1. Leſſ. lib. 2. de Iuſt. & Iur dub. 4 num. 21.
Graff. in ſuis decisionib par. 1. lib 2 cap. 14.
num. 14. §. 2.* eadem ſententiam tanquam
certam apud omnes Theologos, & Iuris
peritos benè ſentientes, affirmat *Salon. 2.
2. q, 88. ar. 2. controuerſ. 23 ſub. num. 2. §.
primum. igitur certum eſt.* vbi affirmat, te-
nentes contrarium non eſſe audiendos tan-
quam loquentes contrà communem vſum
omnium nationum quodnam Iure gentiũ
receptum, quo venduntur res futuræ, & in-
certæ, partus futurus, iactus retis, fructus nõ
dum natos, & quòd loquantur contra Iura
communia, & municipalia, quæ tales con-
trahendi modos permittunt.

12 Pro hac etiam ſententia citari poſſunt
omnes leges, & Doctorum authoritates,
quibus oſtenditur, & probatur, licito Iure
emi poſſe res futuras, vt dixi *quæſt. præced.
concl. 3. Abb. Soccin. Iun. & aly,* quos probat
Maſtrill. decis. 106. num. 30. & ſeqq. lib. 2.
& vt verum fatear, non capio difficultatem,
qua ratione improbari poſſit hic contra-
hendi modus. Non enim improbari poteſt
ex parte rerum venditarum, quæ res futuræ
13 vendi poſſunt, vt dictum eſt. Nec etiam ex
parte pretij, nam ſupponimus, pretium ta-
xare per Magiſtratus, & viros expertos, ac
probatæ vitæ, qui ſolent conſiderare copias
mercium, expenſas hinc inde factas in colle
ctione mercium; & quamuis aliqui, preſertæ
pecunia, ſoleant ea ius emere tempore meſ
ſis, quàm eſt taxatio, & meta impoſita per
Magiſtratus, hoc non debent haberi in cõ-
ſideratione, vt optimè poſt alios aduertit
Azor. d. q. 4. Quia hoc euenit ob copiam
emptorum, qui primo loco emerunt; ſi enim
non emiſſent, & õnes emere vellent de pre-
ſenti, pecunia numerata, ſine dubio merces
vilius valerent ob venditarum neceſſitatem
& ſic etiam venditorum commodum reſpi-
cit, vt patet ex dictis *q. 8.*

Nec obſtat, ſi dicatur quòd tẽpore emp-
tionis frumentum carius valebat, cum re-
gulariter tempore hyemali, quando merca
tores emunt frumenta ab Agricolis, Maſſa-
rij, & Burgenſibus, ſoleant frumenta ca-
rius valere, quàm valent in æſtate, tẽpore,
nempè, recollectionis frumentorum. Nam
ad hoc communiter reſpondent, vt patet
ex dictis *q. 8. tota.* Iuſtum pretium rei ven-
ditæ ſumendum eſſe vel ex lege taxante il-
lud, vel ex communi vſu fori, eo tempore,
& loco, in quo re vera perficitur cõtractus
& dominium rerum venditarum refertur
in emptorem; & conſequenter dum contra-
ctus completur in meſſe quia tunc traditur
frumentum emptori, & illo tempore ſic ta-
xatum eſt pretium per legem, vt dictum eſt
Igitur argumentum non concludit.

14 Hinc *Bald in Rub. C. de vſur. n. 4. verſ 3.*
quarto docet, quod ſi quis emat frumentum
in herba pro quinque, quod frumentum tẽ-
pore meſſis vero ſimiliter ſit valiturum oc-
to, quod talis cõtractus ſit vſurarius, & *Bal-
dum poſt Geminian. Vrſillum; Guttier. &
alios,* probat *Maſtrill. decis. 106. num. 12.
par. 2 num. 12. & ſub. num. 41 cum ſeqq.* vbi
varios DD. citat, vt in hoc caſu attendatur
vſus communis Regionis, & quanti valet,
ſeu valere ſoleat frumenti modius tempo-
re conſignationis.

15 Licet enim valor ſoleat variari, attendi-
tur tamen valor ille, qui vt plurimum acci-
dere ſolet, quòd pluries in quæſtionibus
præcedentibus aduotauimus; & ita in facti
contingentia fuiſſe Neapoli iudicatum refert
*Camill. Salern. in proœm. ad has conſuetu.
fol. 17. in addit. incip. Pro concluſione. verſ
vnde aliàs;* de quo meminit *Io. Baptiſta de
Thoro in compend. deciſion. Neapol in verb.
contractus venditionis trigintatrium.*

16 Additur etiam, quod hic contrahendi
modus (ſi taxatio pretij in meſſe fiat poſtea
ſinè fraude, vt ſupponimus fieri) potius re-
ſpicit commoditatem venditorum; nã ipſi
toto illo medio tempore vtuntur pecunia
emptorum ſinè aliquo interuſurio; & ideò
non ſolùm non ſentiunt damnum, ſed com
modum expreſſum; & etiam quia illa pe-
cunia eſt cauſa, vt ſeminent, & recolligant
merces, & emptor ipſe caret illo commodo
pecuniarum illo medio tempore; nam poſ-
ſet illam pecuniã interim implicare in alijs
negotijs, & habere conquenens lucrum; &
deindè tempore Meſſis poſſet cum eadem
pecuniá emere dictas merces; & hæc ratio
patet ad ſenſum, vt etiam aduertit *Borgnin.
d decis. 14. num. 10. par. 2.* & ob hanc cauſam
vidi practicatum in Regno Neapolitano;
quod excelentiſſimus Regni Prorex de anno
1612. coëgit mercatores dare pecunias maſ
ſarij pro conſignatione frumentorum ad
pretium taxandum tempore meſſis ad hoc
vt maſſarij ſeminare poſſent, & recolligere
fruges; quæ actio communem omnium re-
ſpiciebat, & reſpicit vtilitatem.

17 Nec obſtant contraria. Primum ceſſant
quia

quia licet pacta iniuſta ſint omninò prohi-
benda,& reijcienda à contractibus;nam fa-
ciunt contractus illicitos , & improbatos;
adeo vt qui uellet dicere , quod in tali caſu
contractus ſint liciti, peccaret mortalitèr,
& tanquam hæreticus,& excommunicatus
puniri poſſet,ut poſt Ioan.Lupum.Albanum
& alios innumeros , probat idem *Borgnin.
decis.13.num. 30 31.cum plurib ſeqq. par.2.*
Attamen ſuppono,ut dixi,hic ceſſare omnia
pacta illicita, & quando apponantur , pacta
18 ſola improbantur,nõ autem modus contra-
hendi;clarum eſt enim, quod pacta contrà
naturam contractus ſint nulla,& inualida
contractus tamen remanet in ſuo robore,
& firmitate. *l. cum pratario.ff de pratar.
Bart in l.vbi ita donatur ff.de donat. cauſ.
mor.idem Borgnin.decis. 19 num 68.par.2.*
19 *& alij*,ut dixi etiam in tertia obſeruatione
in hoc enim caſu utile per inutile non uitia-
tur, dum modus contrahendi ſit licitus, ut
probant innumeri , quos etiam ſequitur
*Borgnin.d.decis.13.num.37.cum ſeqq.dicta
par.2.*ut alios ſileam latiſſimè *Petr.de Gre-
gor. de cenſib.q.7.tota* ubi copioſiſſima ad-
20 ditio *Maſtrill.* nam illa solùm pacta ui-
tiant,quæ ſunt de ſubſtantia contractus , &
quæ ab illo nequeunt ſeparari ; ut quia ſinè
illis aliter non eſſet factus contractus , ut
poſt alios proſequ tur*Felician.lib.1.de cen-
ſib.cap.*10.de quo meminit *Maſtrill.d. q 7.
num 13.& ſeqq.* ubi alios cumulat.

Ceſſat etiam ſecundum,quia hic contra-
hendi modus potius excogitatus , & inuen-
tus eſt pro bono publico , & pro utilitate
ipſorummet uenditorum, ut patet ex dictis
in ultima ratione noſtræ ſententiæ,quàm ad
colorendas uſurarias prauitates.

Vltimum etiam ceſſat,quia etſi multo-
ties ſoleant proxenetæ tales fraudes com-
mittere, ut indicatur in traditis *d. loco.*ſup-
ponimus tamen hic ceſſare illas fraudes ; &
ſic defendimus modum contrahendi eſſe li-
citum, damnamus tamen omnes fraudes,
& pacta illicita, quæ ſolent aliquando in ta-
li contrahendi modo interuenire,&ſic fraus
damnatur , non autem contrahendi mo-
dus , & ideo pacta illicita , tantum damnan
tur , ut dixi in ſolutione primi argumenti .
21 Hinc eſt,quòd dum facta fuit uẽditio fru-
menti cum promiſſione ſoluendi emptori
intereſſe ad rationem quanti plurimi , ob
moram contractam per uenditorem in ter-
mino conſignationis frumenti, ſi emptor
planè probaret de tali intereſſe , deberetur
ei , alias ſecus ; quia abſolueretur uenditor
ob probationem non factam per emptorẽ,
non autem quia pactum eſſet iniuſtum, ut
latiſſimè probat *Afflict. decis.* 316. *vbi* Ad-
dentes alios cumulant. *Viuius decis.*442.*n.
3.Anna.conſ.*95.*num.*10. *cum ſeqq. Piſanel.
& Ant.fab.*quos probat *Ioan.Bapt. de Tho-
ro in compend.decis.Neapol.in verb. intereſ
ſe quanti plurimi,Capyc.decis.*19. ſic etiam
damnatur ab omnibus tanquam uſurarium
hoc pactum,ut ſic in electione emptoris ſol
uere pretium mercium prædictorum , uel
ad rationem , qua ualebant tempore cele-
brati contractus, uel ad illam qua ualebant
tempore traditionis,dummodò ſemper eli-
gat minus pretium; quia hoc modo eſſet in
lucro,& diceretur mutuaſſe eius pecuniam
& ex illa habere lucrum illud *Alex.conſ.*72.
*lib.*1.*Plotus , & alij*,quos probat *Borgnin.
in ſæpius citata decis.* 14.*num.* 11. *par.* 2,&
docent omnes,quos citaui *q.8.in 4.conclu-
ſione.*
22 Itaque ex prædictis apparet , talem con-
trahendi modum iuſtum eſſe , & legitimum,
apud omnes nationes quandam Iure gen-
tium receptum, approbatum eſſe per leges
communes , & etiam municipales multorũ
Regnorum , nempè, in Regno noſtro Nea-
politano , ut dixi,nam adſunt Regiæ Prag-
maticæ,& Inſtitutiones Regiæ Cancellariæ;
In hoc Regno etiam Siciliæ ; In Regno Ca-
ſtellæ,& in alijs locis,ut tradit *Salon.d.con
trou* 23. *ſub num.* 2 *§.Primum enim eſt cõ-
tra communem vſum,*& in hoc Siciliæ *Re-*
gno prouiſum eſt,quod ſi Burgenſes non fa-
ciant frumentum in illo Anno , teneatur
mercatoribus reſtituere pecuniam recep-
tam una cum intereſſe ad rationem decem
pro centenario , ad hoc , ut non cogantur
maſſarij frumenta ab alij emere, uel facere
aliquas illegitimas frumentorũ liquidatio-
nes , ut ſolet alibi fieri, ut dicam *queſt.ſeqq.*

Non audeo, nec præſumo,contumelioſis
uerbis Iuris peritos reprobare , ut faciunt
nonnulli Theologi , inter quos eſt *Salon.d.
contrau.* 27.*vbi ſub.num.*2 *§ reiecta igitur.*
dicit, falſam eſſe opinionem Alboruotij le-
giſtæ , qui exiſtimando , hunc contrahendi
modũ eſſe iniuſtum, ſed dicam ſolùm, hunc
contrahendi modum leges communes,
& municipales,ſacros Canones,Theologos
& Iuriſtas defendere,ut ex dictis cerni;po-
teſt .

Nec obſtat , quatenus dicunt , quia co-
gerentur emere frumenta , etiam ſi illa
non perciperent illo anno : Nam ex quarta
obſeruatione patet ſolutio , quia uenditio
facta intelligitur ſub conditione, ſi fructus
futuri naſcantur, & non aliter.
23 Poſtremò non urget , quatanus dicitur ,
quod interuenire ſoleat pactũ , quod bur-
genſes uendant certam ſpẽ frumenti , quã
non habent,uel non poſſunt habere in tan-
ta quantitate ; ſic etiam,quòd frumentum
conſignetur in tali loco;Nam reſpondetur,
hæc pacta tantũ eſſe illicita, non autẽ con-
trahendi modũ, vt toties replicatũ fuit; &
ideo

Digitized by Google

ideò in Regno Siciliæ exiſtimo, nullo modo procedere tales contractus quoad hæc facta, nempè, vt frumentum conſignetur in tali loco, videlicet, *nello ſcarricaturo di Xacca, &c.* frumentum ſit *Maiorica*, &c. nã omnes proxenetæ vt fraudes maiores committant, apponunt huiuſmodi pacta; ſciunt enim, eſſe impoſſibile quod omnes Burgẽſes illam frumenti ſpeciem habere poſſint, ad hoc, vt ſi tempore promiſſo non ſoluant intereſſe taxatum, & damnum quantiplurimi, & ſic contractus reſoluitur in mutuum palliatum, & vſurarium, vt ex dictis cernitur; & catenus ſeruantur huiuſmodi contractus, quòd ſi frumentum tempore præfixo non conſignetur, iam debetur eius in-
24 tereſſe, vt ſuprà ductum eſt; immò ſi de præſenti taxatum ſit pretium, poteſt etiam liquidari inſtrumentum, ſiue cauſari executio, vt latiſſimè fundat *Marius Giurba deciſ.* 114 *& deciſ.* 115. examinat, quando hoc intereſſe quantiplurimi debeatur vſq; ad triennium, vel vltra.

SVMMARIVM.

1 *Contractus emptionis, & venditionis, quo quis anticipata ſolutione emit frumentũ certo tempore conſignandum in meſſe ad metam ſeù*, alla voce, *& venditio fieret ab eo qui illud non habet ſit licitus de veritate, num.* 7.
2 *Contractus quod bona aliena venduntur, ſit licitus, & teneat.*
3 *Contractus cambij an dicatur recipiendo pecuniam in certo loco alibi ſoluendam.*
4 *Contractus an valeat vendendo frumentũ in genere ſi illud non habeat.*
5 *Res dum in genere venditur periculum eſt venditoris donec emptori conſignetur.*
6 *Venditio frumenti facta per Maſſarios Ciuitatibus certo pretio faciendo partitum an valeat.*
8 Text. in l. domum, ff. de contrah. empt *põderatur.*
9 *Contractus vſurarius iudicatur quotieſcunque indirectè mutuum continetur.*
10 *Diligentia præſtita per venditorem emptori dum emit frumentum ab alio & illum tradit emptori eſt pecunia æſtimabilis digna mercede.*
11 *Vſura committitur mutuando pecuniam ſub pacto, vt recipiens mutuum coqueret panem in furno ipſius.*
12 *Contractus annui redditus fieri debet ſeruata forma Bullarum.*
13 *Leſio vltra dimidiã iuſti pretij conſideratur à iure communi, & quia in foro conſcientia.*
14 *Emptor ignorans venditorem eſſe burgenſem, ſeu ex bonis ſuis non poſſe habere frumẽta, & merces quas vẽdidit ſi excuſaretur propter bonam fidem, & inde agnita veritate non tenetur ad reſtitutionem.*
15 Pragmat. 26. de Annona *declaratur.*
16 Pragmat. 13. de empt. & vendit. *ponderatur.*
17 *Contractus emptionis frumenti*, alla voce, *ſeù* alla meta, *quando valeat, & quare quiruntur.*

QVAESTIO XI.

1 VNdecimò quæro, An contractus emptionis, & venditionis, quo quis anticipata ſolutione emit frumentum in menſe Decembris v. g. tradendũ in meſſe dicitur ſi venditione ad metam, ſeù *alla voce*, & venditio fit ab eo, qui triticum non habet, an, inquam, hic contractus licitus ſit? Quæſtio hæc dupliciter examinari poteſt. Primò, ſi emptor id ſciat. Secundò, ſi id ignoret. Prò iuſtificatione, & validitate contractus argumentatur primò. De ratione, & ſubſtantia contractus emptionis, & venditionis non eſt, quod res vendita ſit actu penès venditorẽ tempore emptionis, quia etiam res futura vendi poteſt, vt patet ex quæſtione præcedenti, & in locis ibidem citatis; ergò ſatis eſt, vt tradi poſſit, ſed venditor poteſt habere rem illam, ſiuè frumentum, quia poteſt ab alio illud habere; ergo hoc ſatis eſt.

2 Secundò contractus, quo bona aliena venduntur, legitimus eſt, & tenet; quia vẽditor teneretur bona illa tradere, ſi tradendi facultatem habeat; aliàs tenetur ad intereſſe emptori, vt dixi ſuprà *quæſt. 9. in 2. concluſ.* ergo hic venditor intelligitur vẽdere frumentum alienum, & dum facultatem habet tradendi, iam tenetur illud tradere, vel ad intereſſe tenetur ratione lucri ceſſantis in beneficium emptoris.

3 Tertiò probatur, quia recipiens pecunias Panormi, vt eas ſoluat aliquis Neapoli nomine ſuo, verum, & realem contractum cãbij celebrat, quamuis Neapoli pecunias habeat, quoniam ſatis eſt, quod literas cãbij ſcribat alicui, qui nomine ipſius recipientis pecunias ſoluat, vt ſuppono ex materia de cambijs; ergo ita dictum eſt in caſu noſtro; quia ſatis eſt, quod emptor frumentum ab alio habere poſſit, vt ſuã obligationem adimpleat.

Quartò probatur in ſpecie in contractu emptionis, & venditionis, quia dum aliquis
4 vendidit frumentum in genere, quamuis illud non habeat, tenet contractus, & cogitur illud ab alio emere. *l. ſi ſterilis, §. ſi per*

venditorem, ff. de action. emp. l. 3. & 4. ff. de vino, & oleo legat. latè poſt alios probat *Fabian de Monte in tract. de emp. & vend. quaſt. 6. princ. nu. 3.* Plus docent DD. quod
5 dum venditur res in genere, ſemper periculum ſit venditoris, quouſq; emptori cõſignetur, *l neceſſario, vbi gloſ. Bart. & alij, ff. de peric. & commod. rei vend. Dec. conſ. 179. toto. Afflict. dec. 280. num. 3. & ſeq. Capyc. 14. num. 6. Medin. in C. de reſtit. q. 36. col. pen.*

6 Poſtremò confirmatur hæc ſententia, quia multi mercatores, qui non ſunt Burgenſes, ſiuè maſſarij vendunt frumentum Ciuitatibus, ac Principibus, & cum illis faciunt partitus, vt aiunt, certo, & determinato pretio de frumento, & alijs rebus ad victum neceſſarijs illis Ciuitatibus, & perſonis prouidere, qui tamen contractus ex hoc ſolo iuſtificatur, quia ſatis eſt, quod iſti mercatores poſſint aliunde bona illa emere, & Ciuitatibus illis tradere, & etiam quia in terris ſubiectis Eccleſiæ, imò etiam in ipſa Alma Vrbe Romæ, vbi Vicarius Chriſti reſidet, traditur, adeſſe hunc contrahendi modum; quia tales mercatores cum Sede Apoſtolica huiuſmodi etiam faciunt partitus de ſubminiſtrandis Vrbi rebus ad victum neceſſarijs pro certo pretio; ergo Summus Pontifex approbauit hunc contrahendi modum. Idem igitur dicendum erit in hac noſtra quæſtione, quia eadem ratio eſſe videtur. Et hæc duo vltima argumenta valde vrgere videntur pro hac ſententia, & vidi practicatum etiam per aliquos Eccleſiaſticos, qui ceperunt pecuniam pro conſignando frumento ad metã, & tamen etiam emptor ſciebat, illos Eccleſiaſticos non eſſe Burgenſes.

His tamen non obſtantibus contrariam ſententiam exiſtimo veriorem, tutiorem, & omninò tenendam quam optimè defendunt illi, quos retuli quæſt. præced. qui tamen non bene loquuntur, vt dixi, in terminis quæſtionis præcedentis, quia ibi nulla adeſt palliatio vſuræ, nec aliquod mutuum palliatum, vt adeſt hic, prout ex dicendis apparebit.

7 Probant in ſpecie illam *Syluest. in verb. vſura lo 2 q. 6. Nauarr. in Manual cap 17. num 229. Lopez lib. 1. de contractib. cap. 7. & in ſuo inſtructor. caſuum conſcientiæ p. 2. cap. 66. concl. 1. & cap. 67. concl. 2. Graff p. 1. deciſion lib. 2 cap. 115. Molin. de contract. diſp. 340 num 19.* vbi hoc ſupponit; notant etiam *Medin in C. de reſtitutione, quaſt. 38. in 6. cauſa verſ.* ſi autem datur triticum. *Carrot par. 2. de locat. & conduct. ſub tit de creditore quaſt 2. num. 12.* vbi dicit, illa de cauſa venire peſtilentias, fames & cariſtias grauiſſimas, quia huiuſmodi contractus fiunt, vbi nec oleum, nec alia bona quis habet, & contrahit ſocietates, alioſque contractus facit, & omnia fiũt ad mutuum palliandum.

Probatur hæc opinio, cum quia ad ſubſtantiam huius contractus eſt neceſſaria res ex parte vendentis, vt patet ex dictis *quaſt. 4.* & ſatis eſt, quod ſit futura, vt quæſtion. præced. dictum eſt; ſed hic nullo modo adeſt res vendita, nec eſſe ſperatur, quia venditor non habet, nec habere ſperat frumentum venditum; ergò nullo modo vocari poteſt contractus emptionis, & venditionis, cùm deficiat vnum ex ſubſtantialibus ipſius.

8 Confirmatur ex *text. in l domum, ff. de contrahend. empt.* quo loci ſancitur, quod vendens domum exuſtam, ſi id faciat ſciente emptore, declaratur nulla venditio ob defectum rei venditæ. Idem igitur eſſe debet in hoc caſu.

9 Denique confirmatur, quia quotieſcunq; in contractu emptionis, & venditionis indirectè mutuum continetur, ex quo lucrum inde conſequatur ſolùm ratione pecuniæ, iudicatur contractus vſurarius, quia includit implicitè mutuum palliatum, ita *Abb. in cap. vlt. num. 6. de vſuris, Syluest. in verb. vſura, ii ſecundo, nu 3 & 4 Ioan Calderin. Diu. Antonin. Caiet & Fabien.* quos probat *Oſaſeb. dec. 95. num. 36.* poſt ipſos, Angelum, Barroum, *Alex. de Nouo.* & alios, *Menoch conſ. 109. num. 28. & ſeqq. vol. 2.* Et hoc eſt commune Theologorum pronũciatum; ſed emptor hoc titulo præſumitur emere frumentum ab eo, qui illud non habet, nec habere ſperat; Igitur contractus eſt vſurarius, & ideò omninò prohibitus. Minor hæc probatur facillimè, quia dum venditor non habet frumentum, nec habere ſperat ex proprijs prædijs; duorum alterum promittit emptori; vel emere frumentum ab alijs, & illud tradere emptori, vel illi ſoluere intereſſe ad rationem octo, vel decem pro centenario, ſi frumentum non tradat; ſed vtrunque iſtorum eſt prohibitũ fieri tanquam vſurarium; Igitur fieri nequit talis contractus.

10 Eſt prohibitum primum quia diligentia, quam præſtat venditor emptori, dum emit illud frumentum ab alio, vt tradat emptori, quia eſt pecuniæ æſtimabilis, & digna aliqua mercede, vt fundant *Nauar. in manual. cap 17. num. 220. Medin de reb. reſtit. quaſt. 38 in 6 cauſa, verſ. ſi autem datur triticum, Lopez in ſuo inſtructor. caſ. conſcient. p. 2. cap. 66. in 1. concl & cap. 67. concl. 2.* & omnes alij hoc docent, quo fit, vt pecunia illa ſit data, vt gratis teneatur venditor ſuis incommodis, expẽſis, & labore emere frumentum vẽditori, quod omninò eſt improbatum;

Digitized by Google

11 batum; immò ſi mutuata eſſet pecunia
cum hoc pacto, vt recipiens mutuum co-
queret panem in furno mutuantis, quem
alibi coquebat, adhuc vſura committitur,
vt omnes ſciunt, & poſt *Nauar. et alios*, no-
tant *Molin diſp.* 310. & alibi *Rebell par.* 2.
de oblig. Iuſt. lib. 8. *de vſuris q.* 4. *tota.* Igi-
tur tantò magis hoc procedit in caſu no-
ſtro; dum hæc diligentia emendi frumentũ
ab alijs vti procurator emptoris eſt plus, &
etiam eſt pretio æſtimabilis.

Eſt etiam prohibitum ſecundum, quia
ille contrahendi modus continet mutuum
12 indirectè; nam vt iuſtificetur contractus
annui redditus, debet fieri ſeruata forma
Bullarum Apoſtolicarum, vt dixi *tom.* 1 *p.* 2
in tit. de bonis quæſt 12. *num* 4. *conſ.* 8. *nu.* 8.
& ſeqq. & alibi. Sed hic contrahendi mo-
dus nõ eſt approbatus per aliquam *Bullam*
Apoſtolicam; igitur improbatur.

Nec vrget, quod per leges municipales
locorum permittatur, vt qui nõ poteſt tra-
dere frumentum, teneatur reſtituere emp-
tori pretium vna cum intereſſe ad rationẽ
octo, vel decem pro centenario. Nam pro-
cedit reſpectu maſſariorum, ſiuè Burgen-
ſium, non autem in facto noſtro, & ratio
diuerſitatis eſt, quia in Burgenſibus contra-
ctus fuit licitus à principio, & ideo dum
poſtea non fecerunt frumentum, vt hoc nõ
ſit in detrimentum emptorum, ideò ratio-
ne lucri ceſſantis, vel damni emergentis
ſoluunt emptori etiam intereſſe modera-
tum, ſed qui non ſunt Burgenſes à princi-
pio male contrahunt, quia contractus im-
probatur tanquam inuoluens mutuum
palliatum; ideo termini non ſunt pares, ſed
diuerſi, & ex diuerſis non fit illatio, vt eſt
vulgata regula.

Nec obſtant contraria adducta in prin-
cipio. Ad primum enim reſpondetur, quod
licet non ſit de eſſentia huius contractus,
quod res vendita ſit in actu, requiritur ta-
men vt ad minus ſit in potentia, nempè vt
ſit futura, vel ad minus ſit ſpes, quod futura
ſit ipſius venditoris; ſed qui non habet fru-
mentum actu, nec habere ſperat de prædijs
ſuis, neutro modo rem venditam habet,
ideo ceſſant ſubſtantialia emptionis, & vẽ-
ditionis.

Ad ſecundum reſpondetur, non habere
locum in caſu noſtro; cùm enim emptor
ſciat, venditorem vendere aliena frumen-
ta, potius eſt cauſa, vt pretium amittat, nã
emens ſcienter rem alienam, amittit pre-
tium, vt dixi ſupra *quæſt.* 9. *concl.* 2. Et etiã
quia hic venditor promiſit emere alienum
frumentum, quod eſt improbatum, vt pa-
tet ex dictis ſuperius.

Ad tertium reſpondetur, eſſe diuerſam
rationem, quia in campſario ſatis ad rea-
litatem cambij, quod pecunia ſoluatur in
loco, ad quem apochas cambij dirigit, &
ſolutio fieri poteſt per alium, & campſarius
ſolùm accipit onus transferendi tales pe-
cunias; & ideò vt hoc onus trãſferendi vi-
tet, poteſt per alium hoc adimplere, quia
ſic eſt de natura huius contractus, vt ſup-
pono ex materia de cambijs; ſed in hoc cõ-
tractu emptionis & venditionis eſt de ſub-
ſtantia, quod res vendita ſit in dominio
venditoris, quia tenetur illam facere acci-
pientis, vt dixi *d. quæſt* 9. *concl* 2. *& quæſt.* 4.
& ſic termini non ſunt pares.

Ad quartum reſpondetur, leges ciuiles
non præſcripſiſſe iuſtitiam contractuum in
13 foro conſcientiæ, ſed in foro externo, & in
eo non conſiderant niſi læſionem vltra di-
midium iuſti pretij, *l.* 2. *C. de reſcind. vend.*
vel quando dolus dat cauſam contractui,
tunc enim iudicant contractum eſſe nullũ,
vt latiſſimè proſequitur *Menoch. conſ.* 109.
num. 30 *cum ſeqq.* conſiderat etiam *Rebell.*
par. 2. *de oblig iuſt lib.* 8 *de vſuris, quæſt.* 8.
ſub num. 5. *§. dicendum* & tamen in foro
conſcientiæ quæcunque læſio compenſan-
da ſit, ſi ad inuicem contrahentes id ſibi nõ
14 donent, vt docent prænarrati DD. Et ideò
leges Ciuiles admittunt hunc contractum,
ſiuè illum improbare non videntur; quia
ſatis eſſe credunt, quod venditor poſſit
rem venditam habere; ſed in foro conſciẽ-
tiæ hoc non procedit, quia continet mu-
tuum palliatum, & lucrum proueniens ex
mutuo, & ideò hic contrahendi modus re-
ctè improbatur à ſacris Canonibus, & Theo
logis, vt ex dictis cernitur.

Ad vltimum, reſpectu mercatorum, reſ-
pondetur, eſſe diuerſam rationem, quia ibi
non interuenit vſura, nam mercatores cõ-
ueniunt cum Ciuitatibus, & Principibus,
de frumento, & alijs rebus ad victum neceſ-
ſarijs illis dandis, pro certo, & determina-
to pretio, inter eos conuento pretio inter-
uenit etiam locatio operum, & aliorum la-
borum, & incommodorum, ab ipſis mer-
catoribus percipiendorum, & ideò iuſtifi-
catur talis contrahendi modus; quia duo
contractus includuntur. Primus venditio-
nis. Secundus verò locationis, & ob Reipu-
blicæ vtilitatem, & abundantiam permitti-
tur. Sed in caſu noſtro taxatio pretij mer-
cium fit à Magiſtratibus, & taxatur frumẽ-
tum tantùm, & venditores, qui non ſunt
burgenſes, ſiuè maſſarij promittunt gratis
emere frumenta ab alijs, vel ſoluere inte-
reſſe; & vtrunque eſt improbatum, vt ſupe-
rius demonſtratum fuit. Verùm ſi vendi-
tores non eſſent perſonæ pauperes, quæ nec
ex proprijs prædijs, nec aliunde frumenta,
ſiuè merces venditas habere poſſent, ſed
eſſent mercatores eiuſdem negotij, vulgò

dicti frumentarij, ſiuè aliæ perſonæ, quæ vel ex proprijs prædijs, vel aliundè ſine eorum incommodo, & ſine aliqua mercede frumenta habere poſſunt, non videtur omninò improbandus hic contractus, & in hac ratione fundantur in foro exteriori huiuſmodi contractus inter mercatores. Sed quidquid ſit in foro exteriori, ego tales cōtractus non iudico iuſtos in foro conſcientiæ, etiam inter tales perſonas, dum non ſunt mercatores eiuſdem negotij, &c. quia etiam in eis adeſt palliatio mutui, & datur æſtimatio operis. Quamuis veritatem huius, & omnium aliarum quæſtionum in toto meo opere, vel operibus remittam determinationi Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, eo maximè quia multa p. eta illicita apponuntur, vt dixi quæſt. præced. & ſic videtur modus excogitatus ad palliandas vſuras, vt dum poſtea non ſoluunt frumentum, ſoluant tot pro centenario, vt ſoluunt burgēſes, quando non dant emptoribus frumentum promiſſum, & etiam quia ad ſummum poſſunt aliquid mercatores exigere ratione lucri ceſſantis, vt etiam euenit in cambijs victis aliſque negotijs, non approbatis ex iuris diſpoſitione: omnes enim reſoluuntur in mutuum palliatum, & ideò ratione lucri ceſſantis poſſunt aliquid exigere in foro conſcientiæ, quia in foro exteriori iudicantur vſurariæ tales conuentiones.

In ſecūdò caſu, quando emptor ignorat, venditorem eſſe burgenſem, ſeù ex bonis proprijs non poſſe habere frumentum, vel alias merces, quas vendidit; tunc emptor excuſatur propter eius bonam fidem, vndè etiam ſi poſt. à cognoſcat rei veritatem, ad nullam tenetur reſtitutionem, vt docet *Nauarr. in manual. cap. 17. ſub num. 229. §. nonageſimonono peccat.* probat etiam *Molin. de contractib. diſp. 340. num. 19.* & alij quidam. Et in ſecundo caſu deberetur emptori intereſſe, quod ſolui ſolet in iure municipali ratione lucri ceſſantis, vel damni emergentis, quia ab initio emptor fuit in bona fide, & contractus ex parte ſua fuit licitus; vnde dum venditor illum decipit, teneri debet ad intereſſe, vt patet ex dictis ſupra *quæſt. 9. concl. 2. num.* . . .

15 Et in his tantùm terminis admittendam eſſe puto diſpoſitionem quarundam Pragmaticarum Regni Neapolis. Vna eſt ſub titulo de Annona. *pragm. 26.* qua mandatur, vt pro pretio frumenti venditi ad metam attendatur meta, ſiuè taxatio Sancti Ioannis Rotundi, & non alia meta facta inter contrahentes, & qui aliter contrahūt, nihil faciunt; & venditor tantùm obligatur reſtituere capitale receptum vna cum eius intereſſe ad rationem octo pro centenario, nam primò loquitur de maſſarijs, itaq; de illis tantùm loquitur, & ſic dum pacta reijciuntur, in pœnam non attenditur venditio, ſed ſolùm reſtituitur capitale cum eius intereſſe. Vel ſi velimus loqui conſequenter, vt pacta tantùm illicita reijciantur, & valeat contractus, ſenſus eſt, quod qui aliter contrahunt, nempè, qui nō ſunt maſſarij, & hoc ignorator ab emptore; ſolùm teneatur venditor reſtituere capitale cum eius intereſſe; nam ſi, emptore ſciente, fieret contractus; iam inuoluere mutuum, nec poteſt permitti per dictam Regiam pragmaticam, vt patet ex dictis.

16 Altera eſt *pragmatica 13. ſub tit. de emp. & vend.* de qua poſt *Toptā* meminit *Ioan. Bapt. de Thoro in compend. deciſ. Neapol. verb. liquidatio inſtrum.* qua prohibentur emi hoſpitia ab ijs, qui actualiter illa non habent, & redditur ratio, quoniam huiuſmodi cōtractus non carent ſuſpicione vſuraræ prauitatis; & ideò tales contractus ſunt nulli, & ſolùm condemnatur venditor reſtituere pecuniam receptam vna cum intereſſe ad rationem decem pro centenario. Procedit nempè ſi emptor ignorabat, venditorem non habere hoſpitia; ſi enim ſciebat, ſecus eſt, quia eſt mutuum palliatū, & ſic nihil lucri percipere poteſt, nec aliquod ius municipale poteſt permittere cōtractum, vt ſæpiſſimè replicatum eſt. & ideò Sacrum Conſilium ex ordine Collateralis Conſilij prouidit in facti contingentia, quod pragmatica annullat contractus aliter factos. nō poſſit procedi ad liquidationem talis inſtrumenti, ſtantibus nullitatibus oppoſitis ex aduerſo per conuentum via Ritus.

Nec dicatur ad excuſationem huius cōtractus ſatis eſſe conſuetudinem, quia ita communiter practicatur, etiam per viros timoratæ conſcientiæ, quoniam hoc non ſufficit. Non primum, quia conſuetudo non poteſt iuſtificare cōtractus vſurarios, vt ſæpiùs replicatum eſt, & ſolū n faciet ne contrahentes puniantur tanquam vſurar j in foro exteriori, non autem, vt non damnentur contractus in foro conſcientiæ, vt dixi alias.

Nec ſecundum excuſat, nam qui pecunia in lig. t, nec alio meliori medio poteſt illā habere, etiam ad vſuras ex mutuo poteſt illam accipere, quia dans tantùm peccat in hoc caſu, non autem recipiens, quia non cooperatur peccato proximi, ſed ſuæ ſubuenit nec. ſſitati, cui alio modo ſubuenire non poteſt.

17 Reaſſumendo concluſiones hic diſcuſſas, dico, in tribus caſibus, ſiue generibus perſonarum licitum eſſe hunc contractum. Primò, quando fit cum burgenſibus, & ceſ-

ſant

ſant p:cta illicita. Secundò, quando fit cũ perſon's, quæ habent territoria, ex quibus ſaltem percipiunt terragia, dummodo in ea quantitate fiat contractus, pro qua poteſt frumenta habere. Et tertiò, quando fiunt cum frumentarijs, iſti enim ſi hodie nõ habent frumẽtum, poſſunt i lud habere cras, & ſic de ſingulis, & ſine periculo, quod deſerpiant tanquam procuratores. Quartò, denique ſi bona fide indicaretur, eos habere frumentum, & in tribus primis caſibus audiui, etiam hoc practicatum fuiſſe in dicto Regno Siciliæ per eximios Theologos, & Canoniſtas; quod patet ex terminis, quia magis frumentum habẽt mercatores eiuſdem negotij, quám burgenſes, ſiuè Agricolæ, & Domini Territoriorum.

S V M M A R I V M.

1 *Agricole nolentes conſignare frumenta mercatoribus taxantes pretium ad metam currentem, an pro dicto pretio poſſint vendere tot annuos introytus mercatoribus, & quid vbi ſeruatur Bulla Nicolai V. nu.2. & ratio oſtenditur num.3.*

4 *Cenſus decurſi ex annuis introytibus poſſunt conuerti in capitale.*

5 *Contractus vſurarius, & reprobatus, an iudicatur, quando datur partim pecunia, & partim bona, vel ceduntur nomina debitorum ineſigibilia, aut res ſteriles, & in pecunia recipiens ſe obligaretur, & quid in foro conſcientiæ.*

6 *Contractus annuorum introytuũ, iuxta Bullã annullantur ceſſante ſolutione pecuniaria.*

7 *Improbantur aſſerentes in contractibus venditionum cenſus, in quibus non interuenit pecunia numerata, vel ſaltem præſens in calculo, vel ſit numerata de præſenti, vel de præterito.*

8 *Contractus emptionis cenſus annui abſque interuentu pretij, an valeat ceſſante fraude etiam vbi bulla fuerit recepta.*

9 *Origo attenditur, & principium contractus emptionis cẽſus annui ad hoc, vt radix inueniatur, an ſit infecta, ſeu fœneratitia.*

Q V AE S T I O XII.

1 DVodecimò quæro occaſione prædictorum. Si *Burgenſes*, ſeù *Agricolæ*, vulgò *Maſſarij* nolint conſignare frumenta mercatoribus, ſed taxauerunt illud ad metam currentem, an pro illo pretio poſſint vendere mercatoribus tot annuos introytus in forma conſueta? Reſolutiuè procedendo, duos caſus diſtinguo. Primus eſt in locis, vbi ſeruatur *Bulla Nicolai Quinti*. Et ſecundus in locis, vbi ſeruatur *Bulla Pij V.* argumẽta enim videri poſſunt penès *Rodericum*, & penès *Maſtrillum* etiam locis citandis, vbi innumeros citant Authores.

2 In primo caſu partem affirmatiuam cõtra Sotum defendit *Nauarr in comment. de vſuris, nu.78. & 88.* probat etiam *Molin. de contractib. diſput.* 390. à quibus non diſcedit in effectu *Rebell par.2. de obligat. Iuſt lib.10. in tit. de cenſib. quæſt.6. num.9. §. dixi ſaltem;* qui omnes dicunt, vt debitũ ex vna cauſa conuerti poſſit in capitale, tot annuorum introytuum, eandem ſententiam defendunt *Pariſ. conſ 75. n.33. & ſeqq. lib.4. Foller. Bertrad. Torag. Rodoban. Benedict. Bonius, & Salam,* cumulat *Roderic. lib.4. de annu. reddit. q.13. num.1. in fine.* Et in hoc primo caſu ſaluatur opinio ipſius Roderici, non autem in ſecundo, vt ibi dicam, & ipſemet fatetur *num.3. in fine.* Et hanc concluſionem, pluribus cumulatis Authoribus, etiam dicto *Roderico*, ſic etiam Sordo, & alijs pluribus, defendit *Maſtrill. in ſua addit. ad Petr de Gregor. de cenſib. quæſt.5.*

3 *à num.172. vſq; ad num.177.* Ratio eſt manifeſta, quia dum quis eſt verus debitor, vtiq; poſſunt eius bona vendi à creditore pro ſumma ſui crediti; vnde ſi creditor vrbanius velit agere cum debitore, & nolit bona illius vendere, ſed habere tot annuos redditus in illis bonis, non eſt ratio conuincens, cur hoc non ſit ei permiſſum; nam illa pecunia fingitur breui manu ſoluta à debitore ſoluta à debitore creditori, & à creditore debitori, & ſic vnus actus occultatur, *l ſingularia, ff ſi cert pet. Andr. Iſern. Nauarr. & alij penès Maſtrill. in d. addit. num.175. in fin.*

Hinc probant DD. quod cenſus decurſi ex annuis introytibus conuerti poſſint in capitale tot annuorum introytuum, ſi rei

4 veritate debeantur, & nulla alia fraus interueniat, & hæc opinio videtur recepta in Regno Siciliæ, vt eſt videre penes *Milanenſem dec.9. lib.2.* & penès *Anton. de Balbo ſuper Bulla quæſt 6. tota vbi nu 7.* alios citat, quamuis *Intrigliol. in ead. Bulla q.48* defen-

defendat oppoſitum, & alij, quos citat *Roderic. d. quæſt. 13. num. 2. & ſeqq.* Et vidi pluries ſeruatum in Regno Neapol. etiam cum Regia Curia; nam pro tertijs decurſis, addita aliqua noua ſumma capitalis, fit venditio tot annuorum introytuum creditoribus, vnde videtur non eſſe recedendũ ab opinione, & obſeruantia.

Si tamen aliqualis commixtio alterius rei interueniret, vt ſi frumenta v.g. liquidarẽtur pretio exceſſiuo, & illa pecunia liquidata relinqueretur pro anno ſequenti ad metam, & poſtea ſi maſſarius non colligeret frumentum, fieret alia liquidatio, vt ſolent facere quidam mercatores in Apulia, quorum aliquos punitos audiui vſuraria prauitate, nullo modo admitto conuerſionem huius pretij liquidati in annuos introytibus propter fraudes & deceptiones, quæ ſolent in tali liquidatione interuenire; & ſic primum capitale tantùm deberur mercatori vna cum eius intereſſe ad rationem octo, vel decem pro centenario, prout taxatur intereſſe in hoc caſu, quando Burgenſes ſeu Agricolæ non ſoluũt frumenta mercatoribus.

Docent etiam DD. quod ſi mercator daret alicui partim pecuniam, & partim bo-
5 na, vel cederet nomina debitorum inexigibilia, vel daret illi aliquas res ſteriles, & omnia prædicta liquidarentur in pecunia, & in pecunia ille talis obligaretur mercatori, iam contractus eſſet vſurarius, & improbatus, vt ſcribit *Bald. in l. cum allegas, num. 11. C. de vſuris, &* poſt ipſum, *Roman. Rodulph. Ang. Imoq. Gemin. & alios*, probat *Menoch conſ. 109 nu. 18 & ſeqq. vol. 2. Sotus Nauarr. Coit.* & alij, quos ſequitur *Molin. de contract. b. diſput. 310 nu. 2. Rebell. par. 2. de obligat. iuſt. lib. 8. de vſuris, quæſt. 4. num. 4.* Et licet in foro conſcientiæ non committatur vſura ſi iuſto, & conuento pretio bona illa debitor vendat, in foro tamen exteriori hoc non debet admitti, nec admittitur, vt omnes tollantur fraudes, & contrahentes licito, & vſitato modo cõtrahant; & in Hiſpania quotidie reſcindi, & annullari huiuſmodi contractus cenſuales conſtitutos pro pecunia debita mercatori ex mercium venditione, tradit *Roderi. d. quæſt. 3 num. 5.* quia non carent fraudis ſuſpicione, & ſimulatione, & ſemper continent vſurariam prauitatem, quia mercatores apponunt pacta colorata ad eorum libitum pro contractuum iuſtificatione, nec debitores aliud facere valent, vt vſuras euitent, & carceres.

6 In ſecundo caſu, in locis, nempè, vbi ſeruatur Bulla Pij V. & tunc fieri nequeunt huiuſmodi cõtractus, nam illa Bulla annullat omnes contractus cenſuales, in quibus non interuenit pecunia numerata, vel ſaltẽ præſens in ſacculo, vt patet ex dicta *Bulla in 2. eius clauſula*, & notat *Nauarr. in d. comment. de vſuris, d. num. 78. 88. & alibi, Molin. d. diſput. 390. Balluſ. d. quæſt. 6. Feliciam. in tract. de cenſib. lib. 1. cap. 4. nu. 11. cum ſeqq. cap. 8. num. 13. cum ſeqq. Guttier. lib. 2. pract. quæſt. q. 176. Surd. Viuius, Fab. Turrect. & alij* quos citat *Maſtrill. loco citato.*

Ex hoc patet, malè loqui eos, qui dicũt,
7 etiam hodie, poſt *Bullam Pij V.* eſſe licitũ hunc contrahendi modum; quia ſatis eſſe dicunt, quod re vera pretium interueniat, ſiuè numeratum ſit de præſenti, ſiue de præterito, ex quo ſatis eſt ad emptionem, & vẽditionem, vt pro pretio ſit ſatisfactum, ad *text. in l. ex empto ff. de action. empt.* cum alijs cumulatis per *Roderic. d. quæſt. 13. n. 3.* Siquidem loquuntur contra verba *text. dictæ Bullæ*, quæ ſic habent; *Non niſi verò pecunia numerata præſentibus teſtibus, ac notario & in actu celebrationis inſtrumenti, non autem prius recepto integro pretio*, & hoc non poteſt negari, nec etiam Roderic. negat, ſed dicit, in Hiſpania non eſſe vſu receptam prout non eſt recepta in his Regni vtriuſq; Siciliæ, nam contraria procedunt ſecundum ius commune, à quo tunc non erat ſancitum contrarium, vt nunc ſancitũ extat, & quia ſanctiones Summorum Pontificum in hac materia ſunt obſeruandæ, vbi ſunt receptæ, vt eſt notiſſimum, & multoties replicatum eſt, ideò non eſt curandum de argumentis ſecundum terminos iuris communis, dum Pius V. formam tradidit, qua cenſuales contractus celebrari debeant.

8 Sed dubium eſt, num hodie in conſcientia ſit licitus hic contractus, etiam in locis vbi *Bulla Pij V.* recepta eſt, ſi abſit omnis fraus ab hoc contrahendi modo, *Nauarr. in comment. de vſuris nu. 88. & num. 121.* affirmant, cuius ſententiam duram eſſe fatetur *Molin. in ſæpius citata diſput. 390. num. 2. in fin.* quia Bulla irritat, & annullat tales contractus, quamuis paulò ante affirmet, quod videatur dura talis clauſula, & multis incommodis plena, & ideo debet aboleri in illa parte; opinio tamen Nauarri ſaluari poteſt, quia Bulla aliud non intendit, niſi tollere fraudis occaſionem; vnde dum attenta rei veritate quis verus, & liquidus eſt debitor in pecunia, non factis illegitimis liquidationibus mercium vtiq; donec contractus iudicetur nullus, attendi debet conuentio inita inter partes, vt dictum eſt, tenet etiam *Maſtrill. d. quæſt. 5. num. 176. vbi de Nauarro & Molina* meminit in locis citatis, & addit etiam *Guttier. lib. 2. pract. quæſt. 176. ſub num. 1. &*

Felicia-

Felicianum. Et etiam quia ſolet pecunia apparere præſens, vel partitæ in regio banco apparent ſolutæ debitori & alia via ereditor illas pecunias recipit penès ſe; Itaq; inuenta lege, reperta eſt fraus. Pro reliquis videatur *Roderic. d. quæſt* 13. & alij relati per *Maſtrill. d. addit.* an autem cenſus poſſit conſtitui ſuper bonis recuperandis, videri poteſt, idem *Maſtrill. deciſ.* 150. *par.* 2.

9 In prædictis igitur omnibus attenditur origo, & principium contractus; Itaque ſi radix eſſet infecta, quoniam eſſet fœneratitia, & initium haberet ex mutuo; vtique omnes contractus inde ſequentes eadem labe laborarent, & eſſent ſimulati, fictitij, & fœneratitij, vt poſt *Bald conſ.* 125. *incip. Tres fuerunt cõtractus, vol.* 1. & alios probat *Pariſ. conſ* 54 *n* 54. *cum ſeqq. Hyppol. Riminald conſ* 83 *num.* 3 *vol.* 1. *Caluaſcan. deciſ* 1. *n* 78. *verſ quinta*, & *quidem maxima, lib* 2. *Menoch conſ.* 300. *num.* 61. *verſ.* & *ſi ergo, Decian. conſ* 2 *nu* 187. *vol* 1. & alij, quos probat *Ioan. Philipp. Teſai d alleg.* 3. *num.* 195. *cum ſeqq.* & *alleg.* 6. qui plura exempla recenſent, vt ſi dum debitor recipit pecuniam, recipit illam ab aliquo, & nõ habens modum, vnde ſoluat conſtituit annuum cenſum; hæc conſtitutio cenſus laborat eadem labe, qua laborabat primus contractus; & ideo initium attenditur, ideò cauti ſint emptores, &c.

SVMMARIVM.

1 *Fructus rei venditæ ad quem pertineant.*

2 *Emens bona præſumitur etiam fructus pendentes illorum emiſſe, niſi expreſsè aliud conuentum eſſet.*

3 *Fructus pendentes domini pars ſoli.*

4 *Quidquid eſt in re vendita tempore traditionis efficitur emptoris.*

5 *Pactum omne licitum inter contrahentes ſeruari debet.*

6 *Pars coloniæ fructuum quos percipit venditor ex re vendita in venditione continetur, niſi expreſsè fuerit exceptuata.*

7 *Pars fructuum ſpectans ad colonum, an contineatur in venditione fundi venditi.*

8 *Fructus conſequitur creditor à die adiudicationis bonorum.*

9 *Fructus veniunt in reſtitutione rei, & ſi in ſententia nil fuerit dictum, & ſic deciſum.*

10 *Fructus rei venditæ iam maturi, & ſtatim recolligendi, an veniant reſtituendi.*

11 *Fructus percepti antequam contractus fuerit perfectus ad quem pertineant.*

12 *Fructus, quod percipiuntur ſingulis diebus diuiduntur pro rata temporis inter emptorem, & venditorem, & quid in fructibus feudi, num.* 13.

14 *Fructus in venditione neceſſaria, qui ſemel in anno percipiuntur diuiduntur inter emptorem, & agnatum.*

15 *Fructus rei retractæ diuiduntur inter emptorem, & agnatum retrahere volentem, & quando declaratur, num.* 16.

17 *Fructus in reemptione rei diuiduntur pro rata.*

18 *Emptor facit fructus ſuos pro rata pretij ſoluti quod declaratur, num.* 19.

19 *Periculum rei venditæ ad quem ſpectat.*

QVAESTIO XIII.

1 Decimotertiò quæro, Ad quem pertineat fructus rei venditæ? De hac quæſtione plura tradit nouiſſimè *Card. Tuſch. in verb. fructus, concl.* 495. & vltrà citatos ab ipſo, *Preſ. de Franch. deciſ.* 79 *Theſaur. deciſ.* 55. & 56. *Borgnin. deciſ.* 37 *par.* 2. *Maſtrill. deciſ.* 148. *lib.* 2. & alij, *Rebell p* 2. *de oblig. Iuſt. lib* 9. *quæſt.* 17. *Leſſius lib.* 2. *de iuſt.* & *iur. cap.* 21. *dub.* 13. *tota.* Vt autem aliquas ſub breuitate reſoluamus quæſtiones in hac materia, pono ſequentes concluſiones.

2 Prima emens aliqua bona, præſumitur etiam fructus pendentes illorum bonorum emiſſe, niſi expreſsè ſit aliter conuentum inter ipſum, & venditorem. Concluſio eſt certa, & vera quoad vtranq; partem. Primam probat *tex. in l. Iulianus, §. ſi fructibus, ff. de action. empt. l fructus, ff de rei vẽdict.* cum alijs innumeris cumulatis per citatos Authores, præcipuè à *Theſaur. d. deciſ.* 55. *num.* 1. & 2. vbi affirmat, quòd om-
3 nes vno ore ita concludunt; tùm quia fructus pendentes dicuntur eſſe pars ſoli, vt ha-
4 betur in *d l. fructus*; tùm etiam, quia quidquid eſt in re vendita tempore traditionis, efficitur ipſius emptoris, in quem rei venditæ transfertur dominium, quia eodem precio præſumuntur empti, latiſſimè *Mãtic. lib* 4. *de tacit.* & *ambig. conuent. tit.* 16. *num.* 42. *Leſſ d. dub.* 13. *num.* 100. Secunda pars probatur, quia omne pactum licitum inter

inter emptorem, & venditorem ſeruari debet, *l.1.& per totum, C de pact. interempt. & vendit. Rebell.d.quaſt* 17.*nu*.1. *§.dixi.* & notant alij paſſim; non enim hoc habet contradictionem, quando pactum eſt legitimum, ſtante quòd omnes contractus ex partium conuentione legem accipiunt, vt eſt vulgata iuris regula.

Ampliatur hæc concluſio, vt locum habeat etiam quoad partem colonicam fru-
6 ctuum, quos percipit venditor ex re vendita, quia in dubio vendita cenſetur, niſi exceptuata ſit expreſsè, ita *Rom.conſ*.309. videtur prima facie quem probat *Tuſch. d. conſ* 495 *num*.24 *Iaſ. Soccin.iun. Burſat.* & alij, quos ſequitur *Theſaur. d. decis*. 55. *num* 3. *Mantic.* qui alios citat *d. tit*. 16. *num* 45.

7 Fuit tamen quæſtio, ſi hoc etiam procedat quoad partem fructuum, ſpectantem ad colonum; Et partem affirmatiuam defendunt *Soccin. iun.* & alij, & ſecundum eum iudicauit *Rota Flor. vt teſtatur Ioſeph Ludouic dec*.83. de quo meminit *Theſaur.d.decis*.55. *num*.5. *§. ex quibus puto, Tuſch.d.concl*.495 *num*.24 *Rebell.d.quaſt*. 17.*num*.2 *cum ſeqq. Vincent. de Franch. d.decis*.79.*num*.3. vbi ſic iudicatum refert ad eius relationem, vt ibi per eum *Mantic. d.num*. 45. Si tamen emptor ſciuiſſet locationem, omnes concludunt, quod pars coloni intelligatur exceptuata, eo magis dum in eo loco adeſt conſuetudo, quod prædia communiter dentur ad culturam; quia tūc præſumitur exceptuata pars coloni à fructibus, cùm emptor ſolùm ſuccedat in ius venditoris, & ita iudicauit *Senatus Pedemontanus*, teſte *Theſauro d.decis*.55.*nu*.5. *in fin* tenet *Tuſch. d. concl*. 495. *num*. 26. & ſic procedit *dec*.56. *Theſaur.* de quo meminit *Riccius in ſua collect. decis. cap*. 159. *§.item quæro*.

8 Ampliatur ſecundò, in adiudicatione, quando creditor ſibi adiudicauit bona debitoris; nam à die adiudicationis conſequitur fructus, quia ab illo die habet dominiū dictorum bonorum, *l.3. C.de iure domin. impetrand. Afflict.decis*.188 *Tuſch.d.lit.F.*
9 *concl*.486. *num*.27. *& alij*. Sic etiam ſi per ſententiam quis eſſet condemnatus ad reſtituenda aliqua bona, & nihil dictum eſſet de fructibus, adhuc veniunt fructus in tali reſtitutione vti annexi ad dicta bona, vt poſt alios fundat *Vrſill.ad Afflict. dec*. 32. *num* 4. vbi ſic refert deciſum in Sacro Cōſilio. de quo meminit *Ioann. Bapt. de Thoro in compend.decis. Neapol. in verb fructus pendentes*, *eſt tex in l.fructus pendentes, ff. de rei vendit. vbi gloſ. Albericus. & alij*, *Couarr.Tiraquell. Oſaſc. & alij plures*, quos probat *Ioan.Philipp.Teſtay alleg*.1. *n*.116. *cum ſeqq.*

Primó limitatur concluſio, quando fructus rei venditæ ſunt plenè maturi, & ſta-
10 tim recolligendi tempore venditionis, & iam venditor ſe parauit ad fructus recolligendos; ſed hæc limitatio eſt arbitraria iudici, qui ex quantitate pretij rei venditæ hoc iudicabit; in dubio enim emptor præſumitur potius emere ratione fructuum inſtantium, vt poſt *Andr. Tiraq. Couarr. Gomez, & alios* notat *Theſaur. d.decis*.55. *num* 6. *Rebell d.quaſt*. 17.*num*.1 *in fin. & num*.5 6.*& 7.Mantica d.tit*.16.*nu*.49.

Secundo limitatur, ſi fructus eſſent percepti antequam contractus ſit perfectus,
11 quia tunc dominium rei eſt venditoris, & ad dominum rei pertinent fructus, *l.venditionis la prima, in fin. C. de action. empt, Alex.& Soccin.* quod probat *Tuſch. d. cōcluſ*.495.*num*.32. *Mantic.d tit* 16. *nu*. 48. Sed procedit limitatio, dummodò non cōſtet, an ante fructuum collectionem eſſe cœptum contractum, & ex quantitate pretij colligatur, etiam fructus eſſe vēditos; quia tunc deducendum eſt de pretio illa rata, quæ excedit pretium rei ſinè fructibus, vt notant Authores primæ limitationis, & præcipuè *Rebellius*, & patet ad ſenſum, & ideo conſiderandum eſt, an pretium ſit ſolutum, vel ſit habita fides de pretio, & ſic de alijs, vt per eos.

Tertiò limitatur in fructibus, qui perci-
12 piuntur ſingulis diebus, vt ſunt penſiones domorum, tabernæ, & aliorum; quia pro rata temporis diuiduntur inter emptorem, & venditorem, *Salyc. in d.l.Iulianus, §. ſi fructus, ff.de act. empt.* cum alijs cumulatis per *Vinc.de Franch. d.dec*.79. *num*.2. *vbi num*.3.*& ſeqq.* ſic pluries deciſum refert in Sacro Conſilio, probat etiam *Tuſch. dict. concl* 495.*num*.37.*& ſeqq.* vbi alios citat, *Rebell.d q*.17.*num* 3.*& 4.Caſtill. decis*.4. *num*.16.*Vitius decis*.8 *num*.22. *& Ioann. Franciſ Capiblanc.* quorum aliquos citat *Ioan.Bapt.de Thoro in compend dec.Neap. verb fructus.quod ſemel in anno, & in ver. penſiones domorum*, qui omnes hoc limitāt in eo, qui emit à fiſco; quia dum hic emptor tenetur ſtare colono fiſci, ideo totam penſionem percipit, *ex text.in l.vlt. §.vlt. ff. de iur. fiſc.* idem iudicatur in fructibus induſtrialibus ſeruorum; nam ſingulis etiā diebus percipiuntur, & ideo diuidūtur pro rata temporis inter emptorem, & venditorem, *Bart.in d.l.fin § fin.verſ quandoq; ex re, ff. de iur. fiſci, Tuſch. d. concluſ*.495. *num*.13.

13 Eandem diſtinctionem poſt *Andr. in cap.1.§.hic conſequenter*, hic finitur lex, faciunt communiter *Feudiſtæ* circa diuiſionem fructuum feudi inter hæredes in feudo, & in allodio, vt eodem modo diuidātur,

ſiue

Digitized by Google

ſiuè naturales ſint ſiue ciuiles, vt ſunt penſiones domorum. & ſic de alijs, latiſſimè *Vincent. de Franch. deciſ.* 19. *&* 372. *de Pŏte conſ.* 52 *num.* 64. *vol.* 1. *& deciſ.* 12. *vbi nu.* 7. deciſiones cumulat, *Hartman. Piſtor. lib.* 1. *queſt.* 24. *num.* 54. *& ſeqq. Scrader. de feud. q.* 6. *num.* 50. *& ſeqq. Anna conſ.* 20. *vol.* 1. qui alios cumulat, & videri etiam poſſunt.

Quartò limitatur in venditione neceſſaria, quoniam tunc etiam ſi fructus ſemel in
14 anno percipiantur, diuiduntur pro rata
temporis inter emptorem, & venditorem,
vt eſt in retrouenditione, quia fit virtute
pacti de retrouendendo. *Cuman. Soccin. Iaſ.*
Cognol. & alij, quos probat *Tiraq. de retract. lignag.* §. 5. *gloſ.* 4. *num* 6. *& ſeqq.* &
hanc ſententiam eſſe æquiorem, & practicandam, & magis communem, ac in iudicis receptam, dicit *Theſ. dec.* 56. *n.* 2. *& ſeqq.*
vbi alios cumulat; Et quamuis in puncto
iuris poſſit etiam contraria opinio defendi, vt ipſe ait *num.* 3. tamen *num.* 4. dicit iudicatum ſecundum priorem ſententiam,
ſecundum quam etiam tenent alij, quos
probat *Tuſch. d. lit. F. concl.* 486. *num.* 37.
cum ſeqq.

Hoc idem locum habet in retractu, quãdo, nempè, agnatus iure retractus vult præ-
15 ferri in bonis venditis extraneo ab aliquo
eius agnato, quia fructus diuiduntur inter
illum emptorem, & hunc agnatum, retrahere volentem iure ſanguinis, & à die litis
conteſtatæ, vel ſaltẽ à die moræ ipſius emptoris debentur fructus illi agnato, dum-
16 modo adimpleat ex parte ſua, vt faciat integrum depoſitum pretij, ſoluti ab illo emptore pro dictis bonis, vt diei poſſit moram
eſſe ſolùm ex parte dicti emptoris, alias ſecus, vt ex multis probat *Maſtrill. dec.* 148.
tota lib. 2. quamuis in fine, nempè ſub *n.* 36.
referat iudicatum in Cõciſtorio, quod etiã
ſi dubitaretur de adimplemento depoſiti,
debeantur fructus à die litis conteſtatæ; verior, & æquior eſt ſententia, quod non debeantur, niſi agnatus adimpleat ex parte
ſua, quia non eſt æquum, nec iuſtum, vt emptor ſine culpa ſua priuetur fructibus, nec
17 pretium habeat; & idem procedit in reemptione, nam adhuc fructus diuiduntur pro
rata temporis, ſi integrum depoſitum pretij factum eſſet, vt latiſſimè fundat *Maſtril. d. dec.* 148. *p.* 2. *Theſaur. deciſ.* 57. *Gratian. deciſ.* 176. de quibus meminit *Ricc. in* 1. *p. ſua collectan. deciſ. cap.* 159. vbi plures illationes circa hanc materiam ponit.

Secunda concluſio. Emptor facit fructus
ſuos pro rata pretij ſoluti, & non aliter, niſi
18 ſteterit per venditorem, quominùs totum
pretium recipiat. Concluſio patet ex dictis, ſed ad maiorem explicationem poſita
eſt. Prima pars patet, quia nemo debet
habere rem & pretium, *l. curabit, C. de act. empt.* Et ideò ſi totum pretium ſoluit emptor, omnes fructus rei venditæ habebit, ſi
partem ſoluit de pretio, pro illa rata lucretur fructus ex eadem ratione, vt notãt omnes Authores citati in principio, *Tuſch.*
etiam *d. q* 486. *num.* 43. *cum ſeqq. Anton. Faber*, & alij penès *Ricc. in ſua collectan. cap.* 199. *Mantic. d. lib.* 4. *tit.* 32. *nu.* 99. *cum ſeqq.* vbi latiſſimà concluſionem iſtam examinat, etiam dum quis emit cum pacto de
retrouendendo, *Leſſ. d. dub.* 13. *num.* 101.
& ſeqq.
19 Hoc eatenus eſt verum, quod ſi pretium non ſoluat, & fructus percipiat,
teneatur vel fructus reſtituere, vel (quod
vbiq; ſeruatur) ſoluere pretium vna cum
eius intereſſe, *d. l. curabit*, vbi omnes, latiſſimè *Rebell. d. q.* 17. *num.* 10. *& ſeqq.* Quia
nõn ratione vſurarum ex dilata ſolutione
ſoluitur intereſſe; ſic enim non liceret regulariter, vt ſuo loco dictum eſt, ſed ſoluitur ratione fructuum, quia dum ex re vendita percipit fructus, debet ex pretio non
ſoluto ſoluere intereſſe, quod vel ratione
lucri ceſſantis, vel damni emergentis illi
debetur, *Leſſius d. dub.* 13. *nu.* 103. *&* 104.
Secũda pars eſt manifeſta apud omnes, quia
ſi venditor eſt in mora, ne pretium habeat,
vt quia depoſitum eſt, conquæri legitimè nõ
po eſt, vt patet ex dictis, & præcipuè ex dicta *deciſ.* 148. *Maſtrilli*, & ex traditis per
Rebell. d. quæſt. 17. *num.* 9. *& ſeqq.* latiſſimè
Tuſch. in verb. emptor, concl. 127. *num.* 28.
ſeqq. hoc eſt notiſſimum, non cumulo alios,
nam mora ſua cuilibet nocet, &c.

Plures alias concluſiones quoad declaratione huius quæſtionis proponere poſſem, ſed omitto, quia tùm penès *Tuſchum*, tùm etiam penès *Manticam d. tit.* 32. *num.* 99. *& ſeqq.* & alios citatos Authores videri poſſunt. Et hæc ſatis ſint pro hac quæſtione.

Poſſet etiam hic quæri, Cuiuſnam ſit periculum rei venditæ, ſed hoc facillimè ſoluitur. Si enim venditio eſt pura, etiam quòd res vẽdita non fuerit tradita emptori, periculum, damnum, ac commodum, & incommodum eſt emptoris, §. *cum autem emptio.* vbi *gloſſ.* 1. & omnes *Inſtit. de empt. & vendit.* cum alijs innumeris cumulatis per *Borgnin. deciſ.* 7. *tota*, & præcipue *nu.* 6. *cum ſeqq. p.* 2. de qua materia ibi latiſſimè diſputat, ſic etiam *Tuſch. in verb. emptori, concluſ.* 125. ſic etiam *Petr. Nicol. Moz. in tract. de empt. & vend. in tit. De accidentalibus emptionis, & venditionis, n.* 14. *cum ſeqq. Syluest. in verb. emptio. num.* 3. *Couar. & alij*, quos probat *Leſſ. d. cap.* 21. *dub.* 12. *tota.*

SVMMARIVM.

1 *Dominus, an cogi poſſit vendere ſua bona, & quid quando promiſiſſet vendere, num.2.*

3 *Statutum compellens aliquem ad vendendum, an ſit validum.*

4 *Nemo cogitur bona ſua, vel aliena vẽdere, quod limitatur ratione publicè vtilitatis, & exemplo oſtenditur pro ædificando, vel ampliando Monaſterium, & ſic deciſum, num.6.*

7 *Vicinus tenetur vendere ius altius non tollendi.*

8 *Feneſtre habentes aſpectum ad Monaſteria, etiam via intermedia exiſtente claudi debent ex diſpoſitione Regia Pragmatica, & ita iudicatum.*

9 *Prædium ruſticum, vel vrbanum neceſſarium ad aliquem locum religioſum, vt ſternatur ſoluto pretio domino ſunt concedenda.*

10 *Iuſtum pretium ſolui debet domino, qui cogitur vendere bona ſua.*

11 *Subditi tenentur vendere viliori pretio eorum bona ob publicam vtilitatẽ ſeù neceſſitatem.*

12 *Pretium rei venditæ coactæ, an erit habito reſpectu Fabricæ deciſio affertur.*

13 *Dominus ædificij ſi vellet conſimile ædificium facere pro Ciuitatis ornatu an cogi poſſit ad vendendum.*

14 *Dominus frumenti, ac aliarum ſpecierum tempore careſtiæ, an poſſit cogi ad uendendum.*

15 *Dominus fundi, ſeù domus cogitur vendere ratione iuris congrui, & ratione conſanguinitatis.*

16 *Dominus ſerui ſi eſſet ſeruus in eum cogitur illum vendere pariterq; vaſſallum.*

QVAESTIO XIV.

1 DEcimoquartò quæro, An Dominus cogi poſſit ad vendendum eius bona? Pro dicendis ſuppono primò, hic non eſſe quæſtionẽ, quando aliquis expoſuit bona ſua venalia, quia tunc clarum eſt, quod cogi poſſit ad vendendum iuſto pretio, vt latiſſimè fũdat *Surd. conſ. 205. toto.* & præcipuè *num. 28. et ſeqq. lib. 2.* quibus addo *Tuſchum in verbo vendere nemo compellitur, concluſ. 59. n. 12.* vbi dicit, hoc omnes tenere, vbi ponit quaſdam ampliationes, & limitationes. Præcipuè cogitur, quando adeſt conſuetudo vendendi, exempli gratia, quod piſcatores cogantur vendere piſces, ruſtici frumenta, & ſic de alijs, *Angel. Aretin. conſ. 23. num. 4. & ſeqq. Tuſch. d. concl. 59. num. 25.* qui loquuntur de piſcatore; de ruſticis autem loquuntur *Petr. de Rauen. ſing. 607. & Capell. Tholoſ. q. 447.* quos probat *Tepat. loco citando, §. ruſticus poteſt compelli.*

2 Nec etiam procedit, quando quis promiſit vendere, quia hic regulariter cogitur poſtea vendere iuſto pretio, nec datur pœnitentia ſine voluntate emptoris, vt latiſſimè fundat, idem *Surd. conſ. 52. lib. 1. & dixi tom. 1. par. 4 tit. de Renunc. q. 10. n. 20. & ſeqq.* Igitur tota quæſtio eſt, ſi nec promiſit vendere, nec bona ſua expoſuit venalia, ſi cogatur ad vendendum; de qua materia tractant latiſſimè *Ariſmin. Tepat. lib. 2. variar ſentent. in tit. nec emere, nec vẽdere fol mihi* 107. *Cardin. Tuſch. in verb. vendere nemo compellitur, concl. 59. & ſeqq. Molin. de contract. lib. diſp. 341. Carrot. dec. 26. Rebell. p. 2. de oblig. iuſt. lib. de contract. empt. & vendit. q. 18. num. 43. & ſeqq.* qui plures alios cumulant *Mantic. lib. 4. de tacit. & ambig. conuent. tit. 4. num. 13.* alios citat *Marius Giurba dec. 86. num. 1.*

3 Suppono ſecundò ſtatutum, compellens aliquem ad vendendum eius bona, vocari inhumanum, & odioſum, quia priuat homines ſua libertate, & cogit contra eius velle vendere eorum bona, *Corn. conſ. 29. nu. 2. & ſeqq. lib. 3. Berou. conſil. 172. nu. 1. & 13. lib. 1.* ex communi teſtatur *Decian. conſ. 59. num. 2. lib. 1. Ondea. conſ. 3. num. 25.* & alij, ſed hoc procedit, quando talis ordinatio non reſpiceret publicam vtilitatem, & commodum; tunc enim eſt clarum, ſtatutum eſſe iuſtum, humanum, & fauorabile, cùm reſpiciat vtilitatem publicam, quæ omni priuato commodo præfertur, vt eſt vulgatum, & iam ex dicendis apparebit.

His obſeruatis, regula eſt communis, & vera, vt regulariter nemo cogatur vendere
4 bona ſua, nec aliena emere, *l. nec emere*, C. *de iure delib.* & hoc omnes ſcrunt, ſiue in totum, ſiuè in partem loquamur: nam eadem eſt ratio totius, & partis, quia ſemper conſideratur libera voluntas ad emendum, vt docent omnes.

Primò igitur limitatur hæc regula ratione publicæ vtilitatis, vt quis cogatur
5 vendere bona ſua; vltimo pro ædificando de nouo aliquam Eccleſiam, vel veterem ampliandam; ſic etiam pro ædificando, vel ampliando Monaſterio perſonarum Eccleſiaſti-

ſiaſticarum, vt notār omnes in *d.l.nec eme-*
re, latiſſimè fundat *Couar. lib.1. var. reſol.*
cap.14.num.8. Grammat.dec.75. Vincent.
de Franch.dec.223. quo meminit *Ricc. in*
collectan. p.1. cap.130. Molin. d.diſp.341.
num.2.§.quo fit, Tepat. loco citato, §.2. vbi
citat etiam *Franc. Marc q.534. de Ponte*
tract. de poteſt. Proreg. tit. de abund. Ciuit.
§.4.num.18.& ſeqq. de Franch. & alij, quos
probat *Giurba d.dec 86.num.3. & ſeqq.* &
6 hoc omnes ſciunt etiā ideotæ; adeo, quod
ſi tales perſonæ Religioſæ velint etiam vi-
ridarium ampliare, cogatur Dominus ad
vendendum domum, vel viridarium ſuum
pro ampliatione dicti viridarij perſonarū
Religioſarum, vt latiſſimè fundat *Gaſpar*
Theſaur. diſp.64. Caualcan. loco citato, nu.
255.§ quoad primam, Capta in pragm.3. de
monialib. num 6. vbi ſic pluries refert, de-
ciſum in Sacro Conſilio. Sit etiam pro fa-
ciendo ſeminario, vt latiſſimè fundat *Cor-*
rot. d.dec.26 tota. ſic pro ſcholis ædificādis,
Franciſc. Marc.q.534. nu.5. Tepat. loc.cit.
§.pro ædificandis ſcholis, de Carroccio me-
minit *Riccius d. cap.130.* vbi alias illatio-
nes ponit.

Plus docent *DD.* quos probant *Vincent.*
de Franch.d.dec.223. num.4. & Tepat.loco
7 *citato*, quod cogatur vicinus vendere ſer-
uitutem altius non tollendi, etiam via pu-
blica intermedia; immò poteſt prohiberi,
ne dominus domus altius tollat ædificium
ſuum, quando inde ſequeretur, religioſos,
aut religioſas videri intra proprias domos
habitantes, & poſſunt ſimiliter vicini pro-
hiberi, ne de nouo feneſtras aperiant, vndè
ſimiliter religioſos, vel religioſas intra
proprias domos viderentur, vt poſt *Petrum,*
& Cynum, probat *Salyc. in l.altius, C.de*
ſeruit.& aqua. Couar lib 3.var.reſol. c.14.
ſub num.8.verſ.alia itidem ratione, notat
Molin.d.diſp.341.ſub nu.2. §.quo fit. verſ.
fatetur tamen, *Couar. comment in tract. de*
empt.& vind.ſub num.51. de quo meminit
Caualcan. in tract. de brachio Regio, p.6.
ſub num.255. §.quoad partem.

8 Immò vidi pluries iudicatum Neapoli,
& in ſpecie inter Monaſteriū Sācti Agnel-
li, & Monaſterium Sancti Andreæ, & obti-
nuit Monaſterium Sancti Andreæ, & Patres
Monaſterij Sancti Agnelli fuerunt coacti
claudere feneſtras domorum ſuarum, vnde
videri poterant Moniales prædictæ, & hoc
virtute Regiæ Pragmaticæ, factæ per Car-
dinalem Granuelæ de anno 1573. die 12.
Nouembris, nunc *ſub tit. de Monialibus,*
pragm.2. de qua meminit *Vinc. de Frāch.*
d.dec.223. vbi dicit, ſe pluries mandaſſe, vt
aſtrica ab aliquibus domibus tollerentur,
ex quibus habebatur aſpectus ad Monaſte-
ria Monialium, quamuis via vicinalis eſſet
in medio, & verba pragmaticæ in hoc ſunt
clara, & idem eſt de aſtricis, quod vel ope-
riantur imbricibus, vel ita fiant altu, vt ex
eis nullus detur aſpectus ad loca prædicta
Monialium, vt mandat dicta pragmatica.
Et idem procedit quoad alios Religioſos,
vt fauor, & honeſtas Religionis conſerue-
tur, vt docent prædicti *DD.* quamuis adeſ-
ſet via intermedia, vt dictum eſt.

Idem eſt, ſi neceſſarium eſſet, vt aliquod
9 prædium tàm ruſticum, quàm vrbanum
ſterneretur, vt ad aliquem locum Religio-
ſum, vel publicum via aliqua ſterneretur, vt
ex text. in l.ſi locus, §.vlt. ff. quemadmod.
ſeruit. amitt & l ſi quis ſepulchrum, ff.de
Relig & ſumpt funer. notatur *Molin.d.diſp.*
341.num 2. Rebuff.d.q.18. num.44. Vrſill.
ad Afflict.dec.165.n.113. Caualcan. Capoll.
& alij, quos probat alter *Caualcan. in tra-*
ctat. de brachio Regio, p.6. num. 262. §. &
iuris, & æquitatis eſt. & ſub num. 255. §.
quoad primam non eſt dubium. Etiam quo-
tidie hoc practicatum videmus, vt pro via
publica Ciuitatis ſternenda cogatur Domi-
10 nus diruere domos ſuas, iuſto pretio me-
diante; ſemper tamen quodquis cogitur
vendere bona ſua, requiritur, vt ei ſoluatur
iuſtum pretium, latiſſimè *Boer. decif.322.*
Natta conſ 554. Roland. conſ.71. vol.3. cum
alijs cumulatis per *Tepatum in d.tit. nec*
emere, nec vendere, §. licet regulariter. &
hoc omnes docent, & ſunt iura manifeſta,
11 vt dicemus *in 2. limitatione.* Niſi tamen
interueniret cauſa publicæ vtilitatis, vel
neceſſitatis; quia tunc cogi poſſunt ſubdi-
ti, etiam viliori pretio, bona ſua vendere;
quia vtilitas publica præfertur commodo
priuatorum, vt fundauit *Angel conſ.351. in*
princ. quem ſequitur *Tuſch. in d.verb. ven-*
dere, concl.59 num.8. Menoch. conſ.137.
lib.2. Salon, Capell. Tholoſ. & alij, quos pro-
bat *Tepat. loc. cit. §. tempore caritatis*, vt di-
cetur *in 2. limitatione.*

Hinc in Ciuitate Panormi adſunt Regiæ
ordinationes, quod volentibus ædificare in
via caſſari, vel Maquedæ, cogatur Domi-
nus vendere domos ſuas, facto appretio do-
morum, ratione logherij, ſeù locationis ad
rationem octo pro centenario, ad hoc, vt
pulchra fiant palatia in dictis vijs regijs, &
ita quotidie obſeruatur. Hæc taxatio ad
rationem logherij iuſtiſſima eſt, quia hic eſt
verus valor, habendo conſiderationem ad
quantitatem redditūum ipſius rei, & ideo
licet aliquando Sacrum Conſilium Neapo-
12 litanum iudicaſſet in vna Aula, quod pre-
tium domus ſolueretur, habito reſpectu ad
valorem Fabricæ; tamen cùm à dicta ſen-
tentia fuiſſet reclamatum, & pro articuli
veritate fuit ordinatum per Præſidem Sa-
cri Conſilij, quod cauſa decideretur iunctis

Aulis; fuit per duas Aulas reuocata illa
ſententia, & prouiſum, vt attendatur valor,
reſpectu ad redditus, quamuis valor Fabri-
cæ excedat verum valorem redditnum in
ducatis mille, ita *Conſiliar. de Bottis in*
addit. ad Barth. in l. ſi quos, C. de reſcind.
vend. de quo meminit *Ioann Bapt. de Thoro*
in compend. deciſ. Neapol. in verb. pretium
ſoluendum pro domo, latiſſimè poſt alios
Ioan. Philipp. Teſtay allegat. 3. num. 166.
cum ſeqq. vol. 1. Simile ſtatutum, ſiuè ordi-
natio fuit facta Romæ à Gregorio 13. Sum-
mo Pontifice, quod quis cogatur vendere
domos ſuas vicinis pro Ciuitatis, ſiuè Vr-
bis ornatu, & hoc ratione congrui. Benè ta-
men verum eſt, quod ſi Dominus ædificij
13 vellet ſimile ædificium facere pro Ciuita-
tis ornatu, non poteſt compelli ad venden-
dum, quia in pari cauſa Dominus præfer-
tur alijs, *l. ſi cum dotē, §. fin. ff. ſolut. matrim.*
Capyc. deciſ. 99. Farinac. deciſ. 842. tota. vbi
ſic deciſum refert. Et procedit etiam ſi
vicinus præueniat dominum, vt ad ornatū
Vrbis vellet ædificare; quia Dominus ha-
bet hoc ius prælationis, vt ſemper præfera-
tur, & ſatis eſt, vt hoc declaret ante ſenten-
tiam, vt poſt *Alexand. conſ. 78. in fin. lib. 1.*
Dec. Socin. Corn. Aleiat. & Pute. Farinac.
deciſ. 843. num. 17. & 18.
Secundò limitatur ratione neceſſitatis;
& ideò tempore cariſtiæ quis cogi poteſt
14 etiam per officiales ordinario, vt vendat
frumentum, & alia bona ad victum huma-
num neceſſaria, iuſto pretio mediante, *l. 1.*
§. cura carnis, ff. de off. Præfect. Vrb. gloſſ.
Abb. Couarr. Sylu. & alij quos probat *Mo-*
lina d. q. 341. ſub num. 2. §. item cariſtia, Ca-
poll. Tholoſ. Menoch. Salon. & alij, quos pro-
bat *Tepat in d. §. tempore caritatis, Rebell.*
d. q. 18. num. 43. in fin. Caualcan. d. p. 6. ſub
num. 255. §. quoad ſecundam Poſſent addi
15 *aliæ limitationes*, quod nempè procedat
ratione congrui, & ratione conſanguinita-
tis; ſed de hoc dictum eſt ſupra *in tit. de*
iure congrui. Sic etiam fauore libertatis,
16 quod quis cogatur vendere; ſi nimis ſæuus
ſit in ſeruos ſuos, vel vaſallos, nam cogitur
illos vendere; prout *Bald. Gomez*, & alij
probant, quos *Molin. d. diſp. 341. num. 2. in*
fin. Rebell. d. q. 18. ſub num. 44. Tepat. & alij,
relati in principio, ſequuntur, præcipuè *Tu-*
ſch. d. quæſt. 59. Caualcan. d. p. 6. ſub nu. 255.
& ſub num. 262. qui videri poſſunt.

S V M M A R I V M.

1 *Bona ſua vendere quibus perſonis eſt*
prohibitum.
2 *Alienare bona ſua omnibus eſt promiſ-*
ſum niſi eis fuerunt prohibitum.
3 *Prodigus alienare prohibetur etiam cū*
iuramento.
4 *Minor an poſſit bona ſua alienare.*
5 *Tutor, an & quomodo poſſit bona pu-*
pilli alienare.
6 *Officiales ratione officij prohibētur alie-*
nare ſua bona, & quando.
8 *Contractus alienationis bonorum inter*
patrem, & filium, an prohibitus ſit eo
magis ſi pater haberet adminiſtratio-
nem bonorum filij, num. 9.
10 *Contractus inter Dominum, & ſeruum,*
an ſubſiſtat.
11 *Prælati an poſſint Eccleſiaſtica bona*
vendere, & quid in bonis feudalibus,
num. 12.
13 *Emere nonnulli prohibentur ratione*
monopolij.
14 *Monopolium, quodnam ſit.*
15 *Monopolium priuatè ſit tripliciter, &*
qualiter, & quomodo facientes talia
monopolia puniantur.

Q V AE S T I O XV.

1 DEcimoquintò quæro, Quibus per-
ſonis prohibeatur bona ſua ven-
dere? De hac quæſtione plura
tradit *Mozzius in d. tract. de*
empt. & vend. in rub. de perſonis, quæ poſſūt
emere, vel non, fol. 71. & ſeqq. Rebell. d. lib.
9. de contract. empt. & vend. queſt. ult. num.
12. & ſeqq. Azor. p. 3. moral. lib. 8. c. 3. & 4.
& alij paſſim. Ideò pauca recenſebo ma-
gis practicabilia, ne omnia omittamus.
In hac materia ponitur regula vniuerſa-
lis, ſicut in omni alia materia prohibitoria;
vt, nempè, omnes illæ perſonæ, quę de iure
non prohibentur, poſſunt bona ſua vende-
re, & alienare, prout ad literam *tex. in l. du-*
dum proximis, C. de contrahend. empt. vbi
omnes, & notant omnes prǽcitati *DD.* cum
alijs ab eis cumulatis.
Primò igitur prohibetur hic contractus
ob defectum conſenſus, ſeù inhabilitatis
3 perſonæ; & ideo prodigus non poteſt bona
ſua vendere, nec aliter alienare, quia con-
ſenſu caret; & ſic deficit vnum ex requiſi-
tis ad eſſentiam huius contractus, & ideō
nec cum iuramento talis contractus vali-
dari poteſt ob dictam rationem, ita *ex tex.*
in l. mutum, §. 1. vbi gloſ. & alij, ff. de acqui.
hæred. Barthol., & alijs, notat *Mozz. loco*
citato num. 10. 11. & 12. Azor. dict. cap. 4.
quæſt. 5.
Et ob eandem rationem, nec minor bo-
4 na ſua alienare poteſt niſi decretum Iudicis
inter-

interueniat, & tutoris, vel curatoris autho-
ritas, *l. 1. & toto tit. ff. de min.* quia tutor nō
poteſt ſibi ipſi authoritatem præſtare, ideò
nec poteſt cum pupillo contrahere, niſi de-
cretum Iudicis accedat, & alius contutor
interueniat, *l. lex quæ tutores, C. de admin.
tutor.* cum alijs cumulatis per *Mozz. vbi
ſupra num. 8. & 9.* latiſſimè *Paul. Montan.
in tract. de iur. tutelar. & curation. cap. 30.*
vbi latiſſimè explicat, in quibus caſibus
locum habeat, & quando pupillus, effectus
maior, poſſit ratificare contractum, de quo
5 dixi *conſ. 4.* Vt autem tutor poſſit illa bo-
na vendere, requiritur cauſa neceſſaria, vel
vtilis in beneficium eiuſdem minoris, & de
prædictis capienda eſt informatio, & prius
vendantur bona mobilia, deinde vendan-
tur bona immobilia minus pretioſa, vel inu-
tilia, & ſic de alijs. & ſic iudex interponit
decretum ſuū, vt in *l. neque, C. de authorit.
tutor.* cum alijs cumulatis per *Mantic. lib.
4. de tacit. & ambig. conuent. tit. 6.* vbi *n. 46.
cum ſeqq.* aliquas limitationes ponit, tra-
ctat etiam *Montan d. cap. 30.*

Secundò prohibetur hic contractus ra-
tione officij, ſiuè dignitatis, vt eſt in officia-
6 libus, vt latius proſequuntur *Mozz. loco
cit. num. 7. Paul. Montan. d. cap. 30. nu. 62.
& ſeqq. & dixi tom. 2. conſ. 16.* latè *Rouit. in
pragm. 1. de mercatura officialibus prohibi-
ta, Azor. d. lib. 8. cap. 4. q. 2. qui ex tex. in l. ſi
mandauero § quoniam, ff. mandati, ac Fa-
biano de Monte,* notat, hunc talem nec
emere poſſe per interpoſitam perſonam;
quia hoc faceret in fraudem legis; & idem
notat *Mozz. loco cit. num. 22.* vbi alios ci-
citat, ſic etiam *Montan d. cap. 30. num. 64.
cum ſeqq.* qui hoc limitant, vt eis licitum
ſit emere equos, mulas, & quidquid eis ne-
ceſſarium eſt; quia ſolùm illis prohibita eſt
negotiatio, quod patet ex dictis *d. conſ. 16.*

Hinc etiam ob eandem rationem carce-
ratus non poteſt vendere bona ſua, niſi Iu-
7 dicis decretum interueniat, vel contractus
tendet in eius vtilitatem; quia in foro ex-
teriori ſemper præſumitur vēddere coactus,
& non ex libera ſua volente; quæ præſump-
tio ceſſat, dum in eius commodum cadit,
vel Iudicis decretum interuenit, *l. metum,
§. ſed licet, & l. qui in carcerē ff. de eo, quod
met. cauſ. l. nam, & ſeruus, ff. de negot. geſt.
Mozz. loc. cit. num. 14.*

Tertiò prohibetur aliquæ perſonæ con-
trahere ob defectum bonorum; & hæc de
cauſa eſt prohibitus contractus inter patrē
8 & filium; quia quidquid acquirit filius ac-
quirit patri; & ideò ſolùm ratione peculij
caſtrenſis, vel quaſi caſtrenſis poteſt eſſe cō-
tractus inter patrem, & filium, *l. 2. ff. de
contrahend. empt. Bal. Alex. & alij in l. cùm
oportet, C. de bon. quæ lib.* cum alijs cumula-
tis per *Mozzium loco cit. nu. 6.* & omnes
alij, adeò quod ſi pater haberet adminiſtra-
9 tionem bonorum filij, non valeret contra-
ctus, niſi interuenerit decretum Iudicis, vt
dictum eſt de contractu emptionis, & ven-
ditionis inter tutorem, & pupillum. Ob
eandem rationem non valet contractus
hic inter dominum, & ſeruum, niſi ſeruus
10 haberet liberam peculij adminiſtrationē,
*l. ſi libera. vbi Bart. & alij, C. quod cum eo,
qui in alien. poteſt. Mozz. loco cit. nu. 13.*
Et ideò nec facilè in foro exteriori iudican-
tur ſimulati tales cōtractus inter huiuſmo-
di perſonas.

Ad hanc etiam limitationem reducitur
prohibitio Prælatorum, nè poſſint bona
11 Eccleſiaſtica vendere, vel aliter alienare,
niſi cum certis ſolemnitatibus à Iure Ca-
nonico requiſitis, quia dictorum bonorum
non ſunt domini, ſed tantùm adminiſtrato-
res, *cap. fin. de reb. Eccleſ. alien. vel non.
Extrauag. Ambitioſæ, eod. tit.* latè *Mozz.
vbi ſupra num. 12. §. quintò non poteſt.* De
qua materia latiſſimè poſt *Rodobanum*,
& alios, tractant *Tuſch. in verb. alienatio à
concl. 271. ad concl. 282.* vbi etiam de alie-
natione bonorū Religionis habetur, *Man-
tic. lib. 4. de tacit. & ambig. conuent. tit. 7.
toto.* vbi hoc declarant *Quaranta in verb.
alienatio, in compend. Bullarij,* & alij, ad
quos mitto Lectorem, præcipuè ad vltimos
tres DD. cùm enim hæc ſit matera Eccle-
ſiaſtica, explicabitur ſuo loco in *ſumm. in
tractat. de varijs quæſtionibus canonicis.*
12 Sic etiam eſſet in bonis feudalibus in Re-
gno Neap. quod omitto, quia in hoc caſu
quęlibet Prouincia ſuas habet peculiares
leges pro venditione bonorum feudalium;
quidnam veniat in venditione Caſtri, tradit
*Mantica d. lib. 4. tit. 14. nam venit iuriſ-
dictio, & quidquid Caſtro inhæret, &c.* Sic
etiam alia bona publica ſunt vendi prohi-
bita, vt latiùs proſequitur *Mantica d. lib. 4.
tit. 8. qui videri poteſt.*

Poſtremò aliqui prohibentur emere ra-
13 tione monopolij euitandi, vt *tot. tit. C. de
monopolijs, & C. de nuptijs,* & vtrobique
Scribentes, poſt alios *Mozz. loc. cit. nu. 19.
cum trib. ſeqq. Diu. Antonin. Caiet. Syluest.
Nauarr. Molin. Leſſ. Rebell. & alij,* quos
recenſet, & probat *Ioan. Salas in tract. de
empt. & vendit. dub. 38. Valer. Reginald.
lib. 25. ſua prax. for. pœnit. num. 327. cum
ſeqq.*
14 Vt autem hoc meliùs ſciatur, notandum
eſt, quòd monopolium eſt vox Græca, &
Latinè idem eſt, quod vnica, vel ſingularis
venditio rerum in Ciuitate, & duobus mo-
dis fieri poteſt. publicè ſcilicet, & priuatè.
Publicè fit, dum aliqui impetrant priuilegiū
à Principe, quod ſibi ſolis liceat aliquod
genus

genus mercium inuehere, & vendere, & dũ hoc reſpicit publicam vtilitatem, clarum eſt, quod fieri poſſit; & dum merces ſunt neceſſariæ Reipublicæ debent etiam concedentes priuilegium taxare iuſtum pretiũ, ne habentes priuilegium venderent pretio iniquo, & iniuſto cum magno Reipublicæ detrimento. Et ſi conceſſum ſit priuilegiũ ſine cauſa iuſta, priuilegium erit iniquum, & iniuſtum, & fit iniuria, tàm vendere volentibus, qui iniuſtè impediuntur, quàm etiam emptoribus, qui eaſdem res meliori pretio emerent, & ſucceſſiuè concedens priuilegium teneretur vtriſq; reſtituere, ſic etiam impetrantes tale priuilegium, vt latiùs proſequuntur citati Authores, & patet ex terminis.

Priuatè monopolium fit authoritate priuata, & tribus modis contingere poteſt.
15 Primo, dum omnes mercatores conſpirãt, vt non vendant, niſi certo conuento pretio inter eos, quamuis eſſet maius ſummo pretio iuſto. Et hoc monopolium grauiſſimis pœnis punitur, nempè, amiſſione omnium bonorum, & perpetuo exilio, *d. l. vni. C. de monopol.* & habet annexum onus reſtituendi, vt latiùs proſequuntur citati Authores: At ſi eſſet pretium iuſtum, tunc nõ eſſet illicitum in foro conſcientiæ, quamuis puniri poſſit in foro exteriori, vt videri poteſt locis citatis. Secundò poteſt accidere, quando vnus, vel pauci coemunt, ſeù congerunt omnes merces certi generis, vt poſteà aucto pretio pro ſuo arbitratu merces illas vendant ciuibus, non valentibus aliũdè eas habere. Et in hoc caſu ſi fit fraudulenter, animo augendi iuſtum pretium, cõtractus eſt iniuſtus, & ſucceſſiuè peccãt cõtra iuſtitiam, & tenentur in illis ad reſtitutionem, ſecus ſi non fieret fraudolenter, & venderent poſteà iuſto pretio prout inter Ciues, ita poſt *Gabr. in 4. diſt. 15. quæſt. 10. art. 3. dub. 2.* & alios *Medin. in C. de reſtitutione, quæſt. 30. & 36. Nauarr. in ſumma cap. 23. num. 92. Maior. Conrad. Sot.* & alij plures, quos recenſent, & probant *Salas d. dub. 38. num. 5. cum ſeqq. Reginal. lib. 25. num. 330. & 331. & ſeqq.*

Tertiò fieri poteſt cùm aliquis impedit, nè aliundè maior mercium copia importetur, quia re vera hic facit fraudem, & agit contra iuſtitiam, & puniri poteſt, vt committens monopolium, & in foro conſcientiæ tenentur damnum reſtituere, ſi fraus, vel ius interueniat, ſecus ſi ſolùm preces, quod latiùs proſequitur *Salas d. num. 38.* vbi alios citat.

SVMMARIVM.

1 *Venditio, & emptio facta pro perſona nominanda an valeat, & cui illa acquirantur, & quando valeat, nu. 2.*
3 *Emptor ſolus, vel alius pro quo bona ſunt ſimul acquiſita, & fructus omnes percepiſſet ad quid tenetur.*
4 *Emptio, ſeu venditio facta pro perſona nominanda tria neceſſaria copulatiuè exigit.*
5 *Tempus legitimum quomodo intelligatur.*
6 *Nominatio facta in contractu de aliqua perſona qualiter præſumatur.*
7 *Emptor pro perſona nominanda, an poſſit dici, quod ius aliquod in illis bonis acquirant eius creditores, ſi cum effectu emptor declarationem fecit, & quid in eo, quod poteſtatem habet nominandi poſt mortem.*

QVAESTIO XVI.

1 Decimoſextò quæro, Si fiat venditio, ſiue emptio perſona nominanda, an valeat, & cuinam acquirantur bona empta? De hac quæſtione plura poſt alios tradunt *Surdus deciſ. 226. & deciſ. 325.* & alibi *Tuſchus in verb. emptio, concl. 132. & 133. Borgnin. deciſ. 27. num. 42. par. 2.* vt alios ſileam, ex quorum dictis reaſſumo ſequentes concluſiones.

Prima concluſio. Emptio facta pro ſe,
2 & perſona nominanda ſimul, vel pro perſona nominanda tantùm, valida eſt in iure noſtro. Probatur concluſio quòad vtramq; partem; & quòad primam eſt manifeſta apud omnes, vt eſt videre penès *Tuſch. d. concluſ. 132.* præcipuè *num. 6. 10. & ſeqq.* & omnes citandi pro ſecunda parte; quia datur communio in iure, vt plures poſſideant aliqua bona pro communi, & indiuiſo, vt dixi ſupra in *tit. de communi diuidendo.* In
3 tantum hoc eſt verum, quod ſi emptor ſolus, vel alius, pro quo ſimul ſunt bona acquiſita, omnes fructus illorum bonorum percepiſſet, tenetur reſtituere medietatem, ſeù ratam alijs abſentibus, ſi partem pretij ſoluũt, & contractum emptionis ratificent, *Alex. conſ. 77. viſo proceſſu, lib. 6. Aretin. Dec.* & alij, quos probat *Tuſch. d. num. 10. & 11.*

Secunda pars eſt etiam certa apud omnes, & ideò explicatur, & probatur ſimul.
4 Tria igitur copulatiuè ſunt neceſſaria, vt

valida

Digitized by Google

valida ſit hæc emptio. Primò, vt fiat expreſsè contractus pro perſona nominâda. Secundò, vt emptor infrà tempus legitimũ illam perſonam declaret. Et tertiò, vt illa perſona ratificet talem contractum, & his ſequutis, & non antea, dominium, & poſſeſſio dictorum bonorum tranſeunt in dictam perſonam nominatam, ſic probat *text. in l. ſi ego, vbi gloſſ. in verb. ſuam facere, ff. de negot. geſt. l. 2. C. de contrahend. & committ. ſtipul. Barth. Anchar. Fabian. de Monte*, & alij, quos probant *Tuſch. d. concl.* 132. *num.* 1. *concl.* 133 *num* 1. 2. *& ſeqq. Surdus d. deciſ.* 226 *num.* 1. *Borgnin. d. dec.* 27. *n.* 42. vbi innumeros alios citat.

Tempus legitimum intelligitur, ſecundũ aliquos, ſpatium vnius Anni, aliqui tradũt
5 eſſe 60. dies; aliqui etiam eſſe tempus perpetuum, durante vita eius, qui declarare debet, aliqui, vt fiat ſtatim, & ſic varij varia dixerunt, vt eſt videre penès *Surdum d. deciſ* 226. *num.* 4. *& ſeqq quamuis nu* 9. *cum ſeqq.* dicat, Senatum illum tenuiſſe ſententiam, vt tempus legitimum ſit ſpatiũ vnius anni, quia hoc ſpatium arbitrio boni viri iudicatur conueniens ad talem declarationem faciendam, qua non facta, remanet ipſe emptor verus dominus rei emptæ, *ex reg. tex. in l. ſecundum reſponſum*, C. *de cõtrahend. & committ ſtipul. vbi Bal.* dicit, nõ eſſe alibi hanc legem, & hoc probant innumeri, quos citat *Surd.* tùm *d. deciſ.* 226. tùm etiam *d. dec.* 325. *nu.* 1. *& ſeqq. Tuſch. d. cõcl.* 133. præcipuè *num* 8. 11. *& ſeqq* Omnes enim docent, quod ſi non nominet infrà legitimum tempus, res empta ſibi remanet; quia dum ſic emit, ſibi, & hæredibus ſuis præſumitur emiſſe, dum aliam perſonam nõ nominauit, ex traditis *tom.* 1. *concl.* 2.

6 Secunda concluſio. Hæc nominatio etiã coniecturis facta præſumitur, vt ſi ille, pro quo emebatur, ſoluit pretiũ; ſi habuit poſſeſſionem, percepit fructus, emptor ſic extraiudicialiter declaraſſet, &c. etiam abſẽte parte, ita *Socein. conſ.* 18. Proſequendo ordinem, *nu.* 24 *lib.* 1. *Bal. & Aretin.* quos probant *Tuſch. d. concl.* 332. *nu.* 16. *& ſeqq.* latiſſimè *Surd. d. dec.* 325. vbi ſic etiam dicit iudicatum in illo Senatu, & quædam cõtraria ſoluit, vt per eum, hæc enim omnia sũt ſigna, quod pro illa perſona emerit bona illa; cùm voluntas non ſolùm verbis, ſed etiam factis declaretur, vt pluriès adnotauimus; de qua materia latiùs egit *Tuſch. d. concl.* 132. *&* 133.

Dum taliter quis emit, non poteſt dici, quod ius aliquod in illis bonis acquirant
7 eius creditores, ſi cum effectu emptor declarationem facit, quia iam nomine alieno emit, & ſolam nominationem penès ſe habet, vt patet ex terminis, & ſic pluries vidi reſolutum. Et idem eſt, ſi quis habeat facultatẽ nominandi aliquos poſt eius mortem in bonis ſibi donatis per Regem, vel ab alio, vt poſt *Decium conſ.* 553. & alios communiter, probat *de Ponte conſ.* 109. *per totũ volum.* 2.

SVMMARIVM.

1 *Emens bona ex aliena pecunia cui ipſa acquirat, & an ſolum teneatur reſtituere pecuniam domino, num.* 2.

3 *Vxor emens bona ex pecunia viri cui acquirat.*

4 *Filius emẽs bona ex pecunia patris cui acquirat.*

5 *Socius emens de pecunia communi cui acquirat.*

6 *Emens bona ex aliena pecunia eius nomine, an illi acquirat.*

7 *Emptio bonorum ex pecunia Eccleſiæ, vel pupilli, an illis acquirantur.*

8 *In dubio, an quis ex propria, vel aliena pecunia emiſſet prædium, an ex propria, vel aliena pecunia præſumatur emere.*

QVAESTIO XVII.

1 Decimoſeptimò quæro. Emens aliqua bona ex aliena pecunia, cuinam illa bona acquirat? Hæc quæſtio latiſſimè examinatur per *Tuſchum in verb. emptor ex pecunia aliena, concl.* 138. *cum trib. ſeqq.* Ex eius tamen dictis aliquas reaſſumam concluſiones, & alijs authoritatibus probabo.

Prima concluſio. Emens bona aliena ex aliena pecunia ſibi illa acquirit, & ſolùm
2 tenetur Domino reſtituere pecuniam. Cõcluſionem hanc probat *text. in l. ſi ex ea*, C. *de rei vendic.* Et hæc eſt regula notiſſima etiam iunioribus, ideò non cumulo in ea
3 Authores. Procedit etiam si vxor ex pecunia viri ſibi aliqua bona emit; vt dixi *tom.* 1. *par.* 4 *in tit. de renunc. quæſt. vlt. poſt Barth. Tuſch. d. concl.* 138. *num.* 18. Sic etiam
4 si filius emit aliqua bona ex pecunia patris, hæres ex pecunia hæreditaria, & sic de alijs, vt videri poteſt *d. concl.* 138. Quid au-
5 tem si ſocius emat de pecunia communi, patet ex dictis ſupra in *tit. commun. diuid. q.* 5. *Menoch. conſ.* 1177. *num.* 16. *volum.* 12. qui alios citat.

Secunda concluſio. Emens bona ex aliena

na

Digitized by Google

na pecunia nomine eius, cuius eſt pecunia, illi acquirit bona empta. In hac concluſione conuenire omnes operæ, non pecunia illius eſt, & nomine ipſius ſunt bona empta, nam ſi aliquis ex quæſt. præced. multò magis ex propria illius pecunia hoc poteſt facere vt poſt *Ancbar. Caſtrenſ.* & alios, notat *Tuſch. d. concluſ. 138. num. 2. & ſeqq.* & alij ſequuntur.

7 Quæſtio tamen eſt, ſi ematur ex pecunia Eccleſiæ, pupilli, vel ex pecunia dotali; an illa bona ſint ementis, vel eius cuius eſt pecunia, de qua materia latiſſimè diſputant *Cardin. Tuſch. loc. cit. Menoch. d. conſ. 1177. & alij paſſim*, qui omnes affirmant, quod regulariter illa bona ſint emẽtis, quãdo eius nomine illa emit, & ſolùm teneatur reſtituere pretium, ſiuè pecuniam domino, vt per eos, aliqua *de Ponte tit. de abundant. Ciuit. in tract. de poteſt. Prorex. §. 4. nu. 14. & ſeqq. gloſſ. enim in l. ſi vt proponis, C. de rei vendit.* & alij paſſim, docent, vt ſiue bona Eccleſiæ, ſic etiam pupilli, &c. Eatenus, vt etiam ſolum proprium cedat Eccleſiæ, *gloſ. in cap. apoſtolicos 12. quæſt. 2. & alij*, de quibus meminit *de Ponte vbi ſupra nu. 13.* latiſſimè reaſſumit *Tuſch. d. concluſ. 138. cum trib. ſeqq.* vbi variat, ponit limitationes, & ampliationes, quas omitto.

8 Si tamen ſit dubium, an quis ex propria, vel aliena pecunia emiſſet prædium, potius ex propria, quàm aliena præſumitur emere, & ſic nomine proprio, quàm alieno, *l. cùm proponas, C. pro ſocio.* de qua materia latiſſimè diſputat *Mantic. d. lib. 4. de tacit. & ambig. conuent. tit. 22. toto.* ad quem mitto lectorem pro reliquis quoad hanc illationem.

SVMMARIVM.

1 *Res vna vendita duobus, quis illorum illam habere debeat.*

2 *Emptor ille præfertur qui eſt in poſſeſſione rei emptæ.*

3 *In dubio præſumendum eſt de primo emptore ſtantibus duobus non conſtito de prioritate.*

4 *Emptor ille præfertur, qui primo fuit res tradita ſtantibus duobus emptoribus, & ratio affertur, num. 5.*

6 *Iuramentum non poteſt impedire translationem dominij licet augeat peccatum.*

7 *Conſtitutum, & ſpecialis hypoteca impedit translationem dominij in alium emptorem in præiudicium primi, & tale conſtitutum debet eſſet certum, num. 9.*

9 *Primus emptor præfertur, quando ſecundus non ſoluerit pretium, niſi paratus ſit ſoluere.*

10 *Emptor ſecundus, quando ſcientiam habuiſſet primæ venditionis conſtituitur in mala fide.*

11 *Emptor primus ſemper præfertur, quãdo ab Eccleſia emerit bona.*

12 *Dominium ſi eſſet penès vnum non poteſt in alium transferre ſine alia traditione.*

13 *Emens cum aſſenſu præfertur primo emptori abſque aſſenſu.*

14 *Limitationes ad regulam, quando primus emptor præferri debeat referuntur remiſſiuè.*

15 *Vendens rem venditam alteri, qua pœna puniri debeat.*

QVAESTIO XVIII.

1 Decimò octauo quæro; Si vna met res vendatur duobus emptoribus, quis illorum rem illam habere debeat, & an venditor teneatur in hoc caſu ſubire aliquam pœnam? De hac quæſtione plura tradunt *Carrotius decis. 3. Cardin. Tuſch. in ſuis iuris concluſionibus, in verb. emptor, concluſ. 144. & in verb. vendens rem duobus, concl. 63. & 64. Surd. conſ. 496. lib. 4. decis. 344. par. 2. & alibi, Rebell. par. 2. de obligat. Iuſt. lib. 9. de contract. empt. & vend. quæſt. 17. sect. 3. Borgnin. Tepat. Leſſ. de iuſt. & iur. lib. 2. cap. 21. dub. 19. Salas dub. 46. de empt. & vendit.* vbi alios citat. In hac quæſtione ponam regulam cum ſuis ampliationibus, & limitationibus: ſic enim melius hæc materia intelligetur, aliqua tamen primò obſeruabo.

Primò igitur obſeruo, quod eſt certum apud omnes, quòd ſi nemo ex emptoribus
2 reperiatur in poſſeſſione rei venditæ, ſemper præfertur primus, quia in pari cauſa, & iure, qui prior eſt in tempore, potior debet eſſe in iure, vt eſt vulgatum axioma. Et hoc eatenus eſt verum, quod etiam ſi ſecundus emptor habet inſtrumẽtum, & primus nõ, adhuc præfertur primus, ſi per teſtes probet emptionem, *Magon. decis. Florent. 135.* quem probat *Tepat. lib. 2. var. ſent. in tit. de empt. & vend. §. 2. Leſſ. d. cap. 21. dub. 19. num. 1. Salas d. dub. 46. num. 2.*

3 Obſeruo ſecundò. Quòd ſi emptor vterq;

repe-

ratur in poſſeſſione rei emptæ, nec conſtat de prioritate poſſeſſionis; in dubio præſumêdum eſt pro primo emptore, quod prius poſſeſſionem habuerit, *Alex. conſ. 92. viſo num 12. & conſ 109. viſo proceſſu, num. 6. vol 5 Tuſch. in d. dub. vendens rem, nu 27. Couarr. lib. 2. var. reſolut. cap. 2? num. 6.* quem probat *Rebell. d. ſect. 3. nu. 21. in fin. Leſſ. d. dub. 19. num. 143. Salas d. dub. 46. in fin.*

His obſeruatis regula eſt; Ex duobus emptoribus, qui diuerſis temporibus eamdem
4 rem emerunt, ille præfertur, cui primo loco tradita fuit poſſeſſio dictæ rei vêditæ, etiam conſtitutum quamuis ſecundo loco emiſſet; hanc regulam ponit *tex. in l quoties. C. de rei vendic.* & cômuni conſenſu Doctorum recipitur, vt videri poteſt penes *DD.* citatos in principio, *Tepat. loco citato, Borgnin. decíſ. 27. nu 48. par. 2. & alijs de Ponte conſ. 54 num 13. vol 2.*

5 Ratio communis, & vera illa eſt, quia per nudam venditionem acquiritur emptori ius ad rem conſequendam, & ſic habet tantùm actionem perſonalem contra venditorem, vt cogatur rem venditam ei tradere (ſi tradendi habet facultatem) ſed per traditionem rei plenum dominium acquiritur, & ideò meritò, & legitimo iure præfertur, quamuis ſecundo loco, & ſic poſterior in tempore ſit.

6 Ampliatur primò, hæc regula, etiam ſi in primo inſtrumento adeſſet iuramentum de obſeruanda prima venditione, & tradêdi eum effectu rem venditam emptori, quia iuramentum non poteſt impedire dominij translationem, quamuis augeat peccatum, & ideò ſequuta traditione rei. præfertur ſecundus *Bald. & Imol.* quos probat *Tuſch. in d. verb. emptor. concl. 144. num. 5. Rebell. d. ſect 3 num. 22. & alij.*

Verùm hæc ampliatio procedit, dummodo in primo inſtrumento non adſit ſpecialis hypoteca, quia ſi adeſſêt, vt quia vêditor conſtituit, ſe precario nomine poſſidere nomine primi emptori & ſe obligauit in ſpecie non vendere illa bona alteri; tunc præfertur primus etiam ſequuta traditione rei facta ſecundo emptori, quia il-
7 lud conſtitutum, & ſpecialis hypoteca impedit translationem dominij in alium emptorem in præiudicium primi, vt ex *text. in l. ſi creditor,* vbi *Bart. ff. de diſtr. pignor. eod. Bart. in l qui abſenti, §. 1. in fin. ff. de acquir. poſſeſſ. I ſ. in d. l. quoties, num. 11. Thoma Bux cautel. 48.* notat *Tuſch. d. concl. 144. num. 6. & 7, Aff. in decíſ. 139. num. 8. Capyc. Baer. Dec & Marc.* quos probat *Tepat. in d. tit de contrab. empt. §. limita primò, Couarr. & Gomez.* quos probant *Rebell. d. ſect. 3. num. 20. Mogon. dit. Rot. Lucenſ. decíſ. 21. Alex. conſ. 14. in fin. vol. 1. Salas d. dub. 46. num. 5.*

8 Debet tamen hoc conſtitutum eſſe certum, vt quia in ſpecie emiſſet aliqua bona, non autem in genere, nempè, tot ſalmatas ſeù modios territorij, ſiti in tali loco, eligendas tales ſalmatas ad electionem, & arbitrium primi emptoris, quia hoc modo procedit ampliatio vt præferatur ſecundus emptor cui tradita fuit res; nam primũ conſtitutum erat incertum, nec tranſtulit dominium, nec poſſeſſionem in illum emptorem ante factam menſuram, *Bart. conſ. 74 vol. 1.* quem probat *Tuſch. d. conſ 144. num. 9. 16. & 17.* & ſic eſt venditio conditionalis, niſi fiat menſura, vt dixi ſupra *quæſt. 3 num.* . .

9 Ampliatur ſecundò, quando ſecundus emptor non ſoluit pretium, quia tunc etiã ſine aliqua pœna poteſt fieri venditio alteri, & ſic primus præfertur, niſi primus paratus ſit ſoluere pretium, *Alex in d. conſil. 86. Ponderatis sub 6. Tuſch. in verb. vendens in duobus, d. concl. 64. nu. 25. Surd. d. decíſ 344. num. 16. par. 2. Rebell. d. ſect. 3. nu. 21. Guid. Papa, quæſt. 112. Tepat. vbi ſupra, fol. 101. col. 1 §. quãdo primus emptor, Salas d. dub. 46. num. 8.* Imò *Alexand. in l. quod meo, in princ. col. 2. verſ. item iſtud, ff. de acquir. dom. Dec. & alij plures,* quos probat *And. Tiraq. in tract de conſtitut par. 3 limit. 30. per totam,* tenet, quod in hoc caſu ſemper ſecundus præferatur, præcipuè dum notarius ſtipulatur pro abſente, & ſic ſecundus, qui habet poſſeſſionem, præfertur, & eſt etiam potior in hypoteca, vide, quia latiſſimè hoc diſputat.

Primò, limitatur, quando ſecundus emptor habuiſſet ſcientiam primę venditionis, quia per illam ſcientias conſtituitur in mala fide, quæ impedit in eum translationem Dominij: quamuis primus emptor nec conſtitutum, nec ſpecialem hypoteca haberet, *Iaſ. in d l. quoties, limit. 9. Bux in d cautel. 48* quos probat *Tuſch. d. concl. 144. num. 8.* latiſſimè *Borgnin d. dec. 27 ſub num. 48. verſ. ſecunda eſt cauſa, Rebell. d. ſect. 3. nu 29. Gail. Crauett. Roland. & alij,* quos probat *Tepat. loco citato, §. octauò limitatur, Leſſius d. dub. 19 num. 142. Salas d. dub. 46 num. 6.*

Secundò, limitatur in venditione facta ab Eccleſia: ſi enim fiat ab Eccleſia, ſemper præfertur primus, quia Eccleſia non admittit illuſiones, & deceptiones, *Hoſtienſ. in cap. continebatur, de his quæ fiunt à prol. ſin. côſ. cap. Rom* & alij, quos probat *Tuſch. in d. verb. vendens, conc. 64. nu. 13.* & faciunt quæ dixi *par. 1. cap 6. num. 22* & alibi *Leſſ. d. dub. 19 num. 140 Salas d. dub. 46. num. 4,* Quando verò Eccleſiæ, ſiuè lo-

eo pſo fit venditio, eſt alia ratio, quia per ſolum contractum emptionis, & venditionis acquirunt dominium rei emptæ ſine alia traditione, & ideò ſi penès vnũ eſt do-
12 minium, non poteſt in alium transferri ſine eorum voluntate, *l. pen. C. de Sacroſanct. Eccleſ.* & hanc dicit eſſe communem ſententiam poſt *Couarr. & Gomez Robell.d. ſect. 3. num. 23.*

Tertiò limitatur in feudis; ſi enim ſecundus emptor emat cum aſſenſu Domini, præ-
13 fertur primo, qui emit ſinè aſſenſu, vt notant prædicti Authores, ſic etiam *Afflict. dec. 286. Prect. Caphal. Brun. & alij*, quos probat *Surd. dec. 189. num. 19. & 20.* Quia per ſecundam venditionem fuit perfectus contractus cum aſſenſu Domini, nõ ſic primus, & ſic aſſenſus ſuperueniens non poteſt retrotrahi ad primum contractum in præiudicium eius, cui fuit medio tempore ius quæſitum, quod latiùs probat *Surd. tota illa dec 189*

14 Omitto reliquas ampliationes, & limitationes, nam videri poſsũt penès *Iaſonem in d. l. quoties, C. de rei vendic.* ſic etiam penès *Tuſch. d. concl. 64. & in dicta alia concl. 144.* ſic etiam penès *Tepat. d. tit de contrahend. empt. col. 1, & 2.* vbi tàm in emphyteuſi, beneficijs, quàm matrimonio, & alijs rebus loquuntur; hæc enim pauca tantùm adnotare volui.

Quòd verò ad pęnam, ſi primus emptor non recuſat ſoluere pretium, nec eſt in mora ſoluendi; tunc qui vendit rem alteri, pu-
15 nitur pęna falſi, quia falſum committit, dũ rẽ vni vẽditã vẽdit alteri tanquã propriã, ſecùs è contrario, ſi pretiũ nõ eſſet ſolutũ, vel primus emptor eſſet in mora ſoluendi, *l. qui duobus ff. de falſis, Bald. Aretin. & Iul. Clar.* quos probat *Tuſch. in verb. vendens rem duobus, cõcl. 63. tota*, latiſſimè *Surd. concl. 496. num. 5. volum. 4. & d. dec. 344, num. 26, Tepat. loco cit. fol. 101. col. 1. §. vendens rem duobus.*

S V M M A R I V M.

1 *Emptio facta cum pacto de retrouendendo, an ſit vſuraria, & an ſit licitũ tale pactum, num. 2.*

3 *Pactum de retrouendendo ceſſat dum res non exiſtit.*

4 *Pactum de retrouendendo omni iure eſt promiſſum.*

5 *Pactum de retrouendendo actiuè, & paſſiuè tranſit ad hæredes.*

Pactum de retrouendendo ſi eſſet temporale efficitur perpetuum in beneficiũ venditoris, quando adeſſet leſio.

7 *Res vendita ſub pacto de retrouendendo minùs valet, hoc eſt pro tertia parte, num. 8. vel remittitur arbitrio boni viri, num. 9.*

10 *Electio an ſit creditoris repetere ſortem principalem, aut liquidare inſtrumentum contra debitorem non ſoluentem tertias diſtinguitur, num. 11.*

12 *Contractus cum pacto de retrouendendo an iudicetur vſurarius etiam ſi interueniat modicitas pretij in foro conſciẽtia, & in foro exteriori, vt iudicetur vſurarius debent tria interuenire, num. 13.*

14 *Contractus, vt dicatur vſurarius, & pignoratitius ex coniecturis oſtenditur quæ referuntur.*

15 *Contractus, an dicatur vſurarius ſi duo tantum interueniant pactum de retrouendendo, & modicitas pretij.*

16 *Modicitas pretij, quam partem contineat ad hoc, vt iudicetur contractus vſurarius.*

17 *Pactũ de retrouendẽdo intra quod tempus exerceri poſſit, & an eo elapſo teneatur emptor retrouendere.*

18 *Emptor ſi fuiſſet in mora recipiẽdi pretium, & retrouendendi rem tale pactum exerceri an poſſit.*

19 *Reemptio fieri poteſt extra tempus redimendi, quando cõtractus iudicaretur vſurarius ex modicitate pretij.*

20 *Pactum redimendi exerceri poteſt extra tempus ſtante voluntate emptoris.*

21 *Gabella noua non debetur ex reſolutione contractus per pactum de retrouẽdendo.*

22 *Pactum de retrouendendo, quando ceſſet.*

23 *Præſcriptio pacti de retrouendẽdo quãto tempore admittitur etiam ſi adeſſet pactum quandocunque.*

24 *Pactum de retrouendendo, an cedi poſſit.*

25 *Pactum quod non poſſit cedi pactum de retrouendendo, an ſit validum.*

QVÆ-

QVAESTIO XIX.

DEcimo nono quæro. An emptio
1 facta cum pacto de retrouendē-
do ſit vſuraria? Hanc quæſtionē
relatis varijs Authoribus exami-
nāt *Card. Tuſch. in verb. pactum, concl. 24.
cum ſeqq. Cardinal. Mantic. lib. 4. de tacit.
& ambig. conuent. tit. 31. & 32. Tepat. lib. 2.
variarum ſententiarum, tit. de pact. inter
empt. & vendit. Molin. diſp. 374. cum ſeqq.
de contract. ib. Rebell. lib. 10. de oblig. iuſtit.
tit. de cenſ. quæſt. vlt. n. 3. & ſeqq. Leſſ. lib. 2.
de iuſt. & iur. cap. 21. nu. 113. cum ſeqq.*
2 & alij inferius citandi. Et ideò pro dicen-
dis ſuppono primo. Pactum de retrouen-
dēdo natura ſua eſſe licitum, & honeſtum.
Hoc dictum eſt omnium, & patet ex termi-
nis, quia nulli ex contrahentibus iniuriam
affert; vel præiudicium. Non emptori,
quia volens cum illo pacto emit. & licet
cogatur bona retrouendere, recipit tamen
pretium ſecum; Non venditori, quia per
hoc pactum reemit bona ſua reſtituto pre-
tio emptori. Et eſt etiam fundatum hoc
pactum iure Diuino, vt cerni poteſt locis
citatis. Et fructus rei compenſantur cum
intereſſe pretij. Et ſi durante pacto de re-
trouendendo, res illa pereat, emptori perit,
non autem venditori, quia interim emptor
eſt verus Dominus, & vt talis lucratur fru-
ctus rei, quamuis ſit dominus ſub illa con-
3 ditione; ſeù cum dicto onere; & ideò dum
non adeſt res ceſſat onus exercendi tale
pactum, vt docent omnes, & poſt alios pro-
bant *Bald. conſ. 303. lib. 1. Angel. conſ. 55. in
fin. Tuſch. d. concl. 24. num. 4. Molin. de con-
tract. ib. diſp. 375. ſub num. 3. §. 2. ſi emptio.
Oſaſch. dec. 65.* & alij paſſim, & eſt notum
ex terminis.
4 Suppono ſecundo hoc pactum omni iu-
re eſſe permiſſum, primo de iure Diuino, vt
habetur Leuit. 25. vbi Deus præcepit filijs
Iſrael modum emendi, dicens; *Cuncta re-
gio poſſeſſionis veſtræ ſub redemptionis con-
ditione vendetur.* Eſt etiam permiſſum de
iure Ciuili, *l. ſi fundum, & toto tit. C. de
pact. inter emptor. & vendit.* ſic etiam de
iure Canonico, vt ſunt plures extrauagan-
tes communes *tit. de empt. & vendit.* Et
Pius V. etiam in Conſtit. Cenſus iubet ap-
ponendum eſſe pactum de retrouendendo,
alias contractus ſit nullus, vt poſt alios pro-
baui *conſ. 8. num. 14. & ſeqq.* & vltra ibi cu-
mulatas notāt *Mantic. d. tit. 31. Fontanell.
clauſ. 4. de pact. nuptial. gloſ. 18 par. 3. nu. 1.
& ſequent.* & alij, quos retuli initio, qui
bene probat, tunc ſolum ius Canonicum
prohibere pactum de retrouendendo, quo-
ties haberet adiunctas aliquas circonſtan-
tias malas, vt inferius dicetur. Et eſt adeo
verum, quod etiam ſi quis emeret pro per-
ſona nominanda, poſſit apponere pactum
de retrouendendo in contractu, & ſequuta
nominatione, & acceptatione contractus
obligatur perſona nominata exercere pa-
ctum illud de retrouendendo ad omnem
requiſitionem venditoris, vt bene docet
Alexand. conſ. 232. Ponderatis *lib. 6.* quē
ſequitur *Tuſch. d. concl. 24. num. 9. & 10. &
5 concluſ. 25. tit.* & docent omnes, quod hoc
pactum actiuè, & paſſiuè tranſeat ad hære-
des. Imò ſi eſſet temporale, & adeſſet læ-
ſio in venditione, tunc pactum temporale,
6 efficitur perpetuum in beneficium vendito-
ris, vt bene fundat, & probat *Ioan. Vinc. de
Anna alleg. 83. vbi num. 5.* ſic deciſum re-
fert in Sacro Conſil. & poſt alios probat
Conſiliar. de Anna conſ. 68. de quibus me-
minit *Io. Baptiſta de Thoro in ſuo compend.
deciſ. in verb. pactum de retrouend. tem-
poral. par. 1.*
7 Suppono tertiò rem venditam cum pa-
cto de retrouendendo minùs valere, quàm
ſine huiuſmodi pacto. In hoc dicto ſimili-
ter conueniunt omnes, licet diſputent de
ſumma, qua minus valeat, & aliqui dicant
vt ſit pro tertia parte iuſti pretij, & ſic de
alijs, magis tamē communiter concludūt,
quod hoc relinquatur arbitrio prudentis
viri, conſideratis omnibus more regionis,
& communi æſtimatione hominum, & ſic
de alijs, vt relatis varijs Authoribus probāt
*Couarr. lib. 3. variar. reſolut. cap. 10. Na-
uarr. in ſumm. cap. 17. nu. 248. Valaſc. con-
ſult. 70. num 4. Anton. Gam. deciſ. 138.
num. 2. Molin dicta diſput. 375. num. 8.*
8 quamuis pluries deciſum fuerit, quod pro
tertia parte minus valeant bona empta, vt
latius proſequitur *Fontanell. d. gloſſ. 18.
par. 1. num. 78 Mantic. d. tit. 31. num. 41.*
Alij tamen dicunt quod ſi bona vendita
ſint pro quarta parte minori, quàm ſit
iuſtum precium, contractus ſit vſurarius
in foro exteriori, vt poſt alios notant
*Boer. deciſ. 102 Grammat. deciſ. 76. num. 13.
de Frāch dec. 103. n. 19. Surd. dec. 155. n. 11.*
9 & alij. Sed mihi magis probatur opinio
relata quod arbitrio boni viri relinquatur
iudicanda.
Eſt tamen quæſtio, ſi in contractibus cē-
ſualibus adeſſet pactum, quod ſit in electio-
ne emptoris repetere ſortem principalem,
vel cauſare executionem, ſeù liquidare in-
ſtrumentum contra debitorem non ſol-
uentem tertias, ſeù inter vſuraria,
an tale pactum eſſet vſurarium. Et multi
tenent contractum eſſe vſurarium, quia nō
poſſunt eſſe ſimul repetitio ſortis, & exa-
10 ctio cenſus, hæc enim facit quod capita-
le nequeat repeti ab emptore, quia ſic
eſſet contractus mutui, vt ex multis probat

Pet. de Greg. in tract. de cenſib. q. 3. n. 16. & q. 5. alias 7. n. 33. vbi Maſtril. n. 236. cũ ſeqq. ad plures quæſtiones infert, & ad hoc probãdũ citat *Couar. Gail. Lupũ, Turret. Greg. Lopez, & alios*. Tenent etiam *Roder. lib. 1. de annuis reditib. quæſt. 4. & lib. 2. quæſt. 1. & quæſt. 2. num. 24. & quæſt. Milan. dec. 2. num. 8. & ſequent. Felician. lib. 1. de cenſib. cap. 4. num. 14. Brunor. Salon. & alij*, quos probat *Ioan. Philip. Teſtarij allegat. 6. nu. 1. cum ſequent. & num. 350. cum ſequent.*

Verum plures tenent contrariũ, & videtur opinio magis communis, vt contractus ſit iuſtus, quia in hoc caſu emptor cogeretur recipere ſuum capitale, & nihil haberet de tertijs decurſis, ex quod eſſet ſolutum ratione tertiarum, excomputaretur in ſortẽ principalem, & hoc tenent plures ex citatis Auctoribus, ſi bene legantur; ſic etiam *Molin. de contract. diſput. . . Dynus conſ. 4. Surd. conſil. 318.* præcipuè *num. 24.* &

11 alij plures, & ego ſic diſtinguerem. Aut enim fuit appoſitum pactum, quod ſemper hoc eſſet in electione emptoris, & tunc vera eſt opinio contraria, quòd contractus reſoluatur in mutuum palliatum, & excomputandum ſit in ſortem principalem, quidquid recepit emptor ratione tertiarum, ſi vellet capitale, repetere; ſecus ſi nollet exercere pactum, quia intelligitur appoſitũ quatenus eſt licitum, & non aliter, vt poſt alios probat *Felician. par. 2. de cenſib. nu. 95. Surd. dicto conſil. 318. num. 24* de quibus meminit *Teſtaij d. allegat. 6. num. 352.* ſi vero eſſet appoſitum pactum, quod quoties debitor ceſſat à ſolutione tertiarum, ſit in electione creditoris, vel exigere tertias: vel repetere capitale, & tunc non iudico tale pactum illicitum, ſed validum, & iuſtũ, prout eſt pactum executiuum, vt quãdo ceſſat debitor ſoluere tertias per annũ, vel per duos cuios, liquidetur inſtrumentũ, ſeù cauſetur executio pro tertijs decurſis, & capitali. Et ſicut hoc pactum eſt licitũ, & ponitur, in electione creditoris, ita eſt etiã in caſu noſtro, & ita procedit ſecunda opinio, ſecundum quam ſic fuit reſolutum per varios Theologos, & Canoniſtas.

12 His notatis, ſit prima concluſio. In foro conſcientiæ contractus emptionis & venditionis non iudicatur vſurarius, cum pacto de retrouendendo, etiam ſi interueniat modicitas pretij, dummodo re vera contrahẽtes, voluerint emere, & vendere. In hac cõcluſione affirmat conuenire communiter *DD. Molin. d. diſput. 375. num. 7.* quia in hoc foro attenditur veritas facti, non autẽ præſumptio iuris. Itaq; modicitas pretij in foro conſcientiæ ſolum facit contractum iniuſtum, ad hoc vt cogatur emptor, vel in ſupplere iuſtum pretiũ rei emptæ, vel rem ipſam reſtituere venditori, ne iniuſtè lucrũ capiat ex bonis alterius.

Secunda concluſio. In foro exteriori contractus emptionis, & venditionis

13 iudicatur vſurarius, ſi tria ſimul interuenirint, v3. pactum de retrouendendo, modicitas pretij, & vt emptor ſolitus ſit ſcenerari, vel ſi aliæ interueniant coniecturæ ſimulationis. In hac concluſione conueniũt omnes, vt eſt videri penès *Couarr. lib. 3. variar. reſol. cap. 8.* & alios quos probat *Azor. d. cap. 12. quæſt. 7. §. nihilominus, Tuſch. in d. verb. pactum, concluſ. 26. tota, Molin. dict. diſp. 375. ſub num. 7. cum ſequent. Rebell. d. quæſt. vlt. num. 10. Boer. Grammat. Oſaſch. Menoch* & alij plures, quos probat *Tepat. loc. cit. fol. 123. col. 4. col. 1. & 2. Surd. deciſ. 34. tota*, vbi alios citat *Birrus, Hond. Farinac. & Facchin.* quos probat *Fontanell. clauſ. 4. de pactis nuptial. gloſ. 18. par. 3. n. 6.* vbi ſic deciſum refert in illo Senatu, in anno 1602. tenent etiam *Mot. loc. cit. num. 31. fol. 87. Carrot. de locato, & conducto, par. 5. de vſur quæſt. 11.* [illegible] *Borrell. Cornazzan.* & alij penès *Io: Baptiſtam de Thoro*

14 *in compend. deciſion. in verb. contract. vt dicatur pignoratitius*, cũ duobus ſequen. *Teſtaij d. alleg. 3. nu. 27. cum ſequent.* Coniecturæ autem ſunt ſi preceſſerit mutuum, ſi venditor remanſiſſet in poſſeſſione rei venditæ, vel ab alio potuerat venditor habere maius pretium, & ſic de alijs pluribus coniecturis, quibus ſolent contractus probari ſimulati, vt notant præfat. DD. præcipuè *Tepat. Azor. & Tuſch.* ſic etiam *Surd. dec. 34. Carrot, d. quæſt. 11. Maſtrill. deciſ. 106. lib. 2. & quæſt. 7 in additionibus ad Petr. de Greg. Mant. dicto tit. 31. Teſtaij d. alleg. 3. & allegat. 6.* qui etiam [illegible] ant, quando contractus locationis iudicetur vſurarius ob pacta illicita, appoſita in ipſo contractu, ad commodum locantis, & præcipuè fraus, & ſimulatio præſumitur ad occultandum vſuras, quando huiuſmodi pacta fierent in alio inſtrumento ſeparato, vt videri poteſt locis citatis.

Sed quæſtionis eſt, ſi duo [illegible] interueniant, nempè pactum de retrouẽden, & mo-

15 dicitas pretij, an in foro exteriori contractus iudicari debeat vſurarius? & licet multi ex ſummolatis defendant partem negatiuã; mihi tamen pars affirmatiua probatur cum *Gloſ. in cap. conqueſtus, in verb. de feud. . . . . . de vſur.* & probant *Abb. Anan. Alberic. Boer. Imol.* & alij, quos cumulat *Io: Bapt. Lop. in tract. de vſur. comm. 2. num. 18. & ſequent.* vbi ait hanc eſſe communem ſententiam, ſecundum quam fuit iudicatum in *Rota*, vt teſtatur *Caſſiodor. dec. 11.* iudicauit etiam in eandem opinionem *Senatus Taurinenſ.* vt affirmat *Grauell. conſ. 156. nu. 4.*

num.4.& 7. de quibus meminit *Azor. d. q. 7. §. alij eodem teſte. Couarr.* eandem ſententiam probant *Rebell. d. quæſt. vlt. num.10. Molin. dicta diſput. 375. ſub num.7. Afflict. deciſ.40. num.17. deciſ. 65.68.339.* & alibi *Gram. dec.26. Natt. & Roland.* quos citat *Tepat. loc. citato fol.123. col.4. in fin. Purpur. Sala, Rimin. Gabriel. Bec. Oſaſch. Baſet. & Decian.* quos citat *Surd. deciſ.34. nu.1.* alios citat, & probat *Io: Philipp. Teſtay d. alleg.3. num.30. cum ſequent.* omnibus. Itaq; etiam ſi numerentur Authores hæc opinio communior eſt, ac magis recepta, quia ſemper ſomitur mutuum palliatum, & in fraudē vſurarum eſſe factum talem contractum, & tanto magis, quando aliqua alia coniectura concurreret, vt contractus videatur ſimulatus; hodie enim multi ſunt, qui in fraudem vſurarum tales faciunt contractus, & ſub diuerſis coloribus ſuas vſuras palliare ſolent, & præcipuè, vt dixi, locum habet, si aliqua alia coniecturæ concurrat.

In pretij tamen modicitate, non conside-
16 ro tertiam, vt alij volunt nec dimidiam iuſti pretij, ſed vel quartam partem; vel etiam inferiorem, si arbitrio boni viri in illo loco ſic praeticari ſoleat, quod dum bona vendūtur pro tali pretio iudicetur contractus ſimulatus, vel adminus ſit ſuſpectus de aliqua ſimulatione, & hac de cauſa poſt alios *Roland. conſ.96. num.19. 26. & 58. volum.2. & Menoch. conſ.343. num.4. vol.4.* quos probat *Tepat. loco citato fol. 124. col.2. §.2.* quādo paſſim notant, quod si ita paſſim ſoleant fieri tales contractus in illa regione, debeāt iudicari ſuſpectis de vſuris, præcipuè si emptor ſit bonæ famæ, & opinionis, & timoratæ conſcientiæ, quod exiſtimo verum eſſe, st aliæ coniecturæ non concurrant, vt probant alij, quos ſequitur *Surdus d. deciſ. 34. Gabr. conſ.74. colu.1. Pariſ. Bertrand. Bertazz. Menoch. Carroc.* & alij [illegible] *Io. Philipp. Teſtay d. alleg.3. num.164. & ſeqq.*

Pactum verò de retrouēdendo iuſta certum tantum tempus, vt ad decennium tantum, & non amplius teneatur emptor retrouendere, vſuram eſt, nec facit contractū vſurarium, si aliæ coniecturæ ceſſent *Bald. Angel. Anchar. Aretin. Soccin. ſen. Curt. Zaſ. Ruin. Dec. Gozzad. Bertrad. Cagnol. Pariſ. Soccin. iun. Tiraquell. Purpur. Sylu. Aldobrand. Crauett. Roland. & Cephal.* quos probat *Mantic. dicto tit. 31. num.36. in fine, qui num.34. & ſeqq.* multis medijs hanc ſententiam probat, quod elapſo dicto tempore non teneatur emptor retrouendere, quia vēditor dicitur renunciaſſe iuri ſuo, dum infra tempus permiſſum non redimit, quidquid alij dicant, vt per *Teſtay, vbi ſupra.*

Hoc tamen limitatur multis modis, pri-
18 mo si emptor fuiſſet in mora recipiēdi pretium, & retrouendendi rem *Mātic. d tit.31. num.39. Decian. conſ.84. lib.2. Scaccia de iudic. cap.96. num.42. Berous conſ.63. nu 34. & ſeqq. lib.3.* vbi hac dicit eſſe arbitrium iudicis, quando sit iuſta mora. Secundò li-
19 mitatur quando contractus iudicaretur vſurarius ex pretij modicitatis; quia tūc etiā extra tempus poteſt fieri reemptio *Hoſtieſ. Bald. Iacob. de Sancto Georgio,* & alij, quos probat *Mantic. d tit 31. num.40, Honded. conſ.33. nu. 90. lib.2. Camillus Borrell. conſ. 63 num.8. Menoch. de arbitr. iud. lib.2. caſu 217. num.2.* Tertiò limitatur ex voluntate emptoris, & dum expreſsè conſtat de eius
20 voluntate ſumus in claris, colligi tamen poteſt etiam tacitè si pretium, vel eius partem receptit, vel petijt à venditore poſt lapſum temporis, vel venditorem citauerit ad reemendum latiſſimè *Tiraquell. de retract. lig. §.1. Gloſ.10. num.20. Muta ad Conſuet. Panorm. cap. 26. num.104. Burg. de laudemio, par.2. inſpect.5. nu.1. verſ. & idem iuris Bergnin. deciſ.16. num.39. lib.2. Surd. conſ. 109. num.9. Borrell. d. conſ.63. num.7. Mantic. d. tit.31. num.46. & ſeqq.*

Occaſione prædictorum duo notanda ſunt; primum eſt, quod non debeatur no-
21 ua gabella, quando exercetur pactum de retrouendendo, quia non cenſetur alia venditio, ſed reſolutio, ſiue ceſſatio præcedentis contractus ratione pacti de retrouēdendo, vt poſt *Laſſartem*, & alios probat *Molin. diſput 373. de contract. num.6. & diſp. 374. num. 13.* & ita eſſe vſu receptum, & deciſum poſt *Gomez.* & alios affirmat *Rebell. d. q.*
22 *vlt. num.7.* Secundum eſt, quod pactū hoc ceſſet; vel ex conuentione partium si ceſſet ſimulatio vſurarum, vel per temporis præſcriptionem, vt per curſum triginta, vel quadraginta annorum, de qua materia relatis varijs Authoribus latiſſime tractant *Surd. deciſ.2. & 3. Zuſch. in verb. pacto de retrouēdend. conclus.30. & 31. Azor. d. cap.12. de empt. & vendit. quaeſt.6. Motius vbi ſupra fol.86. nu.28.* de qua materia tractant etiam *Molin. d. diſput.374. num.9. & ſeqq. Mantic. d. tit. 31. nu.22. & ſeqq.* vbi ex receptiori antiquorum, & modernorum ſententia pro-
23 bat, dari hodie hanc præſcriptionem, etiam ſi adeſſet clauſ. redimendi. Quandocunq; ſe ſemper ſit in ſu penſo ius emptoris, & dicatur colonus venditoris, cui tempus triginta, vel quadraginta annorum ſufficere debet ad exercendum tale pactum, & pro hac eadem ſententia *Menoch. conſ. 962. num.39. volum 10. citat.45. DD.* ſe connumerato, & citat etiam 15. *DD.* tenentes oppoſitum. Sed mihi probatur communis opinio ex rationibus prædictis, nisi adeſſet iuſta cauſa, ob [illegible] non potuiſſent vendit-

tor, vel eius hæredes exercere tale pactum, vt dicemus *par. ſequent. agendo de reſtitut. in integrum.*

Tertia concluſio, pactum de retrouendendo, ſiuè ius luendi, cedi poteſt, niſi fiat in
24 alterius præiudicium, vel non cedenteur potentiori; hanc concluſionem *ex text. in l. 1. §. vſufructuarius, & ibi Bar. ff. de nou. oper. nunc. Caſtrenſ. conſ. 25. in antiquis, volum 1. aliàs conſ. 1. volum. 2. Gozad.* & alijs probat *Franciſ. Zoanact. in tract. de empt. & vendit. in rubr. de pacto de retrouendend. num. 6. & ſeqq.* vt legitur *tom. 6. tract. par. 1. fol. 68. cum ſeqq.* ſic etiam *Decius conſ. 164. alias 163.* non fuiſſe propoſiti mei, vbi *Addentes lit. G.* citãt eundẽ *Decium conſ. 614. num. 14. & conſ. 64. col. fin. Alex. conſ. 232. lib. 6. Crau. conſ. 191. num. 2. Bart. conſ. 51. col. 18. lib. 1. Iaſ. in l. 2. quæſt. 6. C. de pactis inter empt. & vend.* probant etiam *Andr. Tiraq. de retract. conuent. §. 1 gloſ. 1. num. 6. & ſeqq. Caſſan. in Conſuet. Burgund. rub. 5. §. 1. num. 26. & ſeqq.* plures alios citat, & probat *Cardin. Tuſc. in rub. pactum, de retrouend. concl. 33* ſic etiam *Ioſeph. Ludouic. Franciſ. Marc. Borgnin. Roland. & Io: Pap.* quos probat *Tepat. loco citato fol. 125. col. 1. §. ius redimendi*, plures alios citat, & probat *Mant. dicto tit. 32. num. 13. cum ſeqq.* & ita fuit deciſum annis elapſis in iunctis Aulis in cauſa Ducis Zagarola, cum Duce Populi, quoniam hoc pactũ de ſui natura eſt trãſmiſsibile ad hæredes actiuè, & paſſiue, vt dixi ſupra, & quod eſt tranſmiſsibile, eſt etiã ceſſibile, niſi expreſsè ſit diſpoſitum contrarium, vt poſt alios dixi *tom. 1. par. 3. quæſt. 10 num. 3.*

Hoc eatenus eſt verum, quod nõ valeat
25 pactum in contrarium, quod cedi nõ poſſit, quia tolleret libertatem venditori, vt poſt alios probat *Mattrill in addition. ad Petr. de Gregor. in tract. de cenſib. q. 7. n. 4.* Tranſmittitur etiam ad hæredes; non tamẽ poteſt vnus partem redimere: quia vnicũ eſt pretium, & vnicus eſt contractus, nec ratio, vel æquitas patitur, vt pro parte reſcindi debeat, niſi hoc fieret conſentiente emptore, vt poſt *Bart.* & alios communiter probat *Mant. d. tit. 32. vbi à num. 17. vſq. ad 39.* hanc illationem examinat, ſic etiam *Mata ad Conſuet. Panorm. cap. 40. num. 7. & ſeqq* Et hæc de tota hac quæſtione, pro reliquis videri poſſunt Authores c. d. l.

S V M M A R I V M.

1 *Contractus emptionis, & vendicationis ex quibus cauſis nullus reddatur remiſſiuè per exempla.*

2 *Contractus emptionis, & venditionis reſcinditur per læſionem vltra dimidiam iuſti pretij, vel per voluntatem partium, num. 3.*

4 *Reſolutio contractu emptionis, & ventionis ob nullitatem reſtituuntur bona cum fructibus venditori, & partium cum intereſſe emptori.*

5 *Intereſſe pretij rei vendite ſtante reſciſſione contractus ad quam rationẽ ſit in Regno.*

6 *Contractus, quando eſt nullus omnis alia promiſſio ex ipſo contractu deſcendens eſt nulla.*

7 *Contractus feudalis abſque aſſenſu, nec euictio, nec intereſſe, nec æſtimatio debetur.*

QVAESTIO. XX.

Vigeſimò quæro; Ex quibus cauſis hic contractus ſit nullus, vel
1 reſcindendus? In hac quæſtione non eſt admodum immorandum, quia illam latius examinat *Mozz. in d. tract. de emp. & vendit fol. 84. & ſeqq. in rubr. quibus caſibus annullatur emptio, & venditio* Et patet etiam diſcuſſio ex præcedentibus. Et ſic reſolutiuè procedẽdo. Dico; primo, contractum emptionis, & venditionis eſſe nullum, quoties in eo deficit vnum ex ſubſtantialibus, enumeratis ſupra *quæſt. 4.* Et ad hoc caput reducitur annullatio contractus minoris, & aliarũ perſonarum, quæ prohibentur contrahere, niſi certa adhibeatur ſolemnitas, vt dixi ſupra *quæſt. 15.* de qua re latius tractat *Mozz. loco citato num. 36.* & alibi. Sic etiam ſi pactum vſurarium contineat, vt patet ex dictis quæſt. præced. Sic etiam ſi dolus daret cauſam contractui, & contineret læſionem enormiſſimam, vt dixi *tom. 1. concluſ. 4.* latè *Mozz. vbi ſupra num. 6, & ſeqq.* vbi explicat, quando ob dolum debeat contractus reſcindi, & dixi *ſup. quæſt. 6. §. hoc tamen.* Sic etiam eſt nullus contractus, quando venditur vna res pro alia, & diſſentitur de corpore rei venditæ, *Natta conſ. 175. vol. 1. Tepat. lib. 2. var. ſent. tit. de contract. empt fol. 102. col. 1. §. vendit in*

nulla

nulla eſt *Azor. d. par. 3. lib. 8. tit de empt. & vendit cap. 27. & alij*, quoniam deficit conſenſus; dum error eſt in corpore, ſeu indentitate rei, quod eſt etiam in matrimonio, vt poſt alios dixi in *ſumm. tract. 4. c. 10. num 27 cum ſeqq.*

2 Dico ſecundò contractum emptionis, & venditionis reſcindi, vel per læſionem vltra dimidiam iuſti pretij, *l. 2.* vbi *Panellus*, & omnes, *C. de reſcind. vend* latiſſimè *Mozz. vbi ſupra num. 9. cum ſeqq.* vbi hoc declarat *vſque ad num. 28.* & in quibuſnam contractibus locum habeat diſpoſitio huius *textus*, reaſſumit *deciſiones Rieciui in ſua collect an. deciſion. par. 1. cap. 81. Loffred. conſ. 23. & alij*. Sic etiam ex inobſeruantia pactorum, latiſſimè *Borgnin. deciſ. 8. par. 2. vel ex pacto legis commiſſoria, & ſic* de alijs, vt proſequitur *Mozz. loco citato nu. 32. & ſeqq.* latiſſimè *Tepat. lib. 2. var. ſent. tit. de lege commiſſoria, & eius pactis. Molina de contr. ictib diſput. 378.* & alibi *Surd. dec.* 248 & alibi, *Azor. d. cap 27. Andr. Tiraq. de retract. lignag. §. 1. gloſ. 14 & alij paſſim*.

3 Dico tertiò contractum emptionis, & venditionis reſolui; vel ex voluntate partium, ſi de communi conſenſu recedant ab hoc contractu, vt *tot. tit* C. *quand. lic. ab empt. diſceder.* cum alijs cumulatis per *Mozz. loco citato Molin. diſp. 373. ac contract & alij paſſim*; vel per pactum de retrouendendo, ſi venditor vult redimere, vt patet ex *quaſt. praeced.* & notat idem *Moz. vbi ſupra, num. 28. Molin. diſput. 474. & alij paſſim*.

4 Cùm tamen contractus declaratur nullus, bona cum fructibus venditori & pretium cum intereſſe emptori reſtituitur, vt eſt videre penes citatos Authores, quod clarum eſt; quia res reducitur ad non caufam, vt dixi *ſupra to. 1. par 3 quaſt. 19. num. 7. & ſeqq.* & alibi ſolet tamen in

5 Sacro Conſilio Neapolitano taxari huiuſmodi intereſſe ad rationem ſeptem pro centenario, & pro concurrenti quantitate fiat compenſatio cum fructibus perceptis, vt poſt alios fundat *Ioan. Franc. Capiblanc. in pragm 1. num. 191. in tit. de Baronibus*, vbi ſic refert deciſum in Sacro Conſilio, de quo meminit *Ioan. Bapt de Thoro in compend. deciſ. Neapol. in verb. fructus* an ſit reſtituendi, & intereſſe taxandum. Et hoc locum habet, etiam ſi quæuis euictionis vel pœne promiſſio interceſſerit, quia dum contractus eſt nul-

6 lus, omnis alia promiſſio tam euictionis, quàm omnis alia, ex ipſo contractu deſcendens, eſt nulla, & inualida, vt ſcripſit *gloſ. notab.* & communiter recepta in *l ſi patronus, §. patronum in verb. fauiana. ff. ſi quid in fraud. patron* poſt *Bald. & alios Andr. Tiraquell. in tract. de conſtitut. part. 3. limit. 7. num. 27.* quos probat *de*

7 *Ponte conſ. 73. num 3. vbi 2.* loquens in contractu feudali, facto ſine aſſenſu, & per veros terminos, ac deciſiones probat, quòd dum contractus eſt nullus ex defectu aſſenſus, nec euictio, nec intereſſe, nec æſtimatio debetur; quia in contractu vnica tantùm conſideratur intentio contrahentium, nempè, ad rem ipſam, & ideo in contractu ſolùm venit quod fuit expreſſum, & deductum in eo, & conſequenter annullato contractu principali, qui tantum de re ipſa tractat, non debetur aliqua æſtimatio, *Cuman. Alex. Iaſ. & alij in l. multum intereſt. ff. de verb obligat.* quos probat idem *de Ponte d. conſ. 73. nu. 2. & dixi ſupra tom. 1. par. 2. tit. de boniſ. quaſt. 7. num. 12. cum ſeqq.* quod ſecus eſt in feudo, quia duplex intentio adeſt, vna ad rem legatam, & altera conſequenter ad æſtimationem, quatenus res legata non poteſt tradi, vt loco citato, & alibi dictum eſt, & probat ipſe *de Ponte d. nu. 2.*

SVMMARIVM.

1 *Intereſſe quando debeatur ex contractu emptionis, & venditionis.*

2 *Emptor an, & quando integros fructus rei venditæ lucratur ratio affertur num. 3.*

3 *Conuentio inter emptorem, & venditorem pro pretio non ſoluto, vt emptor ſoluat certum quid annuum venditioni donec pretium ſoluat valet eſt ſi ex re vendita ob aliquod periculum non percipiuntur fructus.*

4 *Locari an poſſit res empta emptori à venditore.*

5 *Emptor tenetur ſoluere pretium cum intereſſe eſt non data mora, vel ratam fructum reſtituere.*

6 *Intereſſe conuentum an debeatur quãdo venditio an meorum introitnum fieret, & in contractu eſſet pactum aliquod vſurarium.*

QVAESTIO XXI.

1 Vigeſimo primò quæro, quando ex hoc contractu emptionis & venditionis debeatur intereſſe? De hac materia tractant *DD in l. curabit, C de action. empt. Mozz. in a. tract.*

*d.tract.de empt.& vendit.in tit. de ſubſtantialib.huius contract.num.*35 *& ſeq. fol.*77*.col.*3.Borgnin.*deciſ.*19*.n.*6. *p.* 1. *deciſ.*8*.num.* 19*.par.dec.*8*.par.*4*.& alibi Menoch.conſ.*1180*.num.*10*.lib.*12*.latiſſimè Tuſch.in verb.empt.concl.*127*.tota,* D.Io.Franc.de Ponte de poteſt: Proreg. *tit.de regalib,impoſit.*§.5*.nu.*65*. & ſeqq. Mantic.lib.*4*.de tacit.& ambig. conuent. tit.*24*.num.*6*.cum ſeqq.*

2 Prima concluſio. Emptor tunc lucratur fructus integros rei emptæ,quando pretium conuentum integrè ſoluit venditori, aliàs illos lucratur pro parte pretij ſoluti, & pro parte pretij non ſoluti, vel tenetur fructus rei emptę reſtituere, vel iuſtum intereſſe ſoluere. Concluſio probata eſt ſupra, *qu.* 13*. in* 2*.concl.* &, probant etiam Authores citati. Et omiſſa prima parte, quæ clara eſt, probatur ſecunda, *ex gloſſ. in cap. conqueſtus,de vſuris,Afflict. deciſ.*20 S *cin. Dec. Bart.Corn. Sura.*& alijs,quos ſequitur, *Tuſch. d. concl* 127*. num.* 4*. & ſeqq.* præcipuè *num.*12*.alij cumulati d.q.* 13*. in* 2*. concl.* Et ratio eſt, quia bona fides non patitur, vt penès eundem ſit res, & pretium, *l.bona fides ff. de action. empt* Et ideo, vel tenetur ſoluere intereſſe pretij non ſoluti, vel reſtituere ratam fructuum rei emptæ; ſed communiter agitur ad intereſſe,ſi non ſoluatur tempore promiſſo vt poſt, *Crauett.* & alios,notant *Menoch. d.conſ.*1170*.num.* 10*. Surd. conſ.* 101*.lib.*1*. Mantic. d. tit.* 25*. num.* 27*. cum ſeqq.*

3 Secunda concluſio conuentio facta inter Emptorem, & venditorem pro pretio non ſoluto, vt emptor ſoluat certum, quid annuum venditori, donec pretium ſoluat, valet, etiam ſi ex re vendita propter aliquod periculum non perciperentur fructus, ità ex *text.in l.ſicut emptio cum leg. ſeq ff. ocati.* *Alex. conſ.*121*. lib.*5*. Dec. & Ruin.* probat *Tuſch. d. concl.*127*.num.*9*. Natta, Roland. Surd.* & alij,quos idem *Tuſch. vbi ſupra* ſequitur *num.*25*. & ſeqq.* vbi hoc limitat, ſi res vendita ex ſui natura eſſet infructuoſa, quia non deberetur intereſſe, niſi habito reſpectu ad fructus, quod etiam poſt *Caietan. Nauarr. Sot.* & alios Theologos, Canoniſtas, & Legiſtas, probant de *Pont. d.* §. 5. *num.* 68 *cum ſeqq. vſq; in fin. Mantic. d. tit.* 24*. num.* 14*. ſeqq. dixi ſupra hoc tit. quæſt.*11.

4 Confirmatur quoniam etiam facta emptione cum pacto de retrouendendo, licitū eſt emptori locare rem emptam venditori, dummodo rei veritate celebrari velint duos contractus, & pretium vtriuſq; contractus ſit commenſuratum valori rei venditæ, & ceſſet omnis ſuſpitio vſurariæ prauitatis, ità *Syluеſ. in verb. vſura et ſecondo, qu* 15*. Nauarr. in Manual.cap* 17*. nu.*248*. Caiet. & Conrad.* quos probat *Molin.de contract. diſp.*376*.num.*1*.& alij,* vt per *Carrot.tract. de conduct. par.*1*.tit.de iuro ceſſante tutelato,quæſt.*4*.tota fol.*41 *de Ponte d.num.*68*. cum ſeqq. & dixi ſupra in tit. de locat. & conduct. & hic quæſt.* 8*. in* 1*. concluſ. Leſſ. lib* 2*. de Iuſt.& Iur.c* 21*.dub.*13*. num.* 106*. cum ſeqq. Mantic. d. tit.*24*. num.* 18*.cum ſeqq.*

5 Tertia concluſio etiam non data mora ex parte emptoris tenetur ſoluere pretium cum intereſſe, vel ratam fructuum reſtituere, ſaltem ex ęquitate, ne emptor fruatur re & pretio Hanc concluſionem probant *Bald in l.*2*.num.*4*.C.de vſur.tenent Anan. Soccin. Alex.Ruin Dec. Cagnol Natta Corn. Cephal.* & alij, quos probat *Surd. conſ.* 101*.num.*22*. & ſeqq. lib.*1*.Benintend. Couarr.* & alij,quos ſequuntur *Tuſch d. cōcl.* 127*.num.*44 *& ſeqq. Mantic.d.tit.*24*.num.* 20 *& ſeqq* Nam licèt ſit controuerſia, quanam actione debeantur, omnes conueniūt, quod ſaltem ex æquitate, ac per officium Iudicis debeatur in hoc caſu intereſſe, ob rationem iam dictam; quia æquum non eſt, quod emptor fruatur re & pretio, ideo dum lucratur fructus rei emptæ æquū eſt, vt ſoluat venditori pretium vnà cum intereſſe, nam petitur, & debetur tanquam damnum emergens,& in recompenſationem fructuū perceptorum, vel qui ex re illa percipi poterant, vt notant omnes pręcitati *DD.* de qua materia plura poſt alios reaſſumunt, *Tuſch dict. concluſ* 127*. Mant d. tit* 24. & ad quam rationem debeatur intereſſe, patet ex dictis, *quæſt præced. circa fin.*

6 Quando fit vēditio annuorum introituū, & in contractu adeſſet aliquod pactum vſurarium, ob quod contractus iudicaretur feneratitius tunc non debetur intereſſe conuentum, quia iam contractus eſt nullus, ſed ad ſummum ſi ceſſet deprauata intentio, & animus palliandi vſuram, debetur aliquod intereſſe arbitrio boni viri, nempè lucri ceſſantis, & damni emergentis,prout,quod ſequitur dicetur; quia impropriè dicitur hæc vſura, cùm ſit reſtaurata veri intereſſe, vt poſt *Hoſtienſ.* tenet *Nauarr. in com. de vſuris not.*15*: num.* 42*. & lib.* 6*. conſ. in tit. de vſuris conſ.*6. latiſſimè *Hondед. conſ.* 41*.nu.*39*.cum ſeqq.lib.*2*.Couarr. lib* 3 *var. reſol.cap.*4*.nu* 5*.verſ.* Item & illud & hanc eſſe communem ſententiam affirmat, *Vgol. in tract de vſur.cap.*8*.*§*.* 7*. verſ. quare contrariam, Molin. in tract. de contract. diſp.* 315*.num.*5*.& di p.*316*. Roderic de annuis reddit. lib.*3*.q.*5*.nu.*37. ſæpè aliàs, *Roland. conſ.*35*.vol.*1*.Burſat. conſ.*98*.num.*10. in-

nu-

Digitized by Google

numeros alios citat *Ioan. Philipp. Teſtay alleg.* 14. præcipuè *num.* 170. *cum ſeqq.* quãuis in cauſa propria contrarium ſcribens conetur contrarium probare, vbi latiſſimè hanc materiam examinat, ſed opinionem ſuam tuetur ex eo, quia in caſu ſuo aderat intentio depsauata, & à principio aderat animus palliandi vſuram: ſed quando venit ratione damni emergẽtis, vel lucri ceſſantis, ſecùs eſt, vt docent etiam illi, quos pro ſe citat, & ipſemet defendit, præcipuè *num.* 170. *cum ſeqq.* magiſque conſtabit ex dicendis *q. ſequen.* & iam *alleg.* 15. refert cõtra ſe deciſum, & ſic quod debeatur tale interesse. Et ita tenendum eſt.

SVMMARIVM.

1 *Intereſſe, an & quando ex alijs cauſis debeatur, poſt motam litem, vel poſt ſententiam non dum exequutam.*

2 *Intereſſe ex cambijs, & recambijs, an debeatur.*

3 *Promiſſio generalis de damnis, & expenſis abſque taxatione certa à principio, an poſſit excedere duplum.*

4 *Intereſſe ſoluere, an debeat, qui tenetur reddere compotum alicuius adminiſtrationis.*

5 *Cautela, vt quis non teneatur ſoluere intereſſe, dum tenetur computum adminiſtrationis reddere. & qualiter procedat, diſſeritur, & ratio de his affertur, nu. 6.*

7 *Interpellatio exigitur à creditore aduerſus debitorem, vt illum inuitet ad calculandum, alias non conſtituitur in mora.*

8 *Interpellatio ſola non ſufficit ad conſtituendum in mora, ſi aliqua conditio eſſet adimplenda, ſed benè exigitur certioratio aduentus conditionis.*

9 *Vbi requiritur miniſterium duorum, nunquã conſtituitur in mora vnus niſi alter ſe offerat paratum ad exequendum omnia, ad quæ vigore miſtæ obligationis, quamuis adſit certa dies. & eo magis, quando debitor paratus ſit reddere rationes, quia tenebat computa parata, & prompta, & amplius, ſi illam deſiderabat, vel feciſſet hoc tractare cum aduerſario, vt illa fierent, & eligerentur calculatores, nu. 10.*

11 *Debitor ſatis erit ſi Iudicem adiret, & offerat paratum rationes reddere coràm calculatore eligendo, & reliquum reſtituere, vt euitet intereſſe.*

12 *Intereſſe nunquam debetur, etiam data interpellatione iudiciali, per litis conteſtationem, quando ſumma petita non eſſet liquida, ſed liquidationem faciendam per Iudicem requirit vbi ratio affertur, nu. 13.*

14 *Intereſſe non debetur, quando ſocius eſſet in aliqua ſumma debitor, & ratione ſundatur.*

15 *Intereſſe non debetur, ſi petitio actoris eſſet vltra quantitatem debitam, & tunc non conſtituitur in mora.*

16 *Intereſſe verum non debetur ex cauſa ſocietatis etiam ſi conuentum eſſet, ſed debetur aliquod quatenùs alterius ſocij intereſt, qui non dicitur moram commiſiſſe.*

17 *Pactum factum pro certo intereſſe ab initio dationis pecuniæ ad cambium pro lucro ceſſante, & damno emergente, erit vſurarius contractus, & non valeret.*

18 *Intereſſe verum lucri ceſſantis, ac dãni emergentis non debetur etiam quo ad vſuras pupillares, quæ ſublatæ ſunt alia via, quam ex vero intereſſe.*

19 *Iuſta cauſa litigandi excuſat mora, & conſequentèr debitor condemnari non poteſt ad intereſſe.*

20 *Creditor, ſi in vita debitoris non procurauerit ſibi computa reddere, ſed diſtulerit, & poſt mortem debitoris ab hærede voluerit extorquere, non caret dolo, & fraude.*

21 *Actor petendo intereſſe lucri ceſſantis tria probare tenetur, & potiſſimum quoad mulieres talia requiſita exiguntur, & ita deciſum, nu. 22.*

23 *Lucrum ceſſans, vt debeatur, quæ conditiones exigantur.*

24 *Intereſſe ex cauſa damni emergentis, vt debeatur, duo requiſita ſunt neceſſaria.*

25 *Taxatio debet eſſe vniformis circa intereſſe damni emergentis, & lucri ceſſantis.*

26 *Intereſſe lucri ceſſantis qualiter taxari debeat, & ad quam rationem, nu. 27.*

28 *Intereſſe in pecunia deſtinata pro emptione annuorum redditũm ad quam rationem fieri debet, & quid ſi eſſent litigioſi ipſi annui redditus ad quam rationem liquidatio fiat, nu. 29.*

30 *Intereſſe lucri ceſſantis habita conſideratione ad tria tempora.*

31 *Intereſſe lucri ceſſantis, non debetur creditori poſt ſententias, ſi in eius facultate fuerit exigere iudicatum, quod procedit etiam ſi vſura debeantur iure actionis, & ſit in poteſtate creditoris exigere ſortem capitalis, à quo die non debentur, & ſibi imputandum, nu. 32.*

33 *Actor tenetur facere quantum in ſe eſt, vt ſententia exequatur, & creditum exigat, alias hoc non probato, quod per ipſum non ſtetit, an conſequatur vſuras.*

34 *Intereſſe, an debeatur creditori, ſi culpa debitoris ſententia non fuerit executa.*

35 *Sententia non retrotrahitur in præiudicium iuris quæſiti tertiæ perſonæ.*

36 *Intereſſe lucri ceſſantis à qua die debeatur.*

37 *Intereſſe, an debeatur, ſi ſententia eſſet inualida ex inepto modo procedendi.*

QVÆSTIO XXII.

1 VIgeſimo ſecundo quæro. Quando
debeatur intereſſe ex alijs cau-
ſis poſt motam nè litem, an poſt
ſententiam obtentam licet non
dum exequutam? Et licèt quæſtio hæc vi-
deatur aliena ab hac materia; attamen
quia deſeruit ad maiorem claritatem quæ-
ſtionis præcedentis; ideò eam hic exami
nare volui. Pro dicendis ſuppono primò.
Hic non eſſe quæſtionem de intereſſe cer-
to, & conuento in caſibus licitis inter par-
tes, quoniam tale intereſſe conuentum de-
betur totum, & poteſt etiam duplum exce-
dere, vt notant communiter DD. *in l.1. C.
de ſent. pro eo, quod inter.* & alij partim, latiſ-
ſimè *Carrot. in tract. de locat. & conduct. part.
1. tit. de lucro ceſſante fol. 39. col. 3.* cum *folijs
ſeqq.* vbi ad ſaturitatem, præcipuè *quæſt. 2.*
2 Dixi in caſibus licitis, quia ſi eſſet inte-
reſſe ex cambijs, & recambijs, regulariter
iudicantur vſuraria, præcipuè, ſi certum
intereſſe ſit conuentum à principio, vt
optimis remedijs, iuribus, rationibus, Do-
ctorum authoritatibus, etiã in ſacra Theo-
logiã, probat *Menoch. conſ. 1180. & 1181.
lib. 12.* vt alios ſileam. Procedit igitur de
intereſſe incerto, in quo caſu ſuppono vnũ
certum, quod promiſſio generalis de dam-
3 nis, & intereſſe abſque taxatione certa à
principio non poſſit excedere duplũ, quia
hæc promiſſio intelligitur ſecundum iuris
diſpoſitionem, quod duplum non excedat,
Dec. in dicta l. 1. nu. 75. vbi *Bolognet. nu. 69.*
verſ. *Quod tamen debet intelligi, Lancellott.
Gall. in Conſuetud. Alex.* in verb. *Non poteſt,
quæſt. 1. nu. 85. fol. 107.* & faciunt dicta ſupe
rius; ſed quãdo intereſſe non eſt liquidum,
& rationale, declaratur, & calculatur à Iu-
dice, qui eſt verus liquidator, & calculator,
l. 2. vbi communiter *DD. C. de iure Fiſci,
lib. 10.* & hoc eſt vulgatum apud omnes.
4 Nunc ſit prima concluſio. Non debetur
intereſſe, quotiès aliquis tenetur reddere
computum alicuius adminiſtrationis. Pro-
batur, quia non facto calculo, & computo,
non dicitur in mora ſoluendi, nec poteſt
committi obligatio ad intereſſe, & ideò
non poteſt dici liquidus debitor, vt reli-
quatum ſoluat, ità *Ruin. conſ. 155.* ſub *num.
12. & 13. verſ. Non obſtat, lib. 5. Bertazol.
conſ. 482.* ſub *nu. 15.* latè *Riminald. iun. conſ.
52. nu. 2.* cum pluribus *ſeqq. Menoch. conſ. 121
nu. 108* & alij plures. Et eſt notum; quia
non calculatis rationibus non poterit ap
parere de tali reliquatu ſoluendo, & ſic nõ
adeſt mora, nec poteſt deberi Intereſſe,
dum non eſt liquidus debitor, vt poſt alios
probant *Corn. conſ. 62.* ſub *nu. 5. & 6. lib. 4.*
Menoch. conſ. 1027. ſub *nu. 8. & ſeqq. lib. 11.
Surd. deciſ. 179. num. 28.* & eſt *text. in l. fidei-
commiſſi, in princip. ff. de vſuris,* vbi *Bald. &
Fulgoſ. Afflict. deciſ. 205. Roderic. de annuis
redditib. lib. 3. quæſt. 5.*
5 Nè autem hoc ſit in facultate debentis
reddere rationem, iam ad inuenta eſt cau-
tela, quod licèt non teneatur offerre red-
ditionem computorum, tamen paratus eſ-
ſe debet illam reddere, adeò, vt non ſit in
mora, niſi fuerit requiſitus, & interpella-
tus, ità *gloſ. in Clement. quia contingit, §. vt
autem* in verb. *ſingulis annis, de religioſ. domib.*
vbi *Zabarell. Anchar. Panorm. & Pariſ.* pro-
bat etiam *gloſ. in l. tutor pro pupillo, §. tutor,*
in verb. *Stetit, ff. de adminiſtr. tutor.* & ibi *Cu-
man. Purpurat. conſ. 339. nu. 3. lib. 1. Alexand.
conſ. 1. nu. 4. lib. 7. Natta conſ. 685. num. 13. &
14. lib. 5.* & alij. Ratio autem illa eſt proba-
6 biliſſima, & vera, quia actio reddendi cõ-
puta eſt mixta tàm reſpectu debitoris, quã
creditoris, & venit adimplẽda facto vtriuſ-
que, nec minus vni, quàm alteri cenſetur
poſita, cùm vterque poſſit eſſe debitor, vel
creditor, & proindè neceſſarium eſt, quod
7 creditor interpellet debitorem, vt illum
inuitet ad calculandum, aliàs debitor non
conſtituitur in mora, vt *Ruin.* & alij ſupra
citati notant, & eſt *text. in l. cum ſeruus,* vbi
Soccin. & alij *ff. de conduct. & demonſtrat. l. ſi
ſtatu liber. §. ſi quis non dare, ff. de ſtat. lib. l. ſi
quis rationes, ff. de liberat. legat.*
Immò nec ſufficit tunc interpellatio,
niſi talis ſit, quæ conſtituat debitorem in
8 mora reddendi computum; & proindè ſi
deberet adimpleri aliqua conditio ante-
quam reddatur computum, deberet etiam
certiorari de aduentu conditionis, aliàs nõ
conſtituitur in mora ex ſola interpellatio-
ne, vt eſt particularis *deciſio Bartholi in l.
non ſolùm §. morte, num. 48. & ſeqq. ff. de noua
oper. nunc. quàm ibidem Doctores* ſequuntur,
tenet etiam *Dec. conſ. 2. nu. 4. & 5. Gozadin.
9 conſ. 1.* ſub *nu. 40.* & hoc etiam alij docent,
quia dum requiritur miniſterium vtriuſq;
nunquam vnus in mora conſtituitur, niſi
alter ſe offerat paratum ad exequendum
omnia, ad quæ vigore mixtæ obligationis
eſt adſtrictus, quamuis adſit certa dies, ità
Felyn. in cap. 1. ſub *nu. 4. de Magiſtr.* latè *Ri-
min. iun. conſ. 31. num. 135. cum duob. ſeqq. Af-
flict. deciſ. 316. nu. 4. Maſcard. de probat. concl.
933. num. 38. Tuſch. in ſua pract. concluſ. iur.
liter. C. concluſ. 3. Hondcd. conſ. 50. num. 25.
Surd. conſ. 38. nu. 13. & deciſ. 179. num. 10.
& 28. Cephal. conſ. 407. nu. 35. lib. 3. Peregr.
conſ. 71. nu. 18. lib. 4. Menoch. conſ. 121. nu. 109
10 & conſ. 1027. num. 8. lib. 11.* Quæ omnia eò
magis locum habent, quando debitor pa-
ratus erat reddere rationem, vt quia eius
computa tenebat parata, & prompta; &
tanto

tantò magis ſi illam drſiderabat, vel fecit
hoc tractare cum aduerſario, vt computa
fierent, vt eligerentur calculatores, vt ha-
betur *in d.l.tutor pro pupillo, §.tutor,ff.de ad-
miniſtr.tutor.Ruin.d.conſ.155.num.13.& 14.
Cæphal. conſ 8. per totum, Menoch. conſ.851.
nu.15.lib.9.*& ſatis eſt, quod adeat iudicem,
cui ſe offerat paratum rationes reddere co-
ràm calculatore eligendo, & reliquatum
11 ſoluere, & ſic euitat omne intereſſe, *Bart.in
l.creditor.ff.de diſtr. pign. Aretin.conſ 142.nu.
24.Cagnol. in l.non poteſt videri improbus, ff.
de reg.iur.Surd.conſ.296.num.3. Roderic.de
annuis redditib.lib.3.q.9.nu.4. & alij.*

Secunda concluſio intereſſe nunquam
debetur, etiam data interpellatione iudi-
12 ciali per litis conteſtationem, quando illa
ſumma petita non eſt liquida, ſed requirit
liquidationem faciendam per Iudicem.
Concluſio patet ex dictis, & eam probant
in particulari *Bald.in l.acceptam,in 6.oppo-
ſit.C.de vſur. Ancbar.conſ.236. Afflict.deciſ.
205. Cranett.conſ.89.nu 5. Burſat.conſ.139.
nu.65.lib.2.Baner.in tract.de mora,par.3. nu.
8. Rip.in l. Quod te,num. 67. ff ſi cert. petat.
Honded.*omninò videndus *conſ.50.nu.24.&
25.* ſic etiam *Burſat. conſ.453. num.25. cum
ſeqq.lib.4.Peregr. conſ.71. ſub num.18. lib.4.
Surd.d.conſ.38 nu.13.& deciſ.179.*cum alijs
13 ſuperiùs cumulatis. *Ratio* eſt manifeſta,
quia nec dies certa iuuat, nec interpella-
tio, quotiès neſcit debitor quam debeat
ſoluere quantitatem, & proindè non liqui-
data debiti quantitate, non poteſt eſſe in
mora, & ideò intereſſe nòn debetur.

Plus dicunt *DD.* quod quamuis creda-
tur, quod ſocius ſit debitor in aliqua ſum-
14 ma, adhùc ex illa non debeatur intereſſe,
quia reus non poteſt re vera moroſus, etiã
ſuper parte, quæ prætenditur debita, niſi
facto calculo, & reddita ratione; nam an-
tea calcula dicuntur incerta, inuoluta, &
intricata, faciunt debitum illiquidum, ità
*Fulgoſ. in l. in fideicommiſſi ſub nu.3. & 4.ff.
de vſur.Iaſ.in l.1.§. ſi ſtipulanti,num.18. ff.de
verb.oblig.Bologuett.in l.quod te,num.26.* vbi
*Zaſius nu. 36.ff. ſi cert.pet. Menoch.conſ.121.
nu.109.& conſ.1027.nu.8. Rot. Genuenſ.dec.
193.nu.13.verſ.clara etenim Honded.conſ.50.
nu.32.* Et hoc præcipuè locum habet inter
mercatores, quia vt plurimum negotium
mercantile eſt intricatum, & inuolutum
propter varias hinc indè deductiones, &
compenſationes, *Anchar. conſ.330. num.2.
Corn. conſ 239. ſub num 3.lib.3. & conſ.261.
nu.14.lib.4.Tuſch.lit. C. concl.3.nu 2. Alex.
conſ.192.nu.1.& 2.lib.7.Surd.deciſ.184.*

Aduertere etiam debet Iudex, ſi petitio
actoris ſit vltrà quantitatem debitam, quia
15 in hoc caſu non debetur intereſſe etiam
in ſumma debita, ex quo non conſtituitur
in mora debitor, quoniã non dicitur deeſſe
per ipſum, quin ſummam debitam ſoluat,
& ideò creditor deberet ſe obtulere reci-
pere partem debitam, ac liquidam, aliàs
debitor habet ius retinendi, quia non di-
citur ſtare per eum quin ſoluat, ità *Salyc.
in l.mora,num.9.ff.de vſur. Bart.in l.qui ſoli-
dum, ff.de leg. 2.* vbi *Imol. & Caſtrenſ.*eſtq.
communis opinio, vt per *Alexan. in l.1 §.ſi
ſtipulanti, num.8. ff.de verb.oblig.* vbi *Crott.
ſub nu.6.verſ.2.*nota. *Butticell.num.15 cum
ſeqq.Galliaul.nu.11.verſ vlt. Alciat.num.54.
Iaſ.nu.11.& 12.Guid.Pap.deciſ.496.Couar.
lib.1.var.reſolut.cap.3.ſub nu.6.verſ. ad text.
Tuſch.in verb.mora,concl.376.nu.81. Peregr.
conſ.71. num.16. & ſeqq.lib.4. & in tract.de
fideicommiſſ.art.49. nu.86.verſ.aduertendum
eſt,Surd.deciſ.179. nu.28. Menoch.conſ 1027.
nu.8.lib.11.*

Tertia concluſio in taxatione intereſſe
debet Iudex conſiderare cauſam ex qua
16 petitur, an legitima, & iuſtà ſit, vt ex ea
legitimè deberi poſſit intereſſe, & ſi iuſta
non ſit, excludat petentem. Concluſio eſt
omnium, nec indiget probatione. Et hoc
eſt adeò verum, quod ex cauſa ſocietatis
non debeatur verum intereſſe, etiã ſi con-
uentum ſit; ſed potiùs debeatur aliquid,
quatenùs alterius ſocij intereſt, ſocium il-
lum moram non commiſiſſe, ſic probat
*text.in l.ſocium,qui pro eo,ff.pro ſoc.*vbi *Ful-
goſ.Alexan. conſ.132.ſub num.10. verſ.ſed in
propoſito,lib.5. Dec.conſ 116. ſub nu.3.verſ.
2.non obſtat, Syluan.conſ.10.ſub num.7. Me-
noch.cõſ.121.nu.107.cum ſeqq.*& iuxtà eiuſ-
dem *Menochij conſilium* fuit deciſum, ne ſu-
beatur intereſſe, niſi ſocius eſſet interpel-
latus ad ſoluendum, & poſt interpellatio-
nem fuiſſet in mora, latè *Farinac conſ.15.
num.16.& ſeqq.* vbi alios citat, & *Farinac.
ſeu Fabius Accorambon. inter conſilia Fari-
nac.conſ.15. nu.84.* notat, ſic Neapoli, Gal-
liæ, & Bergomi fuiſſe deciſum, & hanc eſſe
communem ſententiam Theologorum,
Canoniſtarum, & Legiſtarum pactum ap-
poſitum in contractu ſocietatis, vt ſocie-
tate finita ob retardatam ſolutionem ca-
pitalis ſoluatur intereſſe, eſſe vſurarum,
quoniam, ſocietate finita, illud capitale re-
manet loco mutui, & contractum ſocieta-
tis eſſe transfuſum in contractu mutui, &
ad ſummũ debetur, quatenùs prudens Iu-
dex arbitrabitur iuſtum, ob moram com-
miſſam àb alio ſocio, & prout ſocius ille
lucrum habuit ex pecunia, qua vſus fuit,
& non aliter. Immò ſi ſocius illam pecu-
niam tenuit otioſam, ex illa non debetur
intereſſe, niſi culpa ſua non dedit compu-
tum, vt ſic non fuiſſet otioſa, *Alberic. in d.
l.ſocium, Alexand.conſ.132 ſub num.10 lib.5.
Menoch.d.conſ.121.nu.80.& 81.*

Sic etiam ſi à principio dationis pecu-
niæ ad cambium quis pro *lucro* ceſſante,
17 & domo emergente pactus eſſet certum
intereſſe, contractus eſſet vſurarius, vt op-
timis remedijs, connumeratis etiã Theo-
logis,& Canoniſtis,docet *Menoch.cõſ.* 1180
*per totum,volu.*12. quia lucrum ceſſans,vel
damnum emergens nunquam eſt certum,
& variatur facillimè, & ideò arbitrio boni
viri debet relinqui taxandum, vt optimo
iure *Menochius fundat*, & contraria ſoluit *d.*
conſ. 1180. & hoc docent omnes Theolo-
gi,& communiter Canoniſtæ.

Deducitur ſecundò, quod verum inte-
reſſe lucri ceſſantis, ac damni emergentis
18 (etiam quoad vſuras pupillares,quæ etiam
hodiè ſublatæ ſunt alia via, quàm ex vero
intereſſe) non debeatur, niſi adſit vera,&
regularis mora, vt latè probant poſt alios
*Couarr.lib.3.variar.reſolut.cap.4. nu.2. Bar-
boſa* alios cumulans in *l.de diuiſione, nu.*14.
*18.& 24.ff.ſolut. matrim. Roderic.in tract.de
annu,reddit.lib.3. quæſt.7.nu.93. & quæſt.10.
nu.12.eod.lib.3.*

Deducitur tertiò, quòd ſi reus habuiſſet
iuſtam cauſam litigandi, non debet Iudex
19 illum condemnare ad intereſſe, quia iuſta
cauſa litigandi excuſat illum à mora, *l. ſi
quis ſolutioni,ff.de vſur.* vbi *gloſſ.in verb.pro-
curauit, Roman.conſ.*243. *nu.*5. vbi *Mandoſ.
Rip.in l.quod te,num.55.ff. ſi cert.pet. Aretin.
nu.149.nu.8.& 9.Burſat.conſ.148.nu.66.lib.
2.Menoch.conſ.*220,*num.*50.*& alij.* Vt ſi reus
eſſet hæres, debitum eſſet illiquidum, ſic
enim habet iuſtam litigandi cauſam, vt
patet ex dictis, & latè *Burſat.conſ.453.num.
26.& ſeqq. conſ.72.nu.4. Crau.conſ 89.nu.5.
conſ.129.num.8. & ſeq. Tuſch.in verb. mora,
concluſ.376.nu.61.Plot.de in lit.iurand. num.*
473. *Honded.conſ.38.ſub num. 20.cum ſeqq.
Menoch.conſ.381.nu.46.lib.4.Surd.deciſ 260.
nu.15.& ſeqq.*& alij paſſim. Omnes enim
docent, quotiès ſumma eſt illiquida, adeſt
iuſta cauſa,qua bona fide credit, ſe non eſ-
ſe debitorem; petitur maior ſumma; eſt res
dubia;eſt debitum incertum, & ſic de alijs;
nunquam mora conſtituitur.Et ideò adeſt
iuſta cauſa litigandi,nec debetur intereſſe,
vt patet ex prima concluſione.

Eſt etiam iuſta cauſa litigandi in hære-
de,ſi peritio creditoris eſſet circà creditum
ex ratione adminiſtrationis defuncti, cum
qua creditor in vita poterat computa li-
quidare: ſi enim Iudex videre poſſit culpã
creditoris in non petenda adminiſtratio-
20 ne à defuncto; ſed videret quod ex indu-
ſtria creditor diſtulerit exigere rationem,
vt eam poſtea petat ab hæredibus defun-
cti, non informatis de negotio;ex hoc cer-
nitur fraus creditoris, qui à perſonis non
inſtructis voluit computum; quod poterat
habere à principali de negotio benè in-
formato, & ſic non caret dolo, & fraude
creditor ipſe; ità in terminis probant *Soc-
cin.in l. Qui Roma, §.Augenius, nu.*10.*in fin.
ff.de verb.obligat.* vbi *Iaſ.nu.7. Cæphal.conſ.
8.toto,Rota Genuenſ.deciſ.193.num.16.in fin.*
& alij paſſim, quia nemo ex culpa ſua, &
ex affectata dilatione, ac fraudulenta debet
lucrum reportare, vt etiam notant *Caſtrẽſ.
conſ.52.num.3.lib.2.Angel.conſ.4.num.30.&
conſ 329.in fine, Alexand.conſ 139.num.4.&
ſeqq.lib.7.* deducitur, quod & ſic intereſſe
21 petatur ex cauſa lucri ceſſantis, teneatur
actor tria probare, primò moram debito-
ris,ſecundò qualitatem, & cauſam talis in-
tereſſe, vt quia ſolitus erat negotiari, &
lucrari, & tertiò,quod etiam illo tempore,
quo petit intereſſe fuiſſet lucratus; & ex
defectu pecuniæ non habitæ ceſſauit ei lu-
crum; quibus non probatis, non debetur
ei tale intereſſe; poterat enim eſſe, quod
carceratus eſſet, vel alitèr impeditus, ita vt
negotiari non potuiſſet; ità *Caſtr. in l.3. §.
fin.ff.de eo ac certo loco, Crauett.conſ.89.num.
4.Roland.à Vall.conſ 95.& ſeqq.lib.1. Monſ-
dan.deciſ.*103.eſtque magis communis opi-
nio, vt per *Tuſch.in verb. intereſſe conc.309.
nu.37.ex ſex in l.1.* vbi communiter *DD.
C.de ſent.* quæ pro eo, quod inter, *Rota Ia-
nuenſ.deciſ.16.nu.19. & 20.deciſ.9.nu.16.&
deciſ.99.* alios citat, & probat *Anton.Gam-
ba deciſ.110. num.24. Ioan. Bapt.de Thoro in
Compend. deciſ.verbo intereſſe lucri ceſſantis,
& in verb.intereſſe,* an debeatur ex pecunia
mutuata, *Gaſpar Rodericus lib. 3. de ann.re-
dit. quæſt. 5.nu. 23. & ſeqq. Berta. Honded.*
& alij plures,quos probant *Io.Phyl. Teſtaij
allegat. 14.nu. 262. cum ſeq.volu.1. Farin.*ibi
*vol.2. Riminal.iunior conſ.52.nu.20. Burſat.
conſ.72,nu.9.Menoch.conſ.*1180.*nu.20.lib.*12
vbi ait pluries deciſum; ſic etiam *Puteus
deciſ.237. Moedin.deciſ.3.de vſur. indeb.conſ.
50.nu.30. lib.1. Maſcard.conſ.933. nu.7.cum
ſeqq.Turret.conſ.77.nu.25. & ſeqq.lib.1.Tu-
ſch.in verb. lucrum ceſſans conc 454. num.*24.
*& 26.*vbi alios citat,& concordat ſenten-
tias inter ſe diſſidentes *Peregr. conſ.85.ſub*
15. 16. 22. & alibi, vt etiam in deciſiuis
22 hæc opinio ſit communitèr recepta, præ-
cipuè quoad mulieres,in quibus eò magis
talis probatio eſt neceſſaria cum talibus
requiſitis,latè *Surd.tract.1.de alim.quæſt 45.
ſub num. 4. verſ.ſed quod attinet ad mulieres,*
& fuit etiam deciſum Panhormi in cauſa
hæredum Syluij de Rogerio, & Baroniſſæ
Sancti Iacobi,quæ ob tertium requiſitum
non probatum, fuit abſoluta à petitione
hæred.idem probat *Felician. in tract.de cen-
ſib.lib.2.cap.5.num.14.Natta conſ.450.num.
647.Guttier.de iuram.confirmator. Barboſ.in
l.2.in princip.num.51. verſ.addendo, tamen ff.
ſolut.*

ſolut. matrim. Tuſch. in verb. intereſſe conc.
308.nu.15.& ſub nu.17. conferunt etiam
diſcuſſa ex *Diuo Thoma 2.2.quæſt.62. art.4.*
& ab alijs Theologis, & Canoniſtis, quos
probat *Rebell.par.2.de obligat.iuſt.lib.8.q.6.*
quod vt debeatur lucrum ceſſans, plures
debeant adeſſe conditiones, inter quas illæ
23 ſunt plures, quod re vera lucrum fuiſſet, &
ſecundo quod non plus lucri accipiatur,
quam ſi re vera potuiſſet verò ſimiliter lu-
crari *Menoch.conſ.1180.*præcipuè *nu.18.&*
ſeqq.volu.12. & in effectu de deciſionibus
Rotæ Romanæ meminit *Carrotius d. quæſt.1.*
*num.18 fol.40.col.3.*vbi alios citat *Io.Salas*
dub.30.de empt.& vendit. & alij plures, qui
etiam docent, quod quando lucrum eſt in-
certum, & poſſibile ſit, non lucrari, tunc
actor probare debet ſe potuiſſe lucrari, &
quia nẽpè habebat merces præ manibus,
& ob defectum pecuniæ illas non emit, &
ſi pecunia habuiſſet merces emiſſet, & tot
lucratus eſſet; & quod culpa, & mora de-
bitoris fuit cauſa, quod lucratus non ſit;
vel quia habebat prædia, ſiuè annuos cen-
ſus præ manibus, quos emeret potuiſſet,
quia præſumptio eſt, quod ſolitus nego-
tiari, fuiſſet lucratus, &c. Quamuis in hoc
plures contrarium probent, quod ſatis ſint
duo priora requiſita, nempè, quod ſolitus
ſit negotiari, & mora interueniat, vt poſt
alios notat *Carrot. part.1. de locato, & con-*
duct.tit.de lucro ceſſante,moroſo, quæſt.1.nu.4.
& ſeqq. Sed non eſt recedendum à prima
ſententia.

Quintò deducitur, quod ſi petatur inte-
reſſe ex cauſa damni emergentis duo re-
24 quiſita ſunt neceſſaria vt debeatur. Pri-
mum eſt, vt debitor ſit in mora. Secun-
dum, vt ex illa cauſa ſolutionis non factæ
per debitorem ſit cauſatum damnum ipſi
creditori, vt quia coactus fuit accipere pe-
cuniam ad intereſſe; vel aliud certũ dam-
num ſit ei ſecutum *Bald. in l. etiam num.5.*
C. de execut. rei Iudic. Couar.lib.3.var.reſo-
lut.cap.4.nu.2. verſ.deinde, Honded.conſ.50.
num.23. Gaſpar Roderic.in tract.1. quæſt.45.
nu.33. cum ſeqq. fol.52. & alij; Quod cate-
nus eſt verum, vt in hoc non ſtetur aſſer-
tioni ipſius creditoris; ſed debeat ipſe di-
lucidè probare dicta requiſita; ſi enim ali-
ter diceretur eſſet indirecta occaſio vſura-
rum; ſemper enim; vel quaſi ſemper credi-
tores fingerent tale damnum, præcipuè in
locis, vbi calumniæ abundant, & ideò pro-
batio neceſſaria eſt per teſtes idoneos, *Al-*
beric.in l. cunctos populos, C.de Sum. Trinit.
& fid. Cath. latè *Burſat. conſ.453. num.35.*
Honded.conſ.36.nu.33.lib.2. & ità fuit iudi-
catum Panhormi de anno 1593. die 7. Au-
guſti in *d.q.*per M.R.C. inter Catherinam
Cenami, & Principem Butheræ, & alia
vice fuit etiam iudicatũ in cauſa illorum
de Lucchinis cum Ciuitate Meſſanæ, nè
deberetur tale intereſſe lucri ceſſantis, &
hoc dictum poſt *Diuum Thomam quæſt. 13.*
*de malo art.4.ad 14.totum, & alios,*in vtroq;
foro probat *Rebell.par.2. de obligat. Iuſt.lib.*
8.q.5.nu.2.& ſeqq.

Quia igitur Iudex eſt verus calculator,
ac liquidator intereſſe, vt in principio hu-
25 ius diſcurſus fuit notatum, ideò Iudex de-
bet attendere, quod taxatio non ſit vni-
formis in lucro ceſſante, & in dãno emer-
gente, vt ex dicendis patebit. In damno
emergente taxatio eſt vniformis; quia
cum hoc damnum ſit certum, ideò totum
id, quod creditori auffertur, eſt ei reſtituen-
dum; ità poſt *Diuum Thomam 2.2.quæſt.62.*
art.4. Natta conſ.370.num.6.Syluan.conſ.10.
toto, Riminal.iun.conſ 281.num.10.lib.3. Me-
noch.loco citando, Rebell.d.quæſt.5. num.4. &
ſeqq. quæſt.6. num 3. Salas d.dub.30. in prin-
cipio.

In lucro ceſſante tamẽ non debetur to-
tum; ſed quod prudentis viri arbitrio iu-
26 dicialiter conueniens; & à peritis in arte
illa iudicatur iuſtum, & moderatum; in
qua quidem taxatione primò conſidera-
tur qualitas perſonæ, ſi ſolita erat negotia-
ri; & ſi totam ſummam implicaſſet in mer-
catura; quia regulariter hoc fieri non vi-
demus, dùm ſemper dimidiam, vel tertiam
partem ſolent etiam mercatores conſer-
uare in arca pro eorum occurrentijs. Se-
cundò ex ſumma implicata deducuntur
expenſæ, opera, & induſtria perſonarum
(hæc enim occupata ſunt in alio) habetur
etiam ratio periculi, quod poſſet haberi, &
ſic de alijs, vt notant *Diuus Thomas, Natta,*
Syluan. & Riminald.in locis citatis; ſic etiam
Menoch.conſ.1180 num.23.volu.12. Maſtrill.
deciſ.106. num.37.lib.2. Mohedin. deciſ.4. de
27 *vſur.* vbi dicit, quod ſoleat eſſe taxatio ad
rationem quinque pro centenario; ſic etiã
tenet *Magon.deciſ.25.nu.89. & 90. Lupus in*
tract.de vſur.comment.1.§.4. nu.91.verſ. ſed
melius dicas, *Roderic.de annuis reddit.lib.1.*
quæſt.16.ſub nu.24.verſ.Igitur ſi creditor, vbi
notat, quod pro minori etiã ſumma quin-
que pro centenario fieri debet; ſic etiam
probat nouiſſimè *Raudenſ.conſ.33.num.61.*
& 62. lib. 1. vt ad rationem quinque pro
centenario debeat moderari intereſſe lu-
cri ceſſantis.

Audiui etiam à viris peritis practica-
tum in Regno Siciliæ, quod etiam in pe-
28 cunia deſtinata pro emptione annuorum
redditum, non teneatur hoc intereſſe, niſi
ad rationem quinque pro centenario licèt
enim in eo Regno obſeruetur bulla Ni-
colai V. quod annui cenſus emi poſſint
ad rationem 10. pro centenario, & vt plu-
rimum

Digitized by Google

rimum fiant ad rationem 8.& 9. nihilomi-
29 nùs, quia multotiès pecunia ſolet eſſe
otioſa; annui introitus empti ſunt, vt plu-
rimum litigioſi,& de facili demuntur,& in
litibus fiunt non nullæ expenſæ, ideò ſo-
lent moderare intereſſe lucri ceſſantis ad
rationem quinque pro centenario, prout
iudicatum eſſe audiui in ſpecie, in cauſa
Donnæ Mariæ de Ferro,cum illo de Staito
ex alijs, & hanc etiam rationem conſide-
rans *Roderic.loco citat.*& eodem *lib.1.quæſt.*
8.nu.22. affirmat, quod redditus litigioſus,
vel difficilis exactionis tantò minoris ſit
pretij, & æſtimationis, prout etiam poſt
alios affirmat *Molin.in tract.de contract. diſ-*
put. 361. quod ſtante periculo crediti etiã
minori pretio poſſit ab alio emi,& etiam
à debitore;probat etiam poſt *Diuum Tho-*
*mam,Conrad.de contractib. quæſt.66.*in tertio
modo dicendi, & *quæſt 67.* & in tertio di-
cendi modo,*Salas in dub.39.& 40.de empt.*
*& vendit.*vbi alios citat, & alij paſſim hoc
probant in lucro ceſſante, quod debetur
quãtum potuiſſet eſſe re vera deductis ex-
penſis,ità *D.Thom.2.2. quæſt.62.art.4. Na-*
uarr. & alij,quos probat *Rebell. part.2. de*
obligat.Iuſt.q.6.concluſ.2. Molin.de contractib.
diſput.314.cum ſeqq. & alij paſſim. Et in
vtroque foro taxatio hæc ad rationem
quinque pro centenario iuſtiſſima eſt,quia
licet aliquibus in locis ſoleant eſſe præ
manibus merces, vel emptiones annuorũ
introituum: multa tamen accidere ſolent,
ob quæ non ità promptè inueniantur, &
inuentæ non ſtatim compleantur; ſed per
plures menſes, & multotiès diù eſt expe-
ctandum,vt Neapoli, & Panhormi euenî-
re vidi. Et faciunt etiam tradita per *Vin-*
centium de Franch. deciſ.120.num.11. Et eò
magis procedit inter magnates, & perſo-
nas illuſtres: in eis enim taxari mandatur
intereſſe ad rationem quatuor pro cente-
nario,*l.eos,C.de vſur.Lupus in tract.de vſur.*
comment.1.§.4.num.91. & alij,& hoc ea ra-
tione, quia in his perſonis non eſt tanta
auiditas lucri, nec ſolent ad inſtar merca-
torum negotiari, & ideò hoc intereſſe iu-
dicatur conueniens reſpectu talium per-
ſonarum.

Quam igitur huc vſque dicta ſunt, quo
ad hoc intereſſe lucri ceſſantis procedunt
30 antè, & poſt litis conteſtationem, prout
ex dictis cerni poteſt; ad hoc enim intereſ-
ſe taxandum tria conſiderantur tempora.
Primum ante litis conteſtationem.Secun-
dum à die latæ ſententiæ per iudicem, &
tertium à die petitionis, executionis præ-
dictæ ſententiæ, vt conſiderat poſt alios
Anton.Gamba deciſ.110.ſub nu.34.& nu.35.
iuncto princ. cùm igitur dictum ſit de primo
tempore, ſequitur vt videamus de alijs
duobus temporibus.

Sit igitur quartò conclusio intereſſe lu-
cri ceſſantis non debetur creditori poſt
31 ſententiam, ſi in eius facultate fuit exigi-
gere iudicatum. Hæc concluſio probatur
ad litteram in *tex.in l.1.§.ſocius, ff.de vſur.*
vbi *Gloſſ. in verb.in poteſtate*, & ibid. *Bart.*
ac alij; probat etiam *Alciat. conſ. 380. ſub*
nu.4.verſ.non debetur, quem ſequitur *Card.*
Tuſch.in ſua pract. concluſ.iur. in verb.mora,
concl.375.nu.50. & 52. Maſtrill.deciſ.16.nu.
22. Anton. Gamba deciſ.110. ſub nu 34. verſ.
hactenus,& ſub *num 35.verſ.nec obſtat.* Qui
omnes dicunt,quod dùm creditor habebat
pro ſe ſententiam,quam exequi poterat; &
noluit;vel cœpit exequi,& noluit comple-
re executionem per ſecundum decretum,
non poteſt petere intereſſe; quia cenſetur
illud remiſiſſe, dùm per ipſum ſtetit quo-
minùs ſententiã ſua haberet executionem,
& ſibi ſatisfieret, quod etiãm probant *Ri-*
minald.iun.conſ.52. ſub num.63. & 64. lib.1.
Surd.in tract.de aliment. tit.1.quæſt.45. nu.6.
& 72.

Confirmatur hoc ex alio cõmuni axio-
mate Doctorum dicentium, quod etiam
32 ſi vſuræ debeantur iure actionis, & ſit in
poteſtate creditoris exigere ſortem capi-
talis, iam ab illo die non debentur vſuræ,
ſiuè intereſſe, quia ſibi imputandum eſt,
cur ſibi non ſoluit, ac ſortem non exigit.
Ità *Bart.in l.1.C.de ſent.quæ ſine certa quant.*
profat. Angel.in l.vbi autem, §.qui ſortem, nu.
*2.& 3.*etiam *Alexan.nu.2.& ſeq.Iaſ.ſub nu.*
3.ff.de verb.obligat.Imol.in l.fin.ſub num. 10.
ff. de re iudic. & latiſſimè idem *Imol. in l. ſi*
ſtipulatus,§.1.nu.5. & ſeq.ff.de verb.obligat.
Alciat.conſ.380. Curt.iun.conſ.132.ſub num.
4.& 5.Couarr.lib.3. var.reſolut. cap.18. Ri-
minald iun. conſ 52.ſub num.63. & 64.lib.1.
Anton. Gamba deciſ.110.ſub num.34. & 35.
Surd.in tract.de alim.tit.1.quæſt.45. nu.6.64.
& ſeq.Maſtrill.deciſ.16.nu.12.Tuſch.in verb.
mora,conc.374.nu.50.& 52.& alij. Qui om-
nes dicunt, quod teneatur actor facere,
quantum in ſe eſt,vt ſententia ſuum debi-
33 tum ſortiatur effectum, & ſuum creditum
exigat, aliàs, hoc non probato, quod per
ipſum non ſtetit, tamen conſequitur vſu-
ras,vt dicunt Doctores; quamuis hoc vlti-
mum ſit valdè rigoroſum,& ſatis eſt, vt ſit
remiſſum, prout maior pars dictorum Do-
ctorum tenet, & habetur in *d.§.ſocius*, qui
de ſolo intereſſe loquitur.

Dixi ſi culpa creditoris non fuit execu-
ta ſententia, quoniam ſi culpa debitoris
34 id euenerit, deberetur intereſſe, vt probãt
prædicti *DD.*& poſt alios explicat *Surdus*
*deciſ.262.*ſtota, quoniam tunc ceſſant om-
nes rationes allegatæ contra creditorem,
& culpa tribuitur debitori, qui non debet
ex ſua culpa, & malitioſa dilatione re-

por-

Digitized by Google

portare commodum, *cap. mora de regul. iur. in 6.* cum vulgatis alijs.

Concluſio tantò magis locum habet, ſi actor patiatur labi inſtanciam, infrà quam ex forma ſtatuti; vel ex diſpoſitione iuris communis debet exequi ſententia, qua peremptà inſtantia, ſentẽtia prima remanet nulla, & opus eſt ſententia confirmatoria, & ſic agitur ex confirmante ſententia; non autem ex prima, quia non poteſt retro trahi talis ſententia in præiudicium
35 iuris acquiſiti tertiæ perſonæ, vt probatur ex doctrina *Caſtrenſ. in conſ. 248 ſub nu. 4. verſ. illud autem conſtat, lib. 2. Bart. in l. eos, ſub num. 10. & 11. C. de appellat. Bald. in l. ex placito, ſub num. 15. C. de rer. permut. Iaſ. in l. more maiorum, num. 31. ff. de iuriſdict. omn. iud. Rebuff. in tract. de fruct. & eorum reſtitut. num. 39. lib. 3.* quoniam perempta inſtentia, fructus non debentur, niſi de nouo lis inchoatur, & de hac materia peremptionis inſtantiæ, dixi *tom. 2. conſ. 19. & 47.* vbi videri poteſt.

Quinta concluſio, intereſſe lucri ceſſantis debetur à die petitionis exequendi in-
36 ſtantiam, abſentiam; ſi reus non habeat iuſtam cauſam contradicendi, nè ſententia exequatur; prima pars concluſionis eſt inconfeſſò apud omnes, & patet ex dictis, quia tunc liquidata eſt ſumma, & reus cõſtituitur in mora, & in mala fide, ſi non ſoluit, & ideò tenetur etiam ad intereſſe conueniens. Igitur tota difficultas eſt in probatione ſecundæ partis, quàm in ſpe-
37 cie probant *Ioannes de Anania conſil. 5.* vbi loquitur etiam ſi ſententia ſit inualida ex inepto modo procedendi, probat etiam *Roman. conſ. 204. in fin. Cephal. conſil. conſ. 707. num. 34. lib. 3. Tuſch. in ſuis concluſ. in verb. mora concluſ. 376 nu. 58. Menoch. conſ. 1027. num. 9. & 10. lib. 11.* Probant concluſionem ea ratione; quia quælibet iuſta cauſa litigandi, (ſiuè in carentia actionis; ſiuè in alia legitima cauſa) excuſat reum à mora, & proindè ceſſante mora; non debetur intereſſe niſi de nouo iudicetur per Iudicem deberi; quia declaratione non facta per Iudicem reus non eſt in mora, & ſic intereſſe non debetur; & ità communiter practicari ſolet.

SVMMARIVM.

1 *Dominus verè an, & quando dicatur, & nu. 38.*
2 *Nominatus ab eo, qui habet poteſtatem nominandi cenſetur nominatus ab eo, qui poteſtatem conceſſit, ſicut in Procuratore.*
3 *Statutum poteſt introducere, vt alius pro alio ſtipuletur.*
4 *Actus ſequens præſumitur factus in executionem actus præcedentis.*
6 *Procurator ſciens mandatum habere, non expreſſo nomine mandantis cenſetur procuratorio nomine emiſſe.*
7 *Actiones quærũtur domino per Procuratorem ementem eius nomine, & qualiter declaratur, & quando ſibi acquirat, & illarum exercitium Procurator.*
9 *Dominus dicitũr qui habet præminẽtiã, & iuriſdictionem, & creat aſſeſſores, & alios Officiales, quod eſt de regalibus, & gratias facere.*
10 *Dominium directum eſt penès Regẽ, ſed vtile penès feudatarium, & quando erit potentior.*
11 *Mandatum habens ad emendum illud ſuſcipiendo, tenetur ad reſtitutionem rei emptæ.*
12 *Nominatus adhuc dominus dicitur, & per Procuratorẽ acquirit poſſeſſionẽ.*
13 *Duo domini inſolidum an, & quando eſſe poſſunt.*
14 *Procurator conſideratur à perſonà conſtituentis, & reputatur pro vna perſona cum domino.*
15 *Procurator emendo, an fiat dominus feudi, & quare.*
16 *Procurator conſtitutus ad emendum terram pro alio vigore clauſularum oppoſitarum quæ ei coherent.*
17 *Clauſula cõſtituens Procuratorem in rem propriam, quid in ſe continet.*
18 *Clauſula ponens in locum ſuum quid operetur.*
19 *Clauſula cum libera poteſtate, quid operetur.*
20 *Reſeruatio dominij facta per Procuratorem ementẽ nomine domini quid operetur.*

QVAESTIONE XXIII.

SI attendamus nouam formam in Regno adinuentam, emendi feuda ab exteris per interpoſitam perſonam Regnicolam præcedentem mandato ſpeciali, aut nominatione

natione facta ab habente poteſtatem no-
minandi aliquem emptorem feudi, cuius
vigore ipſa interpoſita perſona feudum
emit de propria pecunia conſtituentis,
ſeù mandantis, & in poſſeſſionem immiſ-
ſa fuerit informa, accedente quoque regio
aſſenſu, & è conuerſo ante contractus
emptionis celebrationem pro cautela
emptoris principalis mandantis præfata
perſona interpoſita, eidem mandanti om-
nem iuriſdictionem, ac iurium dominica-
lium exercitium remittendo, ac etiam
promictendo feudum ad omne ipſius li-
bitum vendere, & de eo diſponere in for-
ma ſe tollendo de medio nulli dubium
erit quia ipſemet conſtituens, ſeù man-
dans verè, & propriè dominus dicatur in
effectu, & conſequenter emptor ipſe in-
termedius non aliter dominus, ſed abu-
ſiuus nuncupari debeat ex ſequentibus
rationibus demonſtrabitur: præſuppoſita
prius facti ſerie in emptione Terræ facta
per nominatum à Procuratore cum tali
facultate nominandi, ad emendã Terram
prædictam conſtituto à principali man-
dante per interpoſitam perſonam nomi-
nati, qui poſt contractum emptionis Ter-
ræ prædictæ celebratum ipſius Terræ poſ-
ſeſſionem nactus fuit, præuio regio aſſen-
ſu ex quibus videtur dominus conſtitutus
tùm reſpectu emptionis ſecum ſtipulatæ
tacito nomine conſtituentis, tùm etiam
1 reſpectu poſſeſſionis captę adeò quod verè
dominus dici potuerit; dùm rem poſſidet
poſt *Paul. de Caſtr. in l. ſi is ad quem num. 4.
ff. de acquir. hered. & in l. cum res, num.
13. C. de procur. Natta conſil. 150. nu. 1.*
Nihilominùs inſpecta ante omnia nomi-
natione facta à dicto Procuratore ſubſe-
quitur, quod nominatus ab eo, qui habet
2 poteſtatem nominandi cenſetur ab eo no-
minatus, qui poteſtatem conceſſit, *Precc.
de ſubfeud. lib. 2. quæſt. 33. num 3.* & ideò
actera tali conſuetudine emendi feuda
abſque dubio Procurator cenſetur habe-
re mandatum ad ea faciendum, quæ ſunt
3 ex conſuetudine, *Surd. deciſ. 213. num. 4.*
nam ſtatuto, vel conſuetudine introduci
poteſt, vt alius pro alio ſtipuletur, & lex
id facere poteſt, *Tiraq de iure conſtit. 3. par.
limit. 30. nu. 46. & 47.* & conſequenter qui-
libet ab eo procedens, nam omnia noſtra
facimus quibus inpartitur auctoritas.
Quo circa per exiſtentiam mandati procu-
ratorij ad talem rem emendam per inter-
poſitam perſonam nominandam ab ipſo
procuratore iam nominatã, & indè emen-
4 tem feudum prædictum infertur, quod
actus ſequens præſumitur factus in exe-
cutionem præcedentis tractatus, *Menoch.
de præſumpt. lib 3. præſump. 49. num. 3.* ſic-
que nomine conſtituentis emptionem fie-
ri præſumitur, quemadmodum Procura-
5 tor ad contrahendum conſtitutus nomi-
ne conſtituentis contrahere præſumitur,
vt ibidem *Menoch. num. 3.* probat, & multa
ad propoſitum deduxit, & eo maximè ſi
præceſſerit mandatum ad emendum,
Surdus deciſ. 325. num. 8. cum alijs recol-
lectis per *Carroc. deciſ. 113. num. 17.* quo
caſu Procurator ſi ſciuerit mandatum
6 habere non aliter expreſſo nomine man-
dantis, cenſetur procuratorio nomine
emiſſe, neque contra hoc eius iuramen-
tum admicteretur, ita ex *Menoch. lib. 1. ſpræ-
ſumpt. 77. num. 4.* firmat *Ripol. variar.
reſolut, cap. 11. num. 19. Cancer. var. re-
ſol. par. 2. cap. 14. num. 4.* cum certum
ſit in iure, quod Procurator cenſetur con-
trahere, vt Procuratoe quamuis non di-
cat ſi præceſſerit mandatum, *Surdus conſil.
19. num. 24. volum. 1.* & amplius ſi de pecu-
nia dominus Procurator rem emiſſet, quo-
niam ipſius domini efficeretur ex addu-
ctis in notabili *Conſil. Alduin. 77.* vbi plu-
7 ca congeſſit, quo fit, vt per talem emptio-
nem factam à Procuratore, ſiuè per eum
nominatum vtiles actiones ipſi domino
quærantur *Cancer. dict. part. 2. cap. 14.
num. 204.* poſt *Caſtrenſ. in l. qui Procu-
rator num. 23. & 24. ff. de procur.* vbi
expreſsè dixit, quod Procurator meus ſi
emat nomine meo acquirit mihi actio-
nem vtilem ſine ceſſione ante traditio-
nem rei, & etiam de euictione, quod etiam
aſſequitur ibidem *Aldoin. num. 9.* licet ipſi
Procuratori in contractibus vltrà citro-
que obligatorijs acquiratur actio directa,
*Hieronym. Gabriel. conſil. 71. num. 14.
vol. 1.* actamen quando ipſe contrahit no-
mine alieno, & ſi ſibi acquirat directam
actionem, non poteſt tamen agere, quia
non ad ſui vtilitatem contraxit, *Magon.
deciſ. Luccenſ. 34. num. 2. 6. 7. & 9.*

Et tamen exercitium ipſarũ, ac iurium
dominicalium per eundem nominatum
emptorem retroceſſarum in priori reco-
gnitione facta in creando Magiſtratus,
gratias faciendo compoſitiones, & ſi-
milia, quæ conueniunt vero domino feu-
di, verè dominus conſtituens conſtitutus
videtur, & non emptor eius nomine, eo-
que præſuppoſito fundamento, dùm iuriſ-
dictio penès ipſum perſiſtit ex dicta reco-
gnitione facta per emptorem certum eſt
8 quod dominus dicitur qui habet merum,
& mi-

& mixtum Imperium temporale, *Angel.*
conſil. 275. & proprius proprie dominus
9 dicitur habens præeminentiam, & iuriſ-
dictionem ſuper habitantes in terra ex
Bart.in l.cum exhibuiſſet, §.1.ff. de pu-
bl. & vectigal. & Gregorio Lopez pro-
bat Andri Khinch.de iure territorij
Rub.de ind. iuriſdict. cap.5. num.155.
ſimiliter dominus locorum ſunt Iudices
in loco *Alb. Brun.conſ.*139. *volum.*2. vndè
dominus caſtri creat aſſeſſorem *Frecc.dict.*
*tract.lib.*3.*indiff feud. quatern.nu.*38. & alios
Officiales cum ſit de regalibus ipſorum
creatio *Maſtrill. de Magiſtr. lib.*1. *cap.*
22.nu.37.& lib.4.cap.17. num.42. 43.
& 62.

Pariterque domini locorum poſſunt
gratias facere, vel componere pro deli-
delictis ex pœnis, *Alber.Brun,conſ.*194.*vol.*
*Capibl.in pragm.6.de Baron.*quamque
10 dominium directum feudorum ſit penès
feudatarium, vt probat *Petr. de Gregor.*
de conceſſ. feud. part. 7. *numer.* 12.
vtilis dominus eſt principalis perſona,
Paris de re integrat.feud.cap.Nunc videndum
num.9.fol.156.Capibl.in prag.8. num.
168.*de Baron.* Sicque dominium vtile po-
tentius eſt directo quoad iuriſdictionem
conceſſam,& eius comoda ex *Crauett. &*
Raudenſ. probat *Andr. Xhinch. eodem*
tract.tit.de reſt.pact.par.2.cap.1.nu.32.
& præfertur directo, *Frecc. dict. tract.*
lib.2.quaeſt.4.num.12. Capibl.in prag.
8.part.1. num. 168. de Baron. quanto
magis præferri debeat dominus ipſe, no-
minato ementi qui nullam iuriſdictionem
neque eiuſdem exercitium habet. Immò
ad reſtitutionem rei emptæ tenetur poſt-
11 quam qui mandatum ad emendum, ſu-
ſcipit tenetur ſi emit illam domino reſti-
tuere, *Surd.deciſ.*304. *num.* 11. *Gra-*
tian.diſcept. forenſ. cap.612.num.9. &
tandem ſi dominus alicuius rei dici po-
terit, licet non poſſit de ea liberè diſpone-
re, *Soccim.iun.conſ.68. num.19. volu.4.*
quantò magis quando de ea diſponere
ad ſui libitum poterit iuxta facultatem
ſibi retroceſſam ab emptore ob quod verè
dominus nuncupari cernitur, & licet ipſe
nominatus in quadam poſſeſſione, ſiuè
12 potiùs tenuta reperiatur, eſt certum, quod
adhùc dominus per Procuratorem poſſeſ-
ſionem acquirit, *l.1.§. per Procurato-*
rem,ff.de acquir.poſſeſſ. Tiraqu.d.tract.
part.2.ampl.26. num.3. nam emiſſe is
præſumitur per interpoſitam perſonam
qui deindè reperitur poſſidere, & fructus
percipere, *Menoch.lib.6.præſumpt* 35. *nu.*24.
13 Nec deinùm prædictis obſtare videtur
regula illa vulgata, quod duo domini in-
ſolidum eiuſdem rei eſſe non poſſunt, *l. ſi*
vt certo, §. ſi duo, ff. de mod. Caſt.in l. ſi vnus,
nu.3.ff.de ſeruit. ruſt.præd. Menoch.lib.4.præ-
*ſump.173.nu.3.Farinac.deciſ.ciuil.*520. *nu.*3.
*tom.*2. quod tam reſpectu dominij directi,
quam vtilis procedere nõ ambigitur, *And.*
Khinc.d. tit. cap.6. nu.252. ex Andr.in cap.1.
de cap.Conrad.nu.10.& ind.tract.de reſt.pact.
par.2.cap.1.nu. 34.
14 Ex quo vltrà, quod Procuratoris perſo-
na à perſona conſtituentis conſideratur,
*Magon.deciſ.Lucenſ.*71 *nu.*4. & Procurator
reputatur perſona domini, & repreſentat
dominum, *Surd.conſ.99 n.*23. Nihilominùs
duo domini poſſunt eſſe vnius rei diuerſis
reſpectibus, *Caſtrẽſ.in l.ſi hæredis,nu.*
3.ff.de leg.1.Ioan.de Amic. conſ.20.nu.
25. Taliter quod Procurator emendo non
15 fit dominus; quoniam dominus feudi
non fit ex ſolo titulo emptionis, *Frecc.d.*
tract.lib.29.14.num.4. ſed concurren-
tibus alijs circunſtantijs ad verè domi-
num feudi pertinentibus, quæ in caſu no-
ſtro reſident apud ipſum conſtituentem,
non autem apud nominantem ex quibus
optimè reſoluitur vere dominum eſſe ip-
ſum conſtituentem penès quam iura do-
minicalia exercentur in effectu, non aliter
ipſum nominantem vti abuſiuum, ſaluo,
&c. & tandem pro coronide ad corro-
borationem præmiſſorum pro verifica-
tione dominij exiſtentis penès ipſum
mandantem, vt ponderentur verba man-
dati procuratorij facti in eius beneficium
per dictum emptorem, & nominatum ex
quibus tutiſſimè liquebit dominium di-
16 ctæ terræ in ipſum procuratorem in rem
propriam cum omnibus clauſulis ſolitis
appoſitis conſtitutum patet, ſed etiam
ſuos hæredes, & Vicarius nuncupatur ille,
qui habet iuriſdictionem ordinariam *Pa-*
ris de reintegr. feud. cap. An Vicarius
num. 1. *& ſub num.* 3. quod merum
Imperium tranſit in Vicarium, & illa po-
teſtas quæ dominus, ergo dominus conſtitu-
tus videtur, quantum verò ad poteſtatem
procuratoriam ex clauſulis ampliſſimis ni
fallor etiam dominum conſtitutum eſſe
comperitur ex tranſlatione poſſeſſionis
dominij, & actionum, & primo reſpectu
17 clauſulæ illæ conſtitutionis procuratoris
in rem propriam ex qua oritur, quod Pro-
ratore conſtituto in rem propriam dice-
tur transferri dominium, *Marta in vot.*
109. *num.9. ex Menoch. conſ.*201. *ſiuè*

Digitized by Google

36 *num.*38. iuxtà mentem *Barboſę in tract. de clauſul. in clauſula* 32. *in principio*, quo fit vt talis Procurator in rem ſuam poterit facere quod poſſit alius, qui habet ſpeciale mandatum, ita *Mandell. conſil.* 226. *num.*2. *conſil.* 406. *num.*6. *conſil.*415. *num.*8. ſubſequitur alia clauſula pones in locum
18 ſuum eſt, cuius ſiquidę clauſulæ natura, eſt transferendi omnia etiam quæ aliter non venirent, exemplum eſt in reſeruatis Principis, ita ex *Felin. & Alber* notat *Coſta de clauſulis vlt. part* 2. *clauſ.*14. *num.*1. *Mandell. conſil.* 188. *num.* 8 Importat pariter ceſſionem iurium, & translationem actionum, *Marta de clauſ. par.* 1. *clauſ.* 91. *nu.*1. adeò quod licet actiones ſint infixe oſſibus cedentis, attamen quando cedens poſuit aliquem in locum ſuum ille directè actiones remanent apud cedentem inutiles, & perindè habentur, ac ſi non extarent & conſequenter nullæ reliquæ remanent probat *Marta deciſ.* 14. *ſub num.* 9. ita vt exercituum illarum translatum inceſſionarium eſſe oſtendit.

Et potiſſimum in feudalibus talis clauſula vim habet corporalis poſſeſſionis, & traditionis in inueſtitura *Reg. Lanar. conſ.* 25. *nu.*9.

19 Subſequitur altera clauſula cū poteſtate, quæ equipollet alteri clauſula dans poteſtatem exercendi ea quæ probat ipſe conſtituens, ita ex *Gem. & Grau. tract. Marta dict. tract. de clauſ. par.* 1. *clauſ.*26. & per hæc verba adminiſtrator, ſeù procurator conſtitutus poteſt ea omnia, quæ principalis, *Coſta de clauſ. in clauſ.* 61. *num.*1. vbi *num.*2. ſubdit quod ipſa transfert in procuratorem omnem principalis poteſtatem.

20 Nec obſtat illa reſeruatio dominij facta per ipſum, donec illud penès ipſum reperiretur, poſtquam talis reſeruatio dominij fuit facta ante contractus celebrationem, & prius contractus iudicatur quamuis translatum non ſit dominium, vt probat *Coſta dict. tract. clauſ.*9. *num.*2. ſed poſt modum ſubſecuto contractu, & ſoluto pretio cenſetur reſoluta talis reſeruatio per dictam ceſſionem procurationem, & conſtitutionem Vicariatus.

Ponderāda erit dictio illa Vicarij, procuratori irreuocabili, etenim procurator in rem ſuam reuocarj non poteſt, *Gozad. conſil.*3. *num.*9. & dum reuocari poteſt reſtat dominus verè conſtitutus dictæ Terræ, & conſequenter ciuis illius, dominus, enim dùm ciuis ſicut Rector, & *Abbas* item pater terræ, & prior Ciuitatis, *Reg. de Ponte conſ.*7. *nu.*24. hæc ſuæfficiunt pro veritate articuli.

S V M M R I V M.

1 *Actio primaua an intentari poſſit ſequuta euictione potiſſimum in contractibus emptionū, & venditionum annuorum introituum nu.*2.

2 *Creditor tenetur probare, quod dans ei bona inſolutum, ſit re vera eius debitor, & validè obligatus.*

3 *Periculum debitoris ceſſi, ſeù inſolutum dati creditori, ſi non ſit ſoluendus cuius ſit.*

4 *Creditor anterior, an poſſit reuocare dationem inſolutum factam à ſuo debitore creditori poſteriori.*

5 *Creditor poſterior, an redire poſſit ad primaua iura, reuocata datione inſolutum à creditore anteriore, & traditur cautela nu.*6. *& affirmatiua ſententia diſſeritur nu.*7.

8 *Actione primaua agi pōt ſequuta euictione quando datur genus pro genere, vt puta pecunia, & quid quando datur genus pro ſpecie, nu.*9. *& quando datur ſpecies pro ſpetie num.*10. *& quando datur ſpecies pro genere nu.* 11. *& ibi declarantur iura inuicem contraria.*

12 *Agi an poſſit contra fideiuſſorem primi contractus, ſi debitor ſit liberatus per dationem inſolutum ſequuta euictione.*

13 *Maritus fauore dotis, reddit ad primaua iura in ſatisfactionem dotis, & iurium dotalium, ſi receperit aliqua*

bona

Digitized by Google

bona inſolutum ſubſequuta euictione illorum, quod limitatur ſi culpa viri aliqui contingiſſet num.14.quod limitatur quando debitor efficeretur non ſoluendo nu.15.

16 *Agi an poſſit actione primæua in permutatione cōtra tertium poſſeſſorem.*

17 *Contractus reſcindi, an poſſit in permutatione, rerum feudalium, & agi primaua iura ob aſſenſus defectum, & quid in rebus burgenſaticis nu.18*

19 *Permutatio non contrahitur dando rem alienam, niſi alius dominus fiat.*

20 *Iura primaua ſemper reuiuiſcunt, nec ſunt confuſa quoties alius non efficitur dominus irreuocabiliter bonorum, & quid ſi habuiſſet iura ex alia cauſa nu.21.*

22 *Diuiſione inter fratres habita, & vnus habuerit fundum pro quo promiſerit alter frater, certam quantitatem ſoluere pro parte ad ſe ſpectante, & ſubſequuta euictione, an frater ſoluens teneatur illam reſtituere, & ille qui dedit recuperare ius ſuum.*

QVAESTIONE XXIV.

VIgeſimoquarto quæro, An ſecuta
euictione, poſſit intentari primæ-
1 ua actio? Hæc quæſtio poteſt qua-
drupliciter examinari. Primò in
emptione, & venditione. Secundò
in datione inſolutum. Tertiò in do-
te. Et Quartò in permutatione, &
his omnibus hic breuiter diſcutietur.

In primo caſu non videtur hoc
neceſſarium, niſi quando aliquis eſſet
creditor alterius ex vna cauſa, nem-
pè, ex cauſa mutui, vel ex pecunia
data alicui ad metam, ſeù *alla voce*,
& poſtea ex pacto emat aliqua bo-
na ſui debitoris, ſeù aliquos annuos
2 introitus, vt dixi in hac eadem *par.
quæſt.* 12. An ſi hi annui introitus,
vel bona empta euincantur ab ali-
quo, poſſit creditor redire ad primæ-
ua iura? & quoniam eadem eſt ratio
in emptione, & venditione, quæ eſt
in datione inſolutum quæ in effectu
non differt à venditione: & ideò
quod in vno ipſorum dicitur, habet
etiam locum in altero, *l. eleganter, ff. de pignorat. act. l. ſi prædium, C. de euict.* latiſſimè *Andr. Tiraquell. de retract. conſanguin.* §.1. *gloſa* 14. *num.*3. *Menoch. conſ.*946. *num.* 7. *volum.*10. *Surdus conſil.* 531. *num.*3. *conſil.* 572. *num.*43. *volum.*4. & *deciſ.*248. *num.*3. *Peregrin. in deciſione* Patau. 89. & alij paſſim, & proindè quæ dicuntur de datione inſolutum, habent etiam locum in emptione, & venditione.

Igitur in datione inſolutum dico
Primò vt ſi valida, tenetur creditor
2 probare, quod dans ei bona inſolu-
tum, ſit re vera eius debitor, & validè
obligatus ad ei ſoluendum illam quā-
titatem, *l. ſi nomen, vbi omnes, C. de hæred. vel action. vendit. Ioann. Andr. Bald. Caſtr. Alexan.* & alij plures, quos probat *Surd. conſ.*441. *num.*7. & *ſeqq.* & *conſ.*452. *num.*14. *vol.*3. & ratio eſt euidens, quia vnuſquiſq; tenetur probare fundamentum ſuæ intentionis, vt eſt axioma vulgatum, quod tanto magis procedit in hoc caſu, ne fiat aliqua fraus, vel circumuentio in præiudicium aliorum creditorum, & etiam ne creditor cogatur probare eius debitorem eſſe locupletem, vt poſſit alijs ſuis creditoribus ſatisfacere, & ſic ſatis eſt, quod probet illum eſſe ſuū verū debitorē, quia ſic ceſſat omnis fraus.

Dico ſecūdò ſi debitor, ceſſus, ſiuè
inſolutum datus creditori, non ſit ſol-
3 uēdo, periculū eſt eiuſdem creditoris,
qui talem debitorē non ſoluendo re-
cipit, & ideò ſibi imputandum eſt, ità *Paul. de Caſtr. in l. pupill.* §. *ſi ſoror. ff. de ſolut.* tenent ēt *Bald. Imol. Alex.* & alij, quos probat *Surd. d. conſ.*452. *nu.*15. Sed debet eſſe trāslatum dominium, aliàs ſecùs, vt dixi ſupra *de pignor. & hypoth. q.* 32. §. *in alijs autem caſibus*, & ad ibi dicta me refero.

4 Dico tertio creditorem anteriorem
poſſe reuocare dationem inſolutū fa-
ctam à ſuo debitore creditori, quia creditor anterior habet potiora, & anteriora, iura, *l. fin. C. quand. fiſc. vel priuat. gloſ. in l. ſi non expediat*, §.1. *ff. de bon. auctor. iud. poſſid. Ioann. Andr.*

Bald. Angel. & alij penès *Afflict.* & eius addentes *deciſ.* 16. *Capyc. deciſ.* 43. *Surd. conſ.* 436. *nu.* 10. *cum ſeqq. vol.* 3. Et hoc ſciunt omnes.

Cùm igitur hæc ſint clara, ſola controuerſia eſt, ſi quando eſt ſecuta euictio, quia nempè, creditor anterior reuocauit dationem inſolùtum, poſſit creditor poſterior redire ad primæua iura; etiam negatiuam ſententiam tuentur *DD.* quia prædictus creditor tenetur agere vigore ſecundi contractus, & ſic actione vtili ex empto, ratione euictionis ſecuta, *d. l. eleganter in princip.* vbi *Bart. Bald. Caſtrenſ.* Caſtrenſ. & alij, *l. ſi prædium*, vbi omnes, C. *de euiction. gloſ. in l. libera quidem Theodora*, C. *de ſentent. & inter locution. omnium Iud. de Ponte conſ.* 92. *volum.* 2. *de Franchis deciſ.* 50. *Tiraquell.* & alij penès *Tuſch. in verb. datio inſolutum concluſ.* 123. *num.* 15. *& ſeqq. Surd. conſ.* 145. *per totum, & in ſpecie num.* 14. *cum ſeqq. volum.* 1. Et ratio eſt ſecundum omnes, quia illa datio inſolutum reſoluit primæuos contractos, & extinguit omnia iura creditoris, dùm ille recipiendo dationem inſolutum ſatisfactionem ſui crediti habuit, & ſic, ſatisfactione recepta, liberauit alia bona debitoris; & propriam hypothecam voluntariè remiſit, & proindè ad eam non habet amplius regreſſum, etiam ex defectu adimplementi eiuſdem debitoris, *l. ſicut. §. illud*, vbi *Bart. ff. quibus modis pign. vel hypoth. ſolu.* latiſſimè *Neguſant in tract. de pign. membr.* 3. *par.* 10. *nu.* 7. *de Pont. d. conſ.* 92. *ſub nu.* 5. Et in fine Conſilij ſic deciſum refert, hoc tñ ca-
6 ſu excepto, nẽpè ſi creditor ſibi reſeruaſſet in ſpecie priora, & hypothecas, vt notat idẽ *de Franch. d. dec.* 50. *nu.* 7. *Surd. d. conſ.* 145. *ſub. nu.* 10. *gl. in d. l. libera quidem Theodora*, vbi *Bart. nu.* 2. vt alios omittam, & ſucceſſiuè idem videtur in emptione, & venditione.

Verùm aliqui tenent in diſtinctè, q̃ poſſit creditor redire ad primęua iura,
7 ſecuta prędicta euictione, ita poſt alios *Merot. in tr. de ſecundo creditore offerente nu.* 33. *& ſeqq.* *Maſtrill. dec.* 34. *n.* 3. *Maſtrill.* citat quos DD. qui hoc nõ dicunt; nam citat *Surd. conſ.* 7. qui hoc non dicat, citat *Afflict. deciſ.* 8. *&* 16. *Capyc. deciſ.* 43. qui nec etiam hoc dicunt, ſed ſolùm loquuntur quãdo creditor emit à debitore, & creditores priores reuocant, quod tunc creditor poſterior non dicitur amiſiſſe ſuam hypothecam, & excipiendo poteſt ſe tueri, itaque totaliter non faciunt ad caſum, & proindè ſunt diſtinguẽdi aliqui caſus, quos reaſſumit *Surd. d. conſ.* 145. *nu.* 34. Primus caſus eſt, quando
8 ſoluitur genus pro genere, nempè pecunia: quo caſu ſi euictio non fuerit promiſſa, agitur primitiua actione, quę non eſt extincta, & hoc procedit, tàm ſi ab initio pecunia nõ fuerit facta accipientis, quàm ſi ex poſt facto deſinat eſſe apud eum ſic ẽt ſi euenit ex defectu domini, ſiue per hypothecã actionẽ, vt eſt *tex. in l. deferre, §. fin. iuncta l. l. ſeq. ff. de iur. fiſc.* Et oẽs infrà citandi hoc docet, præcipuè *Ann. conſ.* 2. *n.* 12. vbi loquitur de datione inſolutũ, & rõ eſt ſm̃ *Bal. in l. liber. quidẽ Theodor. n.* 6. *C. de ſent. & interloc. omn. iudic.* quia tunc nõ inducitur nouus cõtractus, ex cuius natura oriretur euictio, ex quo dominiũ pecunia nõ fuit trãslatum, & creditor remaneret deluſus, & in dãno dum nulla alia actione, nec alio iuris remedio eſſet ei conſultum, & in hoc, vt dixi cõueniũt *DD.* quorum aliquo infra citabo.

Secundus caſus eſt, qñ datur genus pro ſpecie, vt pecunia pro prædio, & ſic de alijs, vt dixi ſup. & tunc ſi genus
9 illud euincatur, nõ liberatur debitor, & ſic remanet prima actio, quia genus prædictũ fieri debet accipiẽtis, ſic probat *tex. in l. qui concubinã, §. ſi hæres ff. de legat.* 3. vbi ſi legatus ſeruus in genere, & hæres dedit ſeruum legatario; ſi ſeruus fuerit euictus, legatarius agit iterum contra hæredẽ primæua actione ex teſtamento, & reddit textus rationem, quia non videtur datus ſeruus, quem legataris habere nõ poteſt.

Tertius caſus eſt qñ datur ſpecies pro ſpecie, & tũ remanet etiã primæ-
10 ua actio, quę cõ fuit ſublata, dũ ſpecies non

non fuit facta accipientis. Sic probat *text. in l. ſi quis aliam, & in l. ſi rem, ff. de euiction. d. l. libera quedem Theodora.* Vbi *Oddofred. ſub num. 1. verſ. vnde hic nota, Bart. num. 2. verſ. dat gloſ. aliam ſolutionem, Bal. num. 1. & ſeqq. Surd. dicto num. 34. Tuſcus dicta concluſ. 23. num. 18. & concluſ. 24. num. 1. cum ſeqq.* & ita procedit opinio *Marotij*, ac *Maſtrilli*, quos citaui. Et in prædictis tribus caſibus militat ratio citata in primo caſu, quia tunc datio inſolutum non eſt ſimilis emptioni, & venditioni, ex quo dictarum rerum non fuit translatum dominium in accipientem & ſic potius eſt ſimilis permutationi, ſiue contractui innominato, Do, vt des, & ſucceſſiuè non dicitur fieri nouus contractus, nec dicitur receſſum à prima obligatione, niſi ſpecies, ſiuè genus fiat accipientis; qui caſus ſunt notandi, dum fiunt dationes inſolutum, vt videatur non eſſe receſſum à prima obligatione, vt vltra prædictos probant *Boer. deciſ. 337. Caballin. milleloq. 653. & Rebuff. penes Topat. variar. iur. ſententiar. titulo 416. de dation. inſolut. cap. 6. & cap. 9. §. fallit quando.*

11 Quartus denique eſt caſus, quando datur ſpecies pro genere, & in hoc caſu fit diſtinctio, quod ſi genus non conſiſtit in pecunia, ſed in alio genere, vt eſt dictum in ſecundo caſu, & tunc ageretur ex primæua actione, quia hic caſus coincidit cum ſecũdo quando datur genus pro ſpecie, *dicta l. qui concubinam, §. ſi hæres*, ex quo procederent omnes rationes deſuper cumulatæ. Si verò genus conſiſteret in pecunia, & tunc extinquitur prima actio, & agitur ex ſecundo contractu, & ſic procedunt *textus in l. eleganter in principio, ff. de pignor. action. d. l. ſi prædium, C. de euiction.* cum alijs cumulatis ſupra in ſecundo dicto, & poſt alios *Tuſch. dicta concluſ. 23. num. 15. & concluſ. 24. Surd. dicto conſ. 145. num. 37.* vbi alios citat; quia in hoc caſu, quando ſpecies, vel quid aliud datur pro pecunia, datio inſolutum iudicatur, at ſi eſſet emptio, & venditio, & in hoc procedit æquiparatio, vt quod iudicatur de vno, habeat locum in alio, & ideò ſicut in emptione, & venditione tenetur quis ad dandum, & ſic ad transferendum dominium, ſed ſolum ad tradendum; quo fit, vt ſecuta traditione, fit effectus nouus contractus, & debitor ſit liberatus; vnde dum res euincitur, non agitur ex primæua actione, ſed ex nouo contractu, & ita procedunt DD. & deciſiones citatæ *num.*

Eſt tamen controuerſia, ſi debitor ſit liberatus per dationem inſolutum, iuxta ſu-
12 perius explicata, ſi tunc ſequatur euictio, an poſſit agi contra fideiuſſorem primi cõtractus, etiam partem affirmatiuam tuetur *Mantic. in tract. de tacit. & ambigu. conuention. lib. 10. tit. 20. num. 24.* & citat *Bart. in l. debitor in princ. ff. ad Trebell. Puteum deciſ. 450. lib. 1. Speculat. & Alexand.* ea ratione, quia fideiuſſor dicitur liberatus ex euentu, ſi, nempe, creditor cum effectu recipiat ſatiſfactionem; attamen contrarium probat *Surd. dicto conſ. 145. per tot.* vbi varijs modijs hoc probat, & citat *Speculat. in titul. de fideiuſſor. num. 20. Capoll. caut. 123. & ſub num. 20.* citat etiam *Bart. in l. ſi quis aliam, ff. de ſolut.* vbi dicit eſſe notandum, an ſint reſeruata primæua iura, & notandũ dicit propter fideiuſſores, qui dati fuerunt in priori obligatione, & non in ſecunda, & *Caſtrenſ.* ibi *num. 4.* hoc dicit ſingulare, probant, *Bero. conſ. 46. num. 10. vol. 1. Stracc. in tract. de aſſecurat. gloſ. 33. per tot.* quoniam ſi ſemel eſt ſublata actio, iam liberatus eſt debitor, & tantò magis fideiuſſor, qui per illum nouum cõtractum, & ſic per interuentum nouæ perſonæ ſatis remanſit liberatus.

In tertio caſu, nempe, fauore dotis, ſi maritus in ſatisfactionem dotis, & iurium do-
13 talium recipit aliqua bona inſolutum, tũc, ſecuta euictione illorum bonorum, reditur ad primæua iura fauore dotis, *l. qui res*, vbi *Bart.* & alijs communiter *ff. de ſolut. dicta l. qui prædium*, vbi *Bald. Salycet.* & alij, quos probat *de Pont. dicto conſ. 92. ſub num. 13. Tuſch. dicta concluſ. 23. nu. 16. dicto conſ. 145. ſub num. 32. Boer. deciſ. 337.* de quo meminit *Topat. num. 416. de dation. in ſolut. cap. 9. §. fallit quando*, poſt alios *Barboſ. in l. æſtimatis, ff. ſolut. matrim.*

Hoc tamen non habet locum, ſi marito poſſet aliqua culpa attribui in tali euictio-
14 ne, vel alio quouis modo tunc ſibi imputandum, nec redit ad primæua iura, ita *Rayner. de Forliu. in dicta l. qui res*, vbi *Bart. Angel. Alberic. Caſtrenſ.* & alij, quos probat *de Pont. d. num. 13. in princ. & in fin.* conſilij, ſic iam refert deciſum in Sacro Conſilio pro Duce Nuceriæ contra Marchionem Fuſcaldi.

15 Hoc tamen non procedit, quando debitor efficeretur non ſoluendo, quia (niſi datum eſſet viro æſtimatum, vt in eum ſit translatum dominium, quo ſolùm caſu, ſuũ eſt periculum,) tunc culpa viri adeſſe nequit, ex quo cogi nequit debitor ſoluere capitale, ob pactum de retrouendendo, reſpiciẽs debitoris commodum, & ſic periculum eſt vxoris, ac eius hæredum, *l. ſi nomen*, vbi omnes *de hered. vel. action. vend. Bart. Bald.* & alij, plures quos probat *Barboſa in §. l. æſtimatis num. 6. cum ſeqq.*

Ex his cerni poteſt, quod dicendum ſit in permutatione ſi permutata ſi res aliena,
16 quòd poteſt dupliciter agitari. Primò ſi detur actio contra tertium poſſeſſorem; & Secundò ſi ego permutaſſem domum meã

cum

cum prædio tuo; & prædium tuum eſſet à
me euictum. In primo caſu clarum eſt, ne
detur rei vendicatio, ſi non interuenit ſpe-
cialis reſeruatio dominii, ſed ſolùm habeo
actionem ſtipulatu contra te ad reſcinden-
dum contractum; & ſic procedit *deciſio 34.
Vincent. de Franch. ex text. in l. cum precibus,
vbi gloſ. in verb. nullam, C. de rer. permutat.*
Et ideo cauti eſſe debẽt permutantes, reſer-
uando ſibi dominium, & hypothecam in
rebus, quas permutant, ſi ad inuicem, vel
parte vnius ſequeretur euictio.

17 In ſecundo caſu eſt tota controuerſia,
ſi debeat reſcindi contractus permutatio-
nis, & reuiuiſcant primæua iura. Si loqua-
mur in permutatione rerum feudalium fa-
cta ſinè regio aſſenſu; tunc quia non fuit
tranſlatum dominium ex defectu aſſenſus,
contractus eſt nullus, & ita declarandus eſt,
& data hinc inde reſtituuntur, vt latiùs pro
18 bat idem *de Franch. deciſ. 523.* Et hoc non
poteſt dubitari. Sola controuerſia eſt in re-
bus burgenſaticis; & opinio relata in pri-
mo caſu videtur tutior: At magnam vide-
tur habere contradictionem; quia de ſubſtã-
tia permutationis eſt, vt permutantes ad
ad inuicem fiant domini rerum permuta-
tarum. Itaque dans rem alienam nullam
contrahit permutationem; quia nunquam
vnus ex permutantibus fit dominus rei per
19 mutatæ, niſi alter quoque dominus fiat al-
terius rei permutatæ, vt eſt *text. ad literam
in l. 1. §. ideo Pedius ait, ff. de rer. permut. vbi in
§. vnde a res,* ſubditur, quòd dum res permu-
mutata euincitur; datur actio in factum, ſi-
uè præſcriptis verbis, vt qui rem illam ac-
cepit, cogatur eam reddere, quia dominiũ
in eum non fuit tranſlatum; quod etiam
habetur in *l. 1. 2. & in l. quoniam, C. de rer.
permut.* igitur ſi contractus reſcinditur, ſiuè
(vt rectius loquar) declaratur nullus; vtiq;
remanet dominus eiuſdem rei; & conſequẽ
ter poteſt auocari à tertijs poſſeſſoribus;
quia dum alienans non fuit dominus rei
alienatæ, eſt vulgatum axioma, vt plus iu-
ris non poſſit transferri in alium.

20 Confirmatur, quia in omni materia lo-
cum habent diſcuſſa in hac quæſtione, vt
quotiès aliquis non efficitur dominus ir-
reuocabiliter bonorum, dum ſequitur eui-
ctio, reuiuiſcunt primæua iura, nec ſunt a li-
quo modo confuſa, vt ſæpè replicatum eſt
ex *text. in d. l. ex ſexante, §. Latinus Largus in
fine, ff. de except. rei iudic. l. libera quædam.
Theodora, C. de ſentent. & interlocut. omn. iud.
vbi Bart. Bald.* & alij latiſſimè *Boer. dec. 112.
num. 12 et deciſ. 337. de Franch. deciſ. 523. nu.*
21. & alii plures.

21 Nec vrget, vt procedat motiuum, quo-
tiès habuiſſet iura ex alia cauſa, ſed non
procedat in reuiuiſcentia dominii, quòd
fuit tranſlatum in alium; & ſic detur ſolum
actio ex ſtipulatu, non autem rei vendica-
tio. Siquidem hoc eſt, quod negamus, do-
minium non fuiſſe tranſlatum, dum ipſe
non fuit effectus dominus rei permutatæ,
& conſequenter declarato nullo contractu
permutationis, recuperat bona ſua. Et hæc
opinio verior mihi videtur. & magnam
22 habet æquitatem. Et hoc eſt adeo verùm,
quòd ſi fratres ad inuicem diuiſiſſent ſibi
bona, & vnus habuerit aliquem fundum,
veluti maſſariam, & promiſerit alteri fratri
pro parte ad ipſum ſpectante de dicta maſ-
ſaria ſoluere certam pecuniarum quanti-
tatem, ſi maſſaria fuerit euicta; tenetur fra-
ter reſtituere pecuniam, & ille talis, qui il-
lam dedit, recuperat ius, quod habet ad di-
ctam partẽ maſſariæ, vt multis mediis pro-
bat *Conſil. de Anna conſ. 81. per totum*, qui in
eius diſcurſu Apologetico 2. *vol.* ſic refert e
deciſum die 18. Ianuarii 1598. referente
Conſiliario Tappia, de qua deciſione me-
minit *Io. Bapt. de Thoro in compend. deciſion.
Neap. in verb. promiſſio facta per fratrem.*

Digitized by Google

DE IN INTEGRVM RESTITVTIONE MINORVM.

PARS VLTIMA.

PRo complemento materiarum,conſuetudinum iſtarum, reſtat nunc tractare de reſtitutione in integrum, de qua poſt alios particulare volumen egit Sfortius, Oddus,plura etiam tractant Dom in Card.Tuſch.in ſuis concl.Iuris,à concl.276. vſq; ad concl.304 Ariſminus,Tepat.hoc tit.in ſuo lib.variar.iuris ſenten.& plures alij recentiores.Sed quaſi per compendium recolligemus aliqua pro ornatu huius vnicæ conſuetudinis.

Pupillus contrahens cum tutoris authoritate,non habet recurſum contra alium,niſi diſcuſſo tutore. Pupil.ruſticus,ſiue burgenſis petit abocatorem à platea quam malit.

CONSVETVDO VNIC.

PVpillus,qui vendidit,vel aliter contrahit cum tutoris authoritate,ſeu cum authoritate alicuius,dati ad ipſum contractum eidem pupillo per homines plateæ,ſeu tocci,in quo idem pupillus habitat;qui ſic datus ſecundùm vulgarem vſum loquendi Neapol.dicitur abocator , contra eum, cum quo contrahit, eiuſque hæredem, vel alium,habentem cauſam ab ipſo contrahente cum pupillo,recurſum,ſcilicet, non habet,niſi in ſubſidium,diſceſſo dicto tutore,ſiue abocatore; & eo non inuento ſoluendo,itaque per res,& bona ipſius tutoris, ſiue abocatoris non poſſit prouideri indemnitati pupilli;in eo enim,in quo non inuenitur ſoluendo tutor, vel abocator ad rem reſtrictam,& alienatam,pupillus habere poteſt recurſum;prout iura communia ei permittunt.Quæ dicta ſunt de abocatore habent locum in prædictis pupillis ciuibus, ſiue habitatoribus Ciuitatis Neap.pupillis verò ruſticus , ſeu in rure habitantibus,in contractibus abocator datur per homines illius plateæ, ſiue tocci Ciuitatis Neap. de qua platea,ſiue tocco volunt ipſi pupilli.

Datum Neap.per manus eiuſdem Batholomei de Capua, Militis, Logothetæ,& Protonotarij Regni Siciliæ,anno Domini 1306.die 20.Martij 4.indictionis,Regnorum noſtrum,anno 20.Fæliciter.Amen.

SVMMARIVM.

1 *Reſtituere quid ſit.*
2 *Reſtituere in integrum quid ſit.*
3 *Reſtitutio quid ſit,& ſit dupliciter nu.4.*
5 *Reſtitutio aliquando pro repoſitione in priſtinum ſtatum capitur.*
6 *Reſtitutio in integrum duplex eſt.*
7 *Reſtitutio Principis gratioſaque nam dicatur.*
8 *Reſtitutio quæ ordinario iure competit duplex eſt.*
9 *Reſtitutio quæ fit de iuſtitia eſt pinguis quàm illa quæ fit à Principe.*
10 *Reſtitutio quæ datur maioribus quæ nam ſit.*

QVAESTIONE I.

PRimo quæro quid ſit reſtitutio in integrum,& quotuplex? Vt autem hoc [illegible]

in integr. pend. probat *Oddus d. quæſt. 1. art. 6.*
num. 6. de qua ſuſpenſione dicetur infra
2 *quæſt. 8. & 13.* tamen differt primo in modo
procedendi cum appellatio proſequi de-
beat coram ſuperiori Iudice; reſtitutio ve-
ro etiam coram eodem Iudice, & æquali
proſequi poteſt, *l. profecti, ff. de minor.* & di-
3 cetur infra *quæſt. 5.* ſecundò quia in appel-
latione non admittuntur exceptiones dila-
toriæ, *l. ita demum, C. de procurat.* in reſtitu-
4 tione vero admittuntur. Tertiò differunt in
formatione libelli; nam in reſtitutione for-
mari debet, vt ſententia reſcindatur præ-
textu erroris eius, qui reſtitutionem petit;
appellatio vero reſpectu iniquitatis ipſius
iudicis, *l. profecti, ff. de minor. Bar.* & alij quos
probat *Oddus d. num. 64. & 65. & art. 9. &*
10. dicit quod hoc etiam modo differat re-
5 ſtitutio, à redactione ad arbitrium boni vi-
ri, vt per eum. Quarto differunt, quia in
multis caſibus non datur appellatio; datur
tamen reſtitutio, vt in poſſeſſorio, quando
agitur de magno præiudicio, vbi non da-
tur appellatio; datur tamen in integrum
reſtitutio, *Gloſ. & Doctores in l. vnica, C. ſi de*
moment. poſſeſſ. fuerit appellat. Oddus, Puteus,
Menochius, Marcobrun. & alij, quos probat
6 *Maſtrill. deciſ. 134.* tota præcipuè verò *n. 11*
& ſequen. ſic etiam in laudo, vbi non da-
tur appellatio; datur tamen reſtitutio, vt
alios proſequitur *Cardin. Tuſch. in verbo re-*
ſtitutio concluſ. 289. num. 1 & ſequen. vbi de
hac differentia alia refert exempla, vt per
7 eum. Et ideò pinguius eſt remedium reſti-
tutionis in integrum, quàm appellationis;
vel ſuppoſitionis, vt poſt alios etiam nouiſ
ſimè affirmat *Fontanell. de pact. nuptial. clau.*
4 Gloſ. 18. par. 1. num. 103 cum reſtitutio
impediat executionem ſententiæ; non ſic
tamen eſt appellatio; vel ſupplicatio, vt per
eum, de qua materia dicetur infrà *quæſt. 13.*

Illud tamen obiter ſecundum omnes no-
tandum eſt, quòd licet aliquando non de-
8 tur appellatio, vt eſt in ſententia Principis
à qua appellare non licet; datur tamen ap-
pellatio ab iniuſta relatione facta Principi
l. Imperatores, ff. de appellat. Gloſ. in l. 1. in
verb. prouocari oportet, ff. de appellat. Secun-
dò prædictus *Oddus dicta quæſt. 1. art. 8.* po-
nit aliquas differentias inter hanc reſtitu-
tionem, & ſuppoſitionem, ſed ſi loquamur
de ſupplicatione, vt eſt reſtitutio gratioſa
ex Principis indulgentia, illa differentia
eſt, quia gratioſa datur ex beneplacito Prin
cipis, vt dictum eſt, hæc vero datur iure
ordinario, vt dixi, ſi vero ſupplicatio ſuma-
9 tur pro appellatione, quia nempè multo-
tiès à ſententia non appellatur; ſed recla-
matur per viam ſupplicationis, vt à ſenten-
tia Principis, & Præfecti prætorio, iuxta
text. in auth. quæ ſupplicatio, C. de precib. Im-
per. offer. & pro vt ſeruatur in Sacro Noſtro
Conſilio Neap. vbi non appellatur à ſen-
tentia; ſed ſolum reclamatur per viam ſup-
plicationis, vt eſt ſtylus Notarius, & tractat
de eo *Vincent. de Franch. deciſ. 135.* & alibi, &
in hoc caſu ea differentia eſt, quæ eſt inter
appellationem, & hanc reſtitutionem; nam
10 reclamatio, ſeu ſupplicatio ſucceſſit loco
appellationis, & in hoc etiam conuenit
Oddus d. ar. 8. num. 71. & ſeqq. qui videri po-
teſt alias differentias; ſed in effectu hoc cō-
cludit; Qualiter autem differat ab indulgē-
tia, tradit ibidem *art. 8.* quod omitto; nam,
11 vel indulgentia ſumitur in genere, & ſic
ſumitur in ſpecie, & tunc eſt reſtitutio gra-
tioſa, & ſic qualiter differant patet ex di-
ctis; dixi etiam aliqua in ſumma *tractatu 7.*
cap. vlt. vbi de indulgentijs egi.

12 Tertio differt à remedio, *l. 2. de reſcind.*
vendit. quia ibi non ſemper veniunt fru-
ctus, vt dixi alias, ſed in reſtitutione ſemper
veniunt fructus pro ea parte, pro qua quis
læſus eſt, pro vt latiſſime proſequitur *Car-*
dinal. Tuſch. in ſua pract. concluſ. iur. in verb.
læſio, concl. 293. nu. 88. & ſeqq. latiſſimè *Præ-*
ſes de Franch. deciſ. 248. vbi ſic etiam deci-
ſum refert in Sacro Noſtro Conſilio, de
quo meminit *Fontanell. de pactis nupt. clauſ.*
4. gloſ. 18. par. 1. num. 100. vbi plures alios
14 moderniores, ac etiam deciſiones cumu-
lat; nam licet regula ſit, quod remedium
ordinarium faciat ceſſare extraordinariū,
illud axioma eſt verum, quando pari mo-
do conſulitur apponenti, ex vtroque re-
medio; ſed quando extraordinarium re-
medium eſt pinguius, vt nunc eſt, tunc ex-
traordinarium facit ceſſare ordinarium, &
vltrà per eum cumulatos, idem probant
plures, quos ſequuntur *Surdus deciſ. 92. nu.*
13. & deciſ. 244. Cornazz. deciſ. 1. num. 9. &
39. & alij *Capoblanc. & Aloyſ. de Leo* de qui-
bus meminit *de Thor. verbo Reſtitutio lib. 1 &*
in verbo Reſtitutio facienda in reſciſſione, de
quibus memini ſupra *de empt. & vendit.*
quæſt. 6. §. 3. pluraliter probatur, quam ma-
teriam latiſſimè examinat *Odd. quæſt. 17.*
tota; nam regulariter datur reſtitutio, quia
etſi ſit remedium extraordinariū pinguius
tamen prouidet, quàm ordinarium, quàm-
uis multotiès non detur, vt eſt videre tota
illa *quæſt. 17.*

S V M M A R I V M.

1 *Reſtitutio in integrum quibus perſonis com-*
petat.
2 *Reſtitutio in integrum inuenta fuit ad publi-*
cum vtilitatem, & quomodo.
3 *Reſtitutio in integrum regulariter datur mi-*
noribus, & ſi per ſtatutum abbreuiaretur
temporis ætatis non per hoc tolleretur nu. 4.

& qualiter hoc intelligatur, num. 5.
6 *Reſtitutio datur Eccleſiis, ac alys locis Pijs, ac etiam eurioſis, & prodigis num. 7.*
8 *Reſtitutio in integrum competit, etiam mulieribus non tamen aduerſus ſententias, vel lapſum fatalium.*
9 *Reſtitutio competit, etiam ruſticis.*
10 *Reſtitutio in integrum datur maioribus ex cauſa abſentiæ, ac etiam ex alys cauſis.*
11 *Maior reſtituitur ad articulandum, & teſtes producendum ſuper concernentibus articulos productos per minorem, & ita deciſum per Sacr. Conſ.*

QVAESTIO III.

TErtiò quæro. Quibus nam perſonis re-
ſtitutio in integrum competat? quæſtio
1 hæc potius eſt laborioſa, quàm induſtrio-
ſa, de qua multa poſt alios tradit *Oddus in
dicto eius tract. quæſt. 2. cum pluribus ſeqq.
Maſtrill. deciſ. 110. 134. 173. & alibi*, & alij
plures. Sit igitur regula generalis: Reſtitu-
tio in integrum; vel datur perſonis, quæ
per alios reguntur, ne culpa, & facto alte-
rius decipiantur; vel illis, quæ, licèt, regan-
tur ner ſe, iuxta cauſa impeditæ, earum
indẽnitati prouidere non potuerunt. Quæ
regula quò ad vtramque partem patet in
omnibus iuribus, & Doctoribus loquenti-
bus dè hac reſtitutione.

Hinc cõmuniter docent Doctores quos
ſequitur *Oddus in dicto ſuo tract. quæſt. 1. art.*
2 *12. nu. 88. cum ſeqq.* quod reſpectu quarum-
cumque perſonarum, quæ in regula conti-
nentur, fuit reſtitutio introducta ad publi-
cam vtilitatem, ſaltem, occaſionaliter;
nam ſi minoribus, aliiſque perſonis, quæ
reguntur per alios, permitteretur impunè
decipi, eiſque non ſuccurreretur per hoc
remedium reſtitutionis in integrum; malis
& captioſis hominibus præberetur occa-
ſio deprehendi alienas facultates, & præ-
cipuè virorum innocentium, quod non
ſolum eſt contra ipſam met legem Diui-
nam, naturalem; ſed etiam contrà publicã
vtilitatem, vt eſt notum ex terminis. Si
vero loquamur, quò ad illas perſonas, quæ
cauſa Reipublicæ fuerunt abſentes; vel
alias iuſta cauſa impeditæ fuerunt, etiam
talis vtilitas conſideratur; nam aliàs dare-
tur occaſio, quod nemo Reipublicæ, Mili-
tiæ; vel ſtudiorum cauſa velle abeſſe, & dũ
in alijs perſonis hæc ratio ceſſat; adeſt a-
liud legitimum impedimenrum; ne inde-
fenſi pereant quod eſt etiam contrà omnẽ
æquitatem, & iuſtitiam.

Ex his patet, quod reſtitutio in integrũ
plurariter datur minoribus videlicet 25. an
3 nis de iure communi, & 18 de iure Regni,
vt dixi ſupra *tomo 1. par. 4. quæſt 4. 8. & alibi*
Vincent. de Franch. deciſ. 206. de qua mate-
ria latiſſimè tractat *Oddus in eius dict. tract.
quæſt. 3. cum ſeqq.* & omnes alij, & ſunt titu-
li vulgares in vtroque iure, de hac materia
*Tuſch. in dicto verb. reſtitutio concluſ. 284. &
ſeqq. Maſtrill. deciſ. 45. lib. 1.* & alij paſſim, &
4 dum aliqui dicũt, quod licet per ſtatutum
abbreuietur tempus ætatis, non tamen
per hoc tollitur, quin infrà 25. annum non
poſſint petere reſtitutionem in integrum,
vt notat *Borgnin.* poſt alios *deciſ 65. num. 91
par. 2. & in tract. de tutor. & curat. num. 99.
Bernard. Pand. de præſentat. inſtrum. par 2. nu.
28. ex regula text. in l. eā quæ, C. de tempor. in
integr. reſtitut. Dial. reg. 653. limit. 5. Maſtrill.*
5 *deciſ. 13. num. 28.* ſed hoc procedit quoties
ſtatutum fingeret ſuper tali ætate; non au-
tem, ſi ætatem illam limitaret, & vt eſt in
caſu conſtit. Minorum iura: & doctrina
*Baldi in auth. ſi captiui num. 4. C. de Epiſc. &
cleric.* quia tunc ceſſat talis reſtitutio, vt
poſt alios probat *Conſil. de Georgio allegat.
16. num. 7. cum ſeqq. de Franch. deciſ. 167. nu.
15. & deciſ. 650. par. 4.* de quibus meminit
*Paſcalis de viribus patr. poteſt. par. 2. cap. 1.
num. 105.* & hoc iure vtimur, vt dixi etiam
tomo 1. conſ. 4.

Hinc eſt quod ex eiſdem cauſis, & ra-
tionibus datur huiuſmodi reſtitutio Ec-
6 cleſiæ, & alijs locis pijs, vt Monaſterijs,
Collegijs, Hoſpitalibus, & ſic de alijs; Nam
iure minorum illis ſuccurritur; *C. 1. extrà,
de in integr. reſtit.* cum alijs cumulatis per
*Oddum d. quæſt. 3. art. 4. 4. & 6. Maſtrill. deciſ.
110 lib. 2.* vbi alios cumulat. Et omnibus
Vniuerſitatibus ex eiſdem rationibus nam
etiam per alios reguntur, vt latiſſimè ha-
betur *d. quæſt. 3. art. 9. cum ſeqq. Maſtrill. de-*
7 *ciſ. 134.* Datur etiam furioſis, & prodigis,
nam etiam ipſi per alios reguntur, vt latè
habetur *dicta q. 3. art. 1. & qu. 11.* quod ob-
ſeruatur paſſim

Datur etiam mulieribus, tum ex iuris
ignorantia, tum etiam propter ſexus fragi-
8 litatem, ac imprudentiam in rebus agen-
dis; cum ſemper contrà propriam vtilita-
tem, & commodum ſoleant laborare, vt
poſt alios dixi *tomo 1. conſ. 10. ſub num. 25.*
& in propria materia reſtitutionis, poſt
alios latiſſimè proſequitur *Oddus in dicto
ſuo tract. quæſt. 10. tota*, non tamen datur il-
lis aduerſus ſententiam; vel lapſum ſa. aliũ
vt *ita conſtit. Regni Obſcuritatem*, vbi omnes
de Franch. deciſ. 284. & alij innumeri, quas
probat *Marius Giurba deciſ. 18. num. 1. vbi
num. 9. cum ſeqq.* limitat in muliere vidua,
9 & paupere. Quandoque etiam datur; ruſti-
ſticis tàm ex iuris ignorantia, quàm habe-
re præſumuntur, quam etiam ex imprudẽ-
tia in rebus agendis, & ſic attenditur qua-
litas ipſorum, & verſutia; vel malitia aduer
ſario·

ſariorum, cum quibus contrahunt: quam materiam cum ſuis ampliationibus, & limitationibus, latiſſimè examitat *Oddus, vbi ſupra quæſt. 9.* & alij Authores citati. Et *quæſt. 3. art 2. cum ſeqq.* latiſſimè proſequitur quandò nam detur pauperibus, ſenibus, & alij perſonis miſerabilibus, qui videri poteſt.

Datur etiam maioribus; vel ex cauſa
10 abſentiæ, pro vt idem tractat *qu. 5. 6. & 7.* vel ex illa clauſula generali, *ſi qua mihi iuſta cauſa competit*; vt latiſſimè tractat *qu. 8. & 11.* cum pluribus ſequentibus, vbi omnes cauſas huius clauſulæ examinat, tàm ab infirmitatem corporis & animæ, quàm ob paupertatem; vel ſi dolo aduerſarij fuerit impeditus; vel cauſa Iudicis; vel aliorũ in iudicio interuenientium, vel ex caſu fortuito, vt latiſſimè ibidem proſequitur, quod omitto; de qua etiam materia latiſſimè tractat *Tuſch. in verb. reſtitutio* datur maiori *conc. 289. & 290.* qui omnes tàm in agendo, quàm in excipiendo loquuntur, qui videri poſſunt; quia etiam ampliationes ponunt, ac limitatione; dixi etiam aliqua *tomo 1. par. 4. quæſt. 6.*

Solet tamen iudicari cauſa iuſta concedendi hanc reſtitutionem maioribus, qui
11 litigant cum perſonis priuilegiatis, in eodem tamen termino in quo munere deducunt ſua negotia, & ideò fuit decisum in Sacro Neapolitano Conſilio, quod maior reſtituatur ad articulandum, & teſtes producendum ſuper concernentibus articulos productos per minorem, (& idem eſt de alijs perſonis priuilegiatis) in primo termino, vt affirmat *Capyc. deciſ. 170. de Franch. deciſ. 269. num. 7 Vrſill. Maſtrill. & Tapia*, de quibus meminit *Ioan. Baptiſta de Thoro in compend. deciſ. Neapol. in verb. Maior an reſtituatur.* Gaudent tamẽ maiores termino reſtitutionis conceſſæ perſonis priuilegiatis, ſi ſunt in eodem iudicio, vt dixi *tomo 1. part. 4. quæſt. 4.* & alibi. An autem reſtituendus ſit maior factus, ſi læſus fuerit in minore ætate, dicetur infra.

SVMMARIVM.

1 *Reſtitutio, vt competat probanda erit læſio.*
2 *Minor, vt conſequatur reſtitutio non in integrum exigitur quod ſit minor, & quod ſit læſus, addito alio requiſito per Auctorem n. 3.*
4 *Læſio in reſtitutione in integrum potiſſimum exigitur alias ea ceſſante ipſa ceſſaret num. 5. & ſatis erit vt læſio interueniat num. 7.*
6 *Dolus aduerſarij an ſit neceſſarius pro conceſſione reſtitutionis in itegrum.*
8 *Minor ſuccurritur per reſtitutionem in integrum abſque alia probatione læſionis, ac declaratoria Iudicis cum ſatis ſit, qui pòſſit legati ex ſentia, & ſimilibus.*
9 *Reſtitutio in integrum quando petitur non illico conceditur, ſed ſit prouiſio, an ſit deferendum ad hoc vt cognoſci poſſit, an forte malitioſe petatur.*
10 *Reſtitutio in integrum in quibus caſibus, ſine iuſtificatione conceditur.*
11 *In Regno ſufficit quod ſit minor, vel perſona priuilegiata, vt conſequi poſſit reſtitutionem.*
12 *Reſtitutio in integrum alioquin non conceditur minori in iudicio nouo, & qualiter procedat. & deciſum fuit quando læderetur facto tutoris aliquando contrarium fuit deciſum num. 13.*
14 *Minor electionem habet agendi contra tutorẽ, vel rem ſibi reſtituit.*
15 *Minor reſtituitur aduerſus tutoris negligentiã ac etiam ſi facto ſui procuratoris læſus fuerit num. 16.*
17 *Diſcuſſio contra tutorem, an erit neceſſaria quando minor læſus fuiſſet.*
18 *Reſtitutio pupillo nedum concedi debet, quando læſus fuerit per tutorem litigantem pro pupillo, ſed verius, omnia acta eſſent nulla, & inualida.*
19 *Minor reſtituitur ad recuperandam rem maiorum ſuorum.*
20 *Reſtituere tenetur quicquid ab alia parte minorum perceperit, vt conſequatur reſtitutionem in integrum.*
21 *Maior vt conſequatur reſtitutionem quid probari debet, & quid quando conceditur ex clauſula generali num. 12.*
23 *Reſtitutio ruſtico quando concedi debet.*
24 *Reſtitutio quando datur ob impedimentum infirmitatis, & ſimilium.*
25 *Cognitio cauſæ precedere debet, vt reſtitutio poſſit concedi.*

QVAESTIONE IV.

QVarto quæro. Quid probandum ſit, vt reſtitutio competat? de hac quæſtione latiſſimè tractant *Oddus quæſt 4. tota, & à quæſt. 33. ad quæſtionem 41.* ſic etiam *Tuſch. in dicto verb. Reſtitutio conc. 286. cum ſeqq. Fontanell. de pactis nupt. cautel. 4. Gloſ. 18. p. 1. nu. 97. cum ſeqq. Giurba deciſ. 18. tota* præcipuè *num. 13.* & regula eſt generalis. Vt enim detur actori, ſine dubio probanda eſt læſio, quia ſine illa non datur reſtitutio; ſed vt detur Reo, ſatis eſt lapſus fatalium, quoniam eo ipſo dicitur læſus ſaltem in aliquo tempore. Igitur procedendo ad illius diſcuſſionem aliqualiter Quæſtio hæc habet duo capita Primum in minoribus, & alijs perſonis, quibus iure minorum reſtitutio cõpetit Et ſecũdũ eſt in maioribus, quibus ex clauſula generali datur talis reſtitutio

Digitized by Google

ſuetudines, vt habetur hic in conſuet. pu-
pillus ibi. *Contra eum, cum quo contrahit,
eiuſque hæredem, vel alium habentem cauſam
ab ipſo contrahente cum pupillo recurſum non
habet, niſi in ſubſidium diſcuſſo tutore, ſiue abo-
catore.* itaquè datur reſtitutio in illa quan-
titate, in qua tutor non eſt repertus ſoluen-
do, vt habetur in dicta conſuetud. pupillus,
vbi *Napodan. num. 7.* nam text. eſt clarus.
Quamuis etiam de iure communi. *Theſau.
dicta deciſ. 103. num. 8.* plures cumulet Do-
ctores tenentes, quod etiam in hoc caſu
datur reſtitutio minori, quia electio ei cō-
petit, ſi velit agere contra tutorem; vel re-
ſtitutionem petere ex *text. in l. 1. 2. 3. & fin.
C. ſi tutor, vel curator interuen.* quam opinio
nem dixit communem, & claram *Oddus
dicto tract. quaſt. 3. art. 1. num. 6.* de quo me-
minit *Theſaur. dicta decif. 103. num. 8.* idem
Oddus quaſt. 22. art. 1. cum ſeqq. & ſecundum
13 hanc ſententiam iudicauit etiam Sacrum
Neapolitanum Conſilium, vt affirmat *Vin-
cent de Franch. deciſ. 473.* tenet etiam *Abbas
conſ. 77. col. 2.* quem ſequitur *Tuſch. in verb.
reſtitutio conc. 278. num. 11.* poſt alios *Muta
ad Conſuet. Panhorm. cap. 51. num 44. & ſeq.*
vbi de minore contra tutorem, vel alios
tertios poſſeſſores agit Et de iure commu-
ni, hæc opinio videtur verior; quamuis
Neapol contrarium ſeruetur ex dicta con-
ſuetudine, vt ſuperius dictum eſt. Et hæc
opinio in puncto iuris verior mihi videtur;
cum ſatis ſit, quod detur pupillo hæc ele-
ctio ex iuris diſpoſitione; nam licèt alius
iuuetur hoc beneficio, nihil intereſt cum
14 ſatis ſit, quod ſuo iure vtatur; ipſi enim
melius eſt rem ſuam reſtitui, quàm expe-
ctare incertum euentum cautionis, ſi con-
tra tutorem haberet regreſſum *l. pupilli. ff.
quod falſ. tutor.* poſt alios *Odd. dicta quaſt. 22
art. 1. num. 2.* & latiſſimè *art. 3. Roland. conſ.
num. 47. vol. 3.*

Hinc eſt vt pupillus reſtituatur aduer-
15 ſus tutoris negligentiam, *l. etiam. §. 1. ff. de
minoribus, Gloſ. Bald. Roland.* & alij quos
probat ipſemet *Theſaur. deciſ. 99. num. 16.
Surd. conſ. 87. num. 6. conſ. 95. vol. 1. Molin. in
tract. de contract. diſp. 573. num. 3. de Franch.
deciſ. 473.* de quo meminit *Ricc. collect. 186.*
16 Reſtituitur etiam ſi facto ſui procuratoris
fuit læſus, *l. cum mandato. ff. de minor.* cum
alijs ad hoc propoſitum cumulatis per
Oddum dicta quaſt. 22. art. 5. toto, etiam ſi præ-
tendatur minorem eſſe legitimè defenſum
quia non per hoc tollitur læſio, dum verè
adeſt *l. fin. ff. de reſtitut. in integr.* cum alijs cu
mulatis per *d. quaſt. 22. art. 12.* Quamuis cō-
trarium teneant aliqui, quos probat *Oſa-
ſch. deciſ. 158. num. 14. Guid. Pap. deciſ. 35. Ca
pell. Tholoſ. & Marant.* de quibus meminit
*Tepat. in titulo de minoribus, & eorum reſtitu.
fol. 135. col. 4. §. ita demum*, ſed verior eſt pri-
ma opinio, quæ in praxi ſeruatur, alias
enim nunquam daretur hoc beneficium
in actis iudicialibus; nam ſemper interue-
nit procurator, & aliud eſt, quod legitimè
minor defendatur, & aliud, quod in iudi-
cio lædatur, & læſio ſatis eſt, vt detur hoc
beneficium, vt ſæpiſſimè replicatum eſt.

Additur prædictis, quia illa diſcuſſio, ſit
17 ſaluendo nec ne tutor multa mala gene-
rare poteſt in damnum pupilli; tum quia ſi
tutor condemnaretur, adeſſet timor diſſi-
pationis bonorum ipſius pupilli; nam vt ſuæ
indemnitati tutor prouideret per fas, & ne-
fas bona pupilli occultaret, & multas frau-
des committeret, ac colluſiones faceret;
tum etiam, quia pupillus alia lite grauare-
tur, cum illo, qui bona eius penes ſe haberet;
& ſi pupillus reſtituitur, quando eſt timor,
vt lædi poſſit, vt dixi ſupra *num.* §. *de eo
etiam*; & ſic ſatis eſt vt minor lites euitet,
vt ei concedatur reſtitutio, vt omnes ſciunt,
& ſic tales diſcuſſiones, ſit ſaluendo, nec
ne tutor non iudicantur expedientes pu-
pillo, vt expediens eſt reſtitutio in inte-
grum.

Nec dicatur, quod prædicta poſſint lo-
cum habere, quando adeſſet colluſio inter
tutorem, & illum, qui cum pupillo contra-
xit; vel litigauit; nam reſpondetur, hoc non
eſſe verum; tunc enim non ſolùm datur
18 minori reſtitutio; ſed etiam omnia acta, &
etiam ſententia eſſent nulla, & præſumitur
hoc, quandò tutor; vel curator non defen-
dunt pupillum ſeruata forma iuris, *Alciat.
reſponſion. 492. num. 34.* cum aliis cumula-
tis per *Molin. lib. 4. de Hiſpanor. primogen.
cap. 8. num. 9. & 10.* tenet etiam *Menoch. de
præſumpt. 26. num 3. & vlt. Viuius deciſ 796.
Celſus Vgo conſ. 120. num. 73. Mandoſ. conſ. 43
num. 9. Deciſion. conſ 11. num. 110. vol. 1.*

Læſio autem ſatis eſt, ſi quoad effectio-
19 nem aliquando ſit, & ideo minor reſtitui-
tur ad recuperandam rem maiorum ſuo-
rum, quia adminus ibi adeſt intereſſe affe-
ctionis, *l. ſi in emptione, ff. de minor*, & latius
poſt alios notat *Vincent. de Franch. deciſ. 17.
num. 18. Oddus quaſt. 3. art. 10. Ioſeph. Ludoui.
deciſ. 52. num. 45.* de quibus meminit *Tepat.
lib. 1. var. iuris ſent. in tit. de minor. fol. 137. col.
3. §. lædi dicitur minor.*

Nè tamen reſtitutio concedatur ad lu-
20 crum petentis in damnum alterius; ideo
implorans hoc beneficium debet prius re-
ſtituere, quidquid ab alia parte recepit, vt
poſt alios firmauit *Crauet. conſ. 7. num. 14.
Rolland. conſ. 26. num. 31. vol. 2.* quos ſequitur
*Tepat. in dicto titulo de reſtitut. in integr. fol.
135. col. 2. §. implorans beneficium. & fol. 137.
col. 3. §. minor aduerſus contractum.* vbi
etiam *Natta conſ. 371. & 631. Rebuff.*

Fran-

Digitized by Google

integrum aduerſus diſſolutionem, ſeu reſti-
tutionem contractus; quia tunc proponi-
tur coram Iudice ordinario ipſius rei con-
tentè, & in hoc conueniunt omnes, vt
affirmat *Odd. d. quæſt 32. art. 13. num. 108.*
& eſt praxis notoria, cum actor ſequi de-
beat forum rei, vt eſt vulgatum, latiſſimè
Odd. d. q. 32.

Quòd verò ad vltimam partem huius
5 quæſtionis, reſtitutio petenda eſt à tutore,
vel curatore nomine pupilli; ab Oecono-
mo, vel Prælato nomine Eccleſiæ cuius bo
na adminiſtrat; à Sindico Vniuerſitatis pe-
tur nomine eiuſdem Vniuerſitatis, & ſic
de alijs, vt eſt vulgatum apud omnes, &
notoria praxis; & relatis varijs Authori-
bus, proſequitur *Odd. dicta quæſt. 31. tota.*
6 Quandò verò per procuratorem, debet ille
habere ſpeciale mandatum ad petendam
reſtitutionem in integrum *cap. per ſuas de
reſtitut. in integr. l. vnic.* vbi omnes *C. etiam
per procuratorem cauſ. reſtit.* latiſſimè *Tuſch.
dicta concl. 279. num. 1. Odd. dicta quæſt. 31. ar.
11.* & ita fuit deciſum in Sacro Conſilio
Neapolitano, vt poſt *Bartholom. de Capua
conſtit. Regni Generalia iura num. 7.* notat *Io.
Baptiſta de Thoro in compend. deciſ. Neapol. in
verb. mandatum ſpeciale.*

Verum ſi procurator habeat manda-
7 tum cum libera, ſufficit ad hanc reſtitutio-
nem petendam, vt latiſſimè habetur penes
*Vincent. de Franch. deciſ. 17. num. 21. Rolland.
conſ. 26. vol. 2. Myſinger. Magon.* & alios,
quos probat *Tepat. lib. 1. var. iur. ſent. in tit.
de reſtitut. in integr. fol. 135. col. 1. §. pen.* latiſ-
ſimè *Oddus d. quæſt. 31. art. 12. nu. 51. & ſeqq.*
vbi ſexdecim ponit limitationes, ad quem
me remitto, nam *art. 13. & 14.* de hac etiã
8 materia agit, vt omittam alias. Pater tamẽ,
etiam inuito filio, poteſt pro filio petere
reſtitutionem in integrum; alij verò con-
ſanguinei regulariter non poſſunt, niſi de
voluntate minoris, de qua materia latiſſi-
mè tractat *Oddus d. quæſt. 31. art. 9. & 10.* Et
hoc iudicio cauetur de rato, & etiam de
iudicatum ſoluendo, vt notat *Tepat. dicto
fol. 135. col. 3. §. pen.* quamuis text. quem al-
gat, id non probet; ſed eſt rationabile di-
ctum, ne per calumniam petatur, & contra
voluntatem eius, cui hoc remedium com-
petit.

SVMMARIVM.

1 *Reſtitutio in integrum an detur aduerſus mu-
tuum, & alios contractus, & num. 3.*
2 *Reſtitutio in integrum conceditur cuilibet
perſone priuilegiata quando lederetur.*
4 *Reſtitutio competit Eccleſia, ac Ciuitati ob
mutuum.*
5 *Minor reſtituitur aduerſus ſolutionem ſibi
factam, vel tutori ſi ex illa fuerit leſus, vel
quando alteri indebite ſoluerit num. 6. quod
etiam ſi iuſſu iudicis ſoluerit idem erit
num. 7.*
8 *Minor aduerſus ſententiam, an reſtituatur.*
9 *Minor an reſtituatur ſi indebite facta fuerit
ſolutio cauſa pia.*
10 *Minor reſtituitur aduerſus depoſitum, vel
commodatum, aut pignoris diſtractionem.*
11 *Minor reſtituitur aduerſus fideiuſſorem re-
ceptum ſi minus idoneus fuerit, & hoc etiã
non obſtante iuramento, quod non tollit hanc
reſtitutionem, num. 12.*
13 *Minor reſtituitur aduerſus mandatum ſocie-
tatem locationem, & ſimilia, & etiam aduer
ſus dotem, & donationem propter, & quæ
nam quantitas exigatur num. 14.*
15 *Minor non reſtituitur aduerſus ingreſſum re-
ligionis, & quare, ſed diſtinguitur ob ætatem
illius num. 16.*
17 *Mulier conſequitur reſtitutionem in integrum
aduerſus profeſſionem emiſſam elapſo quin-
quennio, maſculus, aut ex clauſula generali.*
18 *Minor, & mulier an habeant reſtitutionem in
integrum aduerſus matrimonium contractũ
Summus Pontifex poteſt dirimere matrimo-
nium ratum, notum, conſumatum.*

QVAESTIO VI.

1 QVæro ſexto. An minore datur reſti-
tutio in integrum aduerſus mutuum
alioſque contractus, & quid aduerſus reli-
gionis ingreſſum? De contentis in hac
quæſtione latiſſimè tractat *Oddus à quæſt.
51. ad quæſt. 62. Tuſch. in dicto verb. reſtitut.
conc. 284. Marius Muta ad conſtit. Panhorm.
cap. 76. num. 23. Sanch. lib. 7. de matrim. diſpu.
37. num. 21. & ſeqq. & alij plures.* Sit igitur
2 concluſio generalis, omnis perſona priui-
legiata, cui ex beneficio iuris competit re-
ſtitutio in integrum, ſemper reſtituitur,
quando ex illo actu læditur; niſi in ſpecie
de iure reperiretur determinatum contra-
rium. Hæc concluſio patet ex dictis *quæſt.
3.* ſic etiam *quæſt. 4. §. hinc eſt, vt pupillus,* &
docent omnes, vt notat *Oddus d. q. 5. art. 1.
ex text. in §. pupillus, auth. de hered. & falcid.*

Hinc primò reſtituitur minor aduerſus
3 mutuum alteri datum, vel ab alio receptũ,
ſi ex illo læſus eſt, *l. 3. §. ſed vtrum, l. ait Præ-
tor, ff. de minoribus l. 1. & 2. ſi aduerſus credi-
torem,* cum aliis cumulatis per *Oddum dicta
q. 51. art. 4.* vbi aliquos ponit limitationes
ſic etiam *art. 5.* vt ſi iuſſu patris recepit,
quia tunc habet exceptionem Macedo-
niani, vt dixi etiam ſuprà *conſ. 11. num. 51.
& ſeqq.* & alibi; vel niſi læſus non ſit, vt
quia in eius vtilitatem ſit conuerſum mu-
tuum, quod debet probari à creditore, vt
4 eſt notiſſimum, & idem eſt in Eccleſia, &

Ciui

Ciuitate, vt de eodem habetur in *cap.* 1.
vbi omnes de in integr. & alibi, vt tradit
*Oddus d.quæſt.*1.*art.*1.*De Ciuitate*, quod re-
ſtituatur docent omnes in *l.Ciuitas,ff.ſi cer-
tum pet.Oddus d.q.*51.*ar.*7.

Secundò reſtituitur minor aduerſus ſo-
5 lutionem ſibi; vel tutori factam, ſi ex illa
ſolutione fuerit læſus, vt quia facta non eſ-
ſet ſecum iuris ſollemnitates, *l.*1. *C. ſi ad-
uerſ.ſolut.* vbi omnes, latiſſimè *Oddus q.*52.
6 *art.*1.2.& 3. Si verò ipſe minor alteri inde-
bitè ſoluat, & tunc habet reſtitutionem in
integrum, & hoc dicit eſſe ſine ſcrupulo,
*Odd.dicta q.*52.*art.*5.*nu.*37. vbi *Angel. Cyn.
Bart.Caſtr.Iacob.de S.Gregor.& Mauritium
citat.* quia minor læditur, & ideo ſemper re-
ſtituitur.

7 Hoc adeo eſt verum, quod etiam ſi iuſſu
iudicis indebitè ſoluat, adhuc reſtituitur
*Bart.Caſtrenſ.& alij in l interdum,ff.de condi.
indeb.* quos probat *Oddus d.q.*52.*art.*6.*n.*44.
8 *& ſeqq.& quæſt.*22.*art.*9. Si enim etiem ad-
uerſus ſententiam iudicis minor reſtitui-
tur, dum læſus eſt, vt dicam infrà *q.*8. *et vlt.*
nihil obſtat, quo minùs in hoc etiam caſu
reſtituatur, vt repetat indebitè ſolutum.
Quod locum habet etiam ſi iure ciuili tã-
tùm erat indebitum, vt naturalitèr debitũ,
vt latius proſequitur *Odd.d.q.*52.*art.*13.

9 An autem ſi alio modo indebitè ſoluit;
vel ſi facta eſt ſolutio cauſæ piæ, tractat *d.
q.*52.*ab art.*7.*vſque ad art.*13. ad quem me
remitto ſic etiam circà remedia, quę com-
petunt maioribus circà indebitas ſolutio-
nes factas; nam tota illa *q.*52. de hoc etiam
agit.

10 Tertiò reſtituitur minor aduerſus depo-
ſitum, & commodatum; ſic etiam aduer-
ſus diſtractionem pignoris; ſi aliquo modo
ipſe lædatur, non tamen dolo; vel culpa,
vt poſt *Rodol.* & alios probat *Oddus q.*
53.*art.*1.2.3.& 4.& *art.*5. hoc etiam, pro-
bat in pignore conuentionale magis re-
cepta ſententia; niſi tamen pignus con-
tractum eſſet à ſuis maioribus, quia tunc
non reſtituitur, vt ex *tex.in l* 2. *C.ſi aduerſ.
vendit.pignor.* & alijs, probat *Oddus d. q.*53.
*art.*6.

Quartò reſtituitur aduerſus fideiuſſorem
11 receptum, ſi minus idoneus ſit, *l.ſi apud,ff.
de minoribus*, cum alijs penès *Odd.q.*54.*art.*
1. ſic etiam ſi ipſe fideiuſſerit pro alio, quia
ſemper ex tali actu læditur, nec aliàs læſio
probanda eſt, vt latè probat *d.q.*54.*art.*2.&
3. quod etiam probat quando principalis,
pro quo fideiuſſit ſit ſoluendo, tum quia
magis intereſt non ſoluere, quàm ſolutum
repetere; tum etiam quia euitat minor li-
tes, & alia incommoda, vt probat *art.* 5.
alias autem ampliationes, & limitationes
vnuſquiſque videre poteſt *d.q.*54.*per totam,*
latiſſimè *Fontanell.* qui alios cumulat in
tract.de pactis nuptialis 6.*clauſ.*4.*Gloſ.*18.*p.*3
*num.*27.*cum ſeqq.vbi nu.*32. ex magis com-
12 muni ſententia probat, quod procedat,
non obſtante iuramento, quia iuramẽtum
non tollit hoc remedium. Et addi etiam
poteſt alia ratio; quia ea facilitate, qua
minor inducitur ad contrahendum, Iudex
vtitur etiam ad iurandum, & renuncian-
dum, vt poſt alios dixi ſupra *conſ.*4.*num.*29.
*cum ſeq. Tuſch. in verb. reſtitutio conc.*274.
*num.*69. & ne tendamus in infinitum reſti-
13 tuitur minor aduerſus mandatum, ſocieta-
tem, locationem, & conductionem emphy
teuſim, permutationem, vt tractat tota *qu.*
56. ſic etiam aduerſus emptionem, & ven-
ditionem, vt probat *q.*57. tota; ſic etiam
aduerſus donationem, vt probat *q.*58. ſic
etiam aduerſus dotem, & donationem
propter nuptias, vt probat *quæſt.*59. quibus
etiam in locis ponit aliquas limitationes
14 in omnibus prædictis, vbi videri poteſt. &
in ſpecie in dote, quod debeat eſſe ſatis
exceſſiua quantitas, & quod maritus vxo-
ris non ſit dignus tanta dote, & ita etiam
facti contingentia iudicaui, in quodam
compromiſſo; Qualitèr autem reſtituatur
aduerſus quaſi contractus, ponit *Odd. q.*61.
tota.

15 Quod attinet ad Religionis ingreſſum,
regularitèr minor non reſtituitur, quia
eius conditio per hunc actum ingreſſus ſit
melior; nam de milite ſæculi, efficitur mi-
les Chriſti, & dum potiùs lucratur, quàm
lædatur, nullo modo reſtituitur, vt poſt
*Gloſ.in cap.fin.in fine,de his,quæ vi metuſue
cauſa fiunt,* & cumulatis pluribus Authori-
bus probat *Odd.q.*60.*art.*4 latiſſimè *Sanch.
lib.*7.*de matrim.diſput.*37.*tota,* vbi alios in-
numeros citat, vbi *num.*9.*& ſeqq.* præcipuè
de hoc remedio tractat.

16 Verum hæc quæſtio hodie diſtinctione
potius opus habet, quàm diſputatione, vt
ex dicendis patebit; ſi enim loquamur de
minori ætate, ad hoc adeſt prouiſio *Sacri
Tridentini ſeſſ.*25.*de regul.cap.*15. qua ſanci-
tur, quod tàm in viris, quàm in fœminis nõ
valeat profeſſio emiſſa, niſi expleto 16 an-
no; itaque ſi antè hanc ætatem minor pro-
feſſionem emiſerit, non indiget remedio
reſtitutionis in integrum, quia profeſſio eſt
nulla, quod pluries adnotauimus alibi. Si
tamen poſt emiſſam profeſſionem prætren-
dat per vim, & metum fuiſſe ingreſſum; vel
profeſſionem emiſiſſe; vel antè ætatem de-
bitam, tunc Sacrum Concilium determi-
nauit, quòd taliter profeſſus intrà quin-
quennium poſſit talem probare cauſam
coram eius Ordinario, nec anteà poſſe
habitum dimittere, quàm fuerit declarata
nulla talis profeſſio; & ſi dimiſerit prius co-

gatur

Digitized by Google

gatur ad Monaſterium redire, & tanquàm Apoſtata à Religione puniri debeat, vt habetur *dicta ſeſſ. 25. de regular. cap. 19.* latiſſimè *Sanchez dict. diſput. 37. tota.* & ego de
17 hac quæſtione alibi dixi. Hoc ſolum addendum eſt ad hanc materiam; quod ſi ex iuſta cauſa infrà illud quinqueonium non propoſuerit coram ordinario iura ſua ad probandum profeſſionem eſſe nullam, admittitur mulier per remediom reſtitutionis in integrum ad id probandum; maſculum; maſculus verò ex clauſula generali, *ſi qua mihi iuſta cauſa competit*, qua maiores reſtituuntur, vt latiſſimè proſequitur, *Sanchez dicta diſput 37. num 19. cum ſeqq.* & debent eſſe faciles ordinarij ad admittendas tales cauſas, ſi enim tales noo manent in pace in ipſa Religione, ſe ipſos, & alios perturbant, ac Deum, ſe ipſos, & alios enormius offendunt.

18 Poſtremo quod attinet ad matrimoniũ, non reſtituitur minor, nec mulier, aduerſus illud; quia dum matrimonium contrahunt, faciunt, quod quilibet prudens faceret, & quamuis poſſit ex illo lædi; maius tamen eſt bonum matrimonij, & Sacramentum, quàm eius prædicta læſio, & ideò quos Deus coniunxit, homo nõ ſeparat, ita *Gloſ. in cap. ex parte, de reſtitut. ſpoliat.* & hãc eſſe omnium ſententiam affirmat *Odd. dicta quæſt. 6. art. 1.* vbi alios citat, ſic etiam *Sanchez dicta diſput. 37. num. 21. & 22. Surdus deciſ. 287. num. 9.* & alij paſſim. Hoc autem procedit, quandò verè conſtat de matrimonio contracto; ſed ſi eſſet lis ſuper matrimonio, eſſet ne contractus, an non, & Iudex Eccleſiaſticus pronunciaret matrimonium eſſe contractum; tunc à tali ſententia appellari poteſt, & multo magis contrà illam datur reſtitutio in integrum, quia nõ datur contrà actum ſpiritualem, & ſubſtantialem matrimonij; ſed aduerſus acticata in iudicio; *Abbas in dicto cap. ex parte col. 4.* quem omnes ſequi affirmat *Oddus dicta qu. 60. art. 3. num. 20. Sanchez lib. 7. de matrimonio diſput 112. præcipuè num. 17. & ſeruatur in praxi.*

Inſuper poteſt ex cauſa Summus Ponti-
19 fex dirimere matrimonium ratum, & non dum conſumatum per carnalem copulam, quia declarat non fuiſſe verum matrimonium, & ex legitimo conſenſu contractum *Gloſ. fin. in cap. ex publico de conuerſ. coniugat.* & hanc eſſe communem ſententiam affirmat *Prodoſ. in cap fin. de ſponſal.* poſt ipſum *Decius, & Sanchez Odd. dicta qu. 60. art. 2. num. 14. & 15.* & hanc eſſe probabiliorem ſententiam affirmat *Sanchez lib. 2. de matrim. diſput 14. num. 2.* vbi quædam contraria ſoluit, & etiam Authores, qui contrarium tenent, cumulat, & dixi in *ſum. tract. 4.* & cauſas ponũt ſi iuuenis, cum admodum vetula contraxiſſet, admodum nobilis cũ ignobili, & ſic de alijs, vt verè timeri poſſit magnum ſcandalum, & exitus infelix ex tali matrimonio, nam propter publicam vtilitatem tenet talis declaratio, & diſpenſatio, vt notant prænarrati Doctores de qua materia latiſſimè tractat *Sanchez dicta diſput. 14.* cum duabus ſequentibus, ad quẽ remitto Lectorem, & præcipuè *qu. 16.* vbi iuſtas cauſas recenſet, quia hanc non concernunt materiam, de qua nunc agimus, & *dicto tract. 4.* hoc explicaui.

SVMMARIVM.

1 *Minor an reſtituatur aduerſus ommiſſam, vel aditam hæreditatem.*
2 *Minor reſtituitur aduerſus ommiſſam, vel repudiatam hæreditatem ſi ex tali ommiſſione damnum conſequatur, vel lucrum non acquirat.*
3 *Minor reſtituitur aduerſus aditam hæreditatem ſi ex illa aditione fuerit leſus.*
4 *Minor reſtituitur ſi hæreditatem adiuerit ſine inuentario.*
5 *Minor adiens hæreditatem, an in illam tranſmittat ad matrem per beneficium reſtitutionis in integrum.*
6 *Reſtitutio an competat Hoſpitali, aduerſus repudiatam hæreditatem quæ tempore petitionis apparebat damnoſa tempore vero reſtitutionis lucroſa.*

QVAESTIONE VII.

Septimò quæro, An minor reſtituatur aduerſus ommiſſam; vel aditã hæreditatem?
1 De hac quæſtione pauca dicam, nam de illa latiſſimè tractant *Odd. quæſt. 62. & 63. Tepat. in dicto tit. de minoribus fol. 137. col. 2. Tuſch. dicta quæſt. 284. in verb. reſtitutio, Vincent. de Franch. deciſ. 282.* & alibi aliqua etiam ponit *Muta ad Conſuetud. Panhormit. cap. 50. num. 35.* & alij plures.

Dico ergo primò Minorem, aliamque perſonam priuilegiatam reſtituendam eſſe
2 aduerſus ommiſſam; vel repudiatã hæreditatem, ſi ex tali repudiatione, vel omiſſione damnum conſequatur; vel lucrum non acquirat, *l. & ſi ſinè, §. reſtitutus, & §. quæſitum, ff. de minor.* cum aliis cumulatis per *Præſ. de Franch. dicta deciſ. 282. num. 1. & ſeq.* latiſſimè *Oddus dicta quæſt. 63. art. 3. toto,* vbi quaſdam ampliationes, & limitationes ponit; ſic etiam in tota illa quæſtione, & etiam *quæſt. 85. art. 3. & ſeqq.* qui videri poteſt pro reliquis circa hoc primum dictum.

3 Dico ſecundò Minorem reſtitui aduerſus aditam hæreditatem, ſi ex illa aditione

læ ſus fuerit,§.*extraneus inſtit.de hered. qual. & different.*cum alijs innumeris penès *Oddum quæſt.62.ar.2.cum alijs ſequentibus*,cum alijs ſequentibus, vbi ampliationes, & limitationes circà hoc dictum ponit,ad quę remitto Lectorem,& ad alios,quos in principio huius quæſtionis cumulaui, probat etiam *Magon.deciſ.Lucenſ.*68. *Papon.lib.*16. *tit.*3. *Arreſt.*2.quos ſequitur *Tepat.dicto tit. de minoribus fol*.138. *col.*1 *in princip*. & alij, quos probat *de Thoro in verbo Reſtitutio*, an competat aduerſus hæreditatem aditam, vbi ſic deciſum refert,& in hoc caſu etiam dici ſunt creditores hæreditatis, *Gloſ in cap. fin.extr.de offic.iudic.Tepat.in dicto tit. minor reſtituitur,de Thoro,vbi ſuprà.*

4 Dico tertiò, Minorem etiam reſtitui, ſi hæreditatem adiuit ſinè inuentario;nam ex hac aditione læſus fuit,& ideò reſtituitur ad conficiendum inuentarium, §. *non autem,verſ.pupillis Auth.de hæredibus,& falcidia*, cum alijs cumulatis per *Lanarium conſ.*16.*toto*, quibus addo *Molinam de contractibus diſput.* 573. *num.*7. *& ſeqq. Oddum q.*89. *art.*7. vbi plures cumulat; ſic in muliere,etiam ſi omiſit ſolemnitates requiſitas in inuentario, *Bart. Alexand. Iacobin*.& alii,quos probat *Vincent. de Franch. deciſ.* 229.*num*.6.*&* 7.*idem Odd.q.*20.*art.*2.*num*.4 *&* 5.*& alij plures.*

5 Dico quarto,Eſſe maximam controuerſiam,ſi minor non adeat hæreditatem, an illam tranſmittat ad Matrem per beneficium reſtitutionis in integrum, adeò vt *Theſaur.deciſ.*88.*num*.5.*& ſeqq.*dicat eam indigere Cæſarea deciſione; ego tamen dixi aliqua *conſ*.6.ad ibi dicta me remitto, dixi etiam aliqua *tomo* 1.*part* 1.*cap*.5.*num*. 18.*&* 19.vtraque enim opinio probabilis, eſt,magis tamen æqua eſt,quæ fauet matri vt debeat illi concedi talis reſtitutio,& ita iudicatem, ſi factum non eſſet diuerſum, cum in dubio fauendum ſit matri,& tanto magis in opinionum concurſu, vt in caſu noſtro.

6 Nec etiam talis reſtitutio daretur hoſpitali aduerſus repudiatam hæreditatem; quæ tempore petitionis apparebat damnoſa,tempore verò reſtitutionis lucroſa,vt latiſſimè probat *Vincent. de Franch. deciſ.* 282. vbi ſic deciſum refert de quo meminit *Riccius in ſua collectan.deciſ.cap*. 186. *circa finem*, quoniam tunc reſtitutio datur, quando ex repudiatione reſultat illi damnum,vel lucrum,cum capitur de præſenti; in læſione tempus præſens attenditur, vt ſuo loco ſuperius dictum eſt, & non debemus toto tempore vitæ permittere, vt tales dentur reſtitutiones pro lucro futuro, quod noluit ille,qui de præſenti renuit acceptare hæreditatem.

SVMMARIVM.

1 *Minor an reſtituatur aduerſus iudicialia.*
2 *Minor reſtituitur ſi iura ſua agendi in iudicio alteri ceſſit ex qua ceſſione eſſet læſus, quod limitatur ſi adeſſet læſio , & an ſit verum oſtenditur num.*3.
4 *Minor reſtituitur quando ex errore omiſit proponere aliquam actionem quæ ſibi melius conſultum eſſet.*
5 *Minor reſtituitur aduerſus declinatoriam fori & alias exceptiones dilatorias omiſſas.*
6 *Minor reſtituitur aduerſus non allegatum iudicem ſuſpectum tempeſtiuè,& ita deciſum.*
7 *Minor reſtituitur aduerſus omiſſam litis conteſtationem aduerſus omiſſam litis conteſtationem aduerſus articulos ſuppoſitiones, vel reſponſiones factas inuicem præiudicium .*
8 *Minor reſtituitur aduerſus propriam confeſſionem ſi ex ea lædatur.*
9 *Minor reſtituitur ad producendos nouos teſtes.*
10 *Reſtitutio in integrum in Regno vocatur primum,& ſecundum beneficium.*
11 *Minor admittitur , etiam poſt concluſum in cauſa alias probationes producere ſi per imprudentiam omiſerit,ac ſcripturas producere,& quid quo ad teſtes,num.*12.
13 *Minor reſtituitur probata læſione ſi iuramentum detulerit parti aduerſe, ſe ei debitorem eſſe.*
14 *Minor reſtituitur aduerſus lapſum inſtantiæ, ſeù litis deſertionem.*
15 *Minor reſtituitur aduerſus ſententias interlocutorias.*
16 *Minor reſtituitur aduerſus non proſequutam appellationem, & lapſum fatalium probata læſione.*
17 *Minor reſtituitur aduerſus appellationem,& quomodo.*
18 *Sententia,an,& quando retractetur ex ſcripturis nouiter repertis per viam reſtitutionis in integrum, & prolata ex falſis probationibus per iudicis iniquitatem , aut ſordes, num.*19.
20 *Reſtitutio datur minori ad retractandam ſententiam propter inſtrumenta de nouo reperto.*
21 *Preceptum fieri ſolet priuilegiatis , vt petat beneficium ad inſtantiam litigantium .*

QVAESTIO VIII.

OCtauo quæro; Num minor,aliæ perſonę priuilegiatæ reſtituantur aduerſus iu-
1 dicialia? De hac quæſtione latiſſimè differit per plures quæſtiones, & articulos, *Oddus in d.eius tract.à q.*64.*vſque ad q.*74.*Tep. in d.tit.de minoribus,& eorum reſtitutione* 134 *col*.3.135.*col*.4.*& fol*.137.*col*.1.vbi alios nō cumu-

cumulatus per *Oddum*, cumulat, & etiam *Vincent. de Franch. deciſ.* 448. *Maſtrill. deciſ.* 151. *Menoch. conſ.* 818. *lib.* 9. *Tuſch. in verb. reſtit. concl.* 284. & plures alii; eſt enim materia admodum notata, ego tamen pauca ex multis colligam; ad eos remittens Lectorẽ pro reliquis. In hac materia eſt etiam regula generalis, quod contra quemlibet actum iudicialem, ex quo minor; vel alia perſona priuilegiata læditur, datur beneficium reſtitutionis in integrum, In hac regula conueniũt omnes, nec cumulo DD. quia ſunt etiam iura aperta *in l. ait Prætor,* §. *non ſolum verſ. ſed & in iudicijs, ff. de minoribus, & ali paſſim.*

Primò igitur reſtituitur minor, ſi iura
2 ſua agendi in iudicio alteri ceſſit, ex qua
ceſſione læſus fuerit, vt quia ius ſuum conſequi non poſſet, ita *Ioan de Giubbis*, & alij
3 quos probat *Oddus quæſt.* 64. *art.* 1. & quamuis aliqui hoc limitant quandò decretum Iudicis interuenit; non eſt vera limitatio, quia reſtituitur etiam contrà decretum, vt ipſe *Oddus* probat *quæſt.* 22. *art.* 9. & dicendis infrà patebit; ſic etiam quando minor,
4 errore, omiſit proponere aliquam actionẽ,
qua ſibi meliùs conſultum eſſet, *l.* 1. *ff. de edend.* vt fundat *dicta quæſt.* 64. *art.* 3. & 4. vbi probat quod minor, ſiue tutor, vel curator pro eo ſoluat expenſas conuento, ſiue alteri parti ex *text. in l. non eſt ignotum, C. de adminiſtr. tutor.*

Secundò reſtituitur aduerſus declinatoriam fori, & alias exceptiones etiam dila-
5 torias omiſſas, *l. minor* 25. *annis omiſſam*, vbi
Gloſ. Bar. & alij, ff. de minor. Afflict. deciſ. 390 *num.* 6 & hanc eſſe æquiorem, & ſecuriorẽ ſententiam defendit *Odd. dicta quæſt.* 64. *art.* 5. *in fine, quamuis num.* 36. §. *ſed contra*, plures cumulet, qui oppoſitum tenent, primã tamen ſententiam, latiſſimè probent *Theſaur. deciſ.* 240. *Cacheran. deciſ.* 158. & ipſemet *Oddus ibi art. vlt.* ſic etiam aduerſus exceptiones peremptorias, *l. peremptorias, C. ſent. reſcind. non poſſe*, latiſſimè *Oddus qu.* 65. *art.* 10. quamuis pro contraria ſententia citetur *Vincent. de Franch. deciſ.* 439.

Tertiò reſtituitur minor aduerſus non allegatum Iudicẽ ſuſpectum tempeſtiuè,
6 antequam procedetur ad alios actus, etiam
ſi tutor, curator, vel procurator in iudicẽ conſenſerit, cum enim ex tali conſenſu lædatur minor datur ei reſtitutio, vt poſſit illum iudicem allegare ſuſpectum, ita *Gloſ. Albert. in l. ſi minor* 25. *annis filio fam.* §. *ff. de minorib.* & hanc opinionem fuiſſe vſu receptam in almo prætorio Granatenſi affirmat *Couar. lib. vnic. pract. quæſt. cap.* 26. probat etiam *Oddus dicta quæſt.* 64. *art.* 6. quia durum eſt, & graue coram Iudice ſuſpecto litigare, *l. apertiſſimi, C. de iudic.* latiſſimè *Anna conſ.* 93. & *conſ.* 105. *num.* 2. *lib.* 2. *Vincent. de Franch. deciſ.* 692. *par.* 4. vbi ita refert iudicatũ in Sacro Conſilio de anno 1600: die 12. Ianuarij in cauſa Marchionis Sãcti Donati, cum Principe Biſiniani, & ego aliàs vidi ſic etiam iudicatum in cauſa terræ Sarræcutillæ cum illis de Incarnato, & aliàs in anno 1499. penès *Garſiam Maſtrill. deciſ.* 151. *num.* 34. *parte* 2. *Tapia*, qui ita pluries refert deciſum etiam in Collaterali Cõſilio, de quo, & de *Maſtrill* meminit, de *Thoro verb. reſtitut. in integr.* an competat ob recuſationem.

7 Quartò reſtituitur aduerſus omiſſam litis conteſtationem, aduerſus articulos, ſiue poſitiones; vel reſponſiones factas in eius præiudicium, vt poſt Speculatorem *Mauricium*, & alios notat *Oddus quæſt.* 65. *art.* 1. 2. & 3. *Miſinger. centur.* 3. *obſeruat.* 84. & *Capell. Tholoſ.* de quibus meminit *Riccius in ſua collectanea cap.* 186. §. 4. ſic etiam reſtituitur ad-
8 uerſus propriam confeſſionem, ſi ex illa ſi-
bi damnum euenire poteſt, & lædatur, ſecus tamen ſi veritatem fuerit confeſſus, vt latiſſimè proſequitur *art.* 7. & *ſeqq. d. qu.* 65. *Oſaſch deciſ.* 82. *in fine, Natta conſ.* 558. & *Mathesilan.* quos probat *Tepat. in tit. de minoribus, fol.* 136. *col.* 1. *in principio.* Reſtituitur etiam
9 ad producendos nouos teſtes, etiam poſt
concluſum in cauſa, vt latiſſimè probat, *dicta quæſt.* 65. *art.* 11. & eſt communis ob-
10 ſeruantia præcipuè in hoc Regno Neapol.
nam facta conc. in primo termino datur primum, & ſecundum beneficium, ſic enim vocatur reſtitutio in integrum in dicto Regno, vt per *Capyc. deciſ.* 13. *Anna allegat.* 84. *Vincent. de Franch. deciſ.* 233. *nu.* 1. & hoc eſt vulgatum, adeò vt omnia, quæ poſſunt fieri in prima inſtantia, & ſic in termino cauſæ principalis, poſsũt etiã fieri in primo, & ſecundo beneficio, & concluſo poſtea in ſecundò beneficio non datur alia reſtitutio, ne tenderetur in infinitum, & hoc iure vtimur.

Verum eſt, tamen de iure, quod ſi minor poſtea doceat ſe habere alias probationes,
11 quas per imprudentiam omiſit, & quæ cõ-
ferunt illi ad victoriam cauſæ, admittitur ad eas producendas etiam poſt concluſum in cauſa, & ſi ſunt ſcripturæ paſſim admitti-
12 tur productio in Regno Neapolitano; quò
verò ad teſtes ſolet etiam hoc concedi per Iudicem, quando teſtes ſunt citati in termino, aliàs ſecus, ſed ſi conſtaret id non malitiosè omiſiſſe, & teſtium productionem eſſe minori neceſſariam ad victoriam, de iure poſſet reſtitui aduerſus talem concluſionem, vt poſſit teſtes producere, vt poſt *Signorol de homod. Anchar.* & alios notat *Oddus dicta quæſt.* 65. *art.* 12. dummodo probe-
13 tur læſio, de qua materia latiſſimè ibidem

KKK 2 diſ-

diſputat,& etiam *art.11.* Cõfirmatur, quia
etiam ſi minor iusiurandum detulit parti
aduerſæ ſe debitorem eſſe eidem parti ad-
uerſæ, reſtituitur in integr. probata læſio-
ne, *l.nam,& poſtea,§.ſi minor,ff.de iureiuran-
do*, cum alijs cumulatis per *Oddum quæſt.
66.art.1.& 2.* ſic etiam aduerſus tranſactio-
nem factam cum parte aduerſa, *l.ſi pro fun-
do,C.de tranſ.l.1. C.ſi aduerſus tranſ.* latiſſi-
mè idem *Oddus dicta quæſt. 66. art. 4.* & ſic
eſt de omni actu per quem minor læditur,
quia ſatis eſt quod abſit dolus, qui nunquã
præſumitur adeſſe,& quod minoris iura
læ dantur,vt competat hoc beneficium, vt
millies replicatum eſt.

Hinc etiam eſt quod reſtituatur in inte-
grum aduerſus lapſum inſtantiæ, ſeù litis
14 deſertionem in prima inſtantia, vt latius
proſequitur *Oddus quæſt. 67. tota*, aliqua
*Borgnin.deciſ.17.num.21.par.1. Vincent.de
Franch.deciſ.473.* ſic etiam datur reſtitutio
15 aduerſus ſententias interlocutorias,& diſ-
finitiuas, quouis modo ex illis lædatur, vt
latiſſimè proſequitur *quæſt.68.69.& 72.Ma
ſtrill.deciſ.45.Hieronym. de Laurent. deciſ.2.*
de quibus meminit *Ricc.in collect.deciſ. cap.
186.§.ſumus expediti, verſ. item conceditur*,
& hoc omnes do. ent,& clarius patebit ex
dicendis infra *quæſt.13.*

16 Reſtituitur quoque aduerſus non proſe-
quutam appellationem,& lapſum fatalium
dum probat læſionem, vt latius proſequi-
tur *q.70.tota*, ſic etiam *q 71.tota*, quibus in
locis etiam ampliationes, & limitationes
ponit *Capyc.Oſaſch.& alij*, plures, quos ci-
tat *Tepat.in dicto tit.de minorib. fol.136. col.
1.§.minor non reſtituitur* ad appellandum;&
ita fuiſſe deciſum in Sacro Conſilio affir-
mat *Præſes de Franch.deciſ.473.* de quo poſt
Muſcatell. meminit *Ioa Bapt.de Thoro verb.
reſtit. in integr.* an detur minori aduerſùs
appellationem, ſolet tamen nunc contro-
uerti,an ſententia retractetur propter in-
ſtrumenta nouiter reperta;& ſi loquamur,
quòad maiores regulariter non retractatur,
quia ſibi maiores imputare debeat, cur il-
la inſtrumenta non perquiſierunt , & præ-
ſentarunt ſuo tempore, *l Imperatores , ff.de
re iudic l.ſub ſpecie,C.de ſentent. & re iudic.*
cum alijs cumulatis per *Oddum q.73.art.1.
& 3,* præcipuè *num.56.* ſi hic talis eſſet au-
ctor,quia ſibi debet imputare cur ad cau-
ſam non venerit inſtructus,ità *Caſtrenſ.cõſ.
257 lib.2.& alij.*

Hoc tamen limitatur multis modis, vt
18 proſequitur *art.2.& 3.* & præcipuè quan-
dò ignorauit illa inſtrumenta adeſſe ; vel
feciſſe intelligentiam inueniendi omnes
ſcripturas & quod talia inſtrumenta inue-
nire non potuit,nec fuit in dolo vel lata
culpa illa inueniendi, & tunc retractatur

talis ſententia,ſaltem per viam reſtitutio-
nis in integrum ex clauſula generali, *ſi qua
mihi iuſta cauſa competit*, vt latiſſimè proſe-
quitur *dicto art.3.* & vltra per eum cumula-
tos, latiſſimè *Tuſch. in verb. reſtitutio conc.
291.num.18.& ſeqq.* quos videat lector pro
ampliationibus, & limitationibus in hac
illatione, notat etiam poſt alios *Fontanell.
in tract. de pactis nuptial. clauſul.4. Gloſ.12.
num.57.*

19 Sic etiam quando detegitur ſententiam
fuiſſe latam ex falſis probationibus ; vel
propter Iudicis iniquitatem , & ſordos ,
quia pecunia fuerit corruptus , nam dete-
cta veritate, retractatur ſententia ex dicta
clauſula generali,vt poſt *Dynum, Baldum*,
& alios communiter probat *Oddus qu. 73.
art.5. & q.79.* tota præcipuè *art.1. num 6.
& ſeq.* poſt eum,& *Cumiam in ritu Regni Si-
ciliæ cap.21.num.22. Menoch. dicto conſ.818.
num.114.& ſeqq.lib.9.Tuſch.dicta conc.291.
& ſeqq.*

In minore tamen nulla eſt dubitatio,
quod detur ei reſtitutio in integrum ad re
20 tractandum talem ſententiam propter in-
ſtrumenta nouiter reperta, ſi enim illi da-
tur ſimpliciter aduerſus rem iudicatam,
vt in *l.1.& toto titulo,C.ſi aduerſus rem iudi-
catam*,cum in innumeris alijs cumulatis per
*Oddum quæſt.72.& Tuſch dicta conc.291.nu.
1.& ſeqq.* & alios, multo magis datur ei re-
ſtitutio ex legitima cauſa propter inſtru-
menta nouiter reperta,vel ſi detegatur,ſen
tentiam prolatam fuiſſe per falſas proba-
tiones ex iudicis iniquitate;vel per ſordes,
quod idem procedit in fiſco , in Eccleſia,
& alijs perſonis priuilegiatis,vt ex *text. in
l.1.C.de ſent.aduerſus fiſ. latiſ* & alijs notat
Oddus d.q.73.art.1.num. & latiſſimè *qu.75.
tota,& q.76.* vbi hoc declarat , & in quæ-
ſtionibus ſequentibus,vſque ad *q.80.*

Si verò bona pupilli per Iudicis decre-
tum;vel ſententiam ſubhaſtarentur , & tẽ-
pus ſubhaſtationum , eſſet elapſum;vel ex
ſubhaſtationibus aliquo modo lædatur mi
nor ,Eccleſia, & aliæ perſonæ priuilegiatæ
datur illis reſtitutio in integrum latè *Bocr.
deciſ.141.* latiſſimè *Alexand.Raudenſ.in tract.
de analogis cap.30. num.135. cum ſeqq.* quos
probat *Tepat.tit.de minorib.fol.138.col.2.§.
minor aduerſus cridas.*

Solet tamen huiuſmodi perſonis priui-
21 legiatis per Iudicem ad inſtantiam aliorũ
litigantium fieri præceptum;quo vel com-
pellantur ad petendum reſtitutionem in
integrum,ſeù primum,vel ſecundum bene-
ficium;vel ad probandum actum factum,
ne pars aduerſa dici teneatur in ſuſpenſo
ab ipſis priuilegiatis; hoc enim eſſet con-
tra publicum bonum, & contra finem in-
uentum à iure , nam reſtitutio conceditur
mi-

minoribus aliiſque perſonis priuilegiatis,
vt in eo quod læſi ſunt ex aliquo actu re-
ſtituantur, non autem, vt alijs præiudicet,
& ſic in ſuſpenſo retineant; quamuis hoc
præceptum ſoleat magis procedere in mu-
liere non autem in pupillis, Eccleſijs, &
Vniuerſitatibus, vt fundat *Capyc. deciſ.* 110.
Vrſill. deciſ. 369. *num* 8. & alij relati per *Od-
dum quæſt.* 25. *art.* 2. *Nunc, Pellic. Maxilla, &
Tapia*, de quibus meminit *Io. Bapt. de Tho-
ro in compend. deciſ. Neapol. verb. mulier inui-
ta*, & in muliere eſt ratio, quia eſt habilis
ad renunciandum, & ſic compelli poteſt
ad petendam reſtitutionem in integrum;
ſecus tamen eſt in perſonis priuilegiatis,
quia requiritur etiam decretum Iudicis ſi
expediret, & ita mihi fuit relatum eſſe cō-
munem obſeruantiam in Sacro Regio Cō-
ſilio Neap.

SVMMARIVM.

1 *Minor an reſtituatur aduerſus delictum.*
2 *Minor reſtitur ſi patrem ab hoſtibus non re-
demit.*
3 *Minor reſtituitur ſi non ſoluerit vectigal.*
4 *Minor reſtituitur aduerſus non vendicatam
mortem defuncti patris.*
5 *Minor reſtituitur ſi non adimpleuit volunta-
tem teſtatoris.*
6 *Minor an reſtituatur aduerſus contumaciā
annotationem bonorum & penam.*
7 *Minor reſtituitur aduerſus conditionem, &
& pactum ſi opus non adimpleuit.*
8 *Minor reſtituitur aduerſus expenſas ſolutas
ob contumaciam.*
9 *Mater an reſtituatur ſi non petierit tutorem
filio per tranſitum ad ſecunda vota.*

QVAESTIO IX.

Decimo quæro, An minor reſtituatur in
integrum aduerſus delictū de hac quæ-
1 ſtione plura poſt alios tradunt *Oddus in d.
ſuo tract. à quæſt.* 80. *ad quæſtionem* 85. *Tuſch.
in verbo reſtitutio concl.* 283. *Theſaur. deciſ.* 9.
& deciſ. 161. *Maſtrill. deciſ.* 134. *num.* 23. *lib.*
2. *Vincent. de Franch. deciſ.* 421. & alij plures,
quos ipſi cumulant. Vt autem reaſſumam
hanc materiam, illam diſtinguo in duo ca-
pita, nempe in delictis, quæ in omittendo
conſiſtunt, & in illis, quæ conſiſtunt in co-
mittendo, in primò caſu quando delictum
conſiſtit in omittendo, quia nempè minor
omiſit aliquid adimplere, quod vel ex iuris
diſpoſitione, vel hominis præcepto adim-
plere tenebatur, & tunc regulariter reſti-
tuitur, quia ſatis eſt quod ſine dolo læſus
inueniatur, & hæc eſt receptior ſententia,
vt eſt videre penes *DD.* citatos, & citan-
2 dos. Hinc eſt quod minor reſtituitur ſi pa-
trem ab hoſtibus non redemit, & præci-
pue ſi eſſet minor 18. annis, *ad text. in auth.*
3 *ſi captiui, C. de Epiſc. & Cleric. Oddus q.* 82.
art. 1. vbi alios citat. Sic etiam reſtituitur
ob non ſolutum vectigal, dummodo do-
loſe id non omiſeſit ſoluere, *l. ſi ex cauſa, §.
pen. ff. de minoribus, Oddus dicta quæſt.* 82. *art.*
4. vbi hoc declarat.
4 Reſtituitur, etiam aduerſus non vendi-
catam mortem defuncti, *Gloſ. in l.* 1. *C. in
quibus caſibus reſtit. in integr. non eſt neceſ.* la-
tiſſimè *Oddus d. quæſt* 82. *art.* 5. Sic etiam ſi
5 non adimpleuit teſtatoris voluntatem, vt
ſi infrà annum non ſoluerit legata, capel-
lam non conſtruxerit, & ſic de alijs, *Bald.*
6 *Roman. Alexand. & alij*, quos probat *Oddus
dicta quæſt.* 82. *art.* 6. *num.* 62. *& ſeqq.* An au-
tem reſtituatur aduerſus contumaciam,
annotationem bonorum, moram; vel pœ-
nam conuentionalem tractat *dicta quæſt.*
82. *art.* 7. *cum tribus ſeqq.* cum regulariter
7 reſtituatur; ſic etiam aduerſus aliam con-
dictionem, & pactum, & ſi ex parte ſua
opus non adimpleuit, vt latiùs proſequi-
tur *quæſt.* 84. *Theſaur. deciſ.* 9. *per totam*,
vbi an minor ſoluat expenſas, quando re-
ſtituitur, aduerſus contumaciam, vbi *num.*
6. ex receptiori ſententia affirmat, quod
8 etiam detur reſtitutio aduerſus expenſas
ſolutas ob talem contumaciam. An ſi ma-
9 ter reſtituatur in integrum aduerſus non
petitum tutorem dandum filijs minoribus,
dum ipſa tranſit ad ſecundas nuptias tra-
ctat eadem *quæſt.* 82. *art.* 2. *&* 3. vbi ex ma-
gis æqua ſententia tenet, quod detur ma-
tri reſtitutio in praxi tamen ſeruatur, quod
priuetur ſucceſſione filiorum, vt dixit *tom.*
1. *par.* 3. *quæſt.* 26. *num.* 2. *& in additione in* 2.
volum.
In ſecundò caſu quando delictum con-
ſiſtit in committendo, tunc regulariter mi-
nor non reſtituitur; quia in delictis homi-
num ceſſat reſtitutio, *l. auxilium, §. in deli-
ctis, ff. de minoribus.* Attamen receptior eſt
opinio, quod minor mitius puniatur, vt
notant omnes in *dicto §. in delictis* latiſſimè
Oddus quæſt. 80. *art.* 9. *Vincent. de Franch. de-
ciſ.* 230. poſt alios *Theſaur. deciſ.* 161. vbi
alios cumulat *Tuſch. dicta conc.* 283. *num.* 15
& ſeqq. An autem reſtituatur minor aduer-
ſus adulterium, aliaque crimina huiuſmo-
di, ſic etiam aduerſus furtū, homicidium,
aliaque facinora, idem *Oddus quæſt.* 81. *tota.*
Benè tamen verum eſt quod minor reſti-
tuatur aduerſus confeſſionem delicti; etiā
ſi cum præſentia curatoris confeſſionem
delicti fecerit; ſi ſui facilitate; dolo aduer-
ſarij; vel Iudicis: blanditijs confeſſionem
emiſerit, vt in *l.* 1. *l. ſi aduerſus debit. Bald.
Dyn. Afflict. Boſſ. Menoch. Iul. Clar. & alij*,
quos probat *Tuſch. dicta conc.* 283. *nu.* 1. *&
ſeqq.*

Digitized by Google

ſeqq. & præcipue num.6. vbi etiam *Oddum* cumulat *Gramat.conſ.ciuili 76. num.15. Vrſill.deciſ.175.num.Sanchez lib.7. de matrim. diſput 112.num.17. Tepat. tit. de minoribus, fol.136. col.1. §.minor. delictum, & fol.137. col.2.* vbi alios citat.

Si tamen minor cauſa ciuiliter intentata, vellet reſtitui ab opponendum crimen contra aliquem, puta adulterium, non datur illi reſtitutio *Speculat. & Compoſtell.* quos probat *Tuſch.d. conc.283. num.26.* latiſſimè *Vincentius de Franch.deciſ.321. Afflictus deciſ.340. Bart.in l.cum quidam.ff.de vſuris,* quos probat *Tepat dicto tit.de minoribus fol.136.col.4.§.minor ex alterius delicto*, idē *Tuſch.in dicto verb.reſtitutio conc.274.num.83.ex ſen.in l.ſepulchri.ff.de ſepul.viol.* & idē eſt in Eccleſia vt per eos; nam eadem eſt ratio. Pro reliquis concernentibus quæſtionem iſtam quoad vtrumque caput videri poſſunt citati *DD.*

SVMMARIVM.

1 *Minor an reſtituatur aduerſus proprias renunciationes, & donationes.*
2 *Minor reſtituitur aduerſus renunciationem querele inoſſicioſi teſtamenti, & aduerſus renunciationem litis à ſe factam nu.3.*
4 *Minor an ſuccurratur ſi pluries renunciationes confirmaſſet.*
5 *Minor an reſtituatur aduerſus beneficium reſignati.*

QVAESTIO X.

1 DEcimo quæro. An minor reſtituatur aduerſus proprias renunciationes? Regula eſt generalis, quod reſtituatur, quia per illas remittit ius ſibi acquiſitum, & ſic omninò læditur, *l.3.§.quod ſi minori, & l.nō omnia.ff.de minoribus,* quoniam talis renunciatio eſt donatio iuris proprij, & dum minor res proprias donat reſtituitur aduerſus talem donationem *toto tit. C.ſi aduerſ. donat.* latiſſimè *Oddus quæſt.85.art.1.* & in hoc omnes conueniunt, vt videri poteſt, *in cap.quamuis de pactis in 6. Papon. lib.16. tit.3. arreſtu 4. Tepat. dicto tit. de minoribus,*
2 *fol.138.col.2.§.3.* Ideò reſtituitur etiam ad-
uerſus renunciationem querelæ inoſficio-
ſi teſtamenti, quia ius ſibi competens re-
miſit, *l.1 C.de reſtitut.in integr.* latiſſimè *Od-
dus dicta quæſt.85.art.5.* & patet ex dictis ſu-
3 prà *quæſt.7* ſic etiam aduerſus renuncia-
tionem litis à ſe factam, dummodò maius
commodum reſultet minori ex litis proſe-
cutione, quandò ex illa renunciatione;
aliàs ſecus, vt notant communiter *DD. in
leg.poſtquam liti. C.de pactis, Oddus d.q.85.
art.6.*

Nec vrget ſi pluries minor renunciationem confirmaſſet, quia quantò pluries ſuo beneficio renunciet, tanto magis læditur *Roman.Cephal.& alij,* quos probat idem *Odd.q.25.art.1.num.2.§.ſed breuiter,* & alij, imò multiplicatio cautelarum facit præſumere fraudem in eo, qui illos procurat, vt ſæpè *tomo* 1.adnotaui, & ſic inſpicitur finis, & cauſa, ex quibus ſit confirmatio. Ex quibus autem inducatur hæc renunciatio, & an, & quando valeat, tractat *Odd. qu.26.tota;* ſed hæc concernunt materiam renunciationis de qua dixi ſupra *tomo 1. par.4. in tit.de renunciat.* ad ibi dicta me remitto.

5 Hinc etiam patet quod minor reſtituatur aduerſus beneficium reſignaturæ ſi ex illa reſignatione lædatur, quia eſt renunciatio beneficij, vt fundat *Puteus deciſ.437. lib.1.& deciſ.9.lib 3.Tepat.in tit.de minorib. fol.137.col.1. §.minor ad beneficium reſignatum,* & dixi *dicto tit.de renunciatione q.1.* vbi ad plura intuli.

SVMMARIVM.

1 *Reſtitutio an detur aduerſus legitimas præſcriptiones affirmatiua extat opinio aliquorum num.2.*
Alij vero contrariam ſectantur opinionem num.3.
4 *Reſtitutio aduerſus præſcriptionem longiſſimi temporis, quando iuſta cauſa ignorantiæ ſubeſſet, & deciſio affertur reſpectu Eccleſiæ, num.5.*
6 *Reſtitutio aduerſus legitimas probationes, an detur maioribus ſtante cauſa ignorantiæ.*
7 *Reſtitutio in integrum aduerſus præſcriptionem ipſam data ignorantia, & læſione regulariter conceditur, & ſic pluries deciſum in multis Tribunalibus.*
8 *Deciſiones Tribunalium loquentes de reſtitutione conceſſa aduerſus præſcriptionem data ignorantia, ac læſione qualia procedant.*
9 *Præſcriptio longiſſimi temporis pleniſſimam præbet ſecuritatem.*
10 *Exceptio præſcriptionis eſt iniquiſſimum præſidium iniquitatis.*
11 *Reſtitutio datur aduerſus tres ſententias ob inſtrumenta nouiter reperta.*

QVAESTIO XI.

1 VNdecimò quæro, An detur reſtitutio perſonis priuilegiatis aduerſus legitimas præſcriptiones? In hac quæſtione omnes inſudarunt pro veritate perquirenda, adeò vt vix colligi poſſit, quæ nam ſit verior opinio, vt ex dicendis patebit; ſed quia de illa multi tractant; ideò ſequendo conſuetum morem; in hac materia tres

caſus

caſus conſidero, primus eſt in præſcriptione ordinaria 10 vel 20. annorum, ſecundus in præſcriptione 30 annorum; tertius in præſcriptione 40. & vltra.

In primo quaſi omnes conuenit, quod
a detur reſtitutio, vt notant omnes, quos
mox referam in caſu præcipuè, *Bart. in l. 1. §. ſi quis autem, ff. de itiner. actuq. priuat.* latè *Theſar. deciſ. 133. Fontanella loco citando, nu. 61. cum ſeqq. & eſt text. in l. ait Prætor, in principio, ff. de minoribus*, vbi omnes, *Oddus de reſtitut. quæſt 85. ar. 1. num. 1.* quia hic agitur de ordinaria præſcriptione, in qua legislatores non ita fuerunt ſolliciti ad excludendam præſcriptionem, vt fuerunt in alijs caſibus; in ſecundo magis communis eſt opinio, quod ex capite ignorantiæ detur reſtitutio in integr. & datur Eccleſiæ, & maioribus per quadriennnium à die ſcientiæ, ſic teſtent omnes citandi in tertio caſu, & quamuis multi teneant non detur hæc reſtitutio, non tamen recedendum eſt à communi, & recepta ſententia, quod detur. Tota igitur quæſtio eſt in tertio caſu; de quo plura dicerem; ſed quia vltrà tradita per antiquos, & modernos, plura reaſſumunt *Theſaurus deciſ. 103. 133. & 134. Surdus deciſ. 4.* & alibi *Menoch. conſ. 1169. præcipuè num. 30. & ſeqq. lib. 12.* & nouiſſimè *Ioan. Petr. Fontanell. in tract. de pactis nuptialib. clauſ. 4. gloſ. 12. à num. 38. vſque ad num. 104.* imò vſque ad finem, vbi plures hinc inde deciſiones cumulat, ideò ſummatim reaſſumam, quid iuſtius mihi videatur. Diſtinguo igitur duos caſus, primus ſit in minore, Eccleſia & alijs perſonis priuilegiatis, & ſecundus in maioribus, & in vtroque caſu ſupponimus adeſſe iuſtam, & legitimam ignorantiam; ſi enim adeſſet ſcientia, clarum eſt; quod nec etiam in minoribus, & Eccleſia daretur hoc beneficium.

In primo caſu, ſi læſio adſit, & iuſta cau-
4 ſa ignorantiæ interueniat, datur minori,
Eccleſiæ, & alijs perſonis, quæ minorum iure vtuntur in hoc beneficio datur, inquam, illis reſtitutio in integrum, etiam aduerſus præſcriptionem longiſſimi temporis 40. annorum, ita voluerunt, *Gloſ. Bart. Caſtrenſ. & alij in auth. quas actiones, C. C. de Sacroſanct. Eccleſ. Ioan. de Lignan. Imol. Anton. de Butr. Abb. Bellam. Borc. Rom. Iaſon Anguiſſol. Ruin. Riminald. Rebuff. Chircon. Villalob. Bero. & Rodoban.* quos citat, & probat *Oddus quæſt. 90. art. 3. Couarr. & Pinell.* qui alios citant, quos ſequitur *Fontanell. d. gloſ. 12. num. 85. & ſeqq.* vbi ſic pluries deciſum refert in illo Senatu Cataloniæ, & *Afflict. deciſ. 37. & 329.* & vtrobique ſic re-
5 fert deciſum in Sacro Conſilio Neapolitano, & præcipuè locum habet hic caſus in Eccleſia, & Vniuerſitate, quia ſemper reguntur per alios, & nunquam per ſe ipſas; & ideò in eis magis adeſt præſumptio ignorantiæ, prout latius eſt videre penes, *Menoch. d. conſ. 726. num. 52. cum ſeqq. vol. 8. Tuſch. in verb. reſtitutio conſtitutio conſ. 284. num. 36.* Probatur hec ſententia, optima ratione, quia vt dicam in ſecundo caſu plures grauiſſimi Doctores tenuerunt indiſtinctè, dandam eſſe reſtitutionem ex capite ignorantiæ aduerſus hanc præſcriptionem, quo fit, quod vel ſit receptior ſententia, vt etiam maioribus in hoc caſu detur reſtitutio; & multò magis dari debet minoribus, & qui minorum iure vtuntur cùm per alios regantur; vel quod opinio redditur dubia, & in dubio pro Eccleſia, minoribus, alijſque perſonis priuilegiatis iudicari debet, vt eſt notiſſima regula, & poſt *Benintend. deciſ. 19. nu. 2. & Ioſeph. Ludouic. in deciſ. Rot. Lucenſ. deciſ. 3. num. 59. & 60.* notat *Fontanell. vbi ſupra ſub num. 86.* & quia optimis alijs rationibus hanc ſententiam confirmat, tranſeo ad ſecundum caſum, in quo eſt tota controuerſia.

In ſecundo caſu, nempè, in maiore, in quo eſt maior dubitatio; tunc regulariter non datur ei hæc reſtitutio, ea ratione, vt ſit litium finis, ne dominia rererum ſemper maneant in incerto; & ne iura introducta in beneficium vſucapionis tollantur & annullentur, quod nullo modo eſt dicẽdum, ita poſt alios *Fontanell. d. gloſ. 12. num. 99. & ſeqq.* præcipuè ſi interueniſſet aliqua negligentia, vel craſſa ignorantia, vt latiſſimè probat etiam *Surd. dicta deciſ. 4.* ferè per totum, qui innumeros citant DD. & deciſiones.

Neç vrget, quod videatur magis recep-
7 ta ſententia, quod ex capite ignorantiæ, &
probata læſione detur hæc reſtitutio, nulla facta diſtinctione de maiori, & minori, & pro hac ſententia *Menoch. conſ. 726. num. 8.* enumerat 32. *Doctores, Abbatem, Alexandrum, Soccinum Seniorem, Crotum, Canalcanum, Ruinum, Afflictum, Gratum, Gozadinũ, Balbum, Iacobinum de Sancto Georgio, Cagnolum, Tiraquellum, Io. Mauriz. Cranettam, Soccinum Iuniorem, Alciatum, Ferrettum, Siluanũ, Puteum, Anguiſſolum, Rebuffum, Caphalum, Rolandum, Burſatum, Papazon. Oddum, Decianum, Rotam Romanam, Vrſillum,* & ſeipſum tàm ibi, quàm etiam *conſ. 1169. nu. 30. vol. 12. & alibi,* quibus etiam addi poſſunt alij plures, quos cumulat *Fontanell. d. gloſ. 12. num. 40. cum ſeqq.* & pro hac opinione fuit pluries deciſum in omni ferè terrarum Orbe, bis Neapoli, vt refert *Afflict. deciſ. 37. & 329.* ſic etiam *Lucæ*, vt refert *Ioſeph Ludouic. deciſ. 52. & Magon.* etiam in deciſionibus illius *Rotæ deciſ. 77. num. 13.*

Bor-

Borgnin.etiam deciſ.27.de iudic.in 1. impreſ-
ſione num.44. plures alias deciſiones refert
Fontanell.d gloſ.12. num.41. tàm illius Se-
natus Cathaloniæ, quàm etiam Rotæ Ro-
manæ & aliorum Tribunalium, ſiquidem
dupliciter reſpondetur. Primò quia ferè
8 omnes dictæ deciſiones, & Doctores lo-
quuntur in minore, in Eccleſia, vel Vni-
uerſitate,& alijs perſonis priuilegiatis, vt
ex eorum lectura cernitur:& ideò non de-
bemus illas extendere etiam ad maiorem,
cùm maxima ſit differentia inter vnum &
alium caſum,vt ſæpius replicatum eſt in
hoc tractatu. Secundò quia etiam in per-
ſonis priuilegiatis multi grauiſſimi DD.
defendunt, quod nullo modo detur eis
huiuſmodi reſtitutio etiam in maxima læ-
ſione,ex capite ignorantiæ,& pro hac ſen-
tentia *Menoch.d.conſ.726 num.53.* enume-
rat ſexdecim DD & plures alios cumulat
Theſaur.deciſ.134. ſic etiam *Surd.deciſ.4.* ſic
etiam *Fontanell.d gloſſ.12.num 44.& 45.* &
ita determinauit *Senatus Pedemontanus*, vt
per *Theſaur. d. deciſ. 134.* ſic etiam *Senatus
Sabaudiæ*,vt per *Antonium Fabrum in ſuo C.
lib.2.titulo 2. defin.1.* ſic etiam *Rota Lucenſ.*
vt per *Ioſeph.Ludouic. deciſ.52 num.12.* ſic
etiam *Senatus Mantuan.*vt per *Surd.deciſ.4.
num.4 & ſeqq.*& poſſunt etiam videri aliæ
deciſiones penes *Fontanellam d.gloſ.12.nu.
45.*& hanc opinionem dicit communem,
& magis communem *Marius Muta ad con-
ſuet.Panhorm.cap.26. num.1.toto*, Si igitur
hoc procedit in perſonis priuilegiatis, de
quibus maior eſt dubitatio, vt dictum eſt,
eò maximè locum habet in maioribus,
quibus non ita ſuccurritur per hoc bene-
ficium, & in quibus multæ fraudes inter-
uenire poſſunt,vt occultando ſcripturas,
& ſic de alijs,vt aliquibus in locis vidi.

9 Accedit prædictis,quia omnium eſt ferè
ſententia,quod hæc præſcriptio longiſſimi
temporis 40. annorum pleniſſimam præ-
beat ſecuritatem, *l. omnes in fin. C. de præ-
ſumpt.30.vel 40.ann.* & adeo pleniſſimam,
quod talis poſſeſſor ſuper dominio rei præ-
ſcriptæ nullam penitus actionem,vel mo-
leſtiam, aut inquietudinem aliam formi-
dare debet,vt *in l.fin. C. de fund. patrim.lib.
11.cap.ad aures de præſcript.* quæ quidem ſe-
curitas locum non haberet,ſi talis daretur
reſtitutio,vt eſt *gloſſa communiter recepta,in
l.ait Prætor. §. permittitur in verbo imputan-
dum,ff.de minoribus*,quod etiam procedit in
foro conſcientiæ,vt dixi in ſumma in tra-
ctatu de reſtitutione.

Nec vrget contraria, nam vltra reſpon-
10 ſiones traditas à Doctoribus citatis, præ-
cipuè *à Theſauro,& à Fontanella d.gloſſ.12.
num.68.& ſeqq.*quod communiter dicitur
exceptionem ſolius præſcriptionis eſſe ini-
quiſſimum præſidium,contrarium iuri, &
æquitati, vt aliquis ſine eius culpa priue-
tur proprijs bonis, vt ſcripſit *gloſſ.in l.1.ff de
negotijs geſtis.* variæ ſunt reſponſiones penes
Pinell.in auth.niſi triennalis nu.39.cum ſeqq.
& alios,quos citat *Fontanell. d. gloſſ.12.nu.
73.& 84.*& procedit in præſcriptione or-
dinaria,vel etiam 30.annorum, vel etiam
quod licet durum remedium videatur reſ-
pectu perſonæ particularis, iuſtum eſt ta-
men, & legitimum reſpectu Reipublicæ,
ne dominia rerum ſint in incerto, ſit litiũ
finis,& ſic de alijs, vnde dum leges reme-
dium,producens pleniſſimam ſecuritatem,
introduxerunt;etſi durum videatur,obſer-
uari debet,ex *reg.text.in l. proſpexit 11. qui
& à quibus*, & ſic priuatur ſinè culpa non
autem ſine cauſa, vt poſt alios notat *Fon-
tanell.d.gloſſ.12.num.75.*

11 Quod autem dicitur,quod detur reſtitu-
tio aduerſus tres ſententias propter inſtru-
menta nouiter reperta,vt dixi ſupra *q.8. §.
ſolet tamen controuerti* Reſpondetur,illud
euenire,quia ex falſis actis fuit prolata ſen-
tentia,vndè detecta poſtea veritate, retra-
tur illa ſententia, quia ius noſtrum habet
ſententiam illam,vt nulliter prolatam, vt
loco citato dictum eſt At in præſcriptione
ſecus eſt,quia fuit à principio incohata
bona fide,& ita completa;vnde mala fides
poſtea ſuperueniens non annullat talem
præſcriptionem, vt eſt axioma vulgatum,
& ita mihi videtur; reliqua videri poſſunt
penes *Fontanella d.gloſſ.12.à d. num.38.ferè
vſque in finem gloſſæ prædictæ, Theſaur. d.de-
ciſ.134.Surd.d.deciſ.4.*

S V M M A R I V M.

1 *Reſtitutionis effectus,qui non ſint.*
2 *Reſtitutione pendente nil probari debet neq;
ſieri debet alienatio, vel ſubhaſtatio, quæ li-
mitatur num 3.*
4 *Reſtitutio tantum reddit, quantum abſtulit
læſio.*
5 *Reſtitutio conceſſa ex iuſtitia non tantum lo-
cum habet in re principali, ſed in acceſſo-
rijs.*
6 *Reſtitutio nedum ipſis minoribus, ſed etiam
illis,qui ſecum litigant datur.*
7 *Reſtitutio an prodeſt fideiuſſoribus minorum,
vbi limitatur.*
8 *Reſtitutio,an alteri cedi poſſit.*
9 *Effectus reſtitutionis gratioſe qui ſunt remiſ-
ſiue,& num.18.*
10 *Reſtitutio gratioſa habilitat ad ſuccedendum,
& ad honores tantum acquirendos.*
11 *Indulgentia ſimplex eſt ſola pœnarum remiſ-
ſio.*
12 *Reſtitutus an recuperet locum,quem in aliquo
collegio habet, & an lecturam dum alius
in-*

Digitized by Google

incumbuerit ſubrogatus, num. 13.

14 *Reſtitutio generalis bona etiam continet, quod limitatur, quando durante banno, quo erat incapax fuerunt alteri quæſita, num. 15. bene tamen ſi fuerunt adẽa reſtitutus tenetur pretium reſtituere, num. 16. dummodo non fuerint alienata titulo oneroſa num. 17. vbi etiã habetur ſi ex cauſa lucratiua.*

QVÆSTIO XII.

DVodecimo quæro, Qui, & quot ſint reſtitutionis effectus? Quæſtio hæc duos etiam caſus, ſiue capita complectitur.
1 Primum eſt in reſtitutione ordinaria. Secundum verò eſt circa reſtitutionem gratioſam. De hoc ſecundo capite agit latiſſimè *Odd. quæſt. 94. cum alijs ſeqq.* De primo autem capite agit *quæſt. 41. cum nouem ſeqq.* Omitto tractare quid operetur, antequam petatur, regulariter enim operatur, vt eſt videre penes *Odd. quæſt. 41. tota.*

Primus eſt effectus, quia ea pendente ni-
2 hil innouari debeat, in hoc enim procedũt à pari cum appellatione, vt latius probat *quæſt. 42. art. 1. & 2.* vt nec etiam fieri debeat aliqua alienatio, nec etiam ſubhaſta-
3 tio, niſi hæc eſſet modici præiudicij, vt probat *art. 3.* Immò etiam iuriſditionem primi Iudicis ſuſpendit, vt probat *art. 5.* ſed qualiter hoc procedat, dicam *quæſt. ſeq.* Impedit quoque exequutionem inſtrumenti guarantigiati, vt ex receptiori ſententia fundat *art. 6.*

Secundus effectus eſt, quia regulariter
4 tantum reddit, quantum abſtulit læſio, *l. fin. ff. eod.* cum alijs cumulatis per *Odd. quæſt. 44 art. 2.* vbi ampliationes, & limitationes ponit, non iam vt tollat penitus actionem à creditoribus, ſed vt minor exceptione reſtitutionis obtentæ reddatur ſecurus aduerſus tales actiones, donec per ſentẽtiam fuerit declaratum, nullum ius competere creditoribus, vt probat *dicta quæſt. 44. art. 3. & 4.* & facta tali declaratione, reſtitutio aufert ius alteri quæſitum, vt latius fundat *d. art. 4.* Quid autem minor teneatur aduerſario tunc reſtituere, latiſſimè tractat *quæſt. 47. tota,* vbi an pretium cum intereſſe: nam attenditur modus contrahendi, vtilitas, quę tali perſonæ priuilegiatæ indę euenerit, & ſic de alijs; vt per eum.

5 Tertius effectus eſt, quia quando ex iuſtitia conceditur reſtitutio; non ſolum locum habet in re principali, ſed extenditur etiam ad alia acceſſoria, vt ad fructus, vt ex receptiori ſententia probat *Odd. qu. 45. art. 2. ſub num 13. 5. ſed contra, & communis,* cum numeris ſeqq. vbi hoc ampliat, & limitat, an & quando extendatur ad vſuras. *Cran. art. 3. & 4. dicta quæſt. 45.* Quid autem minor è contra reſtituat, pertractat *quæſt. 47. tota.*

Quartus effectus eſt, quia etiam maioribus, qui ſimul cum ipſo minore litigant,
6 prodeſt hoc reſtitutionis beneficium, & dixi aliqua *tomo 1. par. 4. quæſt. 8. nu. 3. & ſeqq.* de qua materia latiſſimè tractat *Odd. quæſt. 46. tota,* vbi hoc declarat; regulariter tamen
7 non prodeſt fideiuſſoribus minorum, *l. 1. & 2. C. de fideiuſſ. min.* cum alijs cumulatis per *Oddum quæſt. 48 art. 1.* vbi hoc ampliat, & limitat pluribus modis, & præcipuè limitatur, quando minor reſtituitur, quia dolo aduerſarij fuit læſus, etiam ſi eſſet dolus præſumptus, & ideo fuit reſtitutus; tũc etiam prodeſt fideiuſſori, ne creditor ex dolo ſuo lucrum reportet, & debitor damnum indebitè patiatur, vt latiſſimè probat *art. 2. d. quæſt. 48.* præcipuè quando fideiuſſor haberet regreſſum contrà ipſum minorem, vt latius probat *ar. 4. & 5. cum ſeqq.* vbi explicat, an & quando proſit etiam fideiuſſori, & in quibus caſibus, vt per eũ. Tranſmittitur etiam ad hæredes, vt explicat *quæſt. 50. tota,* vbi ad ſaturitatem hanc illationem examinat.

8 Quintus effectus eſt; quia etiam alteri cedi poteſt, *l. quod ſi minor. in princ. ff. de minor.* cum innumeris alijs cumulatis per *Odd. quæſt. 49. art. 2.* quia dum hoc beneficium, etiam ad hæredes tranſmitti poteſt, vt explicat tota *quæſt. 50.* Ideo ſtat regula, omne quod poteſt ad hæres tranſmitti, etiã cedi poteſt, vt etiam dixi *tomo 1. par. 6. quæſt. 10 num. 3. & alibi,* vbi hæc regula explicata eſt. Omitto reliquos effectus, quia penès citatos Authores videri poſſunt, & etiam quia iſti ſunt magis principales.

9 Sequitur nunc, vt aliquos effectus reſtitutionis gratioſæ enumeremus; qui enim plures videre cupit, adeat *Oddum,* ſic etiam *Tuſchum* locis citandis, locis citatis ſuperius *q. 3.* aliqua dixi, quæ etiam hic breuiter reaſſumam.

10. Dico primò ſi reſtitutio gratioſa ſit ſola indulgentia ſimplex delicti, vt crimen tantùm remittatur, ſinè dubio nihil aliud recuperat, nec etiam bona applicata fiſco, vel alteri acquiſita, nec honores, nec etiã dignitates, & famam, & ſolum habilitatur in poſterum ad ſuccedendum, & ad honores acquirendum, vt dixi *tomo 1. par. 4. qu. 50. num. 5.* nam ſimplex indulgentia eſt ſola pænarum remiſſio, *gloſſ. in l. 1. §. in pæna. in verb. exim. ff. de poſtul:* latiſſimè *Roland. conſ. 45. num. 2. vol. 1. & alij,* quos probat *Oddus qu. 98. & 99.* ſic etiam *q. 94. art. 2. cum ſeqq.* vbi etiam tractat, quòd non recuperat patriam poteſtatem, vt filios in poteſtatem rehabeat, & *quæſt. 96. tota,* vbi etiam tractat, quando recuperat honores, & di-

gn tate & quod regulariter eas non recuperet, & in ſpecie *art.* 4. quod non recuperet locum, quem in aliquo collegio habebat, præcipuè ſi aliquis in eius locum fuit aſſumptus; & idem eſt, ſi eſſet Doctor actu legens, quod non recuperet lecturam, præcipuè dum alius in eius locum ſubrogatus fuerit, vt fundat *art.* 5. aliqua etiam tractat *Ronit. in commentar. pragmat. in tit. de abolitionib.* vbi etiam tractat de indultu generali, qui videri poteſt.

13

Dico ſecundò ſi reſtitutio ſit generalis,

14 adeo vt omnia includat, tunc ſine dubio veniunt bona, vt dixi *d. q.* 80. *nu.* 6. & dum extenditur ad bona, etiam ad feuda extenditur, niſi acquiſita ſint alteri, vt latius dixi *d. queſt.* 59. & latiſſimè tractat poſt alios *Odd. q.* 48. *art.* 1. *præcipue num.* 7. *& ſeqq.* & in hoc caſu feudum remanet antiquum, vt erat per prius, quod latiſſimè proſequitur *art.* 2 vbi *num.* 21. *& ſeqq.* ex *Tſ.*... & receptori ſententia hoc etiam locum habere dicit, quando feudum erat domino incorporatum, vt latiſſimè ipſe probat, ad quem me remitto.

15 Verùm non veniunt bona, quæ durante banno, ſeù durante illo, quo erat incapax, fuerunt alteri acquiſita, vt dixi *d. queſt.* 59. de qua materia latiſſimè tractat *Odd. queſt.* 99. *tota*, & quando Princeps illum etiam

16 reſtitueret ad illa bona, tunc teneretur reſtitutus ſoluere pretium dictorum bonorum, vt dixi *d. queſt.* 50. *num.* 9. *&* 10. *Odd. d. queſt.* 99. *art.* 9. *Tuſch. verb. reſtitutus conclus.* 300.

17 Dum vero oδo inueniatur alienat ... Non tamen tenentur illi poſſeſſores reſtituere fructus perceptos medio tempore, quoniam ex iuſta, & legitima cauſa, eos perceperunt, ſed nec etiam ſi ex cauſa lucratiua, vt ex receptiori ſententia fundat *Odd. d. q.* 99. *art.* 14. vbi etiam reſpondet tenentibus contrarium, quam illationem ſex limitat modis, vt per eum.

Quidam alii effectus quò ad iſtam reſtitutionem gratioſam videri poſſunt penès *Tuſch. dict. conclu.* 300. & penès *Odd. d. queſt.* 95. *vſque in finem.* vbi *queſt.* 100. tractat, ad quæ non extendatur hæc gratioſa reſtitutio, ad quem mitto Lectorem; hæc enim ſatis ſunt pro complemento huius quæſtionis, & vt quaſi per compendium reaſſumerem aliquos effectus vtriuſque reſtitutionis pro ornatu huius tituli.

SVMMARIVM.

1 *Reſtitutio in integrum, quando captum eſſet exequi, an impediat executionem ſententiæ, num.* 10.

2 *Reſtitutio in integrum, an detur contra ſententias tranſactam in rem iudicatam; etiam ſi fuerint tres ſententiæ, num.* 3. *quod limitatur ſi conſtaret de calumnia num.* 4. *& quid ex iuſta cauſa, & conſtaret deleſione, num.* 6.

6 *Reſtitutio datur minoribus, & haberent remedium ordinarium.*

7 *Reſtitutio in integrum, an tolli poſſit per ſtatutum.*

8 *Pendente cauſa reſtitutionis in integrum nil erit innouandum.*

9 *Reſtitutio in integrum petita ante executionē ſententiæ, an impediat illius executionem.*

10 *Quando dicatur captum exequi, vt reſtitutio non impediat executionem ſententiæ.*

11 *Sententia numquam exequi poteſt, niſi ſit liquida, & clara.*

13 *Quod non eſt liquidum executionem non meretur.*

14 *Scire ſententiam qualiter intelligatur.*

15 *Reſtitutio in integrum, an, & quando impediat, & non executionem ſententiæ.*

16 *Reſtitutio in integrum, an impediat executionem ſententiæ, quando eſſet captum exequi interpoſito primo decreto, & qualiter ſuccedatur.*

Et de ratione num. 17.

17 *Reſtitutio in integrum, an concedi debeat contra ſententiam Principis ad impediendam illius executionem.*

18 *Reſtitutio ſi fuerit denegata, & à tali denegatione appellatum, an interim executio impediatur.*

QVAESTIO XIII.

Decimotertio quæro, Quando dicatur cæptum exequi, vt reſtitutio in integrum non impediat ſententiæ executionem? De hac quæſtione tractant latiſſimè

1 *Tuſch. in verb. reſtitutio conc.* 293. *Odd. queſt.* 72. *& alibi Maſtrill. decis.* 110. *& alibi Theſaur. decis.* 122. *&* 181. *Vincent. de Franch. decis.* 702. *Tapia. in d. tit. de minorib. fol.* 137. *col.* 1. *§.* 2. *&* 3. *Fontanell. de pact. nupt. clauſ.* 4. *gloſſ.* 18. *par.* 1. *num.* 102. qui plures alios citant, *Farinac. decis.* 826. *part.* 1.

2 Pro dicendis ſuppono primò, dari reſtitutionem in integrum minori contra ſententiam, etiam tranſactam in rem iudicatam, vt *in l.* 1. *& per totum, C. ſi aduerſus rem iudic.* & hoc docent omnes, latiſſimè *Oddus d. queſt.* 72. *art.* 1. vbi ampliationes, & limitationes ponit in hac regula, quæ etiam in laudo procedit, vt probat *art.* 2. ſic etiam aduerſus ſententiam Principis, vt fundat *art.* 3. & omnes alij docent, *de Franch. decis.* 86. *Tapia, & Muſcatell. penes de Thoro in compend. decis. Neapol. in verb. exequutio ſententiæ, an impediri, Riccius in ſua collect. cap.* 183. vbi alias deciſiones cumulat, *Ronit. in pragmatic.* 1. *de minoribus num.* 28.

Pro-

Procedit etiam ſi eſſent tres ſententiæ
3 conformes, & hanc eſſe communem omnium ſententiam affirmat *Oddus dict. quæſt.*
72. art. 4. Maſtrill. deciſ. 110. num. 5. lib. 2. ſed
plures in hoc tenent contrarium, quos
probat *Theſaur. deciſ. 122. num. 4. & deciſ.*
181. ſed concordant omnes opiniones hoc
pacto, quod ſi conſtat de calumnia, quia
4 nempè calumnioſè petatur reſtitutio in
integrum, tunc non conceditur aduerſus
tres ſententias conformes, quia in dubio
præſumitur pro ipſa ſententia, & ad ſummum exequatur ſententia præſtita cautione per actorem in caſu concedendi reſtitutionem conuento, *Capyc. deciſ. 53. de*
Franch. deciſ. 86 num. 8. Anna, Anton. Gabr.
de Ponte, Muſcatell. Odd. & Hieronym. à Laurent quos probat *Ioann. Bapt. de Thoro, vbi*
ſupra in verb. exequutio ſententiæ Sacri Conſilij, an impediatur, Rouit. d. pragm. 1. num. 24.
5 Si verò conſtet, quia per calumniam non
petitur, ſed ex iuſta cauſa, vt quia conſtat
de læſione minoris, & in promptu doceat
de iure ſuo aduerſus ſententiam ſaltem, vt
excludat calumniam, tunc concedenda
eſt reſtitutio, & ſic tenent omnes, vt eſt
videre penes *Theſaur. dicta deciſ. 181. ſub*
num. 3. §. ad contrariam opinionem, Maſtrill.
dict. deciſ. 110. num. 5. & 6. Fontanell. d. num.
102. & ideo, vt dixi ſupra *quæſt. 4. §. in praxi*
obſeruatur, quod fiunt prouiſiones, ſi deferendum ſit reſtitutioni petitæ.
6 Suppono ſecundò dari hoc beneficium
minori, & alijs perſonis priuilegiatis, etiã
ſi remedium ordinarium haberent ſupplicationis, niſi per ius municipale alicuius
loci ſit ſancitum contrarium. Prima pars
patet ex dictis ſupra *quæſt. 2.* quia dum
hoc remedium reſtitutionis in integrum
eſt pinguius, quia ſuſpendit ſententiam,
quam non ſuſpendit appellatio, & reclamatio, quamuis ſit extraordinarium, facit
ceſſare ordinarium, vt loco citato dictum
eſt.

Secunda pars eſt etiam nota, quia hoc
7 remedium etiam tolli poteſt per ſtatutum
vt docent omnes, quamuis non intelligatur tolli, niſi in ſpecie dicatur, latè *Vincent.*
de Franch. deciſ. 431. præcipuè num. 3. Odd.
Carol. de Graſſis, & alij, quos probat *Fontanell. in tract. de pact. nuptial. clauſ. 4. gloſſ. 12.*
num 93. & ſeqq. qui in d. clauſ. 4 gloſſ. 18. par.
1. num 104. pluries deciſum refert in illo
Senatu Cathaloniæ, quod non detur hoc
beneficium reſtitutionis in integrum,
quando poteſt haberi remedium ordinarium appellationis, vel reclamationis, ſed
loquitur, quando ſimul proponitur beneficium reſtitutionis in integrum, & appellationis. At ſi proponeretur hoc remediũ
reſtitutionis, vtique admitteretur; & ideo
pro cautela hoc tradit *Abb. in cap. ſuſcitata*
in fin. de reſtitut. in integr. Theſaur. deciſ. 181.
num. 3. circa principium, quos probat *Fontanell dicto num. 104. in fin.* In dubio tamen
ſemper dandum, & concedendum eſt hoc
beneficium, quia dum cõſtat, non peti per
calumniam, in dubio fauendum eſt huiuſmodi perſonis, vt ſæpiſſimè in hoc tractatu replicatum fuit; & etiam ex eo quia pinguius prouidet, quam alia remedia; & datur multoties, quando alia remedia reclamationis, & appellationis non datur, vt dixi *d. quæſt. 2.*

Suppono tertiò pendente cauſa reſtitutionis in integrum nihil eſſe innouandum,
8 *toto tit. C. de integr. reſtit. poſtul. Vincent. de*
Franch. dict. 702. in princ. & alij paſſim. His
ſuppoſitis, & notatis.

Sit prima concluſio reſtitutio in integrum petita ante exequutionem ſententiæ,
impedit exequutionem talis ſententiæ,
etiam ſi à Principe lata fuerit, & reſtitutio
non petatur calumnioſè. In hac cõcluſione conueniunt omnes, vt patet ex primo
ſuppoſito, ſiuè notabili, & innumeros cumulat, & probat *Fontanell. loco citato num.*
102. vbi plures deciſiones etiam cumulat.

Secunda concluſio. Quando ſententia
fuit exequuta, vel ſaltem fuit cæpta exequi;
10 tunc reſtitutio in integrum non impedit
ſententiæ exequutionem, *DD.* communiter *in cap. ſuſcitata, de in integr. reſtit. Bald.*
Caſtrenſ. Alexand. Rip. Anton. de de Canar.
Soccin. Benendict. de Barris, Puteus, Cotta,
Bellon. Oddus, Maranta, Franc. Caldas, Viuius,
Myſinger. Decian. Magon. Monald. Honded.
Lancellott. & Milanenſ. quos hoc ordine
cumulat *Maſtrill. deciſ. 30. num. 1.* vbi &
etiam *num. 2.* ſic pluries refert iudicatum,
in illo Regno, quàm etiam alibi, vt per
eum; hoc idem tenet *Cephal.* quem ipſemet *Maſtrill.* citat, & probat *in addit. ad*
Petr. de Gregor. in tract. de cenſib. quæſt. 6. num.
307. vbi ſic alias ipſum iudicaſſet affirmat pro confraternitate Sancti Micahelis; hoc idem tenent *Bart. & Benintend.* de
quibus meminit *Card. Tuſch. d. concl. 293.*
num. 8. vbi plures ex allegatis per *Maſtrillum* citat, & ſi non omnes; *Farinac. dicta*
deciſ. 826. num. 1. vbi ſic pluries deciſum
refert in *Rota Romana.*
11 Sed dubium eſt nunc, quando dicatur
cæptum exequi, vt reſtitutio non impediat exequutionem, & ſententia exequatur præſtita cautione, prout pluriès fit;
quando enim petitur reſtitutio, non conſtat Iudici de bono iure petentis reſtitutionem, tunc ſententia mandatur exequutioni, præſtita cautione de reſtituendo in caſu ſuccũbentiæ, vt ſeruatur in Sacro noſtro Conſilio, vt affirmat *Vincentius*

Digitized by Google

de Franchis dicta deciſ.30. ſeruatur de iure
communi,& poſt *Boer.deciſ.65.num.7.cum
ſeqq* & alios notat *Tuſch.d.concl.293. nu.8.
& 10.cum ſeqq*

12 In hac quæſtione debemus prius ſcer-
nere certa ab incertis. Primò certum eſt,
quod ſententia debeat eſſe liquida,& clara
vt dicatur exequibilis, quia nulla ſenten-
tia exequi poteſt antè liquidationem,cùm
interim dicatur incerta, *gloſſ. in l. ſi tu ex
parte*,vbi *Bart.ff.de acquir. hæredit.* idem
*Bart.in l.1.ff.de condit.& demonſtrat. Bald.in
l.falſus num.6.C.de furtis*,quos probat *Tuſ-
ch.in verb.liquidatio,concl.358.num.5. & in
verb. ſententia concl. 108.num.36. & alij.*
13 Et hoc eſt certum apud omnes, quia
quod non eſt liquidum, exequutionem nõ
meretur,*l.proinde,ff. ad leg. Aquil. l. domini
prædiorũ,C.de agric.& cenſib. lib.11.* & ideo
ſi libellus contineret plura capita,vt quia
petita eſſet res,vel eius pretium, & Iudex
ſimpliciter condemnaret, nec diceret ad
quid, non eſſet liquida ſententia ante
aliam iudicis declarationem.

Addi etiam poteſt alia ratio, quia pars,
contra quam fuit prolata ſententia, non
14 ſolùm debet ſcire ſententiam condemna-
toriam,ſed qualitatem grauaminis ex tali
ſententia reſultatis aliàs non dicitur ſcire
ſententiam,vt fundauit *Alexand. conſ.114.
num.4.vol.1.Roman.conſ.343. in fin.* & alij
penès *Andr.Tiraquell.in tract. de retract.li-
gnag.§.36.gloſſ 2.num.3.*quos ſequitur *Car-
din.Tuſch.in verb.ſententia concl.56.num.4.*

Secundò affirmo tãquam certum, quod
ſatis non ſit ſola inſtantia partis petentis
exequutionem ſententiæ, nec ſola com-
miſſio Iudicis de exequendo,ſed neceſſaria
ſit actualis exequutio ſaltem per primum
decretum Primam partem huius dicti ſup
pono tanquam manifeſtam,quia inſtantia,
& petitio partis non facit exequutionem,
nec vt ſententia exequatur, ſed declarat
animum petentis, quod velit exequutio-
nem,& probatur etiam ex probationibus
ſecundæ,& tertiæ partis.

Secunda pars probatur, quia vel pars,
petens reſtitutionem in integrum,offert in
15 continenti probare de iure ſuo,ſe iuſtam
fouere cauſam, adeo, vt ſententia nullam
mereatur exequutionem, & in hoc caſu
omnes concludunt, quod per reſtitutionẽ
petitam impetratur ſententiæ exequutio,
& in hoc conuenire omnes Doctores af-
firmat *Odd.d. quæſt.43.art.7.num.94.* quo
niam circuitus inutiles ſunt euitandi, vt
eſt dictum vulgatum, nec debet exequi
ſententia, quæ omni iure retractanda
eſt.

Aut verò pars non offert probare in-
continenti de iure ſuo,ſed aliqualiter oſtẽ-
dit,ſe non petere talem reſtitutionem per
malitiam,& ad impediendam exequutio-
nem, ſed vt ſuæ conſulat idemnitati, &
tunc ſententia non debet exqui, quia ex
ſola commiſſione ad exequendum non
dicitur cæptum exequi,ita *Fulgoſ.conſ.183*
quem ſequitur *Benintend.deciſ.85. num.5.
verſ.propterea ſi datur caſus*, probat latiſſi-
mè *Odd.d.art.6.ſub nu.95. §.quod dicendum
vſque in finem articuli*,ad quos ſe refert *Tuſ-
ch.d.concl 293.num.9.& Odd.d.art.7.in fine*,
refert,ſic bis obtinuiſſe in contradictorio
iudicio,eandem ſententiam defendit *Hon-
ded.conſ.18.num.92.vol.1.*ſic etiam *Lancel-
lott*, quos in hac parte ſequi videtur *Ma-
ſtrillus d.deciſ.30* ſi benè legatur, nam eius
deciſio fundatur in ſequenti caſu, vt ex
eius lectura cernitur

Tertia pars probatur, quia vel realiter
eſt exequuta ſententia; & tunc ſumus ex-
16 tra controuerſiam, quia non ſolum eſt
cæptum exequi,ſed completa eſt exequu-
tio,& de hoc non poteſt ſubſiſtenter du-
bitari Aut verò fuit interpoſitum primũ
decretum ſuper bonis eius, qui per ſen-
tentiam fuit condemnatus, & tunc ve-
ra eſt opinio, quod dicatur cæptum exe-
qui ad effectum,& finem,vt reſtitutio non
impediat effectualem exequutionem; vt
ſecundum decretum interponatur,præſti-
ta cautione de reſtituendo in caſu retra-
ctationis,ita poſt *Barth. in l.15. qui Reipu-
blicæ num.3.ff.ex quibus cauſ maior.* & alios
probat *Maſtrill d. deciſ.30.* vbi ſic pluries
refert deciſum in Regno Siciliæ,& ſenten-
tias refert,notat etiam *Farinac.d.deciſ.826
num.1* & ſic procedunt diſcuſſa per *Rouit.
d.pragm.1.de minorib. num.24.* Ratio diffe-
17 rentiæ inter ſecundam,& tertiam partem
eſt,quia ſola commiſſio de exequendo di-
citur exequutio iuris, nam commiſſa fuit
exequutio; & ideo remedio reſtitutionis
in integrum fortius eſt, & ſuſpendit tale
mandatum ad exequẽdum Quando verò
eſt interpoſitum primum decretum,iam
realiter exequutum eſt, & ideo reſtitutio
non impedit talem exequutionem, & hæc
mihi videtur pura veritas in hac quæſtio-
ne; pro reliquis videri poſſunt citati Au-
thores in princ. quamuis aliqui citati per
Rouit.d.pragm.1. num.25. teneant, quod ſi
pars prouenit in petendo exequutionem
ſententiæ,non impediatur exequutio, ſed
eſt poſt intimatum mandatum de parendo
& ita dicit eſſe praxim in dicto Sacro Con
ſilio.

17 Contra ſententiam Principis ſi petatur
reſtitutio in integrum, nõ impeditur exe-
quutio ob ſummam Principis authorita-
tem,ſi Princeps eam protulit, vel alter de
mandato Principis, *Innoc.in cap.ſuſcitata de*

tu

in integr.reſtitut. Alexand.in l.4. §.condemnatum.num.27.ff.de re iud. Conarr.pract.quaſt.cap.25.num.75.verſ.& tradit Maranta in ſuo ſpecul. par.6. verſ. & quandoque appellatur num.109.Lancellott.de attentatis.p.2.cap.18.num.181.in 5.limit.Sfort.Odd.hic p 1.q.43.art 2.num.51.Afflict.deciſ.356.& alij,vt per *Ronit.d.prag.1.num* 28.quicquid ſit de ſententia Sacri Conſilij,de qua hic ſumus loquuti,& de qua loquuntur *Afflict.deciſ.356 de Franch.deciſ.86.* & hoc ex parte Principis, At ex parte læſi debet concedi,ſi cauſa iuſta adſit . Immò, vt initio dixi, datur etiam reſtitutio aduerſus ſententiam Principis,quamuis eſſent,tres ſententiæ conformes,ſed ſolùm regulariter non impeditur exequutio.ſi Princeps contrarium nollt,à ſententia tamen tribunalis,repræſentantis perſonam Principis, datur hæc reſtitutio, vt ſuperius dictum eſt de ſententia Sacri Conſilij.

Si tamen ſemel petita fuiſſet,& denegata,& à dicta denegatione eſſet appellatum
18 interim non denegatur exequutio,*Magon.deciſ.133.nu.11.de Franch d. deciſ.702. Ronit.d.pragm.1.num.29.& ſeqq.*ſed benè docent , quod procedat , quando exequutio eſſet irretractabilis,vel aliod euidens damnum euenirec,& appareret,quod malè denegata eſſet reſtitutio, præcipuè ſi domi eſſet denegata,& appellatum eſſet, & fieri deberet verbum in aula , tunc enim eſt praxis,quod ſuperſedeatur.

SVMMARIVM.

1 *Quibus ex cauſis reſtitutio denegari debeat referuntur caſus.*

2 *Reſtitutio ceſſat dum teſtamentum reuocari poteſt.*

3 *Minor , & ſi contrahere non poſſit tamen in vltima voluntate habent integram perſonam.*

4 *Reſtitutio tollitur vbi alias fuit denegata.*

5 *Reſtitutio non datur contra pariter priuilegiatum.*

6 *Reſtitutio non datur contra patrem , & alios quibus debetur reuerentia, & quod aduerſus patriam num.7.*

8 *Reſtitutio,an detur aduerſus ſpiritualia.*

9 *Reſtitutio ceſſat, quando perturbatur extra tempus.*

10 *Reſtitutio,an concedi debeat poſt introductam cauſam,& ſic deciſum quod etiam in Eccleſia procedit, num. 11. etiam in Vniuerſitatibus,num.12.*

13 *Tempus quadriennii incipit currere à die læſionis quoad Eccleſias vniuerſalitates , & alias perſonas priuilegiatas,& qualiter procedat.*

14 *Minor ſi intra quadriennium moriatur tranſmictat reſiduum temporis ad heredes.*

15 *Reſtitutio in integrum ceſſat minori , quando malitia ſuppleret ætatem.*

16 *Minor ſi ſe faciat decribere in matricula alicuius artis,an conſequatur beneficium reſtitutionis.*

17 *Minor ſi ex propoſito malitioſe,vel medio ſuo iuramento tactis ſcripturis ſe maiorem fecerit,an habeat reſtitutionem in integrum , & quid ſi eſſemus in dubio num.18.*

19 *Reſtitutio datur minori, tàm ſi ipſe, quā eius aduerſarius eſſent in dolo.*

20 *Iuramentum non tollit dolum aduerſarij.*

21 *Contrahentes cum minore ſi ex aſpectu videat illum eſſe minorem conſtituitur in dolo, & haberet minor reſtitutionem , & quis debet probare,quod ille ex aſpectu erat minor, vel adultus remiſſiuè num.22.*

23 *Minor conſequitur reſtitutionem ſi cum iuramento tactis ſcripturis ſe eſſe maiorem probauerit,limitatur in certis caſibus, nec proinde excluderetur à iure petēdi reſciſſionem contractus ex capite læſionis,num.24. & ſic parter talis reſtitutio conceditur in omni alio remedio,quod illi competit , vt maiori, hoc eſt ratione nullitatis,nu.25.*

QVAESTIONE XIV.

1 DEcimoquarto quæro,Quibus ex cauſis ſit deneganda reſtitutio in integrum ? De hac quæſtione plura tradit, *Odd.in d.eius tract præcipuè à q.15.vſque ad q.27.& q.55 Tuſch. in verb. reſtitutio concl.279.cum ſeqq* aliqua *Menoch.conſ.1142.nu.& ſeqq.vol.12.Maſtril.dec.134. lib.12. Tep. in d.tit.de minorib.& eor.reſtit.fol.135 col.2 & fol.136.cum ſeqq. Fontanell. de pact.nupt.clauſ.4.gl.12.n.38.vſq;in fin.& gl.18. p.3.n.27. cum ſeqq.* qui alios innumeros cumulant , aliquos etiam deciſionantes refert *Ricc.in ſua collect.cap.188.* vt omittā alios. Reſolutiuè igitur procedendo,Primo non datur, quando ſententia eſt exequuta , vel fuit incepta exequi , vt dixi *queſt. præc.* Secundò non datur, vbi non conſtat de læſione , vel quia per calumniam petitur, ne ſententia ſuum ſortiatur effectum , vt pluriès dixi in hoc tractatu, præcipuè *q.4.* Nec tertiò reſtituitur aduerſus Religionis ingreſſum, vt dixi ſupra *q.6. § quod attinet.* Quartò nec reſtituitur quò ad matrimonium,vt dixi in ead.*q.6.§.Poſtremò quod attinet ad matrimonium,* Nec quintò reſtituitur duerſus adelictum, vt explicaui ſupra *q.9.*Nec ſextò reſtituitur aduerſus præſcriptiones , vt explica ſupra *qu.11.*Septimò, ceſſat, quando per ſtatutum eſſet ſublata, vt dixi ſupra *qu.13.§.ſecunda pars eſt etiam nota,*latiſſimè *Odd.q.15.tota,*vbi hoc explicat;omnes enim docent , quod in ſpecie

pro-

prohibeatur, nec ſufficit, ſi appellatio, &
alia iuris remedia denegentur, vt etiam
poſt alios notat *Maſtrill. d.deciſ.134. nu.8.*
cum ſeqq.Rodent.in tract.de analogia cap.33
n.141.Tepat.in tit.de reſtit.in integr. in gene-
re,fol.135.col. §.beneficium reſtitutionis. O-
ctauò nec reſtituitur minor aduerſus te-
ſtamentum factum,quia reſtitutio hæc eſt
extraocdinatium remedium, & ceſſat,
quando æquè benè per remedium ordina-
rium poteſt actus reuocari & ideò dum
2 teſtamentum poteſt reuocare ad libitum,
ceſſat remedium reſtitutionis,vt fundauit
Dec.in l.fin.n.5.C.de pact. quem probat *Pon*
tan.in tract.de iure tutel.& curat.cap.33. nu.
468.vt alios ſileam.

Hinc dicunt *DD.* quòd adultus, & ſi
3 minor ſit, & aliàs contrahere non poſſit;
tamen in vltima voluntate dicitur habe-
re integram perſonam, & etiam contradi-
cente tutore, vel curatore poteſt donare
cauſa mortis, vt ex *text.in l.cum pater,§.cu-*
ratoris,ff.de legat.2. bald.& alijs in l.ſi frater.
C. qui teſtam.facer.poſſ. Iaſ.Barbat. & alijs,
notat *Pontan.d.cap.33 num.462.cum ſeqq.*

Nonò tollitur,quando aliàs fuerit dene-
gata,*l.1.& fin.vbi omnes. C.ſi ſæpè in integr.*
reſtit.poſtul. & hoc omnes docent; quia
vel ex iuſta cauſa fuit denegata, & ſemper
viget eadem ratio denegationis;vel iniu-
ſtè denegata fuit,& tunc datur remedium
appellatiuis tantùm, non autem reſtitu-
tio,quæ non datur ad reſtitutionem peten-
dam,*l.interdum, ff.de minor. Vinc de Franc.*
*deciſ 702.num.3.*latiſſimè *Odd. quæſt.6.* vbi
hoc latiſſimè examinat, & plures alios ci-
tat,& quaſdam limitationes ponit, ad quē
me remitto, præcipua tamen limitatio eſt
ex noua cauſa,etiam ſi nunc velit proba-
re illam, quam primò non potuit probare
cauſam.

Decimò non datur reſtitutio contra
patrem priuilegiatum,quia tunc beneficia
5 conquaſſantur,*l.minor filiofam.& l.verum,*
*ff.de mor.*latiſſimè *Odd.qu.18.tota,præcipuè*
*cum ſeqq.*vbi alios cumulat,& tenet etiam
Tuſcb d.concl.274.num.82. Menoch. d. conſ.
1142 num.13.& ſeqq.vol.12.& alij omnes,
qui communi pronunciatio hoc limitant
quando petens reſtitutionem tractaret de
damno euitando,& alia perſona, contra
quam petitur,tractaret de lucro captando
vt quia locupletaretur cum damno peten-
tis reſtitutionem in integrum,ſi reſtitutio
illi non concederetur; nam in hoc caſu
cedenda eſt reſtitutio. Pro reliquis in hac
illatione,quando detur, vel non aduerſus
aliam perſonam priuilegiatam, videndus
eſt *Odd.à d.ar.5.vſq.in fin.q.* ſic etiam *Fon-*
tanel.in tract.de pact.nupt.clauſ.4.glo.13. nu.
104.cum ſeqq. vbi alios cumulat.

Vndecimò non datur reſtitutio concra
patrem,& alios, quibus debetur reueren-
6 tia,*l.fin. C. qui & aduerſus quos*, poſt alios
Odd d.q.18.art.1.vbi n.13. & ſeqq. aliquas
ponit limitationes,præcipuè quando talis
petitio non eſſet contra patrem,ſed con-
tra Iudicem,qui ſententiam iniquam tulit
in cauſa,in qua pater pro filio interuenit.
7 Hanc tamen denegationem reſtitutionis
*n.8.cum ſeqq.*dicit,non habere locum,quā-
do quis vult reſtitui aduerſus patriam, nā
licèt illi debeamus reuerentiam ſicut pa-
rentibus;in hoc tamen eſt ratio diſparita-
tis,quia dum patria regitur ab aliquis,iam
ab illis læditur ciuis,& ſic ex facto illius læ-
ditur,& reſtituitur aduerſus iniqua geſta à
malis adminiſtratoribus, & bona patria
præſumitur permittere ſuis ciuibus, vt ſe
8 defendant,& vt non grauentur iniuſtè. Ex
hac ratione patet, quod eo minus detur
aduerſus ſpiritualia,nempè, aduerſus arti-
culos Fidei, & alia, quæ ſalutem animarū
reſpiciunt, quia aduerſus Deum reſtitue-
retur;& ſi non reſtituitur aduerſus patrem
multò minus reſtituitur aduerſus Deum,
*gloſ.& alij in cap.ex parte de reſtit.ſpoliat.*la-
tiſſimè *Odd.q.60.art.7.toto.*

Duodecimò ceſſat reſtitutio, quando
9 non petitur intra legitimum tempus,nem
pè,ſi minor ſit, & læſus fuerit intra tēpus
minoris ætatis,& factus fuerit maior, &
poſt maiorem ætatem nō petat reſtitutio-
nem infra quatuor annos continuos,non
poteſt amplius illam petere,*l.fin.C.de tem-*
*por.in integr.reſtit.*quia non debet imperpe
tuum durare hoc remedium, & inciuile
eſſet,quod numquā quis eſſet tutus ab alte
rius moleſtia.*Odd.*latiſſimè *q.19. & 20. &*
dixi to.1.conſ.4 & to.2. conſ 42. & conſ.43.
Non dicitur etiam peti infra legitimum
10 tempus in ſe poſt cauſam introductam,
quia tunc conſtat de meritis cauſæ, cum
merita cauſæ panduntur,vt poſt *Afflict. in*
conſt.Regni obſcuritatem n.14. & alios *Vinc.*
de Franch.deciſ.261.n.9.& habetur in *prag.*
53.de off. S. R. C. & ſic fuiſſe deciſum pro
Monaſterio Reginæ Cælorū,contra Eleo-
noram Brancatiam ad relationem Conſi-
liarij Xaraua mihi relatum fuit.

11 Hoc etiam procedit in Eccleſia,vt ha-
betur in *cap.1. & 2. de reſtit. in integr. in 6.*
cum alijs cumulatis per *Odd.d.q.19.ar.3.n.*
*22.& ſeqq.*vbi optimè ſoluit contraria,
quæ hodiè nullo modo militant,cùm iam
apertis verbis habeantur in iuribus citatis,
*& in clem.1.eod.tit.*quòd debeat dare deter
minatum tempus,infra quod hoc remediū
adhibeatur,ne in perpetuum dominia re-
rum ſint in ſuſpenſo, & aliquando ſit litiū
finis,& quiſq;ſit aliquando tutus ab alte-
rius moleſtia,quæ multoties datur per ca-
lum-

lumniam, vt pluriès in hoc tractatu replicauimus.

12 Procedit etiam in Vniuerſitate, & alijs perſonis, ac locis pijs, quæ iure minorum vtuntur; ſic etiam in reſtitutione quæ cōpetit ex edicto maiorum, vt latius habetur *d. art. 3. num. 24. cum ſeqq.* vbi aliquas limitationes ponit, ſic etiam *art. 5. cum ſeqq.* ad quem mitto lectorem, tractant etiam *Rebuff. Gaballin. & Miſinger.* quos citat *Tepat. loco citato fol. 135. col. 1. §. tempus*, & hoc tempus incipit currere à die, qua minores fiunt maiores, nam anteà illis non currit hæc præſcriptio, vt habetur, *in l. fin. C. de tempor. in integr. reſtit.* vbi omnes latiſſimè *Odd. quæſt. 20. art. 1. & 2.* vbi hoc declarat, & dixi conſilijs citatis.

13 Quòd verò ad Eccleſias, Vniuerſitates, & alias perſonas, quæ iure minorum vtuntur, incipit currere hoc tempus quadriennij à die læſionis, ita *tex. in clemen 1. de in integr. reſtit. cap. 1. & 2. eodem titul. in 6.* & vtrobique *gloſſ.* & alii communiter, quos cumulat, & probat *Odd. d. quæſt. 20. art. 3.* vbi hoc declarat, & ſic requiritur ſcientia læſionis etiam in maioribus, vt latiſſimè probat *art. 4.* vbi innumeros citat *DD.* & vult habere locum, etiam ſi centum anni eſſent elapſi, niſi ignorantia eſſet craſſa, & ſupina, vt latiſſimè habetur *d. art. 4. toto*, & quod in illo quadriennio poſſit verificari legitimum impedimentum, cur reſtitutionem in integrum non petijt, inde deducitur omne tempus talium impedimentorum, vt latiſſimè proſequitur *art. 7. Fontanell. de pactis nuptialibus clauſul. 4. gloſſ. 12.*
14 *ſub num. 41.* & ſi infra tempus dicti quadriennij moriatur, reſiduum temporis trāſmittit ad hæredes, & deducitur tempus hæreditatis iacentis, vt latiſſimè proſequitur *Odd. art. 8. 9. & 10.* ſed an quando minor maior factus dicatur ratificaſſe cōtractum geſtum in minori ætate, tractat *Odd. quæſt. 25. tota*, ſed dixi citato *conſ. 4* & ad ibi dicta me remitto.

Decimotertiò ceſſat reſtitutionis in in-
15 tegrum beneficium, ſi minor eſſet talis peritiæ, quod malitia ſuppleret ætatem, vel in matricula alicuius artis minor faciat ſe ſcribere. Primam partem probat *text. in l. 3. in princ. C. ſi min. maior ſe dix. Odd. quæſt. 23. art. 2.* Ea ratione, quia dum hoc beneficium fuit à iure introductum ad ſubueniendum imbecillitati ætatis, & conſilij minoris, dum hæc ratio ceſſat, etiam beneficium ceſſat, *argum. text. in cap. cum ceſſante de appellat.* & idem eſſet, ſi veniam ætati impetraſſet, *l. 1. C. de his qui ven. ætat. impetr.* cum aliis cumulatis per *Odd. d. quæſt. 23. art. 9. & 10.*

